301

204. 1. I. 17

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. CENTR. VITT. EMAN. II ROMA
204
1-I
17

1.° 10 8

Digitized by Google

204. 1. J. 17

Digitized by Google

VETVS TESTAMENTVM SECVNDVM LXX LATINE REDDITVM ET EX AVCTORITATE SIXTI V. PONT. MAX. EDITVM

ADDITVS EST INDEX DICTIONVM & loquutionum hebraicarum, græcarum, latinarum, quarum obseruatio visa est non inutilis futura.

ROMAE

IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI M.D.LXXXVIII.

APVD GEORGIVM FERRARIVM.

[illegible] Dormalj. 1643

Ordo librorum veteris Testamenti in hac editione.

Genesis	pag. 1	*Sapientia Salomonis*	948
Exodus	73	*Sapientia Sirach*	968
Leuiticus	131	*Osee*	1020
Numeri	172	*Amos*	1032
Deuteronomium	214	*Michaeas*	1041
Iesus Naue	271	*Ioel*	1048
Indices	305	*Obdiu*	1052
Ruth	341	*Ionas*	1054
Regnorum primus	345	*Naum*	1057
Regnorum secundus	394	*Ambacum*	1060
Regnorum tertius	435	*Sophonias*	1065
Regnorum quartus	483	*Aggaeus*	1069
Paralipomenon primus	524	*Zacharias*	1072
Paralipomenon secundus	560	*Malachias*	1084
Esdras primus	605	*Esaias*	1088
Esdras secundus	623	*Hieremias*	1155
Neemias	636	*Baruch*	1225
Tobit	654	*Lamentationes Hieremiae*	1231
Iudith	665	*Epistola Hieremiae*	1236
Esther	683	*Iezeciel*	1239
Iob	695	*Daniel*	1313
Psalmi	744	*Maccabaeorum primus*	1340
Prouerbia	878	*Maccabaeorum secundus*	1375
Ecclesiastes	923	*Maccabaeorum tertius*	1401
Canticum	940		

SIXTO QVINTO PONT. MAX.

ANTONIVS CARAFA CARDINALIS SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIVS.

SVPERIORE anno ſacroſancta LXX. interpretum græca Biblia ad vetuſtiſſimorum, probatiſſimorumq; codicum fidem ab eruditiſſimis viris ad id munus delectis accuratè recognita iuſſu S.tis V. in lucem prodierunt. Eadem nunc iiſdem (quantum fieri potuit) verbis, quibus vſi ſunt Latini Patres auctoritate S.tis V. latinè reddita, & Flaminij Nobilij viri vtriuſque linguæ peritia, multipliciq; eruditione excellentis notationibus illuſtrata ſub feliciſſimo eiuſdem S.tis V. nomine emittuntur: Eo videlicet conſilio, vt perpetuò teſtatum ſit, cuius prouidentia vtraq; interpretatio Græcis æquè ac Latinis prompta tandem fuerit; & cuius beneficio ſacrarum litterarum ſtudioſi tanto bono perfruantur. Etenim ſpero fore, vt inter ceteras eximias S.tis V. virtutes, excelſam illam nullis difficultatibus retardatam animi magnitudinem tùm ad maxima quæq; pro vtilitate Eccleſiæ capeſſenda, tùm ad ſacras potiſſimùm litteras, quibus planè viuimus, illuſtrandas (quarum ſanè gratia nuper magnificentiſſimam, & omnibus ad optimos libros imprimendos adiumentis ornatiſsimam in Vaticanis ædibus inſtituit typographiam) non ætas tantùm noſtra, ſed omnis etiam poſteritas maximis ſemper laudibus proſequatur: tùm verò S.ti V. gratiam immortalem habeat, quòd eius nutu, atque imperio præclara Sanctorum Patrum monumenta longè facilius, fructuoſiusq; intelligi, tractariq; iam poſſint. Quod quidem ad ipſorummet Patrum gloriam amplificandam, ad ornandam Eccleſiam, ad animas Dei verbo nutriendas, & ad Ieſu Chriſti nomen propagandum mirificè valet. Tali igitur

li igitur ſpe tantopere delector, vt qui nihil vnquam facio libentius, quàm vt S.ti V. omnibus in rebus inſeruiam; in hac equidem re præcipuo ab ipſa beneficio me affectum putem, quæ non indignum me exiſtimarit, cui eiuſmodi prouinciam committeret. Deum immortalem ſupplex oro, vt ad Eccleſiæ amplificationem, & magna, quæ S.tas V. in dies facit, & maiora, quæ cogitat, ſuo ſancto Spiritu ſecundet.

PRAEFATIO
AD LECTOREM.

CVM Septuagintaduo viri & vitæ ſanctitate & eruditione inſignes ad Ptolemæum Philadelphum ab Eleazaro Pontifice, vt regis optimè de Iudæorum gente meriti honeſtiſſimæ petitioni cumulatè ſatisfaceret, miſsi ſacros libros in græcum ſermonẽ vertiſſent; tanta illius interpretationis auctoritas fuit; vt ab eodem ſancto Spiritu, qui primùm hebraicè dictaſſet, profecta crederetur. Ea ab Apoſtolis ipſis & vſurpata & legenda Eccleſiis tradita, trecentos ferè poſt annos ab Origene relata eſt in Exapla, per quaſdam quaſi columnas ab interpretationibus Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, qui poſt aduentum Domini (& Aquila quidem ac Symmachus duplici editione) ſacra Biblia verterant, diſtincta, itemq́; à quinta, ſexta, & ſeptima, quas ſine auctoris nomine, vt narrat S. Hieronymus, in libris præſertim, qui verſu ſcripti eſſent, adiunxit. Quod etiam ab Iſidoro eſt repetitum: quamquam in vetuſtis ſcholijs, in quibus multa ex editionibus ab Origene propoſitis varietates lectionum afferuntur, quinta duntaxat & ſexta in libris etiam metro conſcriptis mentionẽ fieri animaduertimus: nec ferè Græci aliam ſeptimam agnoſcunt, quàm Luciani (qui ætate inferior Origene fuit, & de qua paulò poſt dicemus) interpretationem. Idem verò S. Hieronymus in minores prophetas duas alias ſe vidiſse interpretationes teſtatur. Ceterum interpretationem lxx. virorum ad Origenis tempora non vſquequaq́; ſinceram perueniſſe ſæpe S. Hieronymus admonuit: ex quo factum ſit, vt non eadem prorſus apud omnes Eccleſias haberetur, ſed multæ Heſychium potius, aut Lucianum, quàm Origenem in ſuis lxx. ſequerentur: atque omnes ferè aliquo loco, potiſſimùm in Daniele, alia potius interpretatione vterentur. Ex ſcholijs quidem, quæ ſubinde in notis afferentur, ſatis conſtat extitiſſe codices, in quibus variæ lectiones ipſius lxx. virorum interpretationis notatæ eſſent. Nec dubitat affirmare S. Hieronymus, ſi lxx. interpretum editio pura permanſiſſet, ſuperuacuum nouæ interpretationis laborem futurum fuiſſe. Idem tamen, vt Alexandrina exemplaria non ſemper probat, ita Origeniana tamquam ſatis pura & incorrupta ad Suniam & Fretellam

scribens commendat. Sequentibus autem temporibus istā Origenis editionem minus sinceram esse factam minimè mirandum est. Nam cum Origenes præter Exapla aliam quoq; editionem concinnasset ex interpretatione lxx. virorum & Theodotionis tralatione mistā, in qua, quæ in hebraico reperta, apud lxx. nō essent, ex Theodotionis tralatione sub asteriscis attexerentur, ijs autē, quæ vicissim apud lxx. haberentur, ab hebraico autem abessent, obelus affigeretur; non defuerunt postea alij, (vt libenter sibi indulgent ingenia) qui ipsas etiam lxx. interpretum dictiones sæpe mutarent, ac pro istis vel Symmachi, vel alterius interpretis, vel suas etiam substituerent. Quod in Apollinario non semel reprehendit S. Hieronymus. Lucianus martyr in eodem fortasse instituto, verecundior tamen videtur fuisse. Huius enim interpretationem memoriæ proditum est cum lxx. interpretatione reiectis ijs, quæ ab alijs fuerant deprauata, consensisse. Hinc fluxit illa, quam multi septimam nominant. S. verò Hieronymus inquit Græcos tractatores communem & vulgatam appellasse, suo autem tempore λουκιανὸν dici solitam: quæ in eo differret à lxx. quòd ipsa pro locis & temporibus, & pro voluntate veterum scriptorum corrupta esset, adde etiam (quod ex diligenti locorum à Patribus notatorum obseruatione constare potest) in vna Ecclesia pluribus, in alia paucioribus aliorū interpretum, præcipuè Theodotionis additionibus locupletata: tralatio autem lxx. interpretum sincera & incorrupta in Exaplis extaret, & Hierosolymis, atq; in Orientis Ecclesiis decantaretur. Talem etiam, qualis ista Lucianea, suspicari licet fuisse quintam illam editionem, cuius mentionem facit S. Augustinus libro xviij. de Ciuitate Dei, quamq; Isidorus Etymol. lib. vij. vulgarem vocat: in qua illi etiam libri haberentur, qui post lxx. ætatē scripti sunt, vt Ecclesiasticus, vt libri Maccabæorum. In hac tanta varietate vetustiores Patres nostri in commentarijs, atque explanationibus suis maximum studium eò contulerunt, vt interpretationem lxx. quam, vt hominibus pietate, scientiaq; præstantissimis, neq; temerè ad opus istud aggressis, sed à suo Pontifice delectis, ab ipso Spiritu sancto dictatam & insigni integræ consensionis (quæ satis constans opinio est) miraculo comprobatam, solam venerabantur, ceterisq; longè præferebant, ac si quid in ea omissum, additum, mutatum esset, id optima ratione, certoq; mysterio factum existimabant, ab alijs secernerent: ceteras verò hominum aut malæ fidei, aut ignotorum, aut qui suopte nutu, ac voluntate istam interpretandi prouinciam suscepissent, ad illius tantùm explicationem adhiberent. Nec rarò monuit S. Hieronymus id summoperè studendum esse, vt illa quàmpurissima haberetur. Quod tamen contra euenerat. Nam post S. Hieronymi ætatem, librariorum

riorum primùm, deinde typographorum inscitia, & impudentia confusis varijs interpretationibus, alienoq; loco positis, membris laceratis, ac luxatis, dictionibus sæpe contaminatis, liber ille, qui nascenti Ecclesiæ bonæ obstetricis, crescenti, nutricis officium præstiterat, non modo exiguo cum fructu, sed magno etiam cum dolore legebatur. Verùm vt ad vetustiora tempora redeamus, varietati græcarum editionum successit longè maior latinarum varietas. Nam quemadmodum scribit S. Augustinus libro II. de doctrina Christiana, vt quisque aliquid sibi facultatis in græca & latina lingua habere videbatur; ita simulac græcus codex in manus venißet, ausus est interpretari. Idem tamen Italã interpretationem ceteris anteponit, quæ verborum tenacior esset cum perspicuitate sententiæ. Quæ fortaße ea fuit, quam sæpe S. Hieronymus vulgatam vocat, S. Gregorius veterem; vt qualis fuit communis illa apud Græcos, talis hæc vulgata apud Latinos esset: nimirùm Itala ipsa, qua sedes Apostolica Romana vteretur, nonnihil tamen pro locorum & temporum varietate, & pro voluntate scriptorum immutata. Hanc S. Hieronymus emendauit, sed quantum aut sibi per codices græcos licere, (etenim multa adeò deprauata iudicabat, vt corrigi posse desperaret) aut satis esse ad vsum Ecclesiæ putauit: & ea quæ ex hebraico erant addita, libenter retinuit. Huius editionis (nihil nũc de nouo testamento dicimus) integrum corpus, quod sciamus, non extat. Partes multæ ex plerisque libris cùm apud ceteros latinos Patres habentur, tum apud S. Hieronymum in commentarijs, atque alijs libris. Ex eadem Psalterium, quomodo ferè à S. Hieronymo est emendatum, in hodierna quoque vulgata remansit: quare distinguitur non modo à Psalterio S. Hieronymi (quod ille ex hebræo, vt cetera, transtulerat) sed etiam à veteri & Romano, quòd ista duo aut ex alijs editionibus eßent, aut ex hac eadem nondum à S. Hieronymo emendata. Ex eadẽ remanserunt partes quædam Esther & Danielis, Prophetia Baruch, Epistola Hieremiæ, libri Maccabæorum, ex non canonicis tertius & quartus Esdræ. Sapientiæ verò & Ecclesiastici interpretatio, quæ in vulgatis Biblijs extat, ita vetus est, vt ea non modo S. Augustinus in speculo, sed Lucifer Caralitanus & S. Ambrosius & S. Cyprianus & alij vetusti scriptores vtantur. At idem S. Augustinus in alijs libris, & S. Hieronymus, (quod suis locis constabit) longè puriore & emendatiore sunt vsi: quæ aut ex alia editione fuit, aut ab eodem S. Hieronymo fuerat restituta. In ceteris verò partibus vulgata, qua nunc vtimur, est interpretatio S. Hieronymi ex hebraico, quam B. Gregorius nouam appellauit: quæ quamuis optima sit, ac iustissimis de causis edita, summamq; habeat auctoritatem; magno tamen docti ac pij homines de-

nes desiderio afficiebantur, illam etiam, quam Latini Patres ante B. Gregorij tempora priuatim publiceq́; ad fidei doctrinam, moresq́; formandos adhibuissent, integram legendi: sine qua praeclarae illorum lucubrationis vix aut ne vix quidem percipi interdum possent, & ex qua eae saepenumero sententiae elicerentur, quarum pulchritudinem & efficacitatem vel ipse S. Hieronymus admiratur, quaeq́; ad animos hominũ permouendos, atque inflammandos maximam vim haberent. Ac nonnullae etiam interdum voces & querelae audiebantur, Ecclesiae nutricem, postquam consenuisset, parum gratè despici, nullamq́; eius rationẽ haberi: praesertim cum eius restitutio multum ijs partibus, quae ex ipsa in vulgata nostra remanserunt, emendandis esset profutura. Leone x. Pontifice Maximo Franciscus Ximenes Archiepiscopus Toletanus S. R. E. Presbyter Cardinalis incredibili virtute, ac pietate vir amplissimarum Episcopatus sui opum partem huc libentissimè conferens, vetustissimis, optimisq́; exemplaribus vndique accuratè conquisitis, & Roma vsq. acceptis, doctissimisq́; hominibus accersitis, cum Biblia Complutí imprimenda curasset; non modo hebraicam lectionẽ, eiq́; respondentẽ vulgatã nostram latinã, sed etiam graecam, quam lxx. interpretum dixerunt, aliamq́; ei respondentem latinam dedit. Quae etiam nonnullos ab hinc annos Antuerpiae politissimè sunt impressa. Verùm quod ad graecam editionem pertinet, Complutenses (à quibus Antuerpienses minimè discedẽdum sibi putauerunt) hanc rationem sequutos comperimus. Primùm, quòd illi, qui Exapla, Tetraselida, Octoselida composuerant, plures editiones, quae aut è regione sibi inuicẽ respõderent, aut una alteri supponeretur, simul sub aspectum dantes necessariò fecerant, vt seriẽ graecae lectionis ad seriem hebraicae nõ modo in libris, sed in capitibus librorum, atque eiusdem capitis sententijs reuocarent (quare ex antiquis scriptis saepe deprehendimus longè alium fuisse in simplicibus, atq. in multiplicibus, & quasi coagmentatis exemplaribus ordinem;) idem etiam Complutenses, cum & ipsi hebraicam praeponerent, eique ceteras attexerent, iure optimo fecerunt. Deinde longius progressi, cum è graecis vnicam darent; in eo iam non Exapla, sed alteram illam Origenis editionem hac ex parte imitandam sibi statuerunt; vt quae in hebraico erant, si in lxx. deessent, ex alia interpretatione explerent: in eo autem ab Origenis instituto discesserunt; quòd quae in lxx. supererant, quaeque Origenes satis habuerat obelo notare; ipsi saepenumero resecarunt: ac praeterea delectu ipsarũ etiam dictionum habito, collatisq́; exemplaribus non modo Bibliorum, sed etiam graecorum commentariorum, vbi varia se offerebat lectio (quod frequentissimè euenit;) eam probarunt, ac retinuerunt, quae ad hebraicam propius accederet: quamuis id aut libris

desti

destituti, aut tędio victi non perpetuò fecerint. Quod quidem eorum in hac postremę parte consilium nos minimè reprehendimus: sed S. Hieronymo in Apollinario non est probatum: atque, vt laudandum sit, omnino tamen non ad lxx. interpretum editionem constituendam, sed ad nouam quamdam ex multis permistam excudendam videtur pertinere. Sixtus Quintus ad optima & maxima quæque à Deo factus, nouẽ ab hinc annos cum Cardinalatum gereret; pro singulari sua sapientia, atque assidua & accurata sacrorum librorum tractatione, quanti hęc res ponderis esset, probè intelligens, Gregorio xiij. Pontifici religionis et publicę vtilitatis studiosissimo auctor fuit, vt hanc Pontifice dignissimam cogitationem susciperet, prǣclarumq; hoc Ecclesię ornamentum diutius desiderari ne pateretur. Quod ille libenter annuit, eamq; prouinciã Antonio Cardinali Carafę, cuius prudẽtię, eruditioni, fidei nihil tanti ponderis erat, quod non rectissimè cõmitteretur, demandauit. Sed Gregorio uiam vniuersę carnis ingresso, Sixtus Quintus summo Ecclesię bono Pontifex factus, quod opus Cardinalis suaserat, Pontifex eiusdem Cardinalis Carafę opera usus perfecit. Et in gręca quidem editione, cum simplex codex daretur, quę ratio sit adhibita; satis in illius pręfatione dictum est. Nam & tutius & rectius visum est non recedere ab optimis exemplaribus, atque adeo à Vaticano illo, quod inscriptione, quę est, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, charactere antiquissimo litterarum, integritate dictionum, aspera quadam simplicitate constructionis, locorum à Patribus ex lxx. recitatorum collatione, quòdque eę, quę in lxx. non haberi vetusti scriptores testantur, ab hoc vno plerumque absint, videri potest ex melioris notę exemplaribus, quę vel ipsius S. Hieronymi tempore ex lxx. editione, quomodo illa in vsu Ecclesiarum erat, circumferrentur. Ac tamen quoniam nihil vsquequaque integrum est, & alias quoque interpretationes conferre non est inutile; positę sunt in notationibus alię lectiones, ex quibus boni aliquid excerpi posse videbatur. Quod in hac editione latina cumulatius est factum, quò lectori alios libros adeundi laborem minueremus: vt pauca iam in alijs etiam impressis libris benè habeant (nam quę malè, raro putauimus indicãda;) quę in nostris notationibus non reperiantur. Quod autem ad latinam interpretationẽ pertinet; diligenter operã dedimus, vt quę ipsius sanctę scripturę partes à latinis Patribus alicubi recitantur, eas eodẽ modo atq; ab ipsis sunt recitatę, nisi aut illorum inter se, aut nostri Exemplaris varietas obstaret, poneremus, in reliquis, quas recitatas non inuenimus, eadem verba, easdem loquutiones, quantum res ipsa ferret, retineremus. Prorsus autem, vbi nobis integrum fuit, ingenuè profitemur incultam nos illam sequutos interpretandi rationem, in qua verbum

verbo

verbo redditur, paulò durioris cōstructionis reprehensionem parum veritos. Etenim animaduertebamus hanc ipsam interpretandi rationem ipsos lxx. constantissimè tenuisse, hanc, qui inter Latinos tenuerunt, summopere à Patribus, ac potissimū S. Augustino laudatos videbamus. Ipse S. Hieronymus licet in alijs scriptis sensum exprimere de sensu satis haberet, & linguæ, in quam verteret, quasi saporem præstandum iudicaret; excipiebat tamen scripturas sanctas, vbi, inquit, & verborum ordo, & mysterium est. Ac certè quæ si naturalem illam, quantumuis asperam constructionem retineant, plures & optimas sententias ferunt; eæ plerumque, si elegantiæ studio ad compositionis concinnitatem, & quasi in orbem quemdam redigamus, vnam tantùm, & quam nobis libuerit, referunt. Quòd si tamen S. Hieronymus elegantiam quamdam interdum adhibuit; multa illi ob scientiæ, ac diuinæ gratiæ abundantiam licuerunt; quæ nec nos nobis putamus, neque alij etiam sibi licere facilè putare debebunt. Ac multa tamen in notationibus dicta sunt, quæ ad istam asperitatē leniendā faciant: septemq́; S. Augustini libros loquutionum sacræ scripturæ ab ijs, qui ad hæc nostra accedent, aut iam esse perlectos, aut simul cum his nostris legi vehementer cupimus. Præclarè monuerunt BB. Ioannes Chrysostomus, & Gregorius suas habere scripturā sanctam proprietates, cui concedendum sit, neque intra Donati regulas arctandam. Studio & labore in minimis etiam artibus opus est: nedum intelligentiam sacrarum litterarum, quæ res vna omnium grauissima est, oscitantes nos cōsequuturos confidamus.

SIXTVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum dilectus filius Georgius de Ferrarijs Bibliopola Cremonen. & Ciuis Romanus Græca Biblia Septuaginta Interpretum, alias iussu fel. record. Gregorij Pp. xiij. prædecessoris nostri, suasu autem nostro, qui tunc Cardinalatus honore fulgebamus; cura vero ac diligentia dilecti filij nostri ANTONII CARAFAE CARDINALIS Bibliothecarij Apostolici per eruditos viros ad fidem vetustorum codicum expurgata nuper in hac Alma Vrbe nostra sua impensa expresserit, & in præsentia eadem Biblia studio eiusdem dilecti filij nostri ANTONII CARAFAE CARDINALIS in Latinum conuersa susceperit imprimēda, ac iam imprimat; necnon Decretales etiam Epistolas plurimorum Romanorum Pontificum ex Bibliotheca nostra Vaticana maiorem partem codē dilecto filio nostro ANTONIO CARAFA CARDINALE curante collēctas, propediem ad communem omnium vtilitatem similiter pressurus, dubitetq. ne huiusmodi opera ab alijs iniussu suo imprimantur, quod magnum ei damnum afferret. Nos propterea illius indēnitati consulere, vt par est, volentes; & ne hi sacri libri ab imperito aliquo impressi turpibus maculis inquinentur, Motu proprio, & ex certa nostra sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis in nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio, nobis, eidemq. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediatè subiecto, vel ad illud vndequaque, quomodolibet accedeñ. necnon etiā extra illud vbilibet in toto Christiano orbe existentibus Typographis, Bibliopolis, & librorū impressoribus, mercatoribus, & quibuscunq. alijs vtriusq. sexus personis, cuiuscunq. status, gradus, præeminētiæ, ordinis, & conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub Excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quoad nunc, & pro tēpore in nostro, & Sanctæ Rom. Ecclesiæ dominio mediate, vel immediate subiecto commorañ. etiā vltra præmissa amissionis librorū, ac mille ducatorū auri in auro de Camera pro vna Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, & pro alia accusatori, pro reliqua vero tertia parte Iudici executori irremissibiliter applicañ. alijs arbitrij nostri pœnis eo ipso, si & quoties contra factu fuerit, & per quēlibet contrauenientem incurreñ. Apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus, ne Biblia Septuaginta Interpretum, sic vt præfertur, expurgata, & emēdata Latina Græcaue lingua, latinis Græcisue characteribus, Decretalesq. Epistolæ prædictæ de cætero ad Decenniū à fine primæ impressionis cuiusq. libri respectiuè inchoandū, & vt sequitur terminañ. quouis prætextu ab alijs quā ipso dilecto filio Georgio de Ferrarijs, qui in illis excudendis hactenus sic vt præfertur, plurimū laborauit, & notabilem pecuniarū summā impendit, cuiusq. fidem, solertiā, & in similibus sinceram in Domino fidem, & maturam experientiam satis perspectā habemus, vel ab eo quandocunq. nominañ ac licentiam, & facultatem habeñ. imprimātur, venundentur, aut venalia, seu venales exponātur: ipsi vero dilecto filio Georgio, & ab eo nominādis prædictis eadē Biblia Septuaginta Interpretum sic vt præfertur expurgata, tàm Latina, quàm Græca, Decretales Epistolas prædictas etiā priuatiuè quoad omnes alios singulos prædictos imprimendi, seu imprimi faciendi, ac per se, vel alium, seu alios quocunq. loco, & mundi parte exponeñ. vendeñ. & venalia, & venales habeñ. & ad quæcunq. loca deferendi licentiā, & omnimodam facultatem, auctoritatē, & potestatem concedimus, indulgemus, ac elargimur præsentiū per tenorē. Mandantes vniuersis, & singulis Primatibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq. locorum Ordinarijs, eorumq. in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, & officialibus quibuscunq. in toto Christiano orbe diffusis, & consistentibus, ac etiā in temporali nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ statu Legatis, Vicelegatis Sedis Apostolicæ, & eiusdem status Gubernatoribus, Potestatibus, & Locatenentibus, vt quoties pro parte dicti Georgij, & ab eo nominañ. fuerint requisiti, siue eorū alter fuerit requisitus, eidē efficacis defensionis præsidio assistētes, præmissa omnia & singula ad omnē eiusdē Georgij & suorum prædictorū requisitionem contra inobedientes, & rebelles, etiā per censuras Ecclesiasticas etiam sæpius aggrauañ. aliaq. iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et insuper quia difficile admodū esset, litteras nostras huiusmodi ad loca quæcunq. originaliter deferri, volumus & eadē auctoritate Apostolica decernimus illarum Trāsumptis, & exemplis etiā impressis Notarij publici manu subscriptis, C. & sq., vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ac etiā in eisdem libris impressis plenariā, & eandē prorsus, quæ præsentibus haberetur tàm in iudicio, quam extra fidem adhiberi. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quoruncunq. locorū, Vniuersitatū Gymnasiorum, ac studiorum generaliū etiam iuramento confirmatione Apostolica, seu quauis alia firmitate roboratis statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & litteris Apostolicis etiā illis, ac quibusuis alijs personis sub quibuscunq. tenoribus, & formis, etiā motu, scientia, & potestate similibus, ac alias in contrariū quomodolibet concessis & innouatis, ac in posterum concedendis, & innouandis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis mentio habenda esset, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim sit ab eadem sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die ix. Maij. M. D. LXXXVII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

SIXTVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

STVDENTES pro noſtra paſtorali vigilantia ſacræ
ſcripturæ libros, quorum lectione fidelium mentes ve-
luti ſpirituali quodam cibo recreantur, quanto fieri po-
teſt, ſincerius ac fructuoſius euulgare; curauimus inter alia
ſuperiori anno græcum vetus Teſtamentum iuxta Se-
ptuaginta interpretum editionem ad emendatiſsimorum
codicum fidem expolitum typis excudi & publicari. Ac
nuper, vt etiam ijs, qui huiuſmodi Biblia latinè conſcripta legere malunt,
prodeſſe eadem opera poſſemus, adhibitis aliquot eruditis viris eundem li-
brum in latinum ſermonem fideliter verſum ad communem Chriſtiani Po-
puli vtilitatem, atque animarum ſalutem accuratè imprimi fecimus. Qua-
re, ne poſthac in ſacro textu quippiam contra ſanam doctrinam hominum in-
curia, vel temeritate irrepere vnquam poſsit, ſed potius verſio huiuſmo-
di iuxta Septuaginta interpretum editionem ad verbum reddita, pura, in-
tegra, & incorrupta perpetuò conſeruetur; auctoritate Apoſtolica tenore
præſentium diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne quis præfatam lati-
nam verſionem Veteris teſtamenti aliter quàm ſit hæc, quæ de mandato no-
ſtro nunc, vt præmittitur, prodit in lucem, imprimere, edere, aut publica-
re, neue ei quicquam vel minimum addere, aut detrahere, aut illam aliqua
ex parte immutare quouis prætextu audeat, vel præſumat, niſi ſpecialem ad id
à nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice licentiam obtinuerit.
Quòd ſi quis contra hanc noſtram prohibitionem & interdictum aliquid at-
tentauerit; is præter pœnam amiſsionis eorundem librorum, quos eo ipſo in
indicem & catalogum librorum prohibitorum referri volumus, etiam indi-
gnationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius
ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die xxvj. Fe-
bruarij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualteruтius.

A

GENESIS

CAPVT PRIMVM.

IN PRINCIPIO fecit Deus cælum & terram. Terra au-
B tem erat [α] inuisibilis, & incomposita : & tenebræ super
abyssum:& spiritus Dei [β] superferebatur super aquam. Et
dixit Deus: Fiat lux: & facta est lux. Et vidit Deus lucem,
quia bona est. Et discreuit Deus inter lucem & tenebras.
Et vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctẽ.
Et factum est [γ] vespere, & factum est mane dies vnus. Et
dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit discernens inter aquam,
& aquam. Et factum est sic. Et fecit Deus firmamentum : & diuisit Deus in-
ter aquam, quæ erat sub firmamento, & inter aquam, quæ supra firmamẽtum.
C Et vocauit Deus firmamentum, cælum. Et vidit Deus, quia bonum est. Et fa-
ctum est vespere, & factum est mane dies secundus. Et dixit Deus: [δ] Congre-
getur aqua, quæ sub cælo, in congregationem vnam, & appareat arida. Et fa-
ctum est sic: Et congregata est aqua, quæ sub cælo, in [ε] congregationes suas: &
apparuit arida. Et vocauit Deus aridam, terram, & collectiones aquarum vo
cauit maria. Et vidit Deus, quia bonum est. Et dixit Deus: Germinet terra her
bam pabuli, [ζ] seminans semen secundum genus, & secundum similitudinem;
& lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen eius sit in ipso secundum
genus super terram. Et factum est sic. Et produxit terra herbam pabuli, semi-
D nans semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructi-
ferum faciens fructum, cuius semen eius sit in eo secundum genus super ter-
ram. Et vidit Deus, quia bonum est. Et factum est vespere, & factum est ma-
ne dies tertius. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli [η] ad illu-
minationem super terram : vt discernant inter diem & noctem : & sint in si-
gna & in tempora, & in dies & in annos. Et sint ad illuminationem in fir-
mamento cæli, vt luceant super terram. Et factum est sic. Et fecit Deus duo
luminaria magna: [θ] luminare maius [ι] in principatus diei, & luminare minus
in principatus noctis, & stellas. Et posuit ea Deus in firmamento cæli, vt lu-
E ceant super terram, & habeant principatum diei, ac noctis, & discernant in-
ter lucem & tenebras. Et vidit Deus quia bonum est. Et factum est vespere, &
factum est mane dies quartus. Et dixit Deus: Producant aquæ reptilia anima-
rum viuentium, & volatilia volantia super terram [κ] secundum firmamentum
cæli. Et factum est sic. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam ani-
malium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera eorum, & om-
ne volatile pennatum secundum genus. Et vidit Deus, quia bona sunt. Et be-
nedixit ea Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas in mari-

bus: & volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & factum A
est mane dies quintus. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem secun
dum genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ secundum genus. Et fa-
ctum est sic. Et fecit Deus bestias terræ secundum genus, & pecora secundum
genus eorum, & omnia reptilia terræ secundum genus. Et vidit Deus, quia bo
na sunt. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad simi-
litudinem. Et habeant principatum piscium maris, & volatilium cæli, & pe-
corum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium super terram. Et fe-
cit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit
eos. Et benedixit eos Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete ter- B
ram, & dominamini eius, & principamini piscium maris, & volatilium cæ-
li, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium su-
per terram. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans
semen, quod est super omnem terram, & omne lignum, quod habet in se fru-
ctum seminis seminalis: vobis erit ad escam, & omnibus bestijs terræ, & om-
nibus volatilibus cæli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in se
animam vitæ: & omne pabulum viride in escam. Et factum est sic. Et vidit
Deus omnia, quæcumque fecit: & ecce bona valde. Et factum est vespere, &
factum est mane dies sextus. C

α Inuisibilis & incomposita.] Ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. *S. Aug. in lib. de gen. ad litteram imperf.* vel incomposita, vel inordinata, vel imparata. *Aquila,* κένωμα, καὶ οὐδέν, inanitas, & nihil. *Symmachus,* ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, iners, & indiscretum quiddam. *Theodotio,* κενὸν καὶ οὐθέν, inane & nihil. *Potuerunt autem Aquila & Theodotio dictione,* οὐδέν, & οὐθέν, *non tam proprie nihil, quàm absentiam vnitatis & compositionis significare,*
β Superferebatur.] *S. Ambr. in Hexaem. l. 1. c. 8.* Denique Syrus, qui vicinus Hebræo est, & sermone cõsonat in plerisque & congruit, sic habet, & spiritus Dei fouebat aquas. *quod videtur sumptum ex S. Basilio homil. 2. in Hexaem.* γ Et factu est vespere.] *Ita S. Ambrosius & Interpres Origenis, quod græce est,* καὶ ἐγένετο ἑσπέρα. *S. August. fere semper solet dicere,* & facta est vespera. δ Congregetur.] Συναχθήτω. *Aquila & Symmachus,* ἀθροισθήτω, coeat, & cõsistat. ε In congregationes suas.] *Ita etiam S. Basilius homil. 4. & S. Ioannes Chrysost. hom. 1. in gen. & Theodoretus q. 12. in gen. qui locum hunc diligenter tractat, & Interpres Origenis: sed apud S. Augustinum, & lib. imperf. c. 10. & de gen. ad lit. l. 2. c. 11. & de gen. contra Manich. c. 12. legitur,* in congregationem vnam. *Itemque apud S. Ambr. l. 3. c. 2. & 5. quamuis cap. 5. sit,* in collectiones suas. *Ceterũ S. Basilius eadẽ homilia admonet omnia ista verba:* & congregata est aqua, quæ sub cælo, in congregationes suas, & apparuit arida; *in exemplaribus accuratis notata esse obelo, quod reiectionis est indicium, neque a ceteris interpretibus afferri quemadmodum neque apud Hebræos habentur. nec tamen frustra addi ostendit S. Ambr. eodem lib. 3. c. 5.* ζ Seminans semen.] *Ita S. Ambr. ad verbum e græco,* βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος. *Quæ verba S. Basilius hom. 5. putauit hoc modo construenda,* βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ σπέρμα σπεῖρον κατὰ γένος. germinet terra herbam pabuli, & semen seminificans secundum genus. *alioquin parum aptam iudicauit compositionem. Nec tamen huiusmodi paulo duriores constructiones inusitatæ sunt in sacra scriptura. S. August.* herbam pabuli ferentem semen. *Interpres Origenis,* herbam fœni semen seminantis. *Scholiastes refert ex Aquila hæc,* σπερματίζον εἰς τὸ γένος αὐτῆς, ferens semen in genere ipsorum. *Sed Theodoretus q. 51. scribit Aquilam pro* σπεῖρον σπέρμα *esse interpretatum* σπερμαζόμενον (*al.* ἐσπαρμένον) σπέρμα. seminatum semen. η Ad illuminationem super terram.] Εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς. *In vno vetusto codice,* εἰς φαῦσιν τῆς γῆς. ad illuminationem terræ. *S. Ambr. hoc habet lib. 4. c. 2. illud vero cap. 3. S. August. & Interpres Origenis,* vt luceant super terram. *paulo post autem pro* εἰς φαῦσιν. *S. August. habet,* in splendorem: *Interpres Origenis,* ad illuminandum. θ Luminare maius.] *Sic apud latinos, græce tamen est,* τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν, luminare illud magnum, ι In principatus.] Εἰς ἀρχάς. *S. August. lib. 2. de gen. ad litt. videtur legisse,* ἀρχήν, *& Interpres Origenis,* in principatum. *quo etiam verbo vtitur S. Ambr. c. 5. & S. August. loco allato inquit, hoc magis accedere ad græcum verbum: quamuis ipse in suis codicibus habuerit,* in inchoationem, *aut,* initium. *Pro principatu interpretatur etiam in lib. imperf. c. 13. Dictio hebraica, quæ hoc loco versa est* εἰς ἀρχάς *Psalm. 135. vertitur* εἰς ἐξουσίας, in potestatem. *Quare in creatione hominis pro verbo* ἄρχειν. *S. August. interdum dicit* principari, *interdum* potestatem habere, κ Secundum firmamentũ.] *Ita interpres Origenis, & S. August. lib. 3. c. 1. quod græce est* κατὰ τὸ στερέωμα. *sed primo contra Man. c. 15.* sub firmamento. *S. Ambr. l. 3. c. 1.* secus firmamentum. *Tertullianus adu. Hermog.* per firmamentum.

CAP.

A

CAP. II.

ET consummata sunt cælum & terra, & omnis ornatus eorum. Et consummauit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit. Et requieuit in die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Et benedixit Deus diem septimum, & sanctificauit eum: quia in ipso requieuit ab omnibus operibus suis, quæ inchoauit Deus facere. Hic [α] est liber generationis cæli & terræ, cũ facta sunt: qua die fecit Dominus Deus cælum & terram, & omne viride a-
B gri, antequam esset super terram, & omne fœnum agri, antequam exortum esset. Nõ enim pluerat Deus super terram: nec erat homo, qui operaretur eam. [β] Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Et finxit Deus hominem, [γ] puluerem de terra. Et insufflauit [δ] in faciem eius flatum vitæ: & factus est homo in animam viuentem. Et plantauit Deus paradisum in Edem [ε] ad orientem: & posuit ibi hominem, quem plasmauerat. Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum speciosum ad aspectum, & bonum ad escam: & lignum vitæ in medio paradisi, & lignum [ζ] ad sciendum cognoscibile boni & mali. Flumen autem procedit ex Edem, ad irrigandum para-
C disum: quod inde diuiditur in quatuor initia. Nomẽ vni Phison: hoc est, quod circuit totam terram Euilat: vbi est aurum: & aurum terræ illius bonum: & ibi est [η] carbunculus, & lapis prasinus. Et nomen flumini secundo Geon: hoc est, quod circuit totam terram Æthiopiæ. Et flumen tertium Tigris: hoc est, quod vadit contra Assyrios. Et flumen quartum Euphrates. Et sumpsit Dominus Deus hominem, quem fecit: & posuit eum in paradiso [θ] deliciarum, operari eum, & custodire. Et præcepit Dominus Deus Adam, dicens: Ex omni ligno, quod est in paradiso, esca edes: de ligno autem cognoscendi bonum & malum, non edetis de illo. [ι] Qua die autem ederitis ex eo; morte moriemi-
D ni. Et dixit Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum. Faciamus ei adiutorium secundum ipsum. Et finxit Deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia volatilia cæli: & adduxit illa ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Et omne, quodcunque vocauit Adam illud, animam viuam; hoc est nomen ei. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cæli, & omnibus bestijs agri. Ipsi autem Adam non est inuentus adiutor similis ei. Et immisit Deus [κ] ecstasim in Adam, & obdormiuit. Et accepit vnam costarum eius, & infarsit carnem pro ea. Et ædificauit Deus costam, quam accepit de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Et dixit
E Adam: [λ] Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur [μ] mulier: quoniam ex viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem: & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.

[α] Hic est liber.] *Apud S. Ambrosium lib. 7. in Luc. c. 15. sic legitur,* Hic dies generationis cæli & terræ, cum facta sunt: qua die fecit, *&c. Apud S. August. 2. de gen. contra Man. cap. 1. & 5. de gen. ad litt. cap. 1. legitur,* Hic est liber creaturæ (*al.* facturæ) cæli & terræ, cum factus est (*al.* esset) dies, quo fecit, *&c. & in quinto quidem præcipue libro de hac sententia copiose disputat. Ea vero lectio est etiam in quibusdam codicibus græcis impressis, itemque apud Interpretem Origenis lib. 6. contra Celsum, & apud Philonem, in libro de mundi*

opificio. β Fons autẽ.] *Aquila,* ἐπιβλυγμὸς ἀνέβη ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς χθονός. Scaturigo abũ A
dans ascendit de terra, & irrigauit omnẽ faciem terræ. γ Puluerem de terra.] *Ita S. August. 6. & 7. de gen. ad litt. cap. 1. nec multo aliter Tertullianus in lib. de resur. carnis,* limum de terra. *Idem vero S. August. 2. de gen. contra Man.* finxit Deus hominem de limo terræ. *In quibusdam editionibus græcis legitur,* χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. *& Rufinus in expositione symboli,* accipiens Deus limum terræ plasmauit hominem. δ Faciem.] *Aquila, & Symmachus,* μυκτῆρα, nasum. ε Ad orientem.] *Aut,* contra, *aut,* secundum, *vt alij. Aquila,* ἀπὸ ἀρχῆς, ab exordio, *vt vertit S. Hieronymus. Symmachus,* ἐκ πρώτης, a prima. *Theodotio,* ἐν πρώτοις, in primis. ζ Adiciendum.] *Sic S. August. verbum è verbo, lib. 1. locut. fateturque se nescire, vtrum id locutionis sit, & non magis certum sensum aliquem insinuet. Alijs autem libris varie refert. Frequentior lectio apud ipsum, & S. Ambr. & alios est,* lignum scientiæ boni & mali. η Carbunculus.] *S. Hieronymus,* Pro carbunculo, & lapide prasino, bdelliũ & onyx, alij transtulerunt. θ Deliciarũ.] *Symmac.* ἐν παραδείσῳ τῆς ἄλσους, *quod, vt inquit S. Hieron. in tradition. sonat amœnitatem & delicias.* ι Qua die autem.] *Symmachus,* ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃς ἀπὸ τοῦ ξύλου, θνητὸς ἔσῃ, quacumque autẽ die comederis de ligno, mortalis eris. κ Ecstasim.] *Aquila,* καταφορὰν, *Symmachus,* κάρον, *quæ dictiones significant somnum grauem. Multi hoc loco vtuntur nomine soporis.* λ Hoc nunc os.] *Symmachus & Theodotio,* τοῦτο ἅπαξ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, hac vice os ex B
ossibus meis. μ Mulier.] *Symmachus,* αὕτη κληθήσεται ἀνδρίς, hæc vocabitur virago. *Ita enim S. Hieron. qui in traditionibus memorat Theodotionem hanc aliam suspicatum esse etymologiam,* hæc vocabitur assumptio, quia ex viro sumpta est.

CAP. III.

ET erant ambo nudi, Adam & mulier eius: & non confundebantur. Serpens autem erat ᵃ prudentissimus omnium bestiarum, quæ erant super
terræ, quas fecerat Dominus Deus. Et dixit serpens mulieri: Quid, quia C
dixit Deus, ne edatis ab omni ligno paradisi? Et dixit mulier serpenti: A fructu ligni paradisi edemus: de fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit Deus, non edetis ex eo, neq. tangetis illud, ne moriamini. Et dixit serpẽs mulieri: Non morte moriemini. Sciebat enim Deus, quoniã qua die manducaueritis de eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Et vidit mulier, quia bonum est lignum ad escam, & quia gratum oculis ad videndum, & speciosum est ad intelligendum. Et sumens de fructu eius edit: & dedit & viro suo secum: & ᵝ ederunt. Et aperti sunt oculi amborum: &
agnouerunt, quia nudi erant: & consuerunt folia fici, & fecerunt sibi succincto D
ria. Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad ᵞ vesperam: & absconderunt se Adam & mulier eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Et vocauit Dominus Deus Adam, & dixit illi: Adam, vbi es? Et dixit ei: Vocem tuam audiui deambulantis in paradiso, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Et dixit illi Deus: Quis nunciauit tibi, quia nudus es, nisi a ligno, quod præceperam tibi tantum ne ex eo manducares, ab eo edisti? Et dixit Adam: Mulier, quam dedisti mecum, hæc mihi dedit de ligno, & edi. Et dixit Dominus Deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens
seduxit me, & manducaui. Et dixit Dominus Deus serpenti: Quia fecisti hoc; E
maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus bestijs, quæ sunt super terram: super pectus tuum, & ventrem ambulabis: & terram edes omnes dies vitæ tuæ: & inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen eius. ᵟ Ipse ᵋ seruabit caput tuum: & tu seruabis eius calcaneum. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum: in tristitijs paries filios: & ad virum tuum ᶻ conuersio tua. Et ipse tui dominabitur. Adæ autem dixit: quia audisti vocem mulieris tuæ, & edisti de ligno,

de quo

A de quo præceperam tibi, de eo solo nô edere, de eo edisti; [η] maledicta terra in
operibus tuis: in tristitijs edes illam omnes dies vitæ tuæ: spinas & tribulos
germinabit tibi; & edes fœnum agri: in sudore vultus tui edes panem tuum,
donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia terra es, & in terram ibis.
Et vocauit Adam nomen [θ] mulieris suæ, vita; quoniam est mater omnium vi
uentiũ. Et fecit Dominus Deus Adæ, & mulieri eius tunicas pelliceas, & in-
duit eos. Et dixit Deus: Ecce Adam factus est, tamquam vnus ex nobis, in co
gnoscendo bonum & malum. Et nunc, ne aliquando extendat manum suam,
& sumat de ligno vitæ, & edat: & viuet in æternum. Et dimisit illum Domi-
B nus Deus de paradiso voluptatis, operari terram, ex qua sumptus est. Et eie-
cit Adam, & collocauit eum contra paradisum voluptatis: & ordinauit Che-
rubim, & flammeam romphæam, quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ.

α Prudẽtissimus.] *Sic S. Aug. l. 11. c. 1. quod græce est, φρονιμώτατος. in quibusdã libris græcis est, φρονιμώτερος: apud latinos sæpe est*, sapiẽtior *&* sapientissimus. *Aquila, καὶ ὁ ὄφις ἦν πανοῦργος ἀπὸ παντὸς ζώου τῆς χώρας, οὗ ἐποίησε κύριος ὁ θεός.* & serpens erat versipellis (*ita enim interpretatur S. Hier. in tradit. eodemq. modo Theodotionẽ dixisse refert*) præ omni animali terræ, quod fecit Dominus Deus. β Ederunt.] *Ita fere latini Patres, & libri græci. Inuentum est tamen in vno vetusto codice, καὶ ἔφαγε. & apud S. August. de gen. contra Man. lib. 2. cap. 1.* & manducauit, *quod conuenit cum latina vulgata.* γ Ad vesperam.] *Aquila, ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας*, in vento diei. *Symmachus, διὰ πνεύματος ἡμέρας*, per spiritu diei. *Theodotio, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς τὸ ψῦχος ἡμέρας*, in spiritu versus refrigerationem diei. δ Ipse.] *sic S. Hier. in tradit. & græce est, αὐτός. Sed*
C *S. August. & ceteri fere patres*, ipsa. ε Seruabit.] *Ita latini veteres, & græci codices, τηρήσει, & paulo post τηρήσεις: quamuis in Complutensi editione sit, τειρήσει*, conteret, *& τειρήσεις*, conteres. ζ Conuersio tua.] *S. Hier. in tradit.* Pro conuersione Aquila societatem, Symmachus appetitum vel impetum transtulerunt. η Maledicta terra.] *S. Hier. ibidem.* Aquila, maledicta humus propter te. & Theodotio, maledicta Adama in transgressione tua. θ Mulieris suæ, vita.] *Sic fere libri græci. In homilia tamen 18. S. Ioan. Chrysost. legitur, τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὔα, ὅπερ ἐστὶ ζωή. & S. August. lib. 11. cap. 1.* nomen mulieris suæ Eua, idest, vita.

CAP. IIII.

ADam autem cognouit Euam mulierem suam: quæ concepit, & pe-
D perit Cain. Et dixit: [α] Acquisiui hominem per Deum. Et adiecit
parere fratrem eius Abel. Et factus est Abel pastor ouium: Cain au-
tem operabatur terram. Et factum est post dies: obtulit Cain ex fructibus
terræ sacrificium Domino. Abel autem obtulit & ipse de primogenitis oui-
um suarum, & de adipibus earum. [β] Et respexit Deus super Abel, & super
munera eius: super Cain autem, & super sacrificia eius non aduertit. Et con-
tristatus est Cain valde: & concidit vultu suo. Et dixit Dominus Deus ad
Cain: [γ] Quare tristis factus es? & quare concidit vultus tuus? Nonne si recte
offeras, non autem recte diuidas, peccasti? Quiesce: ad te conuersio eius; &
E tu principatum habebis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: [δ] Tran-
seamus in campum. Et factum est, dum esset in campo, surrexit Cain super
Abel fratrem suum, & occidit eum. Et dixit Dominus Deus ad Cain: Vbi est
Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Numquid custos fratris mei ego sum? Et
dixit Dominus: [ε] Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de ter-
ra. Et nunc maledictus tu a terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem
fratris tui de manu tua. Quando operaberis terram, & non adijciet virtutem
suam dare tibi. [ζ] Gemens & tremens eris super terram. Et dixit Cain ad Do-

minum Deum: Maior causa mea est, quam vt ego dimittar. Si eijcis me ho- A
die a facie terræ: & a facie tua abscondar; & ero gemens, & tremens super terrā. Et erit: Omnis qui inuenerit me, occidet me. Et dixit ei Dominus Deus: Non sic. Omnis, qui occiderit Cain, [η] septem vindictas exoluet. Et posuit Dominus Deus signum super Cain, ne eū occidat omnis, qui inuenerit eum. Egressus est autem Cain a facie Dei, & habitauit in terra [θ] Næd contra Edē. Et cognouit Cain vxorem suam: & concipiens peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem: & nominauit ciuitatem in nomine filij sui Enoch. Natus est autem Enoch Gaidad. Et Gaidad genuit Maleleel. Et Maleleel genuit [ι] Mathusala. Et Mathusala genuit Lamech. Et accepit sibi Lamech duas vxores: B
nomen vni Ada, & nomen secundæ Sella. Et Ada peperit Iobel. Hic fuit pater habitantium in tabernaculis, pascentium pecora. Et nomen fratri eius, Iubal. Hic fuit, qui monstrauit psalterium, & citharam. Sella autem & ipsa peperit Thobel. Et fuit malleator, faber æris & ferri. Soror autem Thobel, Noema. Dixit autem Lamech vxoribus suis, Ada, & Sella: Audite vocem meam vxores Lamech: auribus percipite verba mea: quoniam virum occidi in vulnus mihi, & adolescentulum in liuorem mihi: quoniam septies vindicatum est de Cain: de Lamech autem septuagies septies. Cognouit autem Adam Euam vxorem suam: & concipiens peperit filium. [κ] Et cognominauit C
nomen eius Seth, dicens: Suscitauit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Et Seth factus est filius, & vocauit nomen eius Enos. [λ] Hic sperauit inuocare nomen Domini Dei.

α Acquisiui.] *S.Hier.in tradit.* acquisiui, siue, possedi. *Apparet autem etymologia in hebræo, quæ in græco, aut in latino non apparet: idque in ceteris etiam nominibus plerumque euenit.* β Et respexit.] *Theodotio,* ἐνεπύρισεν, inflāmauit. *Aquila,* ἀπηκηλήθη, *al.* ἀπηκλήθη, delenitus est. *al.* reuocauit se. *Symmachus,* ἐτέρφθη, delectatus est. *editio Syra,* ἀπεδέξατο, acceptauit, benedixit. *S.Hier. hæc refert ex Theodotione.* Et inflāmauit Dominus super Abel, & super sacrificium eius: super Cain vero, & super sacrificium eius non inflammauit. γ Quare tristis.] *Aquila,* εἰς τί ὀργίλον σοι; ad quid est ira tibi? δ Transeamus in campum.] *Schol. ex Cyrillo:* Apud neminem ex ceteris interpretibus posita sunt verba ipsius Cain ad Abel: sed neque apud Hebræos. Posita tamen sunt apud lxx. eaque etiam Samariticum volumen habet. *Idem fere notat S. Hier. in tradit. Ceterum in Thargum Hierosolymitano, qui Romæ est, habentur.* ε Quid fecisti?] *In alijs vetustis codicibus est,* τί ἐποίησας τοῦτο, cur fecisti hoc? ζ Gemens & tremēs.] *Schol.* Hebræus & Syrus, σαλευόμενος καὶ ἀκαταστατῶν, *idest,* nō manēs in eodē loco. *Theodoretus.* Tremere, aut secūdū alios Interpretes, ἀκαταστατεῖν, vagari, nusquam consistere. η Septem vindictas.] *S.Hier.* Pro septem vindictis Aquila septempliciter interpretatus est. Symmachus, septimum. Theodotio, per Hebdomadem. θ In terra Næd.] *S.Hier. scribit,* Naid, *& in aliquo libro græco est,* ναὶδ. *Idem vero admonet non significare terram, sed idem, quod* σαλευόμενος *idest, fluctuans, & instabilis, ac sedis incertæ.* ι Mathusala.] *Schol.* Apud lxx. ponitur μαθουσάλα. Id vero erratum scriptoris est. Nam Mathusala est ex progenie Seth, quæ stabilis constitit. Qui à Cain descendit; vocatur μαθουσαλά, qui vna cum ceteris exulauit. *In latina editione Mathusala dicitur, qui ex Seth: Mathusael, qui è Cain.* κ Et cognominauit.] *S.Hier.* Denique Aquila, & vocauit, inquit, nomen eius Seth, dicens: quia posuit mihi Dominus semen alterum. λ Hic sperauit.] *Theodoretus q.47.* Id vero Aquila sic est interpretatus. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου. *quæ S. Hieronymus ita reddidisse videtur,* tunc initium fuit inuocandi nomen Domini. *Theodoretus tamen sic videtur explanare, quasi ipse Seth cœperit vocari Deus, & filij eius, filij Dei.*

D, E

CAP. V.

Hic est liber generationis hominum. Qua die fecit Deus Adam; ad imaginem Dei fecit illum: masculum & feminam fecit eos, & benedixit eos. Et vocauit [α] nomen eius Adam, qua die fecit eos. Vixit autem

Adam

A Adam triginta & ducentos annos: & genuit ad figuram ſuam, & ad imaginem
ſuam: & vocauit nomen eius Seth. Facti autem ſunt dies Adam, quos vixit,
poſtquam ipſe genuit Seth, ſeptingenti anni: & genuit filios & filias. Et facti
ſunt omnes dies Adam, quos vixit, triginta & nongenti anni: & mortuus eſt.
Vixit autem Seth quinque & ducentos annos: & genuit Enos. Et vixit Seth,
poſtquam ipſe genuit Enos, ſeptem annos, & ſeptingentos: & genuit filios &
filias. Et facti ſunt omnes dies Seth duodecim & nōgenti anni: & mortuus eſt.
Et vixit Enos annos centum nonaginta: & genuit Cainan. Et vixit Enos, poſt-
quam ipſe genuit Cainan, quindecim annos, & ſeptingentos: & genuit filios
B & filias. Et facti ſunt omnes dies Enos quinque anni & nongenti: & mortuus
eſt. Et vixit Cainan ſeptuaginta & centum annos: & genuit Malaleel. Et vi-
xit Cainan, poſtquam genuit Malaleel, quadraginta & ſeptingentos annos: &
genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainan decem anni & non-
genti: & mortuus eſt. Et vixit Malaleel quinque & ſexaginta & centum an-
nos: & genuit Iared. Et vixit Malaleel, poſtquam genuit Iared, annos trigin-
ta & ſeptingentos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel
anni quinque & nonaginta & octingenti: & mortuus eſt. Et vixit Iared duos &
ſexaginta annos, & centum: & genuit Enoch. Et vixit Iared, poſtquam ge-
C nuit Enoch, octingentos annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes
dies Iared, duo & ſexaginta & nongenti anni: & mortuus eſt. Et vixit Enoch,
quinque & ſexaginta & centum annos: & genuit Mathuſala. Enoch autem pla
cuit[β] Deo, poſtquam genuit Mathuſala, ducentos annos: & genuit filios & fi-
lias. Et facti ſunt omnes dies Enoch quinque & ſexaginta & trecenti anni. Et
placuit Enoch Deo: & nō inueniebatur, quia tranſtulit eum Deus. Et vixit Ma
thuſala ſeptem annos & ſexaginta & centum: & genuit Lamech. Et vixit Ma-
thuſala, poſtquam genuit Lamech, duos & octingentos annos: & genuit filios
& filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala quos vixit, nouem & ſexaginta &
D nongenti anni: & mortuus eſt. Et vixit Lamech octo & octuaginta & centum
annos: & genuit filium & vocauit nomen eius Noe dicens: Iſte requieſcere nos
faciet ab operibus noſtris, & a triſtitijs manuum noſtrarum, & a terra, quam
maledixit Dominus Deus. Et vixit Lamech, poſtquam genuit Noe, quingen-
tos & ſexaginta & quinque annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt om-
nes dies Lamech ſeptingenti[γ] & quinquaginta tres anni: & mortuus eſt.

α Nomen eius Adam.] *Ita fere in libris græcis, qui collati ſunt, præterquam in vno vetuſto, in quo eſt, τὸ ὄνομα αὐτῶν. S. Auguſtinus 15. de ciuitate* Dei *cap.* 21. & cognominauit nomen eorum Adam. *S. Hie-*
E *ronymus in tradition.* & vocauit nomen eorum Adam, id eſt, homo. Hominis nomen tam viro, quam fe-
minæ conuenit. β Placuit Deo.] *In Compl. ſequitur, καὶ ἔζησεν ἐνώχ, & vulgata,* & vixit Enoch. *quæ ta-
men in collatis græcis codicibus non ſunt inuenta, neque ſunt in hebræo, neque in chaldæo.* γ Nongenti an-
ni.] *Ex annorum ſupputatione exortam eſſe quæſtionem ſcribit S. Hier. quæ omnes exercuerit Eccleſias: quam ipſe hoc modo ad exitum perducit.* Reſtat ergo, vt quomodo in pleriſque, ita & in hoc ſit error in numero. Si quidem & in hebræis, & Samaritanorum libris ita ſcriptum reperi, &c. *S. Auguſt. in quæſtionib. in Gen. q.* 2. Quæri ſolet, quomodo Mathuſalem ſecundum annorum computationem viuere poſt diluuium potuerit; cum omnes præter eos, qui in arcam ingreſſi ſunt, perijſſe dicantur. Sed hanc quæſtionem plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolum quippe in hebræis aliter inuenitur; verumetiam in lxx. interpretatione, Mathuſalem in codicibus paucioribus, ſed veracioribus, ſex annos ante diluuium reperitur fuiſſe defunctus. *quod etiam explicat* 15 *de ciuit. c.* 13.

CAP.

 A

CAP. VI.

ET erat Noe annorum quingentorum: & genuit tres filios, Sem, Cham, Iapheth. Et factum est, postquam ceperunt homines multi fieri super terram; & filiæ natæ sunt illis. [α] Videntes autem filij Dei filias hominum, [β] quia bonæ sunt; sumpserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Et dixit Dominus Deus: [γ] Non permanebit spiritus meus in hominibus his in æternum, quia carnes sunt. Erunt autem dies eorum centum viginti anni.
[δ] Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud, cum intra- B
rent filij Dei ad filias hominū; & generabant eis. Illi erāt gigantes a sæculo homines nominati. [ε] Videns autem Dominus Deus, quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & vnusquisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnibus diebus; [ζ] & cogitauit Deus, quia fecit hominē super terram. Et [η] recogitauit, & dixit Deus: Delebo hominem, quem feci, a facie terræ, ab homine vsque ad pecus, & a reptilibus vsque ad volatilia cæli: quia [θ] cogitaui, quoniam feci eos. Noe autem inuenit gratiam corā Domino Deo. Hæ vero sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus existens in ge-
neratione sua. Deo [ι] placuit Noe. Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham, C
Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo: & terra impleta est iniustitia. Et vidit Dominus Deus terram: & erat corrupta: quia corruperat omnis caro viam [κ] ipsius super terram. Et dixit Dominus Deus Noe: [λ] Tempus omnis hominis venit coram me: quia terra impleta est iniquitate ab ipsis. Et ecce ego disperdo ipsos & terram. Fac igitur tibi arcam de lignis [μ] quadratis: nidos facies [ν] arcam: & [ξ] bituminabis eam intus, & foris bitumine. Et ita facies arcam. Trecentorum cubitorum longitudo arcæ: & quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo ipsius. [ο] Colligens facies arcam: & in cubi-
to consummabis eam desuper: ostium vero arcæ facies [π] a latere. [ρ] Inferiora, D
bicamerata, & tricamerata facies eam. Ego autem ecce induco diluuium, aquam super terram, vt disperdam omnem carnem, in qua est spiritus vitæ sub cælo: & omnia, quæ fuerint super terram, morientur. Et statuam testamentum meum tecum. Ingredieris autem in arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecū: & ab omnibus pecoribus, & ab omnibus reptilibus, & ab omnibus [σ] bestijs, & ab omni carne, duo duo ab omnibus induces in arcam, vt nutrias tecum. Masculus & femina erunt. Ab omnibus auibus volatilibus secundum genus, & ab omnibus pecoribus secundū genus, & ab om-
nibus reptilibus repentibus super terram secundum genus eorum, duo duo E
ab omnibus ingredientur ad te, vt nutriantur tecum masculus & femina. Tu autem sumes tibi ab omnibus escis, quas comeditis: & congregabis ad te: & erunt tibi & illis ad manducandum. Et fecit Noe omnia quæcunque præcepit ei Dominus Deus: sic fecit.

[α] Videntes autem.] *Apud S. August. lib. 15. de ciuit. cap. 23. coniunguntur hæc cum superioribus hoc modo.* Postquam ceperut homines multi fieri super terram, & filiæ natæ sunt illis; videntes angeli Dei, *&c. Quod autem pertinet ad dictionem istam,* angeli, *quam ipse habet (vt etiam Philo in libro de Gigantibus) cum*

de hoc

A *de hoc loco copiose disputasset; addit haec verba:* Et lxx. quidem interpretes & angelos Dei dixerunt istos, & filios Dei. Quod quidem non omnes codices habent: nam quidam nisi, filios Dei, non habent. *Idem notat in quaestionib. in gen. q. 3. At S. Ioannes Chrysost. hom. 22. & Theodoretus q. 47. non inquiunt in codicib. legi angelos, sed quosdam putasse vocabulo filiorum Dei significari angelos. Aquila,* υἱοὶ τῶν θεῶν. *Symmachus,* οἱ υἱοὶ τῶν δυναστευόντων. *S. Hier. in tradit.* Verbum Hebraicum, eloim, communis est numeri: & Deus quippe & Dij similiter appellantur. Propterquod Aquila plurali numero filios Deorũ ausus est dicere, Deos, intelligẽs sanctos, siue angelos. Deus enim stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos discernit. Vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens, ait, videntes filij potentum filias hominum, *& reliqua.* β Quia bonae.] *Ita S. Hier. in tradit. & S. August. eodem libro 15. de ciuit. cap. 23. vbi etiam docet consuetudinem esse scripturae huius, etiam speciosos corpore bonos vocare. graece est,* καλαί, *quae dictio saepe pulchritudinem significat.* γ Non permanebit.] *Symmachus,* οὐ κρινεῖ τὸ πνεῦμά μου τοὺς ἀνθρώπους αἰωνίως. non iudicabit spiritus meus homines sempiterne. δ Gigantes.] *Aquila,* οἱ ἐπιπίπτοντες, οἱ βιαῖοι, qui irruunt, violẽti. *Symmachus,* οἱ δυσίατοι βίαιοι, incurabiles, violenti. *S. Hier. in tradit.* Pro cadentibus, siue gigantibus vio-

B lentos interpretatus est Symmachus. *vt videatur illud* ἐπιπίπτοντες *apud ipsum esse,* cadentes. ε Videns autem.] *S. Cyprianus ad Nouatianum haec ita refert.* Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum super terram, & quod omnes in malum recordarentur a principio dierum suorum, *&c.* ζ Et cogitauit.] *Ita S. August. 15. de ciuit. cap. 24. graece est,* ἐνεθυμήθη. *Procopius Gazaeus.* Illud ἐνεθυμήθη, dictũ est, pro κατενύγη, τουτέστιν ἔσχε λογισμόν, indoluit, tristem suscepit cogitationem. *Aquila,* μετεμελήθη, paenituit. *Symmachus,* ἀπεστράφη, auersatus est. *Rursus idem Procopius ad idem verbum* ἐνεθυμήθη. hebraicum habet, διενοήθη consideraui. vel προσέσχε, attendit. hoc loco duntaxat. Alibi vero, sicubi habet μετεμελήθη paenituit; significat παρελύθη, reuocauit se. η Et recogitauit.] *S. August. in locut.* Quod scriptum est in quibusdam latinis codicibus: & paenituit, & dixit Deus; deleam hominem, quem feci, a facie terrae, in greco inuenitur διενοήθη: quod magis recogitauit, quàm paenituit, significare perhibetur. quod verbum etiam nõnulli latini codices habent. θ Quia cogitaui.] *Idest magna me tangit cura. rursus enim idem verbum* ἐνεθυμήθην. *& Theodor. interpretatur.* idest, constitui disperdere hominũ genus. *In vno codice vetusto, & in aliquot impressis est,* μετεμελήθην. *& interpres Origenis homil. 2. paenitet me, quod feci hominem. alius codex ve-*

C *tustus habet,* ἐθυμώθην, *itemque Philo in libro, quod Deus sit immutabilis. & S. August. 15. de ciuit. c. 24.* quia iratus sum. *& S. Ambr. in lib. de Noe c. 4.* Ideo postea habes, quia iratus Dominus est. ι Placuit Noe.] *Scholion.* εὐηρέστησε τῷ θεῷ. συμπεριεπάτει τῷ θεῷ, ἐπηκολούθησεν, cum Deo ambulabat, Deo est obsequutus. *& S. Hier.* cum Deo ambulabat Noe, hoc est, illius vestigia sequebatur. κ Ipsius.] αὐτοῦ *S. Ambr. cap. 5. cum locũ hunc ita retulisset:* quia homo viam naturae suae corrupit; *addit,* alij habent, viam ipsius, idest, Dei. *Nos tamen cum dicimus, ipsius, non prohibemus, quin intelligatur, suam, licet non satis apta constructio videatur,* πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ: *non sunt enim inusitatae in sacra scriptura constructiones huiusmodi.* λ Tempus.] *Aquila,* τέλος, finis. *Symmachus,* πέρας, terminus. μ Quadratis.] *Scholion.* ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ἢ κεδρίνων, ex lignis imputribilibus, vel cedrinis. *Hebraeus illud* τετραγώνων, *inquit,* ἐπὶ σανίδων πυξίνων, super tabulas buxeas. *Sed S. Hier.* Pro quadratis lignis, bituminatis legimus in hebraeo. *S. Aug. tract. 6. In Io. inquit inueniri in scriptura ex lignis imputribilibus arcam hanc esse fabricatam. Sed S. Ambr. de Noe c. 7. admonet hic simpliciter ligna poni, in Exodo autem imputribilia.* ν Arcam.] *Alij libri graeci* κατὰ τὴν κιβωτὸν, secundum arcam. *Compl.* ἐν αὐτῇ. in ea. *S. Ambr. cap. 6.* in arca. *S. August. in locut.* Quod habent latini codices plurimi, nidos fa-

D cies in arcam, cum latina locutio sit, non, in arcam, sed in arca; graeci nec in arcam nec in arca, habent; sed, nidos facies arcam: quod intelligitur, vt ipsa arca nidi essent. *Eodem modo habet hebraeus. Symmachus* καλιὰς ποιήσεις, mãsiunculas facies. *Scholion,* τὰς εἰς νεοσσοτροφίας ἐπιτηδείως ἐχούσας καταλύσεις. diuersoria apta ad pullorum nutritionem. ξ Bituminabis.] *Sic interpres Origenis, ad verbum è graeco. S. Ambr. c. 6.* illinies. *Aquila,* ἀλοιφώσεις ἀλοιφῇ, vnges vnguine. ο Colligens.] *Symmachus,* διαφανὲς ποιήσεις, perlucidũ facies. *Aquila,* μεσημβρινὸν, meridianum. *S. Hieronymus:* Pro eo, quod est, colligens facies arcam, in hebraeo habet, meridianum facies arcae: quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens, διαφανὲς hoc est, dilucidum facies arcae, volens fenestram intelligi. π A latere.] *S. August. in locut.* Quod habent plerique codices, facies ostium arcae a latere, nonnulli habent, ex transuerso. sic enim voluerunt interpretari, quod graece dicitur ἐκ πλαγίων, *S. Ambr. c. 8.* ex aduerso. ρ Inferiora.] κατάγαια. *aut, vt alius liber,* κατάγαια διώροφα, καὶ τριώροφα. *Symmachus.* κατὰ δίστεγα καὶ τρίστεγα. secundum binas & ternas coniugnationes. σ Bestijs.] *Aquila & Symmachus,* ζώων, animalibus.

E

CAP. VII.

ET dixit Dominus Deus ad Noe. Intra tu, & omnis domus tua in arcam: quia te vidi iustum coram me in generatione ista. A iumentis autem mundis induc ad te, septem septem, masculum & feminam: a iumentis autem immundis duo duo, masculum & feminam; & a volatilibus caeli mundis septem septem, masculũ & feminam, & ab omnibus volatilibus immundis duo duo, masculum & feminam, vt nutriatur semen super omnem terram.

terram. Adhuc enim ſeptem diebus, ego induco pluuiam ſuper terram qua- A
draginta dies, & quadraginta noctes: & delebo omnem ᵅ ſuſcitationem, quam
feci, a facie ᵝ omnis terræ. Et fecit omnia Noe, quæ præcepit ei Dominus
Deus. Noe autem erat annorum ſexcentorum: & diluuium aquæ factum eſt
ſuper terram. Intrauit autem Noe, & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum
eius cum eo in arcam, propter aquam diluuij: & a volatilibus mundis, & a vo
latilibus immundis, & a pecoribus mundis, & a pecoribus immundis, & ab
omnibus repentibus ſuper terram, duo duo intrauerunt ad Noe, maſculus &
femina: ſicut præceperat Deus Noe. Et factum eſt poſt ſeptem dies: & aqua
diluuij facta eſt ſuper terram. In ſexenteſimo anno in vita Noe, in menſe ſe- B
cundo, in ſeptima & vigeſima menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi: & ᵞ ca-
taractæ cæli apertæ ſunt. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta dies, &
quadraginta noctes. In die hac intrauit Noe, Sem, Cham, Iaphet filij Noe, &
vxor Noe, & tres vxores filiorum eius cum eo in arcam: & omnes beſtiæ ſecun
dum genus, & omnia pecora ſecundum genus, & omne repens, quod moue-
tur ſuper terram, ſecundum genus, & omnis auis volatilis ſecundum genus
ſuum intrarunt ad Noe in arcam, duo duo, maſculus & femina ab omni car-
ne, ᵟ in quo eſt ſpiritus vitæ. Et quæ ingrediebantur, maſculus & femina ab
omni carne intrarunt, ſicut præceperat Deus Noe. Et clauſit Dominus Deus C
arcam ᵋ de foris eius. Et factum eſt diluuium quadraginta dies, & quadragin-
ta noctes ſuper terram: Et exundauit aqua, & leuauit arcam: & exaltata eſt a
terra. Et ſuperabat aqua, & multiplicabatur valde ſuper terram: Et ſuperfere-
batur arca ſuper aquam: aqua autem ſuperabat valde valde ſuper terram. Et
operuit omnes montes excelſos, qui ſunt ſub cælo: quindecim cubitos deſu-
per ᶻ exaltata eſt aqua. Et mortua eſt omnis caro, quæ mouetur ſuper terram,
volatiliũ, & pecorum, & beſtiarum: & omne reptile, quod mouetur ſuper ter
ram, & omnis homo, & omnia quæcumq. habent flatum vitæ, & omne quod
erat ſuper aridam, mortuum eſt. Et deleuit omnem ſuſcitationem, quæ erat D
ſuper faciem terræ, ab homine vſque ad pecus, & reptilia, & volatilia cæli. Et
deleta ſunt de terra. Et relictus eſt ſolus Noe, & qui erant cum eo in arca. Et
exaltata eſt aqua ſuper terram centum quinquaginta dies.

ᵅ Suſcitationem.] *ἀνάστημα. S. Auguſt. in locutionibus num. 19. videtur legiſſe ἀνάστασιν, vbi etiam notat aliquid fortaſſe diſcriminis eſſe inter ἀνάστασιν, & ἐξανάστασιν. & num. 21. ſuſcitationem videtur interpretari conditionem, vel creaturam carnis. S. Ambroſius cap.* 13. & delebo omnem reſurrectionem carnis a facie terræ. *Omnino dictione iſta videtur ſignificari, quod exurgit, atque extat ſuper terram.* ᵝ Omnis.] *Abeſt a S. Ambroſio, itemq. a Compl. illud πάσης.* ᵞ Cataractæ.] *Aquila & Symmachus, αἱ θυρίδες,* feneſtræ. ᵟ In quo eſt.] *S. Auguſt. in locut. num.* 20. Non refertur in quo, niſi genus ſubaudias, id eſt, in quo genere. Nam, ſi in carne ſubaudiremus, in qua, fuerat dicendum: quod ſolus Interpres Symmachus dixit. *Verũ & Theodoretus in pſ.* 103. *& alij notarunt non raro vnum genus pro altero poni.* ᵋ De foris eius.] ἔξωθεν αὐτοῦ. *Interpres Origenis abſolute,* de foris, *& S. Ambr. c.* 15. a foris. ᶻ Exaltata eſt.] *Aquila, ἐνεδυναμώθη,* inualuit. *Symmachus, ἐπεκράτησεν,* præualuit. *De hac varietate meminit S. Aug. q.* 11. E

CAP. VIII.

ET memor fuit Dominus Noe, & omnium beſtiarum, & omnium iumẽ-
torum, & omnium volatilium, & omnium reptilium repentium, quæ
erant

A erat cum eo in arca. Et induxit Deus spiritum super terram: & [α] cessauit aqua.
Et [β] clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli: & cohibita est pluuia a cælo: &
cedebat aqua vadens de terra: & minuebatur aqua post quinquaginta & centū
dies. Et sedit arca in mense septimo, septima & vigesima mensis super mon-
tes Ararat. Et in decimo mense prima mensis apparuerunt capita montium.
Et factum est post quadraginta dies, aperuit Noe [γ] fenestram arcæ, quā fece-
rat. Et emisit coruum. Et egressus nō redijt, donec siccaretur aqua a terra. Et
emisit columbam post eum videre, si cessauit aqua a terra. Et cum non inue-
nisset columba requiem pedibus suis, reuertit ad eum in arcam: quoniam
B aqua erat super omnem faciem terræ. Et extendens [δ] manum accepit eam; &
induxit eam ad semetipsum in arcam. Et cum sustinuisset adhuc septem dies
alios, rursus emisit columbam ex arca. Et reuertit ad eum columba ad vespe-
ram: & habebat foliū oleæ, [ε] festucam in ore suo. Et cognouit Noe, quia cessa
uit aqua a terra. Et cum sustinuisset adhuc septem dies alios; rursus emisit co-
lumbam: & non apposuit reuerti ad eum amplius. Et factum est in vno & sex-
centesimo anno in vita Noe primi mensis vna mensis defecit aqua a terra. Et
denudauit Noe [ζ] tectum arcæ quod fecerat: & vidit quia defecerat aqua a fa-
cie terræ. In secundo autem mense siccata est terra, septima & vigesima men-
C sis. Et ait Dominus Deus ad Noe, dicens: Exi de arca tu, & vxor tua, & filij tui,
& vxores filiorum tuorum tecum, & omnes bestiæ, quæ sunt tecum, & omnis
caro a volatilibus vsque ad iumenta: & omne reptile, quod mouetur super ter
ram educ tecum: & crescite & multiplicamini super terram. Et egressus est
Noe & vxor eius, & filij eius, & vxores filiorum eius cum eo. Et omnes bestiæ,
& omnia iumenta, & omne volatile, & omne reptile, quod mouetur super ter
ram secundum genus suum exiuerunt ex arca. Et ædificauit Noe altare Domi
no: [η] & sumpsit ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus volatilibus mū
dis: & obtulit in [θ] holocarposin super altare. Et odoratus est Dominus Deus
odorem suauitatis. Et dixit Dominus Deus [ι] recogitās: Non adijciam adhuc
D maledicere terram propter opera hominum: quia permanet mēs hominis di-
ligenter super mala a iuuentute sua. Non adijciam ergo adhuc percutere om-
nem carnem viuentem, sicut feci [κ] omnibus diebus terræ, semen & messis, fri
gus & æstus, [λ] æstas & ver, die ac nocte non requiescent.

[α] Cessauit.] *Sic S. Ambr. cap. 16. S. Hieron. in tradit.* quieuit. *S. August. in quæst.* desijt. *Aquila,* ἐστάλησαν contractæ sunt. *Symmachus,* ἐλώφησαν, alleuatæ, & sedatæ sunt. [β] Clausi sunt.] *Ita S. Ambr. cap. 17. & libri græci vetusti,* ἐπεκαλύφθησαν, *idest,* cooperti sunt. *Theodoretus,* Idest, ἐκλείσθησαν. clausi sunt. nam & inferne crescebat aqua. *S. Hier. videtur legisse, quemadmodum est in quibusdam vulgatis editionibus,* ἀπεκαλύφθησαν. *Ita enim scribit in tradit.* & reuelati sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli. Pro reuelatis fontibus,
E clausos, & obturatos, omnes interpretes transtulerunt. *Schol. ex Aquila,* ἐνεφράγησαν, obstructi, & obsepti sunt. [γ] Fenestram.] θυρίδα. *Ita libri vetustiores. In alijs, & apud S. Ioannem Chrysost. hom. 26. est,* τὴν θύραν. *Et S. Hier. cum haberet,* ostium arcæ; *hæc addit,* pro ostio fenestra scripta est in hebræo. *S. Amb. cap. 17. primo,* ostium, *deinde,* fenestram, *habet.* [δ] Manum.] *Ita S. Ambr. cap. 18. In aliquo libro græco additur* αὐτοῦ *& S. August. in locut. notat hanc dicendi formam,* manum suam. [ε] Festucam.] κάρφος, *S. Amb. cap. 19.* & ramum. *S. Aug. in locut.* surculum. [ζ] Tectum.] *Aquila,* τὸ κάλυμμα, operculum. [η] Domino.] *S. Ambr. c. 22. habet,* Deo, *& rationē affert, cur potius dictum sit,* Deo, *quàm,* Domino. *In aliqua etiam editione vulgata est,* τῷ θεῷ. [θ] In holocarposin.] *Retinuimus dictionem græcam, quod interdum patres eam a ceteris similibus distinguant. potest tamen verti,* in holocaustum. *Symmachus,* ἀναφοραὶ, oblationes. [ι] Recogitans.] *Apud S. Ambr. cap. 22. sic interpungitur:* Et dixit Dominus Deus, recogitans non adijciam. *Sed fortasse, quantū ex explanatione colligitur, vitiū scriptoris est. Omnino melius respondet hebræo, si ita legatur:*

& dixit

& dixit Dominus Deus recogitans. *Symmachus,* εἶπε κύριος πρὸς ἑαυτόν, dixit Dominus ad ſeipſum. *Theo-* A
dotio, εἶπε κύριος πρὸς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, dixit Dominus ad cor ſuum. α Omnibus diebus terræ.] *S. Amb.*
c.22. videtur iſta coniungere cum ſuperioribus; ita enim inquit: Non ergo adhuc percuterer omnem terram,
ſicut fecit, omnibus diebus terræ. *Et c.23. ſic incipit,* Quid ſit etiam, quod ait, ſemen, & meſſis, *&c. Sed S.*
Aug. q.15. videtur coniungere cum ſequentibus. Ita enim ſcribit, Quid ſibi vult, quod Dominus dicit non a-
dijciam adhuc maledicere ſuper terrã propter opera hominum: quia appoſita eſt mens hominis ad ma-
litiam a iuuentute. Non adijciam ergo adhuc percutere omnem animam viuam, quemadmodum fecis
& deinde iungit, quæ ſecundũ largitatem bonitatis ſuæ donat hominibus indignis. *Ita etiam interpun-*
git latina vulgata editio. λ Æſtas & ver.] *S. Ambr. cap.23. hunc locum ita refert,* ſemen & meſſis, hiems
& æſtas, die & nocte non requieſcent.

CAP. IX.

B

ET benedixit Deus Noe, & filios eius: & dixit eis: Creſcite & multiplicami
ni, & replete terram, & dominamini eius: & α tremor, & timor veſtri erit
in omnibus beſtijs terræ, ſuper omnia volatilia cæli, & ſuper omnia
quæ mouentur ſuper terram, & ſuper omnes piſces maris: ſub manus vobis de
di: & omne reptile quod eſt viuum, vobis erit ad eſcam, ſicut olera pabuli de-
di vobis omnia. Verumtamen β carnem in ſanguine animæ non comedetis.
Etenim veſtrum ſanguinem animarum veſtrarum de manu omnium beſtiarũ
exquiram ipſum: & de manu γ hominis fratris exquiram animam hominis.
Qui effuderit ſanguinem hominis; pro ſanguine eius effundetur: quia in imagi C
ne Dei feci hominem. Vos autem creſcite & multiplicamini, & replete ter-
ram, & dominamini eius. Et ait Deus Noe, & filijs eius cum eo, dicens. Et ec-
ce ego ſtatuo pactum meum vobis, & ſemini veſtro poſt vos, & omni ani-
mæ viuenti vobiſcum ab auibus & a pecoribus, & omnibus beſtijs terræ, quæ
vobiſcum ſunt, ab omnibus quæ egreſſa ſunt ex arca: & ſtatuam pactum
meum ad vos: & non morietur omnis caro vltra ab aqua diluuij, & non vl-
tra erit diluuium aquæ, vt corrumpat omnem terram. Et dixit Dominus
Deus ad Noe. Hoc ſignum teſtamenti quod ego do inter me & vos, & inter
omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes æternas. Ar- D
cum meum pono in nube; & erit ſignum teſtamenti inter me & terram. Et
erit: in connubilando me nubes ſuper terram, parebit arcus in nube: & me-
mor ero teſtamenti mei, quod eſt inter me & vos, & inter omnem animam
viuentem in omni carne. Et non erit vltra aqua in diluuium, vt deleat om-
nem carnem. Et erit arcus meus in nube: & videbo, ad recordandum teſta-
menti æterni inter me & terram, & inter animam viuentem in omni carne,
quæ eſt ſuper terram. Et dixit Deus Noe. Hoc ſignũ teſtamenti, quod diſpo-
ſui inter me & inter omnem carnem, quæ eſt ſuper terram. Erant autem filij
Noe, qui egreſſi ſunt de arca Sem, Chã, Iaphet. Et Cham erat pater Chanaan. E
Tres hi ſunt filij Noe. Ab his diſſeminati ſunt ſuper omnem terram. Et cepit
Noe homo agricola eſſe terræ, & plantauit vineam: & bibit de vino & inebria
tus eſt, & nudauit ſe in domo ſua. Et vidit Cham pater Chanaã δ nudationem
patris ſui: & egreſſus annũciauit duobus fratribus ſuis foris. Et ſumentes Sem,
& Iaphet veſtimentum, impoſuerunt ſuper duos humeros ſuos, & perrexerũt
retrorſum, & operuerũt nuditatem patris ſui: & facies eorum retrorſum: &
nuditatem patris ſui non viderunt. Et ſobrius factus eſt Noe a vino: & cogno
uit

A uit omnia quæ fecit eis filius eius iunior, & dixit: Maledictus Chanaan [ε] puer: famulus erit fratrib[9] suis. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem: & erit Chanaā puer [ζ] famulus eius. Dilatet Deus Iaphet: & habitet in [η] domib[9] Sem: & fiat Chanaan puer eius. Vixit autem Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta. Et facti sunt omnes dies Noe, nongenti quinquaginta anni: & mortuus est.

α Et tremor, & timor vestri.] *In alijs libris græcis partim est,* καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, καὶ ὁ τρόμος, *& S. Ambr. c.24.* & timor vestri, & tremor. *partim* καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν, καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, & tremor vestri, & timor vestri. β. Carnem in sanguine.] *Aquila* ἐν ψυχῇ αὐτοῦ αἷμα αὐτοῦ, in anima eius sanguinem eius. *Symm.* οὗ σὺν ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ, cuius cum anima sanguis eius. γ Et de manu hominis.] *Ita fere S. August. q.16. sed S. Ambr. c.26. videtur hoc modo habere:* Etenim iustum sanguinem, & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestijs,
B & de manu hominis. Sanguinem hominis de manu fratris eius exquiram. *In græcis etiam libris sunt aliquæ varietates.* δ Nudationem.] *Aquila, & Symm.* τὴν ἀσχημοσύνην, turpitudinem. ε Puer: famulus.] *Sic videntur interpungere. S. Ioan. Chrys. hom.29. & S. Aug. lib.16. de ciuit. cap.1. Sed possunt etiam coniungi, vt significetur puer domesticus. Theodoretus q.57. habet* δοῦλος δούλων. seruus seruorum. *licet interpres videatur legisse* δοῦλος δουλεύων, *vertit enim,* seruus seruiens. *Scholiastes illud* δοῦλος δούλων *tribuit Aquilæ.* ζ Puer famulus eius.] *S. Ambr. c.32.* & erit Chanaan seruus eius: *& Theodoretus* καὶ ἔσται χαναὰν παῖς αὐτοῦ. η In domibus.] *Ita S. Ambrosius, & S. Aug. locis allatis. In alijs libris græcis, & apud S. Ioan. Chrys. & Theodoretum est* ἐν τοῖς σκηνώμασι. in tabernaculis, *quemadmodum etiam est apud S. Hieronymum.*

CAP. X.

HÆ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, Iaphet; & nati sunt eis filij post diluuium. Filij Iaphet, Gamer, & Magog, & Madoi, & Iouan, & [α] Elisa, & Thobel, & Mosoch, & Thiras. Et filij Gamer, Ascanaz, & Ri-
C phath, & Thorgama. Et filij Iouā, Elisa & Tharsis, Cetij, Rhodij. Ex his segregatæ sunt insulæ gentiū in terra sua: vnusquisq; secundū linguā, in tribubus suis, & in gentibus suis. Filij autem Cham, Chus, & Mesraim, Phud & Chanaan. Filij autē Chus, Saba, & Euila, & Sabatha, & Rhegma, & Sabathaca. Filij autē Rhegma, Saba, & Dadan. Chus autem genuit Nebrod. Hic cepit esse gigas super terram. Hic erat gigas [β] venator [γ] contra Dominum Deum. Propter hoc dicent, sicut Nebrod gigas venator cōtra Dominum. Et factum est initium regni eius Babylon, & Orech, & Archad, & Chalaune in terra Senaar. De terra illa exijt Assur: &
D ædificauit Niniuem, & Rhooboth ciuitatem, & Chalach, & Dase inter medium Niniues, & Chalach. Hæc ciuitas magna. Et Mesraim genuit Ludijm, & Nephtalim, & Enemetiin, & Labjim, & Patrosonijm, & Chasmonijm (Vnde [δ] exierunt Philistijm,) & Gaphthorijm. Chanaan autē genuit Sidonem primogenitū suum & Chettæum, & Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, & Euæum, & Arucæū & Asennæum, & Aradium, & Samaræum, & Amathi. Et post hæc dispersæ sunt tribus Chananæorum. Et facti sunt fines Chananæorum a Sidone, donec veniatur ad Gerara, & Gazan, donec veniatur vsq; ad Sodomā, & Gomorrham, Adama, & Seboim vsque ad Dasa. Hi filij Cham in tribubus suis secundum lin-
E guas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Et Sem natus est etiam ipsi, patri omnium filiorum Heber, fratri Iaphet [ε] maioris. Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aran, & Cainan. Et filij Aran, Hus, & Vl, & Gater, & Mosoch. Et Arphaxad genuit Cainan: & Cainan genuit Sala. Sala autem genuit Heber. Et Heber nati sunt duo filij: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratri eius Iectan. Iectan autem genuit Elmodad, & Saleth, & Sarmoth, & Iarach, & Hodorra, & Æbel, & Decla, & Eual, & Abimael, & Saba, & Ophir, & Euila, & Iobab. Omnes hi filij Iectan. Et facta est habitatio eorū a Masse, donec venias ad Saphera montem orientis. Hi filij Sem in tribubus suis, secundum linguas suas, in regionibus suis, & in gentibus suis. Hæ

tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, secundum gentes eorum. A
Ab his dispersæ sunt insulæ gentium super terram post diluuium.

α Et Elisa.] *Hoc abest à Compl. vt etiam à S. Hier. qui (ne videatur vitium scriptoris) addit septem filios natos esse ipsi Iapheth filio Noe. Est tamen in collatis exemplaribus. Et S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 3. Scribit filios Iaphet octo esse nominatos.* β Gigas venator.] *Schol. βίαιος,* violentus. γ Contra Dominum.] *S. Aug. in locut.* Incertum est vtrum possit accipi coram Domino Deo, quia & sic solet intelligi, quod græce dicitur. *ἐναντίον. De hac re disputat etiam 16. de ciuit. c. 4.* δ Vnde exierunt Philistijm.] *S. Aug. in locut.* vnde exijt inde Philistijm, *& ita Compl. ὅθεν ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν φυλιστιίμ.* ε Maioris.] *ita collata exemplaria, τοῦ μείζονος. & videtur hebraismus S. Aug. 16. de ciuit. cap. 3. vbi de hoc loco disputat, habet* maiori.

CAP. XI.

ET erat omnis terra labium vnum: & vox vna omnibus. Et factum est, cum
mouerent ipsi ab oriente; inuenerunt campum in terra Senaar: & habitaue B
rũt ibi. Et dixit homo proximo suo: venite, faciamus lateres, & coquemus
illos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem: & [α] bitumen erat illis lutũ. Et di-
xerunt: Venite, ædificemus nobismetipsis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit
vsq; ad cælum: & faciamus nobis nomen, antequam dispergamur in faciem om
nis terræ. Et descendit Dominus videre ciuitatem, & turrim, quam ædificaue-
rant filij hominum. Et dixit Dominus: Ecce genus vnum, & labium vnum om-
nium: & hoc inchoauerunt facere: & nunc non [β] deficient ab illis omnia, quæ co
nati fuerint facere. Venite & descendentes confundamus ibi linguam eorum: vt
non audiat vnusquisq; vocem proximi. Et dispersit eos Dominus inde super fa C
ciem omnis terræ: & cessauerunt ædificantes ciuitatem, & turrim. Propter hoc
appellatum est nomen illius, confusio: quia ibi confudit Dominus labia omnis
terræ: & inde dispersit illos Dominus super faciem omnis terræ. Et hæ genera-
tiones Sem. Et erat Sem [γ] filius centum annorum, cum genuit Arphaxad, secun
do anno post diluuium. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxad, quingentos
annos: & genuit filios & filias: & mortuus est. Et vixit Arphaxad centum triginta
quinq; annos: & genuit Cainan. Et vixit Arphaxad, post quam genuit Cainan,
annos trecentum: & genuit filios & filias: & mortuus est. Et vixit Cainan centũ,
& triginta annos, & genuit Sala. Et vixit Cainan, post quam genuit Sala annos D
trecentum triginta: & genuit filios et filias: et mortuus est. Et vixit Sala centum
triginta annos: et genuit Heber. Et vixit Sala post quam genuit Heber, trecentũ
triginta annos: et genuit filios et filias: et mortuus est. Et vixit Heber centum tri
ginta quatuor annos, & genuit Phaleg. Et vixit Heber, post quã genuit Phaleg,
annos ducentos septuaginta: & genuit filios & filias: & mortuus est. Et vixit Pha
leg centum triginta annos: & genuit Rhagau. Et vixit Phaleg, postquam genuit
Rhagau, ducentos & nouẽ annos: & genuit filios & filias: et mortuus est. Et vixit
Rhagau centum triginta et duos annos: et genuit Seruch. Et vixit Rhagau post
quam genuit Seruch, ducentos septem annos: et genuit filios et filias: & mor- E
tuus est. Et vixit Seruch centũ triginta annos: et genuit Nachor. Et vixit Seruch
post quã genuit Nachor, annos ducẽtos: et genuit filios et filias: et mortuus est.
Et vixit Nachor annos centũ septuaginta nouem; & genuit Tharra. Et vixit Na-
chor postquã genuit Tharra, annos centũ viginti quinq. & genuit filios & filias:
& mortuus est. Et vixit Tharra septuaginta annos: & genuit Abrã, & Nachor, &
Arran. Et Arran genuit Lot. Et mortuus est Arran corã [δ] Tharra patre suo in ter-
ra qua natus est, in regione Chaldæorũ. Et sumpserũt Abrã, & Nachor sibi vxo-
res. Nomen vxoris Abram, Sara: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Arran,
& [ε] pater Melcha, & pater Iesca. Et erat Sara sterilis, & non generabat. Et sum-
plit

A psit Tharra Abram filium suum, & Lot filium Arran, filium filij sui, & Saram nurum suam, vxorem Abram filij sui. Et eduxit eos de regióne Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: ζ & venerunt vsque ad Charram, & habitauit ibi. Et facti sunt dies Tharra in terra Chanaan ducenti quinque anni: & mortuus est Thara in Charran.

α Bitumen.] *Diodorus.* Asphaltus, idest, bitumen ad ædificationem inutile: Asbestus autẽ, idest, calx viua, aptissima. *Schol.* Syrus, & hebræus Asbestum dicunt. *Verum de hac sententia, quam nonnullos ex magistris habuisse inquit, accurate disputat Theodor. in appendice q. 58.* β Et non deficient.] *S. Aug. lib. 16. de ciuit. c. 6. ita interpretatur hanc sententiam, vt nõ dicta sit affirmando, sed interrogando, & comminando.* γ Filius.] *Abest hæc vox ab aliquo codice S. Aug. l. 16. de ciuit. c. 10. habet* filius Noe. *In locut. testatur quosdã latinos*
B *codices sic habere, græcos autem tantũ,* filius centi annorum, *nouamque esse locutionem.* δ Coram Thara.] *Ita etiam S. Aug. c. 12. eiusdem lib. & respondet hebræo: quodque apud S. Hieron. est,* ante Tharæ. *potest eandem notionem habere. Nam sæpe in scriptura,* ante, *valet idem, quod* coram. ε Et pater.] *hunc locum paulo obscuriorem videtur illustrare voluisse S. August. eodem capite, cum ita refert.* Iste Aram pater Melchæ fuit, & pater Iescæ, quæ Iesca creditur ipsa esse etiam Sara vxor Abrahæ. ζ Venerunt.] ἦλθον, *In aliquo codice est* ἦλθεν. *& S. Aug. c. 13.* venit *In Cõplutensi autẽ est* ἦλθον, *& sequitur,* ᾤκησαν. habitauerunt.

CAP. XII.

ET dixit Dominus ad Abram: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & vade in terram, quam tibi demonstrauero: & faciam te in gentem magnam: & benedicam te, & magnificabo nomen tuum: & eris
C benedictus: & benedicam benedicentes te: & maledicam maledicentes te: & benedicentur in te omnes tribus terræ. Et iuit Abram, quemadmodum loquutus est ei Dominus: & abijt cum eo Lot. Abram autem erat septuaginta quinque annorum, cum egressus est de Charran. Et sumpsit Abram Saram vxorem suam, & Lot filium fratris sui, & omnem substantiam suam, quamcumq. possederant, & omnem animam quam possederant α de Charran: Et egressi sunt, vt irent in terram Chanaan. Et perambulauit Abram terram in longitudinem ipsius vsque ad locum Sichem, ad β quercum altam. Chananæi autem tunc habitabant terram. Et apparuit Dominus Abram, & dixit illi. Semini tuo
D dabo terram hanc. Et ædificauit ibi Abram altare Domino, qui apparuerat ei: Et γ recessit inde in montem ad orientem Bæthel: & tetendit ibi tabernaculum suum in δ Bæthel ad ε mare, & Angæ ad orientem. Et ædificauit ibi altare Domino, & inuocauit in nomine Domini. Et abijt Abram, & profectus castrametatus est in ζ deserto. Et facta est fames super terram: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: quia η inualuerat fames super terram. Factum est autem cum prope esset Abram, vt ingrederetur in Ægyptum, dixit Abram Saræ vxori. Noui ego, quod mulier pulchra aspectu es. Erit ergo cum te viderint Ægyptij, dicent, quia vxor illius hæc: & occident me, te autem serua-
E bunt. Dic igitur, quia soror eius sum: vt bene mihi sit propter te: & viuet anima mea propter te. Factum est autem statim vt intrauit Abram in Ægyptum, videntes Ægyptij mulierem eius, quia speciosa erat valde: & viderunt eam principes Pharaonis: & laudauerunt eam apud Pharaonem: & introduxerunt eam in domũ Pharaonis: & Abram bene vsi sunt propter eam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & asini, & pueri, & ancillæ, & muli, & cameli. Et afflixit Deus Pharaonem afflictionibus magnis, & sæuis, & domũ eius pro Sara vxore Abram. Vocans autẽ Pharao Abram, dixit: Quid hæc fecisti mihi? quia non annũciasti mihi, quia vxor tua est? Vt quid dixisti, quia soror mea est? Et sumpsi eã mihi vxorẽ. Et nũc

ecce vxor tua coram te: Accipe, & recede. Et præcepit Pharao viris de A
Abraham, vt comitantes dimitterent eum, & vxorem eius, & omnia quæ-
cumque erant ei.

α De Charran.] *Ex χαῤῥάν. Compl. ἐν χαῤῥάν. S. Amb. lib. 2. de Abraam cap. 2.* in Charran. β Quercum altã.] *Schol. τῆς δρυὸς μαμβρῆ,* quercum Mambre. γ Recessit.] *Aquila, μετῆρε,* diuertit, δ In Bethel.] *Obseruanda locutio. hoc enim videtur significari,* in loco, qui habet Bethel ad mare, & Angæ ad orientem. *quod ex sequenti capite colligitur.* ε Ad mare.] *Schol. ἀπὸ δυσμῶν, ἀπὸ θαλάσσης,* ab occasu, a mari. ζ In deserto.] *Aquila, νότῳ δέ. Symm. εἰς νότον,* ad Austrum. *Notat in tradit. S. Hieron. & in hoc, & in pluribus alijs locis pro deserto scribi in hebræo ad Austrum.* η Inualuerat.] *Aquila, ἐβαρύνετο,* ingrauescebat.

CAP. XIII. B

ASCENDIT autem Abram de Ægypto, ipse, & vxor eius, & omnia eius, & Lot cum eo in desertum. Abram vero erat diues valde pecoribus, & argento, & auro. [α] Et iuit, vnde venerat, in desertum vsque ad Bethel, vsque ad locum, vbi erat Tabernaculum ipsius prius inter Bethel & Angæ, ad locum altaris, quod fecerat ibi a principio. Et inuocauit ibi Abram nomẽ Domini. Et ipsi Lot simul ambulanti cum Abram, erant oues, & [β] boues, & tabernacula: & non capiebat eos terra, vt habitarent simul: quoniam erat substãtia eorum mul- C
ta. Et facta est rixa inter pastores pecorum Abram, & pastores pecorũ Lot. Chananæi autẽ, & Pherezæi tunc inhabitabant terram. Dixit autem Abram ad Lot: Non sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: quia homines fratres sumus nos. Nonne ecce tota terra ante te est? Discede a me: si tu in sinistram, ego in dexteram: vel si tu in dexteram, ego in sinistram. Et leuans Lot oculos suos, vidit omnem regionem circa Iordanem, quod omnis esset irrigua, antequã euerteret Deus Sodoma, & Gomorrha, sicut paradisus Dei, & sicut terra Ægypti, vsque dum venias in Zogora. Et elegit sibi Lot omnem regionem circa Iordanem: & abijt Lot ab oriente. Et separati sunt vnusquisq. a fratre suo. Abrã autem habitauit in terra Chanaan. Lot autem habitauit in ciuitate circun- D
iacentium: & tabernaculum tetendit in Sodomis. Viri autem, qui in Sodomis, mali, & peccatores in conspectu Dei valde. Et dixit Deus ad Abram postquam recessit Lot ab illo: Respice oculis tuis, & vide, a loco, in quo nunc tu es, ad Aquilonem, & Africum, & orientem, & mare: quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo [γ] vsq. in sæculum: & faciã semen tuum, sicut arenam terræ. Si potest aliquis dinumerare arenam terræ, & semen tuũ dinumerabitur. Surgens perambula terram in longitudinem eius, & in latitudinẽ, quia tibi dabo eam, [δ] & semini tuo in sæculum. Et mouens tabernaculum Abram veniens habitauit iuxta quercum Mambre: quæ erat in Chebron: & ædificauit ibi E
altare Domino.

α Et iuit, vnde.] *S. Hier. in tradit.* Denique non, vt in lxx. legimus, abijt vnde venerat, in desertum vsq. Bethel; sed, sicut in hebręo scriptum est, abijt itinere suo per Austrum vsque Bethel. *Vulgata tamen habet,* reuersusq. est per iter, quo venerat. β Boues & tabernacula.] *Ita S. Ambr. lib. 2. de Abraam cap. 5. & vetusti codices græci. In alijs, & apud S. Io. Chrysost. hom. 33. est, βόες, κτήνη,* boues, & iumenta. γ Vsque in sæculum.] *Sic S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 21. & in quæst. q. 28. Sed S. Amb. lib. 2. cap. 7.* in æternum. *de qua re disputat S. Aug. in illo cap. 21. & q. 31. & alibi sæpe.* δ Et semini tuo in sæculum.] *Habentur hæc verba in plerisque vetustis codicibus græcis, & apud S. Amb. lib. 2. cap. 7. Absunt tamen a nonnullis codicibus: neque referuntur a S. Aug. locis indicatis.*

CAP.

CAP. XIV.

A FActum est autem in regno Amarphal regis Sennaar, & [α] Arioch regis [β] Hel
lasar, Chodollogomor rex Elam, & Thargal rex gentium fecerunt bellum
cum Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomorræ, & cum Sennaar
rege Adama, & cũ Symobor rege Seboim, & rege Balac: hæc est Segor. Omnes
isti [γ] consenserunt ad vallem [δ] salsam: hoc est mare salis. Duodecim annis ipsi
seruierant Chodollogomor: tertio autem, & decimo anno recesserunt. In quar
to autem, & decimo anno venit Chodollogomor, & reges qui cum eo: Et per-
cusserunt [ε] gigantes, qui in Astaroth, [ς] & Carnain, & gentes fortes simul [ζ] cum
eis, & Ommæos, qui in Saue ciuitate, & Chorræos, qui in montibus Seir vsque
B ad [η] terebinthũ Pharan, quæ est in deserto. Et reuersi venerunt ad fontẽ iudicij:
hæc est Cades. Et percusserunt omnes principes Amalec, & Amorræos, qui ha-
bitabãt in Asasonthamar. Egressus est autem rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ,
& rex Adama, & rex Seboim, & rex Balac: hæc est Segor. Et direxerunt aciem
contra eos in bellũ, in valle Salsa, cõtra Chodollogomor regem Elam, & Thar
gal regem [θ] gentium, & Amarphal regem [ι] Sennaar, & Arioch regem Hellasar:
quatuor reges aduersus quinque: Vallis autem Salsa, putei bituminis. Fugit au-
tem rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, & ceciderunt ibi: residui autem fuge-
runt in montanam. Ceperunt autem omnem equitatum Sodomorum, & Go-
C morrhæ, & omnes escas eorum: & abierunt. Ceperunt autem & Lot filium fra-
tris Abram, & apparatum eius: & discesserunt. Erat enim [λ] habitans in Sodo-
mis. Adueniens autem eorum, qui [μ] euaserunt, quidam nunciauit Abram
[ν] transitori. Ipse autẽ habitabat ad quercũ Mambre, Amorrhæi fratris Eschol,
& fratris Aynan, qui erant coniurati Abram. Audiẽs autem Abram, quia capti-
uatus est Lot filius fratris sui, numerauit proprios vernaculos suos trecentos
decem, & octo. Et persequutus est post eos vsq. Dan. Et irruit super eos nocte,
ipse, & pueri eius: percussitque eos, & persequutus est eos vsq. Choba, quæ est
[ξ] ad sinistram Damasci. Et reduxit omnem equitatum Sodomorum: & Lot
D fratris sui filium reduxit, & omnem substantiam eius, & vxores, & populum. E-
gressus est autem rex Sodomorum in occursum ei, postquam ille reuersus est a
cæde Chodollogomor, & regum, qui cum eo, in valle Saby: hic erat campus
regum. Et Melchisedec rex Salem protulit panes, & vinum: Erat autem sacer-
dos Dei altissimi: [ο] & benedixit Abram, & dixit. Benedictus Abram Deo altis
simo, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus altissimus, qui tradidit
inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit ei Abram decimam de omnibus. Dixit
autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi [π] homines: equitatum autem su-
me tibi. Dixit autem Abram ad regem Sodomorum: Extendam manum meã
E ad Dominum Deum altissimum, qui creauit cælum & terram, si a [ρ] filo vsque
ad [σ] corrigiam calceamenti sumam ab omnibus tuis: vt non dicas, quia ego di-
taui Abram, præter ea, quæ comederunt iuuenes, & portionem virorũ, qui me-
cum vna profecti sunt, Eschol, Aynan, Mambre. Hi sument portionem.

[α] Et Arioch regis.] *In aliqua editione est,* καὶ ἀριὼχ βασιλεὺς, & Arioch rex. *A Complutensi abest etiam illud* καὶ. [β] Hellasar.] *Aquila,* πόντου, ponti. *Symmachus,* σκυθῶν, *Scytharum.* [γ] Consenserunt.] Συνεφώνησαν. *Aquila,* συνέβαλον, contulerunt, coiuerunt. *Symmachus,* συνῆλθον, conuenerunt. [δ] Sallam.] Τὴν ἁλυκήν. *S.Hier. in tradit.* salinarum. *Addit autem dictionem hebræam Aquilã esse interpretatũ* τῶν σιδδίμ *Theo-dotionem,*

dotionem, τῶν ἀλσῶν, *amœna nemora significantes. Quamuis potuit fortasse Aquila regionẽ campestrẽ significare voluisse.* ε Gigantes.] *Aquila,* ῥαφαεὶμ, Rhaphaim. ζ Et Carnain.] *Abest coniunctio & a Cõplut. quemadmod um & a S. Hier. qui diligenter hunc locum tractat.* η Cum eis.] *Ita etiã in vulgata: quamuis S. Hier. scribat in Hebræo significari locum, idest* in Hom. θ Terebinthum.] *Schol.* δρυὸς. ἡ πόλις αὕτη τοῦ Ἰώβ, quercũ: ciuitas hæc ipsius Iob. ι Gentium.] *Symmachus,* σκυθῶν. Scytharum. *Schol.* παμφυλίας. Pamphyliæ. A

κ Sennaar.] *Schol.* πόντου ponti. λ Habitans in Sodomis.] *Alij codices,* κατοικῶν ἐν τῇ γῇ σοδόμων, *aut,* ἐν σοδόμοις. Tabernaculum habens in terra Sodomorũ, *aut* in Sodomis. μ Euaserunt.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est,* τῶν ἀνασωθέντων. *Symmachus,* διαφυγόντων. *S. Hier.* & qui fugerat. ν Transitori.] Τῷ περάτῃ. *nec multo aliter Aquila,* περαίτῃ. *Symm. autem* τῷ ἑβραίῳ, hebræo. *quod est in vulgata: licet fateatur S. Hier. vocabulo hebræo exprimi transitorem. Apud S. Aug. in locut. & quæst. 29. est,* transfluuiali. *cuius verba diligenter sunt perlegenda. Acacius:* Positũ est gentile nomen ductũ ab atauo ipsius Abrã, idest, Heber, sed interpretatione redditum: nimirum pro, Abram hebræo, Abram transitori: hebræus enim interpretatione redditur trãsitor. *Quod etiam est Philonis in lib. de migrat. Abrah. Diodorus.* Trãsitorem vocat Abrã, quippe qui habitaret trans Iordané. *Origenes,* Transitor nominatur Abram; quoniam e Chaldæorum regione pertransiẽs B
Mesopotamiam venit in partes Chanaan. *Theodoretus q. 60. ad istud* περάτῃ. Hoc, inquit, in hebræo reperi esse ἑβερ(al. ἔβερ). hoc autem græce declinatum fit ἑβραῖος. *& multa alia in hanc sententiã: vt ostendat hebræos dictos esse ad Abram transitore, qui Euphratem transierat, cum e Chaldæorum regione in Palæstinam veniret.* ξ Ad sinistram.] *S. Ambr. lib. 2. c. 7. habet* ad dexteram. ο Et benedixit Abram.] *Ita libri veteres græci, & S. Cypr. lib 2. epist. 3. In alijs est,* εὐλόγησεν αὐτὸν μελχισεδὲκ, benedixit eum Melchisedech. π Homines.] *Aquila,* τὴν ψυχὴν, animam. *Symmachus,* τὰς ψυχὰς, animas. ρ A filo.] *Aquila,* ῥάμματος. *Symmachus,* νήματος. *quæ idem hoc loco significant, ac* σπαρτίου. *S. August. in locut. habet* σπάρτου, *vnde inquit fluxisse errorem in latinam interpretationem, vt legeretur,* a sporto. σ Corrigiam.] σφαιρωτῆρος. *Schol.* ita autem vocat τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, corrigiam calceamenti.

CAP. XV.

Post hæc autem verba factum est verbum Domini ad Abram in visu, α dicens: Noli timere Abram: ego protego te: merces tua multa erit valde. C
Dicit autem Abram: β Despota Domine quid mihi dabis? Ego autem dimittor sine liberis. γ Filius autem Masec, vernaculæ meæ, iste Damascus Eliezer. Et dixit Abram. Quoniam quidem mihi non dedisti semen: vernaculus autem meus hæreditabit me. Et statim vox Domini facta est ad eum, dicens: non hæreditabit te iste: sed qui egredietur ex te, hic hæreditabit te. Eduxit autem eum foras; & dixit ei: Respice in cælum, & numera stellas, si potes dinumerare eas. Et dixit: Sic erit semen tuum. Et credidit Abram Deo: & deputa- D
tum est ei ad iustitiam. Dixit autem ad eum. Ego Deus, qui te eduxi de regione Chaldæorum, vt dem tibi terram hanc hæreditare. Dixit autem. Despota Domine, secundum quid sciam, quod hæreditabo eã? Dixit autem ei: Accipe mihi iuuencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam. Accepit autem sibi hæc omnia: & diuisit illa media: & posuit ea contra faciem alterum alteri: aues autem non diuisit. Descenderunt autem aues super corpora, δ super diuisiones eorum: & ε consedit illis Abram. Circa solis autem occasum ζ ecstasis cecidit super Abram: & ecce timor tenebrosus magnus incidit ei. Et dictum est ad Abram. Sciendo scies, quia peregrinum e- E
rit semen tuum in terra non propria: & in seruitutem redigent eos, & affligent eos, & η humiliabunt eos quadringentis annis: gentem autem, cui seruierint, iudicabo ego. Post hæc vero exibunt huc cum apparatu multo. Tu autem ibis ad patres tuos in θ pace ι nutritus in κ senecta bona. Quarta vero generatione reuertentur huc. Nondum enim impleta sunt peccata Amorræorum vsq. adhuc. Cum autem iam sol erat ad occasum, facta est flamma: & ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis, quæ pertransierunt per medias diuisiones istas. In die illa disposuit Dominus testamentum ad Abram, dicens: semini tuo

dabo

A dabo terram hanc, a flumine Ægypti vſque ad flumen magnum Euphratem, Cenæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chettæos, & Pherezæos, & Raphaim, & Amorræos, & Chananæos, & Euæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

α Dicens.] λέγων, *ſæpe in ſcriptura ponitur, ac ſi eſſet imperſonale, & valeret* dicendo. β Deſpota Domine.] *Non inuenimus, qui aptius interpretaremur illud* δέσποτα κύριε. γ Filius autē Maſec.] *Aquila,* ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, filius potum dantis domui meæ. *Theodotio,* καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου, & filius eius, qui ſuper domum meam eſt. *Ita enim interpretatur vtrumque S. Hier. & hæc addit,* Quod autem dicit, hoc eſt: Ego ſine liberis moriar, & filius procuratoris mei, vel villici, qui vniuerſa diſpenſat, & diſtribuit cibaria familiæ meæ, vocaturque Damaſcus Eliezer, hic meus hæres erit. *legenda etiam ſunt, quæ de iſto nomine idem affert in cap.* 40. *Schol.* ὁ δὲ συγγενὴς τοῦ οἴκου μου, cognatus (*aut* cōgenitus) domus meæ. δ Super diuiſiones.]
B *S. Hie. in tradit.* ſuper cadauera, & ſuper diuiſiones corū. *& plerique vetuſti codices græci* ἐπὶ τὰ διχοτομήματα αὐτῶν *nonnulli vero,* καὶ τὰ διχοτομήματα αὐτῶν. *eamq; vocē habet omnino Theodoretus q.* 65. *In alÿs tamē quibuſdam eſt,* ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομηθέντα. *& S. Aug.* 16. *de ciuit. cap.* 24. & deſcenderunt aues, & ſederunt ſuper corpora, quæ diuiſa erant. *S. Amb. lib.* 2. *c.* 8. ſupra diuiſa corpora vitulæ. ε Et conſedit.] *Sic S. Ambr. & S. Augu. S autem Hier.* & ſedit cum eis. *Aquila,* ἀπεσόβησεν, abegit. *quomodo inquit S. Hier. ex hebræo vertendum eſſe. Theodoretus hoc factum explicans bis vtitur verbo* ἐξήλαυνεν, expellebat. ζ Ecſtaſis.] *Ita S. Hier. S. Amb. lib.* 2 *c.* 9. exceſſus. *S. Aug. loco indicato,* pauor irruit. *Symm.* κάρος. *S. Hier.* In hebræo legitur καταφορά, quam ſupra vertimus in ſoporem. η Et humiliabunt eos.] *Hæc abſunt a S. Aug.* θ In pace.] *S. Aug. & S. Amb. locis indicatis,* cum pace. *& aliquot libri græci* μετ' εἰρήνης. ι Nutritus.] *Ita S. Amb. & S. Aug. locis indicatis, & omnes vetuſti codices græci* τραφείς. *In compl. eſt* ταφείς, ſepultus. κ Senecta.] *Schol.* ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ, in canicie bona.

C

CAP. XVI.

SAra autem vxor Abram non pariebat ei. Erat autem ei ancilla Ægyptia, cui nomen Agar. Dixit autem Sara ad Abram: Ecce concluſit me Dominus, vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, vt α filios faciam ex illa. Obediuit autem Abram voci Saræ. Et ſumens Sara vxor Abram Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt decē annos habitationis Abram in terra Chanaan, dedit eam Abram viro ſuo, ipſi vxorem. Et intrauit ad Agar: & concepit: & vidit quia in vtero haberet. Et deſpecta eſt Domina coram ipſa. Dixit autem Sara ad Abram: Iniuriam accipio ex te. Ego dedi ancillam meam in ſinum tuum.
D Vbi autem vidit, quia in vtero habet; ſpreta ſum coram ea: iudicet Deus inter me & te. Dixit autem Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis: vtere ea, quomodo tibi placuerit. Et afflixit eam Sara: & fugit a facie eius. Et inuenit eam angelus Domini ſuper fontem aquæ in deſerto, ſuper fontem in via β Sur. Et dixit ei Angelus Domini: Agar ancilla Saræ, vnde venis? & quo vadis? Et dixit: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio. Dixit autem ei Angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manibus eius. Et dixit ei Angelus Domini: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum: & non numerabitur præ multitudine. Et dixit ei Angelus Domini. Ecce tu in vtero habes,
E & paries filium, & vocabis nomen eius Iſmael: quia exaudiuit Dominus humilitatem tuam. Hic erit ruſticus homo: manus eius ſuper omnes: & manus omnium ſuper eum: & ad faciem omnium fratrum ſuorum habitabit. Et vocauit nomen Domini loquentis ad eam: Tu Deus, qui reſpexiſti me: Quia dixit. Etenim coram vidi eum, qui apparuit mihi. Propter hoc vocauit puteum, puteum, vbi coram vidi. Ecce inter Cades, & inter Barad. Et peperit Agar Abram filium: & vocauit Abram nomen filij ſui, quem peperit ei Agar, Iſmael. Abrā autem erat annorum octoginta ſex, cum Agar peperit ipſi Abram Iſmael.

α Filios

A cuncisus est carnem præputij sui. In tempore autem diei illius circuncisus est Abraham, & Ismael filius eius, & omnes viri domus eius, & vernaculi eius, & emptitij ex alienigenis gentibus.

α Place.] *Ita S. Aug. lib. 16. de ciuit cap. 26. quod græce est, εὐαρέστει. Int. Orig. hom. 3.* complace. *S. Amb. lib. 1. cap. 4.* emerere: quasi adhuc, inquit, plene non emeruisset, qui desperaret sterilis partum vxoris. β Inculpabilis.] *Sic Int. Orig. S. Augu.* sine querela, *græce ἄμεμπτος.* γ Testamentum.] *διαθήκην. Notat autem S. Hier. in tradit. vbicunque in græco testamentum legimus, ibi in hebræo sermone esse fœdus, siue pactũ, id est, Berith.* δ Inter te.] *S. Aug.* inter me & te. *itemque Compl.* ε Dabo.] *Symm. καὶ δίδωμί σοι,* & do tibi.

CAP. XVIII.

B

Apparuit autem ei Deus ad quercum Mambre, cum ille sederet in ostio tabernaculi sui in meridie. Et respiciens oculis suis vidit: & ecce tres viri stabant super eum. Et videns procurrit obuiam illis ab ostio tabernaculi sui: & adorauit super terram; & dixit: Domine, si vtique inueni gratiam ante te; ne prætereas seruum tuum. Sumatur iam aqua: α & lauent pedes vestros: & refrigerate sub arbore: & sumam panem, & manducabitis: & postea transibitis ad viam vestram, propter quod declinastis ad seruum vestrum. β Et dixit: Sic fac, sicut dixisti. Et festinauit Abraham in tabernaculum ad Sarram: & di-
C xit ei: Festina, & consperge γ tres mensuras similæ: & fac subcineritia. Et in boues cucurrit Abraham, & sumpsit tenerũ vitulum, & bonum, & dedit puero: & properauit δ ad faciendũ illum. Sumpsit autẽ butyrum, & lac, & vitulum, quẽ fecerat, & apposuit eis: & manducauerunt. Ipse autem adstabat eis sub arbore. Dixit autem ad eum: Vbi est Sarra vxor tua? Ille autem respondens dixit: Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Reuertens veniam ad te in tempore hoc ε in horas: & habebit filium Sarra vxor tua. Sarra autem audiuit ad ostium tabernaculi, cum esset post eum. Abraham autem, & Sarra seniores, progressi in diebus: defecerant autem Sarræ fieri muliebria. ζ Risit autem Sarra in semetipsa
D dicens: η hoc dum mihi factũ est vsq; nunc: dominus autẽ meus senex est. Et dixit Dominus ad Abraham: Quid, quod risit Sarra in semetipsa, dicens; num vtiq; vere pariam? ego autem senui? nunquid apud Deum impossibile erit verbum? In tempore hoc reuertar ad te in horas: & erit Sarræ filius. Negauit autẽ Sarra, dicens; non risi: timuit enim. Et dixit ad eam: nequaquam, sed risisti. Exurgentes autem inde viri conspexerunt in faciem Sodomorũ & Gomorrhæ: Abraham autem simul ambulabat cum eis comitans eos. Dominus autem dixit: non abscondam ego ab Abraham puero meo, quæ ego facio. Abraham autem fiet in gentem magnam, & multam θ: & benedicentur in eo omnes gentes
E terræ. Scio enim quia constituet filijs suis, & domui suæ post se: & custodient vias Domini; vt faciant iustitiam & iudicium; vt adducat Dominus in Abraham omnia quæ locutus est ad illum. Dixit autem Dominus. Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus est ι erga me, & peccata eorum κ magna valde. Descendens ergo videbo; si secundum clamorem ipsorum venientẽ ad me consummãtur λ: sin autem non, vt sciam. Et recedentes inde viri venerunt in Sodoma. Abraham autem adhuc erat stans in cõspectu Domini, & appropinquans Abraham dixit: Nunquid simul perdes iustũ cum impio? & erit iustus, sicut impius? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes illos? nonne dimittes omnem

locum

locum ob quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam tu facies[μ] sicut ver- A
bum hoc; vt occidas iustum cum impio: & erit iustus vt impius.[ν] Nequaquam.
Qui iudicas omnem terram; non facies iudicium? Dixit autem Dominus: si fue-
rint in Sodomis quinquaginta iusti in ciuitate; dimittam totam ciuitatē, & om-
nem locum propter eos. Et respondens Abraham dixit: Nunc cœpi loqui ad
Dominum meum. Ego autem sum terra & cinis. Sin autem diminuti fuerint
quinquaginta illi iusti in quadraginta quinque; perdes propter quinq; omnem
ciuitatem? Et dixit: Non perdam, si inuenero ibi quadraginta quinque. Et adie-
cit adhuc loqui ad eũ, & dixit: Sin autem inuenti fuerint ibi quadraginta? Et di-
xit: Non perdam propter quadraginta. Et dixit:[ξ] Nunquid Domine, si loquar? B
Sin autē inuenti fuerint ibi triginta? Et dixit: Non perdā propter triginta. Et di-
xit: Quandoquidē habeo loqui ad Dominũ: Sin autē inuenti fuerint ibi vigin-
ti? Et dixit: Non perdā si inuenero ibi viginti. Et dixit: Nunquid Domine si lo-
quar adhuc semel? Sin autem inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non perdam
propter decem. Abijt autem Dominus; post quam cessauit loquens ad Abrahā.
Et Abraham reuersus est in locum suum.

α Et lauent.] *S. Aug. q. 34.* & lauem pedes vestros, & refrigerate, &c. β Et dixit.] *In aliquot libris græcis legitur,* καὶ εἶπαν, & dixerunt: *itemque paulo post. Philo in lib. de Abraham.* omnes simul loqui parum decorum fuisset: ciuilius erat vnius verbis ceteros annuere. γ Tres mensuras.] *Aquila, & Symm.* σάτα, Sata, *quod se ideo ex hebræo addidisse dicit S. Hier. vt idem mysterium & hic & in Euangelio, vbi mulier tria sata farinæ fermentare dicitur, agnoscamus.* δ Ad faciendum.] *locutio vsitata in scriptura, vt facere significet* parare. ε In horas.] ὡς ὥρας. *eodemque prorsus modo habet Philo in lib. de migratione Abraham. S. Hier. in tradit.* & in hora. *pro quo vitam inquit legi in hebræo.* ζ Risit autem.] *Aquila* ἐγέλασεν κατ' αὐτῆς, risit super se. η Nec dum mihi.] *Aquila,* μετὰ τὸ κατατετρίφθαι με, ἐγένετό μοι τρυφερία, Postquam attrita sum, facta est mihi voluptas. *Symm.* μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με, ἐγένετό μοι ἀκμή, Postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia. *S. Hier. hæc Symm. ita vertit: superiora autem tamquam ex hebræo affert.* θ Et multam.] *Aquila,* ὀστέϊνον, osseam, *Symm.* ἰσχυρόν, robustam. ι Erga me.] *absunt ista à SS. Ambrosio, & Aug. & ab Int. Origenis. Schol.* clamorem dicit τόλμαν, ἢ καὶ τὴν παῤῥησίαν, audaciam, vel etiam fidentiam. *S. Aug. in locut.* Clamorem solet scriptura ponere pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis; vt nec verecundia, nec timore abscondatur. *S. Ambr. lib. 1. ca. 6.* Nisi forte quia ei quē nihil latet, clamant omnia, clamare videntur singulorum crimina. κ Magna valde. *Aquila, & Symm.* ἐβαρύνθησαν, sunt aggrauata. λ Consummantur.] *Ita S. Aug. q. 39. quod græce.* συντελοῦνται. *S. Ambr. eod. cap. 6.* consummabuntur: *posset etiā actiue accipi,* consummant. *Symmac.* ἐπετέλεσεν (*aut fortasse* ἐπετέλεσαν) τὸ ἔργον, compleuit (*aut* compleuerunt) opus. μ Sicut.] ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, *Abest illud* ὡς *ab aliquot codicibus: & à Compl. sed respondet hebræo.* ν Nequaquam.] *Symm.* οὐχὶ σόν, non tuum est. ξ Nunquid Domine.] *S. Hier. in tradit.* nunquid est Domine. *idque putat obscure dictum, & in hebræo plenius scribi.* ne quæso irascaris Domine si locutus fuero. *S. Aug. in locut. ait subaudiri,* irasceris, *aut aliquid huiusmodi. Schol.* μὴ δὴ ὀργίλον τῷ κυρίῳ. ne prouocet, obsecro, iram Domini.

CAP. XIX.

Venerunt autem angeli duo in Sodoma vesperi. Lot autem sedebat ad
portam Sodomorum. Videns autem Lot exurrexit obuiam illis: & ado- E
rauit[α] facie super terram; & dixit: Ecce Domini declinate in domum
pueri vestri, & diuertite, & lauamini pedes vestros: & mane surgentes abibitis
in viam vestram. Et dixerunt: Nequaquā; sed in platea diuertemus. Et coegit il-
los; & declinauerunt ad eum: & ingressi sunt in domum eius: & fecit eis potum:
& azymos coxit eis: & manducauerunt. Prius autem quam cubitum irent, viri
ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum ab[β] adolescente vsque ad seniorē,
totus populus simul. Et euocauerunt Lot, & dixerunt ad eum: Vbi sunt viri qui
ingressi sunt ad te nocte? Educ illos ad nos, vt cocamus cum eis. Exijt autem
Lot

A Lot ad eos ad vestibulum, & occlusit ostium post se. Dixit autem ad eos. Nequaquam fratres: nolite male facere. Sunt autem mihi duæ filiæ, quæ non nouerunt virum: producam eas ad vos: & vtimini illis, quomodo placuerit vobis: tantummodo in viros istos ne faciatis iniquum, quam ob causam ingressi sunt sub tegmen trabium mearum. Dixerunt autem ei: recede illuc: intrasti, vt incola esses: nunquid etiam, vt iudicium iudices? Nunc igitur te affligemus magis, quam illos. Et vim faciebant in virum ipsum Lot vehementer: & appropinquauerunt ad confringendum ostium. Extendentes autem viri ipsi manus ʸ attraxerunt Lot ad seipsos in domum: & ostium domus clauserunt: viros autem, qui
B erant ad ostium domus, percusserunt in ᶻ cæcitate a paruo vsque ad magnum: & defecerunt quærentes ostium. Dixerunt autem viri ad Lot: Sunt tibi hic generi, aut filij, aut filiæ? aut, si quis tibi alius est in ciuitate; educ de loco isto: quia nos perdimus locum hunc: quoniam exaltatus est clamor eorum coram Domino: & misit nos Dominus exterere eam. Egressus est autem Lot: & locutus est ad generos suos, qui acceperant filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco hoc: quia disperdit Dominus ciuitatem. Visus est autem ludere coram generis suis. Postquam autem diluculum factum est; vrgebant angeli Lot, dicentes: Surgens accipe vxorem tuam, & duas filias tuas, quas habes, & egredere: ne tu etiam
C perdaris simul cum iniquitatibus ciuitatis. Et turbati ᵃ sunt: & tenuerunt Angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manus duarum filiarũ eius in eo, quod parceret Dominus ei. Et factum est mox, vt eduxerunt eos foras; & dixerunt: Saluans salua tuam ipsius animam: ne respexeris retrorsum, nec steteris in omni circa regione: in montem saluum te fac: ne forte simul comprehendaris. Dixit autem Lot ad illos: Oro Domine, quia inuenit puer tuus misericordiam ante te, & magnificasti iustitiam tuam, ᶜ quod facis in me, vt ᵃ viuat anima mea. Ego autem non potero saluus fieri in montem: ne forte comprehendant me mala, & moriar. Ecce hæc ciuitas prope est ad fugiendum me illuc, quæ est parua: & il-
D luc saluus euadam: ᵇ nonne parua est? & viuet anima mea propter te: Et dixit ei: Ecce ᶜ admiratus sum faciẽ tuam etiam in verbo hoc, vt non euertam ciuitatẽ, de qua locutus es. Festina igitur ad euadendum illuc: non enim potero facere rem, donec tu venias illuc. Propterea vocauit nomen ciuitatis illius, Segor. Sol egressus est super terram: & Lot ingressus est in Segor. Et Dominus pluit super Sodoma & Gomorrha sulphur & ignem a Domino de cælo. Et euertit ciuitates has, & omnem circa regionem, & omnes habitantes in ciuitatibus, & quæ exoriuntur e terra. Et respexit vxor eius retrorsum: & facta est statua salis. Mane autem surgens Abraham diluculo iuit ad locum, in quo steterat coram Do-
E mino: & respexit in faciem Sodomorum, & Gomorrhæ, & in faciem circumiacentis regionis, & vidit. Et ecce ascendebat flamma de terra, quasi vapor fornacis. Et factum est cum disperderet Deus omnes ciuitates vicinas; recordatus est Deus Abraham: & emisit Lot de medio euersionis, cum euerteret Dominus ciuitates, in quibus habitabat in eis Lot. Ascendit autem Lot de Segor: & sedit in monte, ipse & duæ filiæ eius cum eo. Timuit enim habitare in Segor. Et habitauit in spelunca, ipse & duæ filiæ eius cum eo. Dixit autem senior ad iuniorem Pater noster senior est: & nemo est super terram qui intret ad nos: sicut conuenit omni terræ. Veni & potemus patrem nostrum vino, & dormiamus cum eo,

&

& ſuſcitemus de patre noſtro ſemen. Potauerunt autem patrem ſuum vino in nocte illa: & ingreſſa ſenior dormiuit cum patre ſuo in nocte illa. Et neſciuit cum * ipſe dormiuit, & cum ſurrexit. Factum eſt autem in craſtino: & dixit ſenior ad iuniorem: Ecce dormiui heri cum patre noſtro. Potemus eum vino & in nocte hac: & ingreſſa dormi cum eo, & ſuſcitemus de patre noſtro ſemen. Potauerunt autem & in nocte illa patrem ſuum vino: & ingreſſa iunior dormiuit cũ patre ſuo, & neſciuit cum dormiuit ipſe, & ſurrexit. Et conceperunt duæ filiæ Lot de patre ſuo: & genuit ſenior filium, & vocauit nomen eius Moab, ^λ dicẽs, de patre meo. Iſte eſt pater Moabitarum vſque in hodiernum diem. Peperit autem & iunior filium: & vocauit nomen eius Amman dicens, filius generis mei. Hic eſt pater Ammanitarum vſque in hodiernum diem. A B

α Facie.] *S. Ambr. lib. 1. c. 6. & S. Aug. q. 41.* in faciem, β Ab adoleſcente.] ἀπὸ νεανίσκου ἕως πρεσβυτέρου. *In compl. eſt* πρεσβύτου. *S. Amb.* ab infante vſque ad ſenem, totus populus pariter. *Notauit autem S. Hier. in tradit. apud hebræos omnem filium ad comparationem parentum vocari infantem & paruulum.* γ Attraxerunt.] εἰσεσπάσαντο. *pro quo Iuſtinus habet* ἔσπασαν, prehenderunt. δ In cæcitate.] *S. Ambr. ibidem, & S. Aug. q. 43.* percuſſerunt cæcitate. *notatque S. Aug. græcos habere* ἀορασίᾳ, quod magis ſignificet, ſi dici poſſit, auidentia, quæ faciat non videri, non omnia, ſed quod non opus eſt. ε Et turbati ſunt.] *Aquila,* ἐμέλλησεν, cunctabatur, *quo videtur ſpectaſſe S. Ambr. cum inquit*, & tum adhuc morabatur Lot. *Schol.* ἐστρατεύετο, profectionẽ adornabat. ζ Quod facis.] ὃ ποιεῖς. *S. Aug. q. 44.* quam facis in me. η Vt viuat.] *Schol.* τοῦ ζωῶσαι, ad viuificandum. θ Nonne parua eſt?] οὐ μικρά ἐστι; *In multis codicibus eſt nota interrogationis: quæ tamen ab alijs abeſt. Philo in lib. de Abraham.* paruam ſane, & non paruam ciuitatẽ hãc oracula ſtatuunt. *Orig. etiã hom. 5. id explicat, quomodo Segor ſit puſilla, & non puſilla. Vulgata,* nũquid non modica eſt; & viuet anima mea? *quo etiam loco habet Compl. notam interrogationis.* ι Admiratus ſum.] ἐθαύμασα, *quod etiam verti poteſt,* ſuſpexi, reueritus ſum. *S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 29. habet.* ecce miſeratus ſum faciem tuã. *Symm.* ἰδοὺ ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου, aſpectu reueritus ſum faciem tuam, *Aquila,* ἦρα τὸ πρόσωπόν σου, ſumpſi faciem tuam. *De hoc loco S. Hier. in tradit.* κ Cum ipſe dormiuit.] ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτόν. *In aliqua editione, & apud Chryſ. hom. 44. & hic, & paulo inferius eſt* αὐτήν. *S. Hier. in tradit.* & neſciuit, cum dormiſſet cum ea, & cum ſurrexiſſet ab eo. λ Dicens de patre meo.] *Hæc non referuntur à S. Hier. in tradit. quemadmodum neque in vulgata habentur.* C

CAP. XX.

ET mouit illinc Abraham in terram ad Africum: & habitauit inter Cades, & Sur: & incola fuit in Geraris. Dixit autem Abraham de Sarra vxore ſua, * quia ſoror mea eſt. Timuit enim dicere, quia vxor mea eſt: ne forte occiderent eum viri ciuitatis propter eam. Miſit autem Abimelech rex Gerarorum: & tulit Sarram. Et ingreſſus eſt Deus ad Abimelech in ſomno nocte, & dixit: Ecce tu moreris propter vxorem, quam accepiſti: iſta vero eſt cohabitans viro. Abimelech autem non tetigerat eam. Et dixit: Domine gentem ignorantem, & iuſtam perdes? Nonne ipſe mihi dixit, ſoror mea eſt? & hæc mihi dixit, frater meus eſt? In corde puro & in iuſtitia manuum feci hoc. Dixit autem ei Deus per ſomnum: Et ego cognoui, quoniam in corde puro feciſti hoc: & peperci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non permiſi tibi tangere eam. Nunc autem redde vxorem homini: quia propheta eſt: & orabit pro te: & viues. Sin autem non reddis; ſcito, quia morieris tu, & omnia tua. Et mane ſurrexit Abimelech diluculo: & vocauit omnes pueros ſuos: & locutus eſt omnia verba hæc in aures eorum. Timuerunt autem omnes homines valde. Et vocauit Abimelech Abraham, & dixit ei: Quid hoc feciſti nobis? Numquid peccauimus in te; quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum magnũ? D E

Opus,

A Opus, quod nemo faciet, fecisti mihi. Dixit autem Abimelech ad Abraham: ᵝ Quid videns fecisti hoc? Dixit autem Abraham: Dixi enim: forsitan non est Dei cultus in loco hoc: & me inteficient propter vxorem meam. Etenim vere soror mea est de patre, sed nõ ex matre. Facta est autem mihi in vxorem: Facta est autem quando eduxit me Deus e domo patris mei. Et dixi ei: hanc iustitiam facies in me: ad omnem locum, quocumque ingressi fuerimus illuc, dic de me quia frater meus est. Sumpsit autem Abimelech ᵞ mille didrachmas, & oues, & vitulos, & pueros, & ancillas, & dedit Abraham: & reddidit ei Sarram vxorem eius. Et dixit Abimelech ad Abraham: Ecce terra mea coram te: vbicumque ti-
B bi placuerit, habita. Sarræ autem dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Hæ tibi erunt in precium faciei tuæ, & omnibus, quæ tecum sunt: & omnia vere dicito. Orauit autem Abraham ad Deum: & sanauit Deus Abimelech, & vxorẽ eius, & ancillas eius: & pepererunt; quia concludens concluserat Dominus de foris omnem vuluam in domo Abimelech propter Sarram vxorem Abraham.

ᵅ Quia.] *Ab aliquot codicibus græcis, & apud S. Aug. q. 48. abest illud,* quia: *itemque in sequentibus verbis,* timuit, &c. *quæ quidem omnia vsque ad illud,* Misit autem, *non leguntur in hæbreo, neque in vulgata.* ᵝ Quid videns] *Aquila* τί εἶδες, ὅτι ἐποίησας σὺ τὸ ῥῆμα τοῦτο; quid vidisti, quia fecisti tu verbum hoc? *Symm.* τί ἰδὼν ἐποίησας τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quid videns fecisti rem hanc? *Theodotio,* τί ἑώρακας, ὅτι ἐποίησας τὸν λόγον τοῦτον. quid vidisti, quia fecisti sermonem hunc? ᵞ Mille didrachmas.] *hæc hoc loco absunt à vulgata.*

C

CAP. XXI.

ET Dominus visitauit Sarrã, sicut dixerat. Et fecit Dominus Sarræ, sicut locutus est: & cum concepisset, peperit ipsi Abraham filium in senectute, in tempore, sicut locutus est ei Dominus. Et vocauit Abraham nomen filij sui, qui factus erat ei, quem peperit ei Sarra, Isaac. Circuncidit autem Abraham Isaac die octauo, sicut præceperat ei Deus. Et Abraham erat centum annorum, cum factus est ei Isaac filius eius. Dixit autem Sarra: risum mihi fecit Dominus.
D Quicumq. enim audiuerit; congaudebit mihi. Et dixit: Quis annunciabit Abraham, quia lactat puerũ Sarra, quia peperi filiũ in senectute mea? Et creuit puer, & ablactatus est. Et fecit Abraham conuiuium magnum, qua die ablactatus est Isaac filius eius. Cum vidisset autem Sarra filium Agar Ægyptiæ, qui factus est ipsi Abraham, ᵅ ludentem cum Isaac filio suo; & dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ huius cum filio meo Isaac. Durum autem visum est verbum valde corã Abraham de filio suo. Dixit autem Deus ad Abraham. Ne sit durum coram te de puero, & de ancilla: omnia quæcumque dixerit tibi Sarra; audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur ti-
E bi semen: sed & filium ancillæ huius in gentem magnam faciam eum: quia semẽ tuum est. Surrexit autem Abrahã mane, & sumpsit panes, & vtrẽ aquæ; & dedit Agar: & imposuit super humerũ eius ᵝ & puerum: & dimisit eam. Abiens autem errabat per desertum ad puteum iuramenti. Defecit autem aqua de vtre. Et proiecit puerum sub vnam abietem: & abiens sedit contra eum longe, quasi arcus iactum: dixit enim, non videbo mortem pueri mei: Et sedit contra eum. Exclamans autem puer plorauit: exaudiuit autem Deus vocem pueri de loco vbi erat. Et vocauit angelus Dei Agar de cælo: & dixit ei: Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco vbi est. Surge, & tolle puerũ,

& γ tene illum manu tua: nam in gentem magnam faciam eũ. Et aperuit Deus A
oculos eius, & vidit puteum aquæ viuæ: & iuit, & impleuit vtrem aqua, & potauit puerum. Et erat Deus cum puero: & creuit & habitauit in deserto. Factus est autem sagittarius: & habitauit in deserto Pharan: & accepit ei mater vxorem de terra Ægypti. Factum est autem in tempore illo: & dixit Abimelech, δ Hochozath pronubus eius, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, dicens: Deus tecum in omnibus, quæcumq. facias. Nunc ergo iura mihi Deum, non læsurum me, neque semen meum, neque nomen meum: sed secundum iustitiam quam feci tecum, facies mecum, & terræ in qua tu incoluisti in ea. Et dixit Abra
ham: Ego iuro. Et increpauit Abrahã ipsum Abimelech de puteis aquæ, quos B
abstulerant filij Abimelech. Et dixit ei Abimelech: Nõ noui, quis fecerit tibi verbum hoc: neque tu mihi annunciasti: neque ego audiui, nisi hodie. Et sumpsit Abraham oues, & vitulos, & dedit Abimelech: & disposuerunt ambo testamentum. Et statuit Abraham septem agnas ouium solas. Et Abimelech dixit ad Abraham: Quid sunt istæ septem agnæ ouium harum, quas statuisti solas? Et dixit Abraham: quia septem agnas capies a me: vt sint in testimonium mihi, quia ego fodi puteum hunc. Propter hoc cognominauit nomen loci illius, puteum iuramenti: quoniam ibi iurauerunt ambo, & disposuerunt testamentum in pu-
teo iuramenti. Surrexit autem Abimelech, Hochozath, pronubus eius, & Phi- C
col princeps exercitus eius, & reuersi sunt ad terram ipsorũ Phylistijm. Et plantauit Abraham ε agrum in ζ puteo iuramenti: & inuocauit ibi nomen Domini, Deus æternus. Incola autem fuit Abraham in terra Phylistijm, diebus multis.

α Ludentem.] Παίζοντα: *Acacius.* Num forte illud παίζειν dictum est ἀντὶ τῆς μάχης, καὶ διώξεως, pro pugna, & insectatione? *S. Hier. notat illa,* cum Isaac filio suo, *non haberi in hebræo, ac dupliciter locum hunc ab hebrais exponi, siue, quòd idola ludo fecerit, siue quòd aduersus Isaac ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret.* β Et puerum.] *S. Hier. in tradit. & S. Aug. quæst. 53. & Scholium insertum Theodoreti quæstionibus, docens subaudiendum non,* imposuit, *sed,* dedit. γ Tene illum.] *Ita plerique vetusti codices græci,* καὶ κράτησον τῇ χειρί σου αὐτό. *S. Aug. q. 54.* & tene illum in manu tua. *In alijs quibusdam, & apud S. Ioannem Chrys. homil.* D
46. itemque in Compl. est καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ, *& S. Hier. in tradit.* & tene manum eius. δ Et Hochozath.] *Notat S. Hier. hunc in hebræo non haberi, sed tantum Abimelech, & Phichol.* ε Agrum.] *Sic S. Aug. q. 56. quod græce est* ἄρουραν. *Aquila, & Symm.* δένδρων φυτείαν, arborum plantationem. ζ In puteo.] ἐπὶ τῷ φρέατι. *& significat locum, quem dixit eo modo esse cognominatum à puteo, pro quo iurarant. S. Aug. q. 56. narrans hanc rem, inquit,* ad puteum iuramenti.

CAP. XXII.

ET factum est post verba ista: Deus α tentauit Abraham: & dixit ei, Abraham Abraham. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Tolle filium tuum β dile-
ctum, quem dilexisti Isaac: & vade in terrã γ excelsam, & offer illum ibi E
in holocaustum super vnum de mõtibus, δ quos tibi dixero. Surgens autem Abraham mane strauit asinam suam: assumpsit autem secum duos pueros, & Isaac filium suum: cumque concidisset ligna in holocaustum, surgens iuit, & venit ad locum, quem dixit illi Deus die tertia. Et respiciens Abraham oculis suis vidit locum a lõge. Et dixit Abraham pueris suis. Sedete hic cum asina: ego autem & paruulus pertransibimus vsque illuc: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Sumpsit autem ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo. Sumpsit autem in manibus & ignem & gladium: & perrexerunt ambo simul. Dixit autem Isaac

A ad Abraham patrem ſuum: Pater. At ille dixit: Quid eſt fili? Dixit autem: Ecce ignis & ligna: vbi eſt ouis in holocauſtum? Dixit autem Abraham: Deus videbit ſibi ouem ad holocauſtũ fili. Pergentes autem ambo ſimul venerunt ad locum, quẽ dixerat ei Deus: & ædificauit ibi Abraham altare, & impoſuit ligna: & cum colligaſſet Iſaac filium ſuum; impoſuit eum ſuper altare ſuper ligna. Et extendit Abraham manum ſuam ad capiendum gladium, vt iugularet filium ſuum. Et vocauit illum angelus Domini de cælo; & dixit: Abraham, Abraham. At ille dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne inijcias manum tuam ſuper puerum, neque facias ei quicquam. Nunc enim cognoui, quia timeas tu Deum: & non pepercisti filio
B tuo dilecto propter me. Et reſpiciens Abraham oculis ſuis vidit; & ecce aries vnus, qui ε tenebatur in virgulto ζ Sabec cornibus. Et iuit Abraham, & ſumpſit arietem, & obtulit illum in holocauſtũ pro Iſaac filio ſuo. Et vocauit Abraham nomen loci illius, Dominus η vidit, vt dicant hodie, in monte Dominus apparuit. Et vocauit angelus Domini Abraham ſecundo de cælo dicens: Per memet ipſum iuraui dicit Dominus: propterea quod feciſti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me; certe benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & tanquam arenam, quæ eſt iuxta labium maris. Et hæreditate poſsidebit ſemen tuum ciuitates aduerſario-
C rum: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obaudiſti vocem meam. Reuerſus eſt autem Abraham ad pueros ſuos: & ſurgentes perrexerunt ſimul ad puteum iuramenti. Et inhabitauit Abraham ad puteum iuramenti. Factum eſt autem poſt verba hæc: & annunciatum eſt ipſi Abraham dicentes: Ecce peperit Melcha & ipſa filios Nachor fratri tuo, Vz primogenitum, & Baux fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & Cazad, & Azay, & Phaldes, & Ieldaph, & Bathuel. Bathuel autem genuit Rebeccam. Octo hi filij quos peperit Melcha Nachor fratri Abraham. Et concubina eius, cui nomen Reuma, peperit & ipſa Tabec, & Taam, & Tochos, & Mocha.

D α Tentauit.] *Symm.* ἐδόξασε, glorificauit. β Dilectum.] ἀγαπητόν. *S. Ambr. lib. 1. cap. 8. habet*, dilectiſſimum: *& paulo inferius*, non pepercisti filio tuo dilectiſſimo, *itemque S. Cyprianus lib. 2. contra Iud. Interpres Orig.* cariſſimum. *Aquila*, τὸν μονογενῆ, vnigenitum, *quomodo habet S. Hier. in tradit. & vulgata. Symm.* τὸν μόνον σου, vnicum tuum.] γ Excelſam.] *Aquila*, τὴν καταφανῆ, lucidam. *Symm.* τῆς ὀπτασίας, viſionis. *Ita enim vtrumque interpretatur S. Hier. in tradit. & poſterius quidem eſt in vulgata. Idem vero notat in hebræo eſſe Moria, & hebræos putare hunc eſſe montẽ, in quo poſtea templũ conditum ſit.* δ Quos.] *S. Hier. & S. Ambr. & Int. Orig.* quem. ε Qui tenebatur.] *Ita S. Hier. in tradit. & S. Aug. lib. 16. de ciuit. c. 32. S. Amb. loco indicato*, hærens. *græce eſt* κατεχόμενος, *Melito.* Syrus, & hebræus dicunt, κρεμάμενος, pendens, vt manifeſtius effingeret crucem. ζ In virgulto Sabec.] *S. Ambr.* hærens in virgulto. *S. Aug. loco indicato.* Quando eum vidit Abraham; cornibus in frutice tenebatur. *S. Hier. in tradit.* tenebatur in virgulto Sabec cornibus ſuis, *græce eſt* κατεχόμενος ἐν φυτῷ σαβὲκ τῶν κεράτων. *apud Philonem autem in lib. de profugis* κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ σαβέκ. *Schol. refert Aquilã pro virgulto Sabec dixiſſe* συχνῷ, condenſo,
E & conſtipato. *Sanctus autem Hier.* Rurſus Aquila συχνῷ, interpretatus eſt, quem nos vepretum poſſumus dicere, vel ſpinetum, & vt verbi vim interpretemur, condenſa, & inter ſe implexa virgulta. Vnde & Symm. in eandem ductus opinionem, Et apparuit, ait, aries poſt hoc retentus in rete cornibus ſuis. *Addit etiam quoſdã putare Sabec eſſe certã virgulti ſpeciem: quod eſt in Scholio quodam inſerto codici quæſtionũ Theodor. Schol.* Illud σαβὲκ quidam reddiderunt ἄφεσιν, dimiſſionem, liberationem: quidam vero ὄρθιος erectus, vt idem valeat, ac ſi diceretur, hircus erectus, qui in virgultum inſcenderat: hoc autem loco erectus cornibus detentus, vt ſit manifeſtus typus crucis. Propter hanc vero cauſam in aliam linguam non conuertitur, quoniam dictio hebraica, cum vna ſit, multa ſignificat, multaſque fert interpretationes. Ad eos autem, qui interrogant, reſpondere oportet, atque ita dicere, Sabec ſignificare erectum, & ſublatum. *S. Hier.* ridiculã rem in hoc loco Emiſenus Euſebius eſt locutus: Sabec inquiens, dicitur hircus, qui rectis cornibus, & ad carpendas arboris frondes ſublimis attollitur. η Dominus vidit.] *Ita S. Aug. refert hunc locum q. 58. niſi quod pro* dicant; *habet*, dicatur. *S. Hie.* Dominus videt; vt dicant hodie, in monte Dominus videt. Pro eo quod hic habet, videt, in hebræo ſcriptum eſt, videbit. *Longe aliter interpretatur paraphraſis Chaldæa.*

CAP. XXIII. A

FActa eſt autem vita Sarræ anni centum viginti ſeptem. Et mortua eſt Sar-
ra in ciuitate Arboc: * quæ eſt in valle; hæc eſt Chebron in terra Chanaā.
Venit autē Abraham, vt plangeret Sarram, & lugeret. Et ſurrexit Abrahā
a mortuo ſuo. Et dixit Abrahā filijs Chet, dicēs: Aduena et peregrinus ego ſum
vobiſcum: date igitur mihi poſſeſsionem ſepulchri vobiſcum, et ſepeliam mor
tuum meum a me. Reſponderunt autem filij Chet ad Abraham, dicentes: Ne-
quaquam Domine: audi vero nos; rex a Deo tu es in nobis: in electis monumen
tis noſtris ſepeli mortuum tuum. Nemo enim noſtrum prohibebit monumen- B
tum ſuum a te, ad ſepeliendum mortuum tuum ibi. Exurgens autem Abraham
adorauit populum terræ, filios Chet. Et locutus eſt ad eos Abraham, dicens: Si
habetis in anima veſtra, vt ſepeliam mortuum meum a facie mea; audite me, &
loquimini pro me cum Ephron filio Saar: & det mihi ſpeluncam duplicē, quæ
eſt ei, quæ eſt in parte agri eius: argēto digno det mihi eam in vobis in poſſeſsio
nem monumenti. Ephron autem ſedebat in medio filiorum Chet. Reſpondens
autem Ephron Chettæus ad Abraham, dixit audientibus filijs Chet, & ingre-
dientibus in ciuitatem omnibus dicens: Apud me eſto Domine, & audi me: a-
grum, & ſpeluncam, quæ in eo, tibi do: in conſpectu omnium ciuium meorum C
dedi tibi, ſepeli mortuum tuum. Et adorauit Abraham coram populo terræ, &
dixit ad Ephron in aures coram populo terræ: quoniam quidem a me es; audi
me: argentum agri cape a me: & ſepeliam mortuū meū ibi. Reſpōdit autem E-
phron ad Abraham dicens: nequaquam Domine: audiui enim. Terra eſt qua-
dringentorum didrachmorum: ſed quid vtique fuerit hoc inter me & te? tu ve-
ro mortuum tuum ſepeli. Et audiuit Abraham Ephron, & appendit Abraham
Ephron argentum, quod locutus eſt in auribus filiorum Chet, quadringenta di
drachma argēti probati mercatoribus. Et ſtetit ager Ephron, qui erat in duplici
ſpelunca, qui eſt ad faciē Mambre, ager & ſpelūca quæ erat in eo, & omnis arbor D
quæ erat in agro, & quidquid eſt in finibus eius in circuitu, ipſi Abraham in poſ-
ſeſsionem coram filijs Chet, & omnibus ingredientibus in ciuitatem. Poſt hæc
ſepeliuit Abraham Sarram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ eſt con-
tra Mambre. Hæc eſt Chebron, in terra Chanaan. Et confirmatus eſt ager & ſpe-
lunca, quæ erat in eo, ipſi Abraham in poſſeſsionem ſepulchri a filijs Chet.

* Quæ eſt in valle] *S. Hier.* Hoc, quod hic poſitum eſt, quæ eſt in valle, in authenticis codicibus non
habetur. Nomen quoq. ciuitatis Arboc paulatim à ſcribentibus, legentibusq. corruptū eſt. Neque enim
putandum lxx. interpretes nomen ciuitatis hebrææ barbare, atque corrupte, & aliter, quàm in ſuo dicitur, E
tranſtuliſſe. Arboc enim nihil omnino ſignificat: ſed dicitur Arbee, hoc eſt, quatuor, quia ibi Abraham,
& Iſaac, & Iacob conditus eſt, & ipſe princeps humani generis Adam.

CAP. XXIV.

ET Abraham erat ſenior prouectus diebus. Et Dominus benedixit Abrahā
per omnia. Et dixit Abrahā puero ſuo ſeniori domus ſuæ poteſtatē habēti
omniū quæ ei erant. Pone manū tuā ſub femore meo, & adiurabo te * per
Dominum Deum cæli, & Deum terræ, vt non ſumas filio meo Iſaac vxorem de
filiabus

A filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito in eis: sed in terram meam, vbi natus sum, ibis, & ad tribum meam: & sumes vxorem filio meo Isaac inde. Dixit autem ad eum puer: Ne quando noluerit mulier ire mecum retro in terram hanc; reuocabo filium tuum in terram, vnde existi inde? Dixit autem Abraham ad eum: Attende tibi, ne reuoces filium meum illuc. Dominus Deus cæli, & Deus terræ, qui accepit me de domo patris mei, & de terra, in qua natus sum, qui locutus est mihi, & qui iurauit mihi, dicens, tibi dabo terram hanc, & semini tuo, ipse mittet angelum suum ante te: & accipies vxorem filio meo inde. Quod si noluerit mulier tecum venire in terram hanc; purus eris a [β] iuramento
B meo: tantummodo filium meum ne reuoces illuc. Et posuit puer manum suam sub fœmore Abraham domini sui: & iurauit ei de verbo hoc. Et sumpsit puer decem camelos de camelis domini sui, & de omnibus bonis domini sui secum: & surgens perrexit in Mesopotamiam ad ciuitatem Nachor, & [γ] fecit accumbere camelos extra ciuitatem iuxta puteum aquæ, ad vesperum, quando egrediuntur aquatrices: & dixit: Domine Deus domini mei Abraham prospere dirige coram me hodie: & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego steti super fontem aquæ: filiæ autem habitantium ciuitatem egrediuntur ad hauriendum aquam. Et erit: virgo, cuicunque dixero, inclina hydriam
C tuam, vt bibam, & dixerit mihi, bibe tu, & camelos tuos adaquabo, quoadusq. bibere desinent; hanc [δ] parasti puero tuo Isaac: & in hoc cognoscam, quia fecisti misericordiam cum domino meo Abraham. Et factum est, priusquam ipse cōsummaret loquens in mente sua, & ecce Rebecca egrediebatur, quæ nata erat Bathuel filio Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam super humeros suos. Virgo autem erat speciosa aspectu valde: virgo erat: vir non cognouerat eam. Descendens autem ad fontem impleuit hydriam suam, & ascendit. Accurrit autem puer obuiam ei, & dixit: Pota me paululum aquæ de hydria tua. Illa vero dixit: bibe Domine. Et festinauit: & deposuit hydriam su-
D per brachium suum: & potauit eum, quoad vsque cessauit bibens. Et dixit: & camelis tuis hauriam aquam, quoadvsque omnes biberint. Et festinauit, & euacuauit hydriam in canalem: & cucurrit ad puteum ad hauriendum rursus: & hausit aquam omnibus camelis. Homo autem considerabat eam, & tacebat, ad cognoscendum, si prosperasset Dominus viam eius, an non. Factum est autē, postquam cessarunt omnes cameli bibentes; sumpsit homo inaures aureas, [ε] singularum drachmarum ponderis, & duas [ζ] virias in manus eius: decem aureorum pondus earum: & interrogauit eam, & dixit: Filia cuius es? annuncia mihi, si est apud patrem tuum locus nobis ad diuertendum. At illa dixit ei: Filia Bathuel
E sum filij Melchæ, quem peperit ipsi Nachor. Et dixit ei: & paleæ, & pabula multa apud nos, & locus ad diuertendum. Et [η] benedicens homo, adorauit Dominum, & dixit: Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham; qui non dereliquit iustitiam [θ] suam, & veritatem a domino meo: meque prospere deduxit Dominus in domū fratris domini mei. Et currens puella nunciauit in domum matris suæ secundum verba hæc. Rebeccæ autem frater erat, cui nomen Laban: Et cucurrit Laban ad hominem foras ad fontem. Et factum est, postquā vidit inaures, & virias in manibus sororis suæ, & quando audiuit verba Rebeccæ sororis suæ, dicentis, sic locutus est mihi homo; & venit ad hominem,

ſtante illo ſuper camelos ſuper fontem. Et dixit ei: Heus ingredere ' Benedi- A
ctus Domini: vt quid ſtetiſti foris? ego autem paraui domum & locũ camelis.
Intrauit autem homo in domum: & deſtrauit camelos, & dedit paleas & pabula
camelis, & aquam ad * lauandum pedibus ipſius, & pedibus virorum, qui cum
eo. Et appoſuit eis panes ad manducandum. Et dixit: Non manducabo, donec
ego locutus fuero verba mea. Et dixit: Loquere. Et dixit: Puer Abraham ego
ſum. Dominus autem benedixit Dominum meum valde: & exaltatus eſt, & de-
dit ei oues & vitulos, & argentum & aurum, pueros & ancillas, camelos & aſi-
nos. Et peperit Sarra vxor domini mei filium vnum domino meo, poſt quam ip
ſe ſenuit: & dedit ei omnia quæ erant ſibi. Et adiurauit me dominus meus di- B
cens: Non ſumes vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos ego
habito in terra eorum. Sed in domum patris mei ibis, & ad tribum meam: & ſu-
mes vxorem filio meo inde. Dixi autem domino meo: ne forte non eat mulier
mecum. Et dixit mihi: Dominus Deus, cui placui ante ipſum, ipſe mittet ange
lum ſuum tecum, & proſperabit viam tuam: et ſumes vxorem filio meo de tri-
bu mea, et de domo patris mei: Tunc innocẽs eris a maledicto meo. Quando-
cumque enim veneris ad tribum meam, et tibi non dederint; et eris innocens a
iuramento meo. Et veniens hodie ad fontem dixi: Domine Deus domini mei
Abraham, ſi tu proſperas viam meam, in qua nunc ego ambulo in ea: ecce ego C
ſteti ſuper fontem aquæ: et filiæ hominum ciuitatis egrediuntur ad haurien-
dam aquam: et erit virgo, cui ego dixero, da mihi bibere de hydria tua puſil-
lum aquæ; et dixerit, et tu bibe, et camelis tuis hauriam; hæc eſt mulier, quam
parauit Dominus famulo ſuo Iſaac: et in hoc cognoſcam, quia feciſti miſericor
diam domino meo Abraham. Et factũ eſt priuſquam ego conſummarem lo-
quens in mente mea; ſtatim Rebecca egrediebatur habens hydriam ſuper hu-
meros: et deſcendit ad fontem, et hauſit aquam. Dixi autem ei: pota me: et feſti
nans depoſuit hydriam ſuper brachium ſuum a ſeipſa, et dixit: bibe tu, et came
los tuos potabo: et bibi, et camelos potauit. Et interrogaui eam, et dixi; filia cu D
ius es? nuncia mihi: At illa dixit: Filia ſum Bathuel filij Nachor, quem peperit
ei Melcha. Et circumpoſui ei inaures, et virias circa manus eius: et benedicens
adoraui Dominum: et benedixi Dominum Deum domini mei Abraham, qui
proſperauit me in via veritatis ad ſumendam filiam fratris Domini mei filio
ipſius. Si ergo facitis vos miſericordiam, et iuſtitiam ad ^ dominum meum: ſin
autem non; renunciate mihi, vt redeam ad dexteram aut ſiniſtram. Reſpondens
autem Laban et Bathuel dixerunt: a Domino exijt res hæc: non poterimus tibi
contradicere " malum vel bonum. Ecce Rebecca in conſpectu tuo: accipiens
recurre: et ſit vxor filio domini tui, quemadmodum locutus eſt Dominus. Fa- E
ctum eſt autem, cum puer Abraham audiret verba hæc, adorauit ſuper terram
Dominum. Et proferens puer vaſa argentea, et aurea, et veſtem, dedit Rebec-
cæ: et dona dedit fratri eius, et matri eius. Et manducauerunt et biberunt, et
ipſe, et viri, qui cum eo erant, et dormierunt. Et ſurgens mane dixit: Dimitte
me, vt redeam ad dominum meum. Dixerunt autem frater eius, et mater: Ma-
neat virgo nobiſcum ad decem dies: et poſtea abibit. At ille dixit ad eos: Ne
retineatis me: et Dominus proſperauit viã ' meam in me: dimittite me, vt ab-
eam ad dominum meum. Illi autem dixerunt: Vocemus puellam, et interro-
gemus

A gemus os eius. Et vocauerunt Rebeccam, et dixerunt ei: Ibis cum homine hoc? At illa dixit: ibo. Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, & ξ substantiam eius, & seruum Abraham, & eos, qui cum eo: & benedixerunt Rebeccam, & dixerunt ei: Soror nostra es, esto in millia decem millium: & hæreditatem obtineat semen tuum ciuitates aduersariorum. Surgens autem Rebecca, & ο ancillæ eius ascenderunt super camelos, & iuerunt cum homine. Et accipiens puer Rebeccam abijt. Isaac autem deambulabat per desertum iuxta puteum visionis: & ipse habitabat in terra, quæ ad Africum: & egressus est Isaac, π exerceri in campo ad vesperam. Et respiciens oculis suis, vidit camelos venientes. Et respiciens
B Rebecca oculis vidit Isaac: & desilijt de camelo, & dixit puero: Quis est homo ille, qui ambulat in campo in occursum nobis? Dixit autem puer: Hic est dominus meus. At illa sumens ρ theristrum operuit se. Et narrauit puer ipsi Isaac omnia verba, quæ fecerat. σ Intrauit autem Isaac in domum matris suæ: Et accepit Rebeccam: & facta est eius vxor: & dilexit eam, & consolatus est se Isaac de Sarra matre sua.

α Per Dominum.] *Notat S. Aug. in locut. illud*, per, *abesse à græcis. Nam verbum* ἐξορκιῶ σε, adiurabo te *significat, vt in hebræo*, iurare te faciam. β A iuramento meo.] *In aliquot codicibus græcis est* ὅρκου τούτου, a iuramento hoc. *& ita S. Aug. in locut. & S. Ambr. lib. 1. c. 9. Editio autem Complutensis habet vtrumque*,
C ὅρκου μου τούτου, iuramento meo hoc. γ Fecit accumbere.] ἐκοίμισε. *Schol.* ἐγονάτισεν, fecit genu flectere, *aut*, procumbere in genua. δ Parasti.] *Schol.* ἀπέδειξας, demonstrasti. ε Singularum drachmarum.] *Sic S. Amb. ibidem, quod græce est*, ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς. *Vnus codex vetustus habet* διδραχμὴν. *S. Hier. in tradit.* & tulit vir inaurem auream: didrachmum pondus eius. ζ Virias.] *Ita S. Amb. quod græce* ψέλλια. *S. Hier. & hic & alibi interpretatur* armillas. η Et benedicens.] καὶ εὐλόγησε. *cuius verbi multiplex est notio: interdum autem bene hoc modo reddi admonet S. Hier. ad Suniam in psal. 84. ad illud*, Benedixisti Domine terram tuam. *Etiam in psal. 144.* Imples omne animal benedictione, *illud* benedictione *græce est*, εὐδοκίας. *Posset autem hoc loco, & paulo inferius verti* cõprobans. θ Iustitiã suam.] *Aliquot codices non habent dictionem* αὐτοῦ, *quemadmodum neque S. Augu. in locut. apud Theodoretum est* τὴν διαθήκην, testamentum. *In Complutensi autem legitur* ὃς οὐ κατέλιπε τὴν δικαιοσύνην σου, qui non dereliquisti iustitiam tuam. ι Benedictus Domini.] εὐλογητὸς κυρίου. *& vulgata*, benedicte Domini. *Alij libri* εὐλογητὸς κύριος, benedictus Dominus. κ Ad lauandum.] νίψασθαι. *& S. Aug. in locut.* lauare. *Abest autem à Compl. & alijs quibusdam editionibus.* λ Ad Dominum meum.] *In nonnullis codicibus sequitur*, ἀπαγγείλατέ μοι. *& apud S. Aug. quæst. 66.*
D renuntiate mihi. μ Malum, vel bonum.] *Alij libri* κακὸν καλῷ, malum bono. *Schol.* Syrus. ἢ καλὸν, ἢ κακὸν, vel bonum vel malum. ν Viam meam in me.] *A Complut. abest* in me. *In alijs quibusdam editionibus est* ὁδὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, viam suam in me. ξ Et substantiã.] *Aquila*, καὶ τὴν πτῆξιν αὐτῆς. *Symm.* καὶ τὴν τροφὸν αὐτῆς, & nutricẽ eius. *Quod S. Hier. in traditionibus inquit esse in hebræo, & decens fuisse: lege eundẽ ibidem in c. 35.* ο Ancillæ.] ἄβραι. *Aquila*, παιδίσκαι, *Symmac.* κοράσια, *quæ idem fere significant.* π Exerceri.] ἀδολεσχῆσαι. *Symm.* λαλῆσαι ἐν τῷ ἀγρῷ, loqui in agro, *Aquila*, ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ, colloqui in regione. *Schol.* Exijt solus proprijs cogitationibus operam dare, ac sermocinari. Non additur autem, quo cum: iure id quidem: quando neque hominum hæc collocutio est, sed vel erga Deum, vel sumpsius erga seipsum. *Verum de isto verbo* ἀδολεσχῆσαι *& S. Hier. in tradit. & S. Aug. q. 69. & alibi sæpe multa dicunt. S. Ambr. de Isaac cap. 1. hæc habet*, exiuit in campum abalienare. ρ Theristrum.] *S. Hier. in tradit.* Theristrum pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur: *ac de eodem nomine plura in cap. 4. Esaiæ.* σ Intrauit autem.] *Aquila*, εἰσήγαγεν αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν Σάρρας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, introduxit eam in tabernaculum Sarræ matris suæ: *& sic vulgata.*

E

CAP. XXV.

ADijciens autem Abraham sumpsit vxorem, cui nomen Chettura. Peperit autem ei Zombran, & Iezan, & Madal, & Madian, & Iesboc, & Soie. Iezan autem genuit Saba, & Dedan. Filij autem Dedan, Assurijm, & Latusijm, & Laomim. Filij autem Madiã Gephar, & Aphir, & Enoch, & Abida, & Eldaga. Omnes hi erant filij Chetturæ. Et dedit Abraham vniuersa, quæ habuit, Isaac filio suo: Et filijs concubinarum suarum dedit Abraham munera: & dimisit

dimisit eos ab Isaac filio suo, cum adhuc ipse viueret, ad orientem, ad terram A
orientis. Hi vero sunt anni dierũ vitæ Abraham, quos vixit, centum septuaginta quinq. anni. Et [α] deficiens mortuus est Abraham in [β] senectute bona, senex & plenus [γ] dierũ. Et appositus est ad [δ] populum suum: & sepelierunt eum Isaac & Ismael filij eius in spelunca duplici, in agro Ephron filij Saar Chettæi, qui est e regione Mambre: agro & spelunca, quam acquisiuit Abraham a filijs Chet. Ibi sepelierunt Abraham & Sarram vxorẽ eius. Factũ est autem, postquam mortuus est Abraham, benedixit Deus Isaac filiũ eius. Et habitauit Isaac apud puteũ visionis. Hæ vero sunt generationes Ismael filij Abrahã quem peperit Agar Æ-
gyptia ancilla Sarræ ipsi Abraham. Et hæc sunt nomina filiorum Ismael, secun B
dum nomina [ε] generationum eius. Primogenitus Ismael, [ζ] & Nabaioth, & Cedar, & Nabdeel, & Massam: & Masma, & Duma, & Masse, & Choddan, & Thæman, & Ietur, & Naphes, & Cedma. Hi sunt filij Ismael: & hæc nomina eorum in tabernaculis eorum, & in mansionibus eorum, duodecim principes secundum gentes eorum. Et hi sunt anni vitæ Ismael, centum triginta septem anni. Et deficiens mortuus est: & appositus est ad genus suum. Habitauit autem ab Euilat vsque Sur, quæ est ad faciem Ægypti, donec veniatur ad Assyrios: ad faciem omnium [η] fratrum suorum habitauit. Et hæ sunt generationes Isaac filij Abrahã. A-
braham genuit Isaac. Erat autem Isaac annorum quadraginta, quando accepit C
Rebeccam filiam Bathuel Syri de Mesopotamia Syriæ, sororem Laban Syri sibi in vxorem. Rogauit autem Isaac Dominum pro Rebecca vxore sua, quoniã sterilis erat. Et exaudiuit eum Deus: & concepit in vtero Rebecca vxor eius: [θ] exultabant autem infantes in ea. Dixit autem: Si sic mihi futurum est; vt quid mihi hoc? Iuit autem interrogare a Domino. Et dixit Dominus ei: Duæ gentes in vtero tuo sunt: & duo populi de ventre tuo separabuntur: & populus populũ superabit: & maior seruiet minori. Et impleti sunt dies, vt ea pareret: & ei erant gemini in vtero. Exijt autem primogenitus rubeus totus, sicut pellis pilosus. Co-
gnominauit autem nomen eius Esau. Et postea exijt frater eius: & manus eius te D
nens calcaneum Esau. Et vocauit nomen eius Iacob. Isaac autẽ erat annorum sexaginta, quando peperit eos Rebecca. Creuerunt autem [ι] iuuenes: & erat Esau homo sciens venari, agrestis: Iacob autem homo simplex habitans domum. Dilexit autem Isaac Esau, quoniam venatio eius erat cibus ipsi. Rebecca autem diligebat Iacob. Coxit autem Iacob coctionem. Venit autem Esau ex agro deficiens. Et dixit Esau ipsi Iacob: Da mihi gustum de coctione [κ] rubea ista, quia deficio. Propterea vocatum est nomen eius Edom. Dixit autem Iacob Esau: Vende mihi hodie primogenita tua mihi: Et dixit Esau: Ecce ego vado mori: vt
quid mihi hæc primogenita? Et dixit ei Iacob: Iura mihi hodie. Et iurauit ei. E
Vendidit autem Esau primogenita ipsi Iacob: Iacob autem dedit Esau panem, & coctionem lentis: & comedit & bibit. Et surgens abijt: & contempsit Esau primogenita.

[α] Deficiens.] *S. Hier. in tradit.* Male in lxx. interpretibus additum est, & deficiens Abraham mortuus est, quia non conuenit Abrahæ deficere, & imminui. *Est tamen etiam in vulgata, & in paraphrasi chaldaica, & respondet hebræo.* [β] In senectute] *Aquila, & Symm.* ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ, in canicie bona. [γ] Dierũ.] *Hanc dictionem, quæ in græcis codicibus ponitur, S. Hier. in tradit. testatur à se omissam esse: quæ tamen remansit in vulgata.* [δ] Populum suum.] *Schol.* πρὸς τοὺς περάτας. *quos supra notauimus apud S. August. esse transfluuiales.* [ε] Generationum eius.] *S. Hier. in tradit.* in nominibus suis, & generationibus suis. *S. August.*

A *Aug. in locut.* secundum nomina generationes eorum. *In quaest. autem q. 71.* secundum nomina generationum eorum. ζ Et Nabaioth.] *Illud, Et, abest à Compl. Et S. Hier. in tradit.* primogenitus Ismaelis Nabaioth. η Fratrum.] *disputat de isto loco S. Hier. in tradit. ac notat fratres pro filijs appellari, vt etiam alibi.* θ Exultabant.] ἐσκίρτων. *verbo exultandi vtitur S. Ambr. in lib. de Isaac, cap. 4. Eodem modo redditur idem verbum in vulgata psal. 113.* montes exultauerunt. *S. Aug. & ibi, & hic q. 72. & 16. de ciuit. cap. 35. vtitur verbo gestiendi. S. Hier. in tradit.* Et mouebantur filij eius in ea. Pro motione lxx. interpretes posuerunt ἐσκίρτων, id est, ludebant, siue calcitrabant, quod Aquila transtulit, constringebantur filij in vtero eius. Symm. vero διέπλεον, id est, in similitudinem nauis in superficie ferebantur. *Scholiastes tamen ex Symm. refert,* διεπάλαιον, colluctabantur. ι Simplex.] *S. Aug. q. 74.* Quod graece dicitur ἄπλαστος, hoc latini simplicem interpretati sunt. Proprie autem ἄπλαστος, non fictus. Vnde aliqui latini interpretes, sine dolo interpretati sunt, dicentes: Erat Iacob sine dolo, habitans in domo: Vt magna sit quaestio, &c. *Idem fere repetit 16. de ciuit. cap. 37. Aquila* ἁπλοῦς, simplex. *Symm.* ἄμωμος, siue crimine. κ Rubea.] *Symm.* ἐδώμ, Adam.

B

CAP. XXVI.

FActa est autem fames super terram praeter famem priorem, quae facta est
in tempore Abraham. Iuit autem Isaac ad Abimelech regem Phylistijm
in Gerara. Apparuit autem ei Dominus, & dixit: noli descendere in Ægy
ptum: habita autem in terra, quam tibi dixero, & incole in terra hac: & ero te-
cum, & benedicam te: Tibi enim & semini tuo dabo omnem terram hanc: &
statuam iuramentum meum, quod iuraui Abraham patri tuo: & multiplicabo
C semen tuum tamquam stellas caeli; & dabo semini tuo omnem terram hanc: &
benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae: pro eo quod obaudiuit Abra-
ham pater tuus vocem meam, & custodiuit praecepta mea, & mandata mea, &
iustificationes meas, & legitima mea. Habitauit autem Isaac in Geraris. Interro
gauerunt autem viri loci de Rebecca vxore eius: & dixit: Soror mea est. Timuit
enim dicere, quia vxor mea est, ne forte interficerent eum viri loci propter Re-
beccam: quoniam speciosa aspectu erat. Fuit autem multo tempore ibi. Et pro-
spiciens Abimelech rex Gerarorum per fenestram vidit Isaac α ludentem cum
Rebecca vxore sua. Vocauit autem Abimelec Isaac, & dixit ei: vtique vxor tua
D est. Cur dixisti, soror mea est? Dixit autem ei Isaac: dixi enim, ne forte moriar
propter eam. Dixit autem ei Abimelech: Quid hoc fecisti nobis? fere dormiuit
quis de genere meo cum vxore tua: & induxisses super nos β ignorantiam. Prae-
cepit autem Abimelech vniuerso populo suo, dicens: Omnis qui tetigerit ho-
minem hunc, & vxorem eius; morti obnoxius erit. Seminauit autem Isaac in
terra illa: & inuenit in anno illo γ centuplicans hordeum. Benedixit autem eum
Dominus: & exaltatus est homo: & procedens maior factus est: quoadusque ma
gnus factus est valde. Facta autem sunt ei pecora ouium, & pecora boum, & agri
colationes multae. Inuiderunt autem ei Phylistijm: et omnes puteos, quos fode
E rant pueri patris eius in tempore patris eius, obstruxerunt eos Phylistijm, et im
pleuerūt eos terra. Dixit autem Abimelech ad Isaac: Recede a nobis: quoniam
potentior nobis factus es valde. Et abijt inde Isaac, et diuertit in valle Geraro-
rum: et habitauit ibi. Et rursus Isaac fodit puteos aquae, quos foderant pueri
Abraham patris eius, et obstruxerant eos Phylistijm, postquam mortuus fuerat
Abraham pater eius. Et cognominauit eis nomina secundum nomina, quae no-
minauerat pater eius. Et foderunt pueri Isaac in valle Gerarorum: et inuenerunt
ibi puteum aquae viuentis. Et δ pugnauerunt pastores Gerarorum cum pasto-
ribus Isaac, dicentes suam esse aquam. Et ε vocauerunt nomen putei, ζ iniusti-
tia.

tia. Iniustitiam enim fecerant in eum. Profectus autem inde fodit puteum aliũ. A
Et altercati sunt etiam de illo. Et cognominauit nomen eius, η inimicitia. Profectus autem inde fodit puteum alium. Et non pugnauerunt de eo. Et cognominauit nomen eius, latitudo, dicens: quia dilatauit nunc nobis Dominus, & auxit nos super terram. Ascendit autem inde ad puteum iuramenti. Et apparuit ei Dominus in nocte illa, & dixit: Ego sum Deus Abrahã patris tui. Noli timere: tecũ enim sum. Et θ benedicam te: & multiplicabo semen tuum propter Abrahám patrem tuũ. Et ædificauit ibi altare: & inuocauit nomen Domini: & fixit ibi tabernaculum suum. Foderunt autem ibi pueri Isaac puteum in valle Gerarorum. Et
Abimelech iuit ad eum de Geraris, & ι Hochozath pronubus eius, & Phicol B
princeps militiæ virtutis eius. Et dixit eis Isaac: Vt quid venistis ad me? Vos autem odistis me, & dimisistis me a vobis. At illi dixerunt: Videntes vidimus, quia fuit Dominus tecũ: & diximus: Fiat κ execratio inter nos, & inter te: & disponemus tecum testamentum, ne facias nobiscum malum; sicut non sumus te abominati nos, & quemadmodum vsi sumus te bene, & dimisimus te cum pace: & nunc benedictus tu a Domino. Et fecit eis conuiuium: & comederunt, & biberunt. Et surgentes mane iurauit vnusquisque proximo. Et dimisit eos Isaac; & discesserunt ab eo cum salute. Factum est autem in die illa: & aduenientes pueri
Isaac, nunciauerunt ei, de puteo quem foderant: & dixerunt: non λ inuenimus C
aquam. Et vocauit eum iuramentum. Propterea vocauit nomen ciuitati illi puteus iuramenti, vsque in hodiernum diem. Erat autem Esau annorum quadraginta: & sumpsit vxorem Iudith filiam Beoch Chettæi, & Basemath filiam Elon Chettæi. Et erant renitentes Isaac, & Rebeccæ.

α Ludentem.] *Schol.* verecunde, & honeste dictum est. β Ignorantiam.] *S. Chrys.* causam dedisses, vt propter ignorantiam in peccatum incideremus. *Aquila, & Symm.* πλημμέλημα, delictum. γ Centuplicans hordeum.] ἑκατοστεύουσαν κριθήν. *S. Hier. in tradit.* centuplum hordei, *Aquila* ἑκατὸν ἐκτετιμημένον, *id est, eodem S. Hier. interprete & laudatore,* centuplũ æstimatum. δ Pugnauerunt.] ἐμαχέσαντο. *Schol.* ἐδικάσαντο, litigauerunt. ε Vocauerunt.] *S. Ambrosi. cap. 4. videtur legisse,* vocauit. *itemque S. Chrysost. homil.* 52. ζ Iniustitia.] *Schol.* συκοφαντία. ἐσυκοφάντησαν γὰρ αὐτόν. calumnia: nam calumniam intulerant in eum. η Inimicitia.] ἐχθρία. *S. Ambr.* inimicitias. *S. Hier.* & vocauit nomen eius, inimicitiæ. Pro inimicitijs, quod Aquila, & Symm. τὴν ἀντικειμένην, & ἐναντίωσιν transtulerunt, idest aduersum, atque contrarium, in hebræo habet Satana. Ex quo intelligimus Satanã contrarium interpretari. θ Benedicam.] *Alij codices habent,* εὐλόγησά σε. *& S. August. 16. de ciuit. cap. 36.* benedixi te. *Apud S. Chrys. hom. 52. vtroque modo legitur.* ι Hochozath.] *S. Hier.* Pro Ahuzath pronubo in hebræo habet collegium amicorum eius, &c. *In vulgata tamen est,* Ochozath amicus illius. κ Execratio.] ἀρά. *S. Aug. q. 77.* id est, iuratio, quæ maledictis astringit, quæ accidant ei, qui peierauerit. λ Non inuenimus.] *Sic omnes græci collati codices, & S. Chrys. eadem hom. 52. & S. Ambrosius eod. cap. 4. S. Hier. in tradit.* E contrario in hebræo, cui interpretationi Aquila consentit, & Symm. hoc significat, quod inuenerint aquam, & propterea appellatus sit puteus ipse saturitas, &c. *In Complutensi legitur sine negatione. Videndus S. Aug. q. 78.* D

CAP. XXVII. E

ET factum est postquam senuit Isaac; & hebetes facti sunt oculi eius ad videndum: & vocauit Esau filium suum seniorem, & dixit ei: Fili mi. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ecce senui, & non cognosco diem mortis meæ. Nunc igitur sume vas tuum, pharetramque, & arcum: & exi in campum: & venare mihi venationẽ, & fac mihi escas, sicut amo ego, & affer mihi vt comedã: vt benedicat te anima mea, priusquam moriar. Rebecca autem audiuit loquentem Isaac ad Esau filium suum. Iuit autem Esau in campum ad venandum venationem

A tionem patri suo. Rebecca autem dixit ad Iacob filium suum minorem: Vide; au
diui patrem tuum loquentem ad Esau fratrem tuum, dicentem: Affer mihi ve-
nationem, & fac mihi escas; vt cum comedero, benedicam te coram Domino,
antequam moriar. Nunc igitur fili mi audi me; sicut ego tibi præcipio: & vadens
ad oues, sume mihi inde duos hœdos teneros & bonos: & faciam eos escas patri
tuo, sicut amat: & inferes patri tuo, & comedet, vt benedicat te pater tuus, ante-
quam moriatur. Dixit autem Iacob ad Rebeccam matrem suam. Est Esau fra-
ter meus vir pilosus, ego autẽ vir læuis: ne forte attrectet me pater: & ero in con-
spectu eius quasi [a] spernens: & inducã super meipsum maledictionẽ, & non be
B nedictionem. Dixit autem ei mater. Super me maledictio tua fili: tantum exau-
di vocem meam: & pergens affer mihi. Profectus autem sumpsit, & attulit ma-
tri: & fecit mater eius escas, sicut amabat pater eius. Et sumens Rebecca stolam
Esau filij sui senioris bonam, quæ erat apud ipsam domi, induit eam Iacob fi-
lium suum iuniorem: & pelles hœdorum circumposuit super brachia eius, & su
per nuda colli eius: & dedit escas & panes, quos fecerat, in manus Iacob filij sui.
Et intulit patri suo: dixit autem: Pater: Ille vero dixit: Ecce ego: Quis es tu fili?
Et dixit Iacob patri: Ego Esau primogenitus tuus feci, sicut locutus es mihi: sur
gẽs sede, & comede de venatione mea, vt benedicat me anima tua. Dixit autem
C Isaac filio suo. Quid hoc, quod cito inuenisti fili? At ille dixit: Quod tradidit Do
minus Deus tuus coram me. Dixit autẽ Isaac Iacob: Appropinqua mihi, & con-
trectabo te fili, si tu es filius meus Esau, an nõ. Appropinquauit autem Iacob ad
Isaac patrem suum. Et contrectauit eum, & dixit: vox quidem, vox Iacob: ma-
nus autem, manus Esau. Et non agnouit eum. Erant enim manus eius, velut ma
nus Esau fratris sui, pilosæ. Et benedixit eum & dixit: Tu es filius meus Esau? At
ille dixit. Ego. Et dixit: Affer mihi, & comedam de venatione tua fili; vt benedi
cat te anima mea. Et attulit ei & manducauit: & intulit ei vinum, & bibit. Et di-
xit ei Isaac pater eius: Accede ad me & osculare me fili. Et accedens osculatus
D est eum. Et odoratus est odorem vestimentorum eius: & benedixit eum, & dixit
Ecce odor filij mei tamquam odor [b] agni pleni, quem benedixit Dominus. Et
det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumenti, &
vini: & seruiant tibi gentes: & adorent te principes: & fias dominus fratris tui: &
adorabũt te filij fratris tui: Qui maledixerit te, maledictus: & qui benedixerit
te, benedictus. Et factum est postquã cessauit Isaac benedicere Iacob filium suũ:
& factum est, vt egressus est Iacob a facie Isaac patris sui: & Esau frater eius venit
a venatione, & fecit etiam ipse escas, & attulit patri suo: & dixit patri: Surgat pa-
ter meus, & comedat de venatione filij sui; vt benedicat me anima tua. Et dixit
E ei Isaac pater eius: Quis es tu? At ille dixit: Ego sum filius tuus primogenitus
Esau. [γ] Expauit autem Isaac pauore magno valde, & dixit: Quis igitur venatus
est mihi venationem, & intulit mihi & comedi de omnibus antequam tu veni-
res? & benedixi eum, & benedictus erit. [δ] Factum est autem quando audiuit
Esau verba patris sui Isaac, clamauit voce magna & amara valde: & dixit: Bene-
dic [ε] nunc & me pater. Dixit autem ei: Veniens frater tuus cum [ζ] dolo, accepit
benedictionem tuam. Et dixit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. [η] Supplan-
tauit enim me ecce secundo iam: & primogenita mea accepit: & nunc accepit
benedictionem meam. Et dixit Esau patri suo: Non reliquisti mihi benedictio-
nem

nem pater? Respondens autem Isaac dixit Esau: si dominum illum feci tuum, & A
omnes fratres eius feci eius famulos, frumento & vino firmaui eum; tibi autem quid faciam fili? Dixit autem Esau ad patrem suum: Nunquid benedictio vna tibi est pater? Benedic nunc etiam me pater. Compuncto autem Isaac, exclamauit voce Esau, & fleuit. Respondens autem Isaac pater eius dixit ei: Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua: & de rore cæli desuper: & super gladio tuo viues: & fratri tuo seruies: & θ erit, cum deposueris, & solueris iugum illius de collo tuo. Et ι grauiter iratus erat Esau Iacob de benedictione, qua benedixerat eũ pater eius. Dixit autem Esau in mente sua. Appropinquent dies luctus patris
mei; vt interficiam Iacob fratrem meum. Nunciata autem sunt Rebeccæ verba B
Esau filij sui senioris: & mittens vocauit Iacob filium suum iuniorẽ, & dixit ei: Ecce Esau frater tuus κ minatur tibi ad occidendum te. Nunc igitur fili, audi vocem meam: & surgens fuge in Mesopotamiam ad Laban fratrem meum in Charran: & habita cum eo dies aliquot: donec auertatur furor, & ira fratris tui a te, & obliuiscatur quæ fecisti ei: & mittens accersam te inde: ne forte orba filijs fiam ex ambobus vobis in die vna. Dixit autem Rebecca ad Isaac: λ Insensa sum vitæ meæ propter filias filiorum Chet. Si sumet Iacob vxorem de filiabus terræ huius; vt quid mihi viuere?

C

α Spernens.] *Aquila, κατημωκώμενος*, irridens, & subsannans. *Symm. καταπαίζων*, illudens. β Agri pleni.] *ἀγροῦ πλήρους. Diodorus*. Syrus pro *ἀγροῦ* habet *ἀρούρας*, arui, Illud autem *πλήρους*, *τὸ πληρωμένον βλαστημάτων δ' εὐωδῶν*, refertis geminibus & plantis optime olentibus. γ Expauit.] *S. Aug. quæst.* 80. Quod habent latini codices, expauit autem Isaac pauore magno valde, græci habent, *ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα*. vbi tanta commutatio intelligitur; vt quædam mentis alienatio sequeretur. Ipsa enim proprie dicitur ecstasis, &c. δ Erit.] *ἔσται. Ita libri veteres, & S. Chrys. hom.* 53. *Alij libri ἔστω & S. Aug.* 16. *de ciuit. c.* 37. & sit benedictus. ε Nunc.] *notabitur in psalmis illud δὴ solere verti*, nunc, *sed habere vim quamdam obsecrandi, ac si diceremus, quæso, amabo.* ζ Dolo.] *Aquila, ἐνέδραις*, insidijs, *Symm. ἐν ἐπιθέσει*, in fallacia, imponens mihi. η Supplantauit.] *Cyrillus. πτερνιστής*, supplantator Iacob, id est artifex vel sane doctus vincere. θ Et erit, cum deposueris.] *Visa est S. Hier. secundum lxx. pendere sententia, nec esse completa. Quare ipse ita vertit*: & erit, quando depones, & solues iugum illud de collo tuo. *Schol. ἔσται δὲ ἐὰν κατάξῃς, καὶ ἔσται ὡς ἐὰν καταθῇς*, erit autem cũ flexeris, & erit, sicut deposueris. ι Grauiter iratus.] *ἐνεκότει, S. Chrys. hom.* 53. hoc
est, insidebat, & perdurabat odium. κ Minatur.] *Schol. διανοεῖται κατὰ σοῦ*, cogitat contra te. λ Insensa D
sum.] *προσώχθικα. de qua dictione alibi dicetur. Aquila, ἐνάρκησα*, tædio affecta sum. *Symm. ἐκάκησα*, afflixi.

CAP. XXVIII.

Aduocans autẽ Isaac Iacob, benedixit eũ, & mandauit ei dicens: Non accipies vxorem ex filiabus Chananæorum: surgens fuge in Mesopotamiã in domum Bathuel patris matris tuæ: & sume tibi inde vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. Deus autem meus benedicat te, & augeat te, &
multiplicet te: & eris in congregationes gentium: & det tibi benedictionem E
Abraham patris mei, tibi & semini tuo post te: vt hæres fias terræ incolatus tui, quam dedit Deus ipsi Abraham. Et misit Isaac Iacob: & iuit in Mesopotamiam ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris Iacob & Esau. Vidit autem Esau, quia benedixit Isaac Iacob, & misit in Mesopotamiam Syriæ, ad sumendam sibi vxorem inde, cum benediceret eum; & mandauit ei, dicens: non sumes vxorem de filiabus Chananæorum. Et Iacob audiuit patrem, & matrem suam. Et iuit in Mesopotamiam α Syriæ. Videns autem & Esau, quia malæ sunt filiæ Chanaan coram Isaac patre suo; iuit Esau ad Ismael: & sumpsit Maeleth filiam

A liam Ismael filij Abraham, sororem Nabeoth super vxores suas vxorem. α Et exijt Iacob a puteo iuramenti: & profectus est in Charran: & occurrit loco: & dormiuit ibi: occiderat enim Sol: & sumpsit ex lapidibus loci: & posuit ad caput suũ: & dormiuit in loco illo: & somniauit. Et ecce scala stabilita super terram: cuius caput pertingebat ad cælum: & angeli Dei ascendebant, & descendebant in ea. Et Dominus incumbebat super eam: & dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: noli timere: terra, super quam dormis super eam, tibi dabo illam, & semini tuo: & erit semen tuum, sicut arena terræ: & dilatabitur super mare, & Africum, & Aquilonem, & ad orientem: ET
B BENEDICENTVR IN TE OMNES TRIBVS TERRÆ, ET IN SEMINE TVO. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via, quacumque ibis: & reducam te in terram hanc: quia te non derelinquam, donec faciam omnia, quæ locutus sum tibi. Et surrexit Iacob de somno suo, & dixit: Quia Dominus est in loco hoc: ego autem nesciebam. Et timuit, & dixit: Quam terribilis est locus hic: non est hic, nisi domus Dei, & hæc porta cæli. Et surrexit Iacob mane, & sumpsit lapidem, quem supposuerat ibi ad caput suum: & statuit illum, titulum, & superfudit oleum in cacumen eius: & vocauit nomen loci illius, β Domus Dei. Et γ Vlam Luz erat nomen ci-
C uitati prius. Et vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum, & custodierit me in via hac, qua ego vado, & dederit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum, & reduxerit me cum salute in domum patris mei; & erit Dominus mihi in Deum, & lapis hic, quem statui titulum, erit mihi domus Dei: & omnium, quæcumque mihi dederis, decimam decimabo ea tibi.

α Syriæ.] *S. Aug. in locut.* Quasi Mesopotamia dicatur, nisi Syriæ: quamuis hoc lxx. habere non perhibentur, Syriæ, sed cum asterisco scriptum est. β Domus Dei.] *Aquila,* βαιθήλ, Bethel. γ Vlam Luz.] *Vetusti codices græci variant: in alijs enim est,* οὐλαμμαούς. *in alijs,* λαμμαούς *in alijs,* οὐλάμ. *S. August.*
D *quæst.* 85. Vlamaus. *S. Hieron. in tradit.* Et vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, & Vlam Luz erat nomen ciuitatis prius. Ab eo, quod supra dixerat, quam terribilis est locus iste, non est hic, nisi domus Dei, & hæc porta cæli, nunc loco nomen imponit: & vocauit illum Bethel, id est domum Dei: qui locus vocabatur ante Luza: quod interpretatur nux, siue amygdalon. Vnde ridicule quidam verbum hebraicum Vlam, nomen esse vrbis putãt, cum, Vlam, interpretetur, prius, &c. *Sanctes tamen reddidit,* vtique, *nam in fine clausula adest dictio hebraica, quæ significat,* prius. *Aquila,* πρότερον λοὺζ ὄνομα τῇ πόλει: antea Luz nomen erat ciuitatis.

CAP. XXIX.

E ET eleuans Iacob pedes iuit in terram Orientis ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem autem Rebeccæ matris Iacob, & Esau. Et videt: & ecce puteus in agro. Erant autem ibi tres greges ouium requiescentes super eum. De puteo enim illo potabant greges. Lapis autem erat magnus super os putei. Et congregabantur illuc omnes greges: & reuoluebant lapidem ab ore putei, & potabant oues, & reponebant lapidem super os putei in locum suum. Dixit autem eis Iacob: Fratres, vnde estis vos? At illi dixerunt: De Charran sumus. Dixit autem eis: Nostis Laban filium Nachor? At illi dixe-

runt: noscimus. Dixit autem eis: Valet? At illi dixerunt: valet. Et ecce Ra- A
chel filia eius veniebat cum ouibus. Et dixit Iacob: Adhuc est dies multa:
nondum hora, vt congregentur pecora: cum potaueritis oues; abeuntes pascite.
At illi dixerunt: Non poterimus, donec congregati fuerint omnes pastores:
& reuoluent lapidem ab ore putei, & potabimus oues. Adhuc loquente
eo cum illis, & ecce Rachel filia Laban veniebat cum ouibus patris sui: ipsa
enim pascebat oues patris sui. Factum est autem, vt vidit Iacob Rachel filiam
Laban fratris matris suæ, & oues Laban fratris matris suæ; & accedens Iacob
reuoluit lapidem ab ore putei, & potauit oues Laban fratris matris suæ. Et
osculatus est Iacob Rachel: & exclamans voce sua fleuit, & indicauit ipsi Ra- B
chel, quia frater patris eius est, & quia filius Rebeccæ est. Et currens illa nunciauit
patri suo secundum verba hæc. Factum est autem, vt audiuit Laban nomen
Iacob filij sororis suæ; cucurrit obuiam ei, & complexus eum osculatus
est, & induxit eum in domum suam: & narrauit ipsi Laban omnes sermones
hos. Et dixit ei Laban: De ossibus meis, & de carne mea es tu. Et fuit cum eo
mensem dierum. Dixit autem Laban ipsi Iacob: Quia enim frater meus es;
non seruies mihi gratis. Indica mihi, quæ merces tua est. Erant autem Laban
duæ filiæ: nomen maiori Lia, & nomen iuniori Rachel: oculi autem Liæ
infirmi: Rachel autem erat pulchra specie, & decora aspectu valde. Dilexit C
autem Iacob ipsam Rachel, & dixit: Seruiam tibi septem annos pro Rachel
filia tua iuniore. Dixit autem ei Laban: Melius est dare me eam tibi, quam
dare me eam viro alteri: habita mecum. Et seruiuit Iacob pro Rachel septem
annos: & fuerunt in conspectu eius tamquam pauci dies, eo quod ipse diligebat
eam. Dixit autem Iacob ad Laban: da mihi vxorem meam: impleti enim
sunt dies, vt ingrediar ad eam. Congregauit autem Laban omnes viros loci,
& fecit [a] nuptias. Et facta est vespera: & sumens Liam filiam suam, introduxit
ad Iacob: & ingressus est ad eam Iacob. Dedit autem Laban Liæ filiæ suæ
Zelpham ancillam suam, ei ancillam. Factum est autem mane: & ecce erat D
Lia. Dixit autem Iacob ad Laban: Quid hoc fecisti mihi? Nonne pro Rachel
seruiui apud te? Et vt quid [b] decepisti me? Respondit autem Laban;
Non est sic in loco nostro, vt detur iunior prius quam senior. Consumma itaque
[γ] septimanam istius: & dabo tibi & hanc pro opere, quod operaberis
apud me adhuc septem annos alios. Fecit autem Iacob sic: & impleuit septimanam
istius. Et dedit ei Laban Rachel filiam suam ipsi vxorem. Dedit autem
Laban [d] filiæ suæ Ballam ancillam suam, ei ancillam. Et intrauit ad Rachel:
dilexit autem Rachel magis quam Liam: & seruiuit ibi septem annos
alios. Videns autem dominus Deus, quod odio habebatur Lia, aperuit vul- E
uam eius. Rachel autem erat sterilis. Et concepit Lia, & peperit filium ipsi
Iacob. Vocauit autem nomen eius Ruben, dicens: quoniam vidit Dominus
humiliationem meam, & dedit mihi filium: nunc itaque diliget me vir meus:
Et concepit iterum, & peperit filium secundum ipsi Iacob, & dixit: quoniam
audiuit Dominus, quod odio habeor, & addidit mihi etiam hunc, & vocauit
nomen eius Symeon. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: in hoc nunc
tempore [e] apud me erit vir meus: quia peperi ei tres filios. Ideo vocauit nomen

A men eius Leui. Et concipiens adhuc peperit filium, & dixit: ζ Nunc etiam hoc confitebor Domino. Ob id vocauit nomen eius Iudam. Et stetit a pariendo.

α Nuptias.] *γάμον, Aquila, & Symmachus, πότον*, potum, conuiuium. β Decepisti.] *Schol. ἐνήδρευσάς με*, insidiatus es mihi. γ Septimanam.] *Ita S. August. quaest. 89. quod graece est, τὰ ἕβδομα ταύτης. S. Hieron. in tradit.* hebdomadam istius, *& vterque locum istum diligenter tractat.* δ Filiae.] *S. August. ibidem,* Rachel filiae suae. *& ita etiam Complut.* ε Apud me.] *πρὸς ἐμοῦ. S. Hier. ibidem.* Vbi nos legimus, Apud me erit vir meus, Aquila interpretatus est, applicabitur mihi vir meus, quod hebraice dicitur ilaue, & à doctoribus hebraeorum aliter transfertur, vt dicant, prosequetur me vir meus, &c. ζ Nunc etiam hoc.] *νῦν ἔτι τοῦτο. Videtur autem significare,* hac etiam vice: *quod & alibi notabitur.*

B

CAP. XXX.

Vides autem Rachel, quod non peperisset ipsi Iacob, & Rachel inuidit sorori suae: & dixit ad Iacob: Da mihi filios: sin autem non, moriar ego. Iratus autem Iacob ipsi Rachel, dixit ei: Nunquid pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris? Dixit autem Rachel ad Iacob: Ecce ancilla mea Balla: intra ad eam; & pariet super genua mea, & filios faciam ego etiam ex ea. Et dedit ei Ballam ancillam suam ei vxorem. Et intrauit ad eam Iacob. Et concepit Balla ancilla Rachel, & peperit ipsi Iacob filium. Et dixit Rachel:
C Iudicauit mihi Deus, & exaudiuit vocem meam: & dedit mihi filium. Propterea vocauit nomen eius Dan. Et concepit adhuc Balla ancilla Rachel: & peperit filium secundum ipsi Iacob. Et dixit Rachel: α Coassumpsit me Deus: & colluctata sum cum sorore mea: & valui. Et vocauit nomen eius Nephtali. Vidit autem Lia, quia steterat a pariendo: & sumpsit Zelpham ancillam suam, & dedit eam ipsi Iacob vxorem. Et intrauit ad eam: & concepit Zelpha ancilla Liae; & peperit ipsi Iacob filium. Et dixit Lia: β In fortuna: Et cognominauit nomen eius Gad. Et concepit adhuc Zelpha ancilla Liae, & peperit ipsi Iacob filium secundum. Et dixit Lia: Beata ego, quia γ bea
D tificabunt me mulieres. Et vocauit nomen eius, δ Aser. Iuit autem Ruben in die messis triticeae: & inuenit poma mandragorarum in agro; & attulit ea ad Liam matrem suam. Dixit autem Rachel Liae sorori suae: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autem Lia: Non satis est tibi, quod accepisti virum meum. Nunquid et mandragoras filij mei accipies? Dixit autem Rachel: non ita: Dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Ingressus est autem Iacob ex agro vesperi, et exijt Lia in occursum ei, et dixit: Ad me intrabis hodie. Mercede enim conduxi te pro mandragoris filij mei. Et dormiuit cum ea nocte illa. Et exaudiuit Deus Liam: et concipiens peperit ipsi Iacob filium quintum.
E Et dixit Lia: Dedit mihi Deus mercedem meam, pro eo quod dedi ancillam meam viro meo. Et vocauit nomen eius Issachar, quod est merces. Et concepit adhuc Lia, et peperit filium sextum ipsi Iacob. Et dixit Lia: Donauit Deus mihi donum bonum ε nunc temporis: ζ diliget me vir meus: peperi enim ei filios sex. Et vocauit nomen eius Zabulon. Et post hoc peperit filiam: et vocauit nomen eius Dina. Recordatus est autem Deus Rachel: et exaudiuit eam Deus, et aperuit eius vuluam: et concipiens peperit ipsi Iacob filium. Dixit autem Rachel. Abstulit Deus meum opprobrium. Et vocauit nomen eius Ioseph dicẽs η Addat Deus mihi filiũ aliũ. Factum est autem vt peperit Rachel Ioseph,

dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, vt abeam in locum meum, & in terram A
meam: Redde vxores meas, & paruulos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeã.
Tu enim nosti seruitutem, quam seruiui tibi. Dixit autem ei Laban: Si inueni
gratiam coram te; [θ] auguratus sum vtique: benedixit enim me Deus in tuo ingressu. [ι] Distingue mercedem tuam ad me, & dabo. Dixit autem Iacob: Tu nosti
quæ seruiui tibi, & quanta erant pecora tua mecum: parua enim erant, quæ tibi
erant coram me: & aucta sunt in multitudinem: & benedixit te Dominus Deus
in pede meo. Nunc itaque [κ] quando faciam & ego mihi domum? Et dixit ei Laban: Quid tibi dabo? Dixit autem ei Iacob: Non dabis mihi quicquam. Si feceris mihi verbũ hoc; rursus pascam oues tuas, & custodiã. Transeant omnes oues B
tuæ hodie, & separa inde omnem ouem [λ] fuscam in agnis; & omne subalbum &
sparsum in capris. erit mihi merces: & exaudiet me iustitia mea in die crastina:
quia est merces mea in conspectu tuo. Omne, quodcumque non fuerit sparsum,
& subalbum in capris, & fuscum in agnis; furto ablatum erit apud me. Dixit autem ei Laban: Sit iuxta verbum tuum. Et separauit in die illa hircos [μ] sparsos, &
subalbos, & omnes capras sparsas, & subalbas, & omne quod erat fuscum in
agnis, & omne quod erat album in eis: & dedit per manũ filiorum suorum: Et fecit distare viam trium dierum & inter eos, & inter Iacob. Iacob autem pascebat
oues Laban reliquas. Sumpsit autem sibi Iacob virgam styracinam viridem, & C
[ν] nucinam, & platani: & decorticauit eas, decorticationes albas: [ξ] Et distrahens
viride apparebat in virgis album, quod decorticauerat variũ. Et apposuit virgas, quas decorticauerat in alueis canalium aquæ; vt cum venissent oues bibere, in conspectu virgarum venientibus ipsis ad bibendum, conciperent oues in
virgas. Et concipiebant oues in virgas, & pariebant oues subalbas, & varias, &
cineritias sparsas. Agnos autem segregauit Iacob: & statuit coram ouibus arietem subalbum, & omne varium in agnis: & separauit sibi greges per seipsum: &
non miscuit eos ad oues Laban. Factum est autem, in tempore, quo concipiebant oues in vtero accipientes, posuit Iacob virgas coram ouibus in canalibus, D
vt ipsæ conciperent secundum virgas. Cum vero peperissent oues, nõ ponebat.
Facta sunt autem non [ο] signata ipsius Laban, signata autem ipsius Iacob. Et ditatus est homo valde valde: & facta sunt ei pecora multa, & boues, & pueri, & ancillæ, & cameli, & asini.

α Coassumpsit.] συναντελάβετό μου. *Ita libri veteres, & S. Chrys. In alijs est* συνελάβετό μου, auxiliatus est mihi. *S. Hier. in tradit.* habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea, & inualui. *Ex Aquila autem hæc refert,* συνανέστρεψέν με ὁ θεὸς, καὶ συνανεστράφην. conuertit me Deus, & conuersa sum. β In fortuna.] *Ita S. Hier. ibidem, & libri veteres,* ἐν τύχῃ. *In alijs & apud Chrysost. & Theodoretum est,* εὐτυχῆσα. bona fortuna sum vsa. *Quomodo autem scriptura faciat fortunæ mentionem; docent Theodoretus quæst. 86. & S. Aug. q. 91. Vbi etiam hæc habet:* Quod latini habent, nato filio Liæ de Zelpha, quod dixerit, beata facta, vel felix facta sum, græci habent, εὐτυχῇ, quod magis bonam fortunam significat. *Sed videri potest deprauato codice vsus. S. Hier. ex Aquila,* venit accinctio. γ Beatificabunt.] μακαριοῦσί με. *Ita vetusti codices, SS. Chrys. Cyrillus, & Philo. In alijs est,* μακαρίζουσι, *& S. Hier.* beatificant. δ Aser.] *In nonnullis codicibus sequitur,* ὅ ἐστι πλοῦτος, quod est diuitiæ. *quam additionem reprobat S. Hie. ibidem.* ε Nunc temporis.] ἐν τῷ νῦν καιρῷ. *S. Hier. in sua tralatione (quamuis aliter vulgata) videtur habere,* in hoc tempore: *& fortasse etiam hoc significat,* hac vice: *quod de simili phrasi notatum est cap. præcedente. Notandum autem est hæc verba posse coniungi & cum antecedentibus, vt est in nostra græca editione, & in Cõplutensi, & cum consequentibus, quemadmodum apud S. Chrys. & S. Hier.* in hoc tempore habitabit mecum vir meus. ζ Diliget.] αἱρετιεῖ. *S. Hier.* Vbi nos posuimus, habitabit mecum, & lxx. interpretati sunt, diliget me, in hebræo, &c. η Addat.] προσθέτω, *In aliquot codicibus, & apud S. Chrys. hom. 56. est,* προσέθετο, addidit. θ Auguratus sum vtique.] E

A *utique.]* οἰωνισάμην ἄν. *Ita etiam S. Chrys. & Theodoretus. Compl.* οἰωνισάμην ἄν. *& S. Aug. in locut.* auguratus essem, *& legenda sunt, quæ ille affert: itemque illa, quæ S. Chrys. hom.* 57. ι Distingue.] *id est*, distincte pronuncia, *ut in psalmis, & alibi. Aquila*, ἐπονόμασον, nomina. *Symm.* ὅρισον, constitue. κ Quando.] πότε. *Apud S. Chrys. legitur sine interrogatione, ut vertendum sit*, aliquando. λ Fuscam.] Schol. ποικίλον, φαιὸν, variam, nigrescentem. *S. Hier. aliter hæc refert, quàm hic sunt, & putat confusum esse sensum.* μ Sparsos, & subalbos.] *Symm.* λευκόποδας, albis pedibus. ν Nucinam.] καρυΐνην. *Schol.* ἀμυγδαλίνην, amygdalinam. *S. Hier.* Tres enim virgas, populeas, & amygdalinas, & mali granati, quamquam lxx. styracinas, & nucinas, & plataninas habeant, &c. ξ Et distrahens.] *illud*, Et, *abest a nonnullis codicibus, & a S. Chrys. In alijs autem quibusdam minus vetustis pro* τὸ χλωρὸν *est* τὸ λευκόν, album. ο Non signata.] *Aquila*, ὄψιμα, serotina. *Symmac.* δευτερόγονα, nata ex secunda fœtura. *Quam sententiam docet S. Aug. quæst. 93. elici etiam ex verbis lxx. licet obscuris.*

B CAP. XXXI.

Audiuit autem Iacob verba filiorũ Laban dicentiũ: tulit Iacob omnia, quæ patris nostri, & ex ijs, quæ patris nostri, fecit omnem gloriam hanc. Et vidit Iacob faciem Laban: & ecce non erat ad eũ, sicut hesterna, & nudiustertiana die. Dixit autẽ Dominus ad Iacob: Reuertere in terram patris tui, & ad generationem tuam: & ero tecum. Mittens autem Iacob vocauit Liam, & Rachel in agrum, vbi erant greges: Et dixit eis: Video ego faciem patris vestri: quia nõ est erga me, sicut heri, & nudius tertius. Deus autem patris mei fuit mecum.

C Et ipsæ autem nostis, quia in omni fortitudine mea seruiui patri vestro: pater autem vester ᵃ circumuenit me, & mutauit mercedem meam ᵇ decem agnorum: & nõ dedit ei Deus malefacere mihi. Si ita diceret, varia erunt merces tua; & parient omnes oues varia: sin autem diceret, alba erunt merces tua; & parient omnes oues alba. Et abstulit Deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. Et factum est, quando concipiebant oues in vtero accipiẽtes, & vidi oculis meis in somno. Et ecce hirci, & arietes ascendentes super oues & capras subalbi, & varij, & cineritij sparsi. Et dixit mihi angelus Dei per somnum: Iacob. Ego autem dixi: Quid est? Et dixit: Respice oculis tuis, & vide hircos & arietes ascen-

D dentes super oues & capras, subalbos, & varios, & cineritios sparsos. Vidi enim quæcumque tibi Laban facit. Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei: vbi vnxisti mihi ibi titulum, & vouisti mihi ibi votum. Nunc igitur surge, & exi de terra hac, & abi in terram generationis tuæ: & ero tecum. Et respondentes Rachel & Lia dixerunt ei: Nunquid est nobis adhuc portio, vel hæreditas in domo patris nostri? Nonne sicut alienæ reputatæ sumus ei? Vẽdidit enim nos, & deuoratione absorbuit argentum nostrum. Omnes diuitias & gloriam, quam abstulit Deus a patre nostro, nobis erunt, & filijs nostris. Nunc igitur quæcumq. tibi dixit Deus, fac. Surgens autem Iacob sumpsit vxores suas, & paruulos suos super

E camelos; & abduxit omnem substantiam suam, & omnem apparatum suum, quem acquisiuerat in Mesopotamia, & omnia sua, vt abiret ad Isaac patrem suum in terrã Chanaan. Laban autem iuerat tondere oues suas. Furata est autem Rachel ᶜ idola patris sui. Celauit autem Iacob Laban Syrũ, non indicando ei, quia fugit. Et aufugit ipse, & ipsius omnia, & transiuit flumen, & properauit in montem Galaad. Nunciatum est autem Laban Syro die tertia, quia aufugit Iacob. Et assumens ᵉ fratres suos secum, persecutus est post eum viam dierum septem: & assecutus est eum in monte Galaad. Venit autem Deus ad Laban Syrum per somnũ nocte; & dixit ei: Custodi te, ne forte loquaris cum Iacob mala,

Et assecutus est Laban Iacob. Iacob autem fixerat tabernaculũ suum in monte: A
Laban autem statuit fratres suos in mõte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob:
Quid fecisti? vt quid occulte aufugisti? & furatus es me, & abduxisti filias meas,
quasi captiuas gladio? Et si annunciasses mihi; dimisissem vtique te cum lætitia,
& cum musicis, & tympanis, & cithara. Nec sum habitus dignus osculari paruulos meos, & filias meas. Nunc autem imprudenter egisti, & nunc valet manus
mea tibi malefacere. Deus autẽ patris tui heri dixit ad me, dicens: Custodi teipsum, ne forte loquaris cũ Iacob mala. Nũc autẽ iuisti: desiderio enim desiderasti abire in domũ patris tui: vt quid furatus es Deos meos? Respondens autem
Iacob dixit ad Laban: Quia timui: dixi enim; ne forte auferas filias tuas a me, & B
omnia mea. Et dixit Iacob: Apud quemcumq. inueneris Deos tuos; non viuet
coram fratribus nostris. Cognosce quid est apud me tuorum, & cape. ʕ Et nõ cognouit apud eum quicquam. Nesciebat autem Iacob, quia Rachel vxor sua furata erat eos. Ingressus autem Laban, scrutatus est in domo Liæ, & non inuenit: &
exijt de domo Liæ, & scrutatus est domum Iacob, & in domo ambarum ancillarum, & non inuenit. Ingressus est autem & in domum Rachel. Rachel autem sumpserat idola, & iniecerat ea in stramenta cameli, & insederat eis. Et dixit patri
suo: Ne grauiter feras domine: non possum surgere in conspectu tuo; quoniam
quæ secundum consuetudinem mulierum, mihi sunt. Scrutatus est autem Labã C
in tota domo, & non inuenit idola. Iratus est autem Iacob, & rixatus est cum Laban. Respondens autem Iacob dixit ad Laban: Quæ iniustitia mea, & quod peccatum meum; quia persecutus es post me, & quia scrutatus es omnia vasa domus meæ? Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ? Pone hic in conspectu
fratrum tuorum & fratrum meorum: & arguant inter nos duos. Hos mihi viginti annos ego sum tecum: oues tuæ & capræ tuæ non fuerunt steriles: arietes ouiũ
tuarum non comedi: captum a bestia non attuli tibi: ego soluebam a meipso furta diei, & furta noctis: factus sum diei combustus æstu, & glacie noctis: & abscessit somnus meus ab oculis meis. Hos mihi viginti annos ego sum in domo tua: D
seruiui tibi quatuordecim annos, pro duabus filiabus tuis, & sex annos in ouibus tuis: & decepisti mercedem meã decem agnabus. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac fuisset mihi; nunc vtique vacuum me dimisisses. Humiliationem meam, & laborẽ manuum mearum vidit Deus, & arguit te heri. Respondens autem Laban dixit ad Iacob: Filiæ, filiæ meæ: & filij, filij mei: & pecora, pecora mea, & omnia quæcumque tu vides, mea sunt, & filiarum mearum. Quid
faciam eis hodie, aut filijs earum, quos pepererunt? Nunc igitur veni, ° disponam testamentum ego, & tu: & erit in testimonium inter me & te. ᵒ Dixit autem ei: Ecce nemo nobiscum est: vidit Deus testis inter me & te. Sumens autem E
Iacob lapidem, statuit eum ˏ titulum. Dixit autem Iacob fratribus suis. Colligite lapides. Et collegerunt lapides, & fecerunt aceruum, & comederunt ibi super aceruum. Et dixit ei Laban: aceruus hic testatur inter me & te hodie. Et vocauit eum Laban, ᵃ aceruus testimonij: Iacob autem vocauit eum, aceruus testis. Dixit autem Laban ad Iacob. Ecce aceruus hic, & titulus, quem statui inter
me & te. Testatur aceruus hic, & testatur titulus hic. Propterea vocatum est
nomen, aceruus testatur: & ᴧ visio quam dixit: Respiciat Deus inter me & te;
quia discedemus alter ab altero: si humiliabis filias meas, si sũpseris vxores super
filias

A filias meas vide: nemo nobiscum est ^μ videns: Deus testis inter me & inter te. Et dixit Labā ad Iacob: Ecce aceruus hic, & testis titulus hic: ^ν Siue enim ego nō transgrediar ad te, neq. tu transgredieris ad me aceruum hunc, & titulum hunc ad malum: Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificium in monte, & vocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt, & dormierunt in monte. Surgens autem Laban mane deosculatus est filios, & filias suas, & benedixit eos. Et reuersus Laban abijt in locum suum.

α Circumuenit.] παρελογίσατο. *Aquila, & Symm.* παρελογίσατό με, decepit me. β Decem agnorum.] *Ita S. Aug. q. 95. quod græce est* τῶν δέκα ἀμνῶν, *sed posset etiam verti,* decem agnis, *vt S. Hier. aut,* agnabus, *vt paulo inferius, quamuis ibi sit* δέκα ἀμνάσιν. *Aquila,* δέκα ἀριθμοῖς, decem numeros. *Symm.* δεκάκις ἀριθμῷ, decies
B numero. *Eusebius.* Syrus vtitur decies pro multoties. *Miratur S. Hier. cur lxx. posuerint decem agnos, cum verbum hebræum magis numerum, quam agnos sonet. Sed totam banc rem explicat S. Aug. q. 95.* γ Apparatum.] ἀποσκευήν. *de qua dictione & dictum est, & dicetur. Schol.* κτῆσιν, possessionem. δ Idola.] *Aquila* μορφώματα, *id est, vt interpretatur. S. Hier.* figuras *vel* imagines. *Symm. posuit vocem hebræam Theraphim.* ε Fratres.] In Compl. est τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, filios suos, & fratres suos. *Quod quidem in nullo ex collatis codicibus est inuentum, neq; est in vulgata, neque in hebræo. Fratres autem pro filijs appellari docet S. Hieron. in tradit.* ζ Et non cognouit apud eum quicquam.] *Hæc absunt a Complut. ut a uulgata.* η Disponam.] διαθῶμαι, *Complutensis & Chrysostomus,* διαθῶμεν, disponamus. θ Dixit autem ei: ecce nemo nobiscum est: vidit (*aut*, vide) Deus testis inter me & te.] *Hæc, vt à vulgata, ita etiam absunt à Complutensi, quæ tamen in omnibus collatis codicibus sunt inuenta: & referuntur à Chrys. hom. 57.* ι Titulum.] *Ita S. Hier. & S. Aug. q. 96. quod græce est* στήλην, *& posset etiam verti,* monumentum, *aut,* colum-
C nam. κ Aceruus testimonij.] *Quomodo aliter vocauerit Iacob tumulum illum dictione hebræa, aliter Laban dictione Syriaca, docet S. Hier. in tradit. itemque S. Aug. q. 97.* λ Visio.] *Exhibuit hic locus molestiam S. Aug. q. 98. qui neque etiam in vulgata satis clare reddi videtur. Hebraice enim est alterum nomen eiusdem loci: Nam sicut nominabatur Galghed, ex eo, quod fuisset aceruus testimonij; ita nominabatur, Mizpah, id est, specula, quia dixisset Laban, Speculetur Dominus inter me & te. Apud S. Chrys. non referuntur verba ista,* καὶ ἡ ὅρασις, ἣν εἶπεν. μ Videns.] *Ita etiam S. Chrys. Nonnulli coniungunt cum sequentibus,* videns Deus. *A Complutensi abest, neque à S. Aug. refertur q. 99.* ν Siue enim ego nō trāsgrediar.] *A Compl. abest negatio, non autem à manuscriptis, neque a S. Chrys. Et videtur hoc esse pactum, si ego non transiero ad te lædendum, neque tu transibis ad me. Sed fortasse est hebraismus, & illud* ἐάν τε *valet* ἵνα; *atque hic est sensus. Titulus hic testis est, quòd neque ego transgrediar, neque tu ad malum inferendum.*

CAP. XXXII.

D ET Iacob abijt in viam suam. Et ^α respiciens vidit castra Dei applicantia, & occurerunt ei angeli Dei. Dixit autem Iacob, quando vidit eos: Castra Dei hæc: Et vocauit nomen loci illius, Castra. Misit autem Iacob nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir in regionem Edom: & mandauit eis dicens: Sic dicetis domino meo Esau: Sic dicit puer tuus Iacob: Cum Laban incolui, & demoratus sum vsque modo: & facti sunt mihi boues & asini, & oues, & pueri, & puellæ, & misi annunciare domino meo Esau, vt inueniat puer tuus gratiam coram te. Et reuerterunt nuncij ad Iacob dicentes: Veni-
E mus ad fratrem tuum Esau: & ecce ipse venit in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo. Timuit autem Iacob valde, & hæsitabat. Et diuisit populum, qui secum erat, & boues, & camelos, & oues in duo castra. Et dixit: Si venerit Esau ad castra ^β vna, & exciderit ea; erunt castra secunda in salutem. Dixit autem Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine tu qui dixisti mihi, recurre in terram generationis tuæ, & benefaciā tibi ^γ: Sufficiat mihi ab omni iustitia, & ab omni veritate, quam fecisti puero tuo. In virga enim mea hac transiui Iordanem hunc: nunc autem factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, quia ego timeo illū; ne, cū venerit, feriat me,

&

& [δ] matrem super filios. Tu autem dixisti benefaciam tibi, & ponam semen tu- A
um, tanquam arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine. Et dormiuit ibi nocte illa: & sumpsit, de quibus ferebat, dona: & misit ad Esau fratrem suum capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos lactantes & paruulos earum triginta, boues quadraginta, tauros decem, asinos viginti, & pullos decem: & dedit ea pueris suis, vnicuique seorsum gregem. Dixit autem pueris suis: Præite ante me, & interuallum facite inter gregem & gregem. Et mandauit primo, dicens: Si tibi occurrerit Esau frater meus, & interrogauerit te dicens, cuius es? & quo vadis? & cuius hæc, quæ antecedunt te? [ε] dices:
pueri tui Iacob: munera misit domino meo Esau, & ecce ipse post nos. Et man- B
dauit primo & secundo & tertio, & omnibus qui præibant post greges hos, dicens: iuxta verbum hoc loquimini ad Esau, cum vos inueneritis eum, & dicetis: Ecce puer tuus Iacob accedit post nos. Dixit enim: placabo vultum eius in muneribus [ζ] præcedentibus eum: & post hoc videbo faciem eius: [η] forsitan enim suscipiet faciem meam. Et præcedebant dona ad faciem eius. Ipse autem dormiuit nocte illa in castris. Surgens autem nocte illa accepit duas vxores, & duas ancillas, & vndecim paruulos suos: & transiuit transitum ipsius Iaboc, & accepit eos, & transiuit torrentem, & traduxit omnia sua. Remansit autem Iacob solus:
& [θ] luctabatur homo cum eo vsq. mane. Vidit autem, quia non valet erga eum: C
& tetigit latitudinem femoris eius, & obtorpuit latitudo femoris Iacob, dum luctatur ipse cum eo. Et dixit ei: dimitte me: ascendit enim diluculũ. At ille dixit: Non te dimittam, nisi me benedixeris. Dixit autem ei: Quod est nomen tuum? At ille dixit: Iacob. Et dixit ei: Non vocabitur vltra nomen tuum Iacob: sed Israel erit nomen tuum, [ι] quia inualuisti cum Deo; & cum hominibus potens eris. Iacob autem interrogauit, & dixit: Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Vt quid hoc interrogas tu nomen [κ] meum? Et benedixit eum ibi. Et vocauit Iacob nomen loci illius, [λ] species Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem: & sal-
ua facta est anima mea. Ortus est autem ei Sol, quando transiuit species Dei. Ip- D
se autem claudicabat femore suo. Propter hoc non manducarent filij Israel neruum, qui obtorpuit, qui est super latitudinem femoris vsque in diem hanc: quia tetigit latitudinem femoris Iacob, neruum, qui obtorpuit.

α Et respiciens vidit castra Dei applicantia.] *Ita S. Amb. lib. 2. de Iacob cap. 6. quod græce* παρεμβεβλη- θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, *& posset etiam verti*, castra Dei castrametata, *aut*, posita. *Abest autem hæc tota particula à vulgata, & hebræo.* β Vna.] *S. Aug. quæst.* 102. *habet*, prima. *Nam sæpe in scriptura vnum significat primum.* γ Sufficiat.] ἱκανούσθω μοι. *Ita uetusti codices, & Chrys. Cyrillus autem* ἱκανοῦταί μοι, sufficit mihi. *Alij libri* ἱκανός εἰμι, idoneus sum. *S. Aug. uidetur legisse* ἦ μοι. *Ita enim q.* 102. Idoneus es mihi ab omni iustitia. *S. Hier. in tradit. cum hunc locum ita reddidisset*, minor sum omni misericordia tua, *hæc addit*: Pro eo, quod nos posuimus, minor sum, aliud nescio quid, quod sensum turbet, in græcis, & latinis codi- E
cibus continetur. *Ac tamen idem sensus ex nostra lectione elicitur. Nam* ἱκανούσθω μοι *hoc ualet, ut sæpe alibi, satis mihi, superque esse deberet, quòd me tot, tantisque beneficijs es prosecutus.* δ Matrem.] *sic etiam S. Chrys. & uulgata. Nonnulli græci codices habent*, μητέρας. *& S. Aug. quæst. indicata*, matres. ε Dices.] *S. August. locut.* 118. & dices, *notatque ex consuetudine scripturæ redundare illud*, &. *Est etiam in hebræo.* ζ Præcedentibus eum.] *A Complutensi abest illud*, eum, *sicut etiã à uulgata. hebræus habet*, ad facies meas. *S. Aug. q.* 103. *putauit ista*, in muneribus præcedentibus eum, *esse uerba scriptoris interposita inter uerba, Iacob, sed possunt etiam dici a Iacob hoc sensu*, venientibus ad faciem Esau, antequam nos accedamus. η Forsitan.] *Schol.* ἐάν πως ἐντραπῇ, si quomodo reuereatur. θ Luctabatur.] *Aquila, & Symm.* ἐκυλίετο ἀνὴρ μετ' αὐτοῦ, sese versabat vir cum eo. ι Quia inualuisti.] *Aquila*, ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ, quia princeps fuisti cum Deo. *Symm.* ὅτι ἦρξω ἰσχύϊ πρὸς θεόν, quoniam princeps fuisti fortitudine erga Deum. *Ita enim ferè uidetur interpretari S. Hier. qui etiam addit Theodotionem uertisse, ut lxx.* κ Nomen meum.] *In aliquot codicibus, & apud Theodor. quæst.* 91, *sequitur* ὅ ἐστι θαυμαστόν, & hoc est admirabile, *quæ uerba testatur*

Scho-

A *Scholiastes apud neminem esse in hexaplo.* λ Species Dei.] *Ita S. Amb. in psal. 43. græce est.* ὄψις θεοῦ. *S. Hier. in tradit.* facies Dei. *Aquila,* πρόσωπον ἰσχυροῦ. facies fortis *Symm.* φανουήλ, Phanuel, *quam vocem notat S. Hier. esse in hebræo: eamque interpres Theodoreti habet, non autem codex græcus, quo usi sumus.*

CAP. XXXIII.

RESpiciens autem Iacob oculis suis vidit: & ecce Esau frater eius veniẽs, & quadringenti viri cum eo. Et β diuisit Iacob pueros super Liam, & super Rachel, & duas ancillas: & posuit duas ancillas, & filios earum in primis, & Liam, & pueros eius post, & Rachel, & Ioseph vltimos. Ipse autẽ præ-
B cessit ante eos: & adorauit super terram septies, quoadusque appropinquaret fratri suo. Et accurrit Esau in occursum eius: & amplexus eum procidit super collum eius, & osculatus est eum: & fleuerunt vtrique. Et respiciens Esau vidit mulieres, & paruulos; & dixit: Quid? hi tibi sunt? At ille dixit: paruuli, quos misericorditer dedit Deus puero tuo. Et appropinquauerunt ancillæ, & filij eorum, & adorauerunt. Et accessit Lia & filij eius, & adorauerunt. Et post hæc accessit Rachel, & Ioseph, & adorauerunt. Et dixit: Quid? hæc tibi sunt, omnia castra hæc, quibus occurri? At ille dixit: Vt inueniat puer tuus gratiam coram te Domine. Dixit autem Esau: Sunt mihi multa frater: sint tibi tua. Dixit autem Ia-
C cob. Si inueni gratiam coram te; accipe dona per meas manus. Propter hoc vidi faciem tuam, quemadmodum si quis videat faciem Dei: γ & complacebis mihi: accipe benedictiones meas, quas attuli tibi, quoniã misertus est mei Deus, & sunt mihi omnia: & coegit eum; & accepit, & dixit: Promouentes eamus in δ rectam. Dixit autem ei: dominus meus scit, quod paruuli sunt teneriores, & oues & boues fœtantur super me: Si ergo vrgeam eas diẽ vnum; morientur omnia pecora. Præcedat dominus meus ante puerum suum: Ego autem inualescam in via secundum tarditatem profectionis eius, quæ coram me, & iuxta pedem paruulorum, quoadusque veniam ad dominum meum in Seir. Dixit au-
D tem Esau: Relinquam tecum de populo, qui mecum est. At ille dixit: Vt quid hoc? Satis est, quod inueni gratiam coram te domine. Reuertit autem Esau in die illa ad viam suã in Seir: & Iacob diuertit in tabernacula: & fecit sibi illic domos, & pecoribus suis fecit tabernacula. Ideo vocauit nomen loci illius, Tabernacula. Et venit Iacob in Salem ciuitatem Secimorũ, quæ est in terra Chanaã, cum aduenit de Mesopotamia Syriæ: & applicuit ad faciem ciuitatis. Et acquisiuit partem agri, in quo statuit illic tabernaculum suum, ab Emmor patre Sychem, centum agnis. Et statuit ibi altare: & inuocauit Deum Israel.

E α Respiciens.] *Aquila,* καὶ ἦρε Ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, & leuauit Iacob oculos suos. *Symm.* ἐπάρας δὲ Ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἶδε φανέντα Ἡσαῦ ἐρχόμενον, Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit apparere Esau venientem. β Diuisit.] *Aquila,* ἡμίσευσε, dimidiauit, *ac de isto loco disputat S. Hier. in tradit.* γ Complacebis mihi.] εὐδοκήσεις με. *Complut.* εὐλογήσεις με, benedices me. δ Eamus.] *Symm.* καὶ πορευθῶμεν ἵνα συνοδεύσω σοι. & eamus, vt vna tecum iter faciam. *Schol.* πορεύσομαι εἰς κατέναντί σου, ibo e regione tui.

CAP. XXXIV.

EXijt autem Dina filia Liæ, quam peperit ipsi Iacob, vt condisceret filias hominũ regionis eius. Et vidit eam Sychem, filius Emmor Euæus, princeps terræ. Et accepit eam, & dormiuit cum ea, & humiliauit eam: & intendit

tendit

tendit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit virginem, & locutus est secundum sen A
sum virginis * ipsi: Dixit Sychem ad Emmor patrem suum dicens: sume mihi
hanc puellam in vxorem. Iacob autem audiuit, quia polluerat filius Emmor
Dinam filiam suam. Filij autem eius erant cum pecoribus eius in agro. Siluit au
tem Iacob, donec ipsi venirent. Exijt autem Emmor pater Sychem ad Iacob lo
qui cum eo. Filij autem Iacob venerunt ex agro. Et cum audissent; compuncti
sunt viri, & triste erat illis valde, quod turpe fecerat in Israel, quod dormisset
cum filia Iacob: & non sic erit. Et locutus est Emmor eis, dicens: Sychem filius
meus elegit animo filiam vestram. Date igitur eã ei vxorẽ, & connubia iungite
nobiscum: filias vestras date nobis: & filias nostras accipite filijs vestris: & in no B
bis habitate. Et terra ecce lata coram vobis: habitate & negociamini in ea, &
acquirite in ea. Dixit autem Sychem ad patrem eius, & ad fratres eius: Inue-
niam gratiam coram vobis: & quodcumque dixeritis, dabimus: Multiplicate
dotem valde; & dabo sicut dixeritis mihi. E dabitis mihi puellam hanc in vxo-
rem. Responderunt autem filij Iacob ipsis Sychem & Emmor patri eius cum do
lo: & locuti sunt eis, quia polluerant Dinam sororem suam: & dixerunt eis Sy-
meon & Leui fratres Dinæ: Non poterimus facere verbum hoc, dare sororem
nostram homini, qui habet præputium: est enim opprobrium nobis. Solum in
hoc similes erimus vobis, & habitabimus in vobis; si facti fueritis, sicut nos etiã C
vos in hoc, quod circuncisum sit omne vestrum masculinum: & dabimus filias
nostras vobis: & de filiabus vestris accipiemus nobis vxores: & habitabimus a-
pud vos, & erimus tamquam genus vnum. Si autem non exaudieritis nos, vt cir
cuncidamini; sumentes filiam nostram, abibimus. Et placuerunt verba coram
Emmor, & coram Sychẽ filio Emmor: & nõ tardauit adolescẽs ad faciendũ ver
bum hoc: ℣ appositus enim erat filiæ Iacob: ipse autem erat gloriosissimus om-
niũ, qui in domo patris sui. Et venit Emmor, & Sychem filius eius ad portam ci
uitatis suæ: & locuti sunt ad viros ciuitatis suæ, dicentes: Viri isti ♂ pacifici sunt:
nobiscum habitent super terram, & negocientur eam: terra autem ecce lata co- D
ram eis: filias eorum accipiemus nobis vxores: & filias nostras dabimus eis. In
hoc solum similes erunt nobis homines ad habitandum nobiscum, vt sit popu-
lus vnus, in hoc, vt circuncidatur omne nostrum masculinum, sicut & ipsi cir-
cuncisi sunt. Et pecora eorum, & quadrupedia, & substantia eorum nonne no-
stra erunt? Solum in hoc similes simus eis, & habitabunt nobiscum. Et exaudie-
runt Emmor, & Sychem filium eius omnes, qui • negociabantur portam ciui-
tatis eorum: & circunciderunt carnem præputij sui omne masculum. Factum
est autem in die tertia, quando erant in dolore, sumpserunt duo filij Iacob Sy-
meon & Leui fratres Dinæ quisq. gladium suum; & ingressi sunt in ciuitatem, E
ς confidenter: & interfecerunt omne masculinum: & Emmor & Sychem filium
eius interfecerunt in ore gladij: & tulerunt Dinam de domo Sychem, & exie-
runt. Filij autem Iacob ingressi sunt super cæsos, & diripuerunt ciuitatẽ, in qua
polluerant Dinam sororem suam: & oues eorum, & boues eorum, & asinos eo
rum, quæcumque erant in ciuitate, & quæcumq. erant in agro, tulerunt, & om-
nia * corpora eorum, & omnem supellectilem eorum: & vxores eorum captiua
uerunt: & diripuerunt quæcumque erant in ciuitate: & quæcumque erant in do
mibus. Dixit autem Iacob ad Symeon & Leui: odiosum me fecistis, ita vt ma-
lus

A lus sim omnibus habitantibus terram, & in Chananæis, & in Pherezæis. Ego autem exiguus sum in numero: & conuenientes super me occident me: & atterar ego, & domus mea. Illi autem dixerunt: Nunquid, tanquam meretrice vtentur sorore nostra?

α Ipsi.] *S. Aug. q. 107. habet*, ipsius. β Dixit.] *Compl.* εἶπε δὲ, dixit autem. γ Appositus enim erat.] ἠγάπα. *S. Aug in locut.* idest, amabat eam. δ Pacifici.] *S. Hier. in tradit. habet*, pacifici nobis sunt. *Aquila*, ἀπηρτισμένοι, consummati atque perfecti, *vt idem S. Hier. interpretatur.* ε Negociabantur.] οἱ ἐμπορευόμενοι. *Alij libri habent*, ἐκπορευόμενοι, qui egrediebantur. ζ Confidenter. ἀσφαλῶς, *quod S. Hier. interpretatur*, diligenter. η Corpora.] σώματα. *Disputat S. Aug. in locut. quid ista dictione significetur. Non est autem inusitatum significari filios, & seruos, quemadmodum etiam infra cap. 36.*

B

CAP. XXXV.

Dixit autem Deus ad Iacob: Surgens ascende in locum Bæthel: & habita ibi & fac ibi aram Deo, qui apparuit tibi, cum fugeres a facie Esau fratris tui. Dixit autem Iacob domui suæ, & omnibus, qui cum illo erant: Tollite Deos alienos, qui vobiscum sunt, de medio vestri, & mundamini, & mutate stolas vestras: & surgentes ascendamus in Bæthel, & faciamus ibi aram Deo; qui exaudiuit me in die tribulationis: qui fuit mecum, & saluauit me in C via, qua iui. Et dederunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & inaures, quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Iacob sub terebintho, quæ in Secimis, α & perdidit ea vsque in hodiernũ diem. Et profectus est Israel de Secimis. Et factus est timor Dei super ciuitates, quæ circa illos erant: & nõ sunt persecuti post filios Israel. Venit autem Iacob in β Luza, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bæthel, ipse, & omnis populus, qui erat cum eo: & ædificauit ibi aram: & vocauit nomen loci Bæthel: illic enim apparuit ei Deus, cum ipse fugeret a facie Esau fratris sui. Mortua est autem Deborra nutrix Rebeccæ: & sepulta est infra Bæthel sub quercu: & vocauit Iacob nomen eius, quercus luctus. Apparuit D autem Deus ipsi Iacob adhuc in Luza: quando aduenit de Mesopotamia Syriæ. Et benedixit eum Deus: & dixit ei Deus: Nomen tuum iam non vocabitur Iacob: sed Israel erit nomen tuum: & vocauit nomen eius Israel. Dixit autem ei Deus: Ego sum Deus tuus: cresce, & multiplicare: gentes & congregationes gentium erunt ex te: & reges de lumbo tuo egredientur: & terram, quam γ dedi Abraham, & Isaac, tibi dedi eam: tibi erit: & semini tuo post te dabo terrã hanc. Ascendit autem Deus ab eo de loco, vbi locutus est cum eo. Et statuit Iacob titulum in loco, in quo locutus est cum eo Deus, titulum lapideum: & libauit super eum libamen, & effudit super eum oleum. Et vocauit Iacob nomen loci, in E quo locutus est cum eo illic Deus, Bæthel. δ Profectus autem Iacob de Bæthel, fixit tabernaculum suum vltra turrim Gader. Et factum est, dum appropinquaret in ε Chabratha ad veniendum in Ephratha, peperit Rachel: & passa est difficultatem in ipso partu. Et factum est, cum ipsa dure pareret; dixit ei obstetrix: confide: nam & hic tibi est filius. Et factum est, cum dimitteret eam anima (siquidem moriebatur,) vocauit nomen eius filius doloris mei: pater verò vocauit nomen eius Beniamin. Mortua est autem Rachel, & sepulta est in ζ via Hippodromi Ephratha: hæc est Bethleem. Et statuit Iacob titulum super monumentum eius. Hic est titulus super monumentum Rachel vsque in hanc diem.

Factum

Factum est autem, quando habitauit Israel in terra illa; iuit Ruben, & dormiuit A
cum Balla concubina patris sui Iacob. Et audiuit Israel: & ᵃ malum apparuit coram eo. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ, primogenitus Iacob Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon. Filij autem Rachel, Ioseph, & Beniamin: Filij autem Ballæ ancillæ Rachel, Dan, & Nephthalim. Filij autem Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit autem Iacob ad Isaac patrem suum in Mambre in ciuitatem ᵝ campi: Hæc est Chebron in terra Chanaan, vbi incoluit Abraham & Isaac Fuerunt autem dies Isaac, quos vixit, anni centum octuaginta. Et deficiens Isaac mortuus est, & appositus est ad genus suum senior & plenus dierum. Et sepelie- B
runt eum Esau, & Iacob filij eius.

ᵃ Et perdidit ea vsque in hodiernum diem.] *Hæc non sunt in vulgata, neque in hebræo.* ᵝ Luza.] *S. Aug. q. 113. putat eandem ciuitatem tria habuisse nomina, Vllamaus, Bethel, Luza. Sed S. Hier. in tradit.* Ecce manifestissime comprobatur, Bethel non Vlam Luz, vt supra dictum est, sed Luzam, idest amygdalam ante vocitatam. ᵞ Dedi.] *Schol.* ὤμοσα, iuraui. ᵟ Profectus autem Iacob de Bæthel, fixit tabernaculum suum vltra turrim Gader.] *Hæc a S. Hier. in tradit. videntur referri non ex hoc loco, sed ex paulo inferiore, vbi etiam habentur in vulgata, & hebræo, nimirum ante illa verba.* Factum est autem, quando habitauit Israel. ᵋ In Chabratha.] *A complutensi abest illud,* in: *& apud S. Hier. in tradit.* Et factum est, dum appropinquaret Chabratha in terra Chanaan, vt veniret Ephratha. *Qui etiam notat dictionem hebræam Chibrath, quæ nunc versa est Chabratha, infra cap. 48. verti hippodromum, in hoc autem capite paulo post poni Hippodromum pro Ephratha. Testatur etiam Aquilam propositum nunc locum ita transtulisse,* καθ' ὁδὸν τῆς γῆς, id est in itinere terræ. *Melius autem ipse putat transferri,* In electo terræ tempore. *Alij ex hebræo reddunt,* quasi tractum (*aut,* milliare) terræ. ᶻ In via Hippodromi Ephratha.] *In aliquot codicibus est,* ἐν τῇ ὁδῷ ἐφραθά, in via Ephratha, *S. Hie.* vbi in hebræo dicitur, & sepelierunt eam in via Ephratha, hæc est Bethleem, C
rursus lxx. pro Ephratha posuerunt Hippodromum, *Quare via Hippodromi, & Ephratha duæ, quantum ex S. Hier. colligitur, videntur interpretationes. Interpretatione quidem lxx. vtitur S. Hier. in cap. 4. Michææ,* Rachel in via erat, & in Hippodromo, id est equorum cursu. ᵑ Et malum apparuit coram eo.] *Hæc absunt a vulgata & hebræo.* ᶿ Campi.] *S. Hier.* Pro arbee in lxx. campum habet, cum Chebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur & Mamre, ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata.

CAP. XXXVI.

D
HÆ autem sunt generationes Esau: Ipse est Edom. Esau autem sumpsit vxores sibi de filiabus Chananæorum, Ada filiã Ælom Chettæi, & Olibema filiam Ana filij Sebegon Euæi, & Basemath, filiam Ismael, sororem Nabæoth. Peperit autem ei Ada Eliphas. Et Basemath peperit Raguel. Et Olibema peperit Ieus & Ieglom, & Core. Hi sunt filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaã. Sumpsit autem Esau vxores suas, & filios suos, & filias suas, & omnia corpora domus suæ, & omnem substantiam suam, & omnia pecora, & omnia, quæcumque possedit, & omnia quæcumque acquisiuit in terra Chanaã. Et iuit Esau de terra Chanaan a facie Iacob fratris sui: Erat enim substantia eorum mul- E
ta ad habitandum simul: & non poterat terra incolatus eorũ ferre eos, præ multitudine substantiæ eorũ. Habitauit autẽ Esau in monte Seir. Esau ipse est Edom. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir: & hæc sunt nomina filiorum Esau. Eliphas filius Ada vxoris Esau: & Raguel filius Basemath vxoris Esau. Facti sunt autem Eliphas filij, Thæman, Omar, Sophar, Gothom, & Cenez. Tamna autem erat concubina Eliphas filij Esau: & peperit ipsi Eliphas Amalec. Hi sunt filij Ada vxoris Esau. Hi autem sunt filij Raguel, Nachoth, Zare, Some, & Moze: hi fuerunt filij Basemath vxoris Esau. Hi autem sunt filij Olibema filiæ

A ma filiæ Ana filij Sebegon, vxoris Esau. Peperit autem ipsi Esau Ieus, & Ieglom, & Core. Isti sunt principes filij Esau: Filij Eliphaz primogeniti Esau: princeps Thæman, princeps Omer, princeps Sophar, princeps Cenez, princeps Core, princeps Gothom, princeps Amalec. Hi sunt principes Eliphaz in terra Idumæa: hi sunt filij Ada. Et hi sunt filij Raguel filij Esau: princeps Nachoth, princeps Zare, princeps Some, princeps Moze. Hi sunt principes Raguel in terra Edom: hi sunt filij Basemath vxoris Esau. Hi vero filij Olibema vxoris Esau: princeps Ieus, princeps Ieglom, princeps Core. Hi sunt principes Olibema filij Ana, vxoris Esau. [α] Isti filij Esau: & isti principes eorum. Hi sunt filij Edom.

B Hi autem filij Seir [β] Chorræi habitantis terram Lotan, Sobal, Sebegon, Ana, & Deson, & Asar, & Rison. Hi principes ipsius Chorræi, filij Seir, in terra Edom. Facti sunt autem filij Lotan, Chorri, & Hæman. Soror autem Lotan Thamna. Hi autem sunt filij Sobal: Golā, & Manachath, & Gæbel, & Sophar, & Omar. Et hi filij Sebegon: Aie, & Ana. Hic est Ana, qui inuenit [γ] lamin in deserto, cum pasceret subiugales Sebegon patris sui. Hi autem sunt filij Ana: Deson, & Olibema filia Ana. Hi autem filij Deson: Amada, & Asban, & Ithran, & Charran. Hi autem filij Asar: Balaam, & Zucham, & Iucham. Hi autem filij Rison: Hos, & Arā. Hi autem sunt principes Chorri: princeps Lotan, princeps Sobal, princeps Se-

C begon, princeps Ana, princeps Deson, princeps Asar, princeps Rison. Hi sunt principes Chorri in principatibus eorum in terra Edom. Et hi reges, qui regnauerunt in Edom, antequam regnaret rex in Israel. Et regnauit in Edom Balac filius Beor: & nomen ciuitati eius Dennaba. Mortuus est autem Balac: & regnauit pro eo Iobab filius Zara de Bosorra. Mortuus est autē Iobab: & regnauit pro eo Asom de terra Thæmanorum. Mortuus est autem Asom: & regnauit pro eo Adad, filius Barad, qui percussit Madiam in agro Moab: & nomen ciuitati eius Getthæm. Mortuus est autē Adad: & regnauit pro eo Samada de Massecca. Mortuus est autem Samada: & regnauit pro eo Saul de Rooboth, quæ apud flumen.

D Mortuus est autem Saul: & regnauit pro eo Ballenon filius Achobor. Mortuus est autem Ballenon filius Achobor: & regauit pro eo Arad, filius Barad: & nomen ciuitati eius Phogor: nomen autem vxori eius Metebeel filia Matraith filij Mæzoob. Hæc [δ] nomina principum Esau in tribubus eorum secundum locum eorum in regionibus eorum, & in gentibus eorum: Princeps Thamna, princeps Gola, princeps Iether, princeps Holibemas, princeps Helas, princeps Phinon, princeps Cenez, princeps Thæman, princeps Mazar, princeps Magediel, princeps Zaphoin. Hi sunt principes Edom in ædificatis in terra possessionis eorum. Hic est Esau pater Edom. Habitabat autem Iacob in terra, vbi incolue-

E rat pater eius in terra Chanaan. Hæ autem sunt generationes Iacob.

α Isti filij Esau.] *Alij codices, οὗτοι υἱοὶ Ἡσαῦ, οὗτός ἐστιν Ἐδώμ, καὶ οὗτοι υἱοὶ Σηείρ.* Isti filij Esau; hic est Edom: & isti filij Seir, *& ita S. Hier. nisi quod addit eo loco, quo habet nostra,* & isti principes eorum. β Chorræi.] *S. Hier. in tradit. videtur hæc seiungere à præcedentibus. Ita enim scribit.* Esau, & Edom, & Seir, vnius nomen est hominis: & quare varie nuncupetur, supra dictum est. Quod autem sequitur (& Chorræi habitantis terram, & reliqua.) Postquam enumerauit filios Esau; altius repetit, & exponit, qui ante Esau in Edom terra principes fuerint ex genere Chorræorum, &c. *Vulgata tamen habet*, Isti sunt filij Seir Horræi habitatores terræ, *& paulo post.* Hi duces, Horræi filij Seir in terra Edom: *quo loco etiam S. Aug quæst. 120. habet*, Horræi. γ Iamin.] *Diodorus*, Syrus & hebræus *ἰαμείν* volunt aquam significare; ac si diceretur inuenit fontem in deserto: Qui autem sunt interpretati; ipsam quodammodo dictionem hebraicam posuerunt. *Schol. ex Aquila, & Symm. τὰ ἰαμείμ. S. Hier. testatur Theodotionem, vt lxx. vertisse, τὸν ἰαμείν,*

quod indicat numerum singularem, Aquilam vero, & Symm. vsos esse numero plurali: & multa in hunc lo- A
cum affert: quæ legenda. ᵹ Hæc nomina.] *S. Aug. in locut.* Hæc nomina principum Esau secundum lo-
ca eorum in regionibus eorum, & in gentibus eorum, gentes appellans vnius gentis, &c. *In aliqua editione
additur* ἐν ὀνόμασιν αὐτῶν, in nominibus ipsorum, *quod videtur esse ex alia interpretatione, & satis respon-
det hebræo.*

CAP. XXXVII.

IOseph autem decem & septem annorum erat pascens oues patris sui cum fratribus suis, cum esset iuuenis, cum filijs Ballæ, & cum filijs Zelphæ, vxorum patris sui. ᵃ Detulerunt autem Ioseph crimine malo ad Israel patrem B
ipsorum. Iacob autem diligebat Ioseph præ omnibus filijs suis; quia filius senectutis erat ei. Fecit autem ei tunicam ᵝ variam. Videntes autē fratres eius, quod eum pater amat præ omnibus filijs suis, oderant eum, & non poterant loqui ei quicquam pacificum. Et cum somniasset Ioseph somnium; nunciauit illud fratribus suis, & dixit eis: Audite somniū hoc, quod somniaui. Existimabam ᵞ vos ligare manipulos in medio agro: & surrexit meus manipulus, & erexit se: cōuersi autem manipuli vestri adorabant manipulum meū. Dixerunt autem ei fratres eius: Nunquid regnās regnabis super nos: aut dominans dominaberis nobis? Et adiecerūt adhuc odio habere illum propter somnia eius, & propter verba eius. C
Vidit autē somnium aliud, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, & dixit: Ecce somniaui somnium aliud: Tamquam Sol, & Luna, & vndecim stellæ adorabant me. Et obiurgauit eum pater eius, & dixit ei. Quod est somniū hoc, quod somniasti? Nunquid veniētes veniemus ego, & mater tua, & fratres tui adorare te super terrā? Inuiderunt autem ei fratres eius: pater autem eius obseruauit verbum. Iuerunt autem fratres eius pascere oues patris sui in Sychē. Et dixit Israel ad Ioseph: Nonne fratres tui pascunt in Sychem? Veni, mittam te ad eos. Dixit autem ei: Ecce ego. Dixit autem ei Israel: Vadens vide, ᵹ si valent fratres tui, & oues: & nuncia mihi. Et misit eum de valle Chebron. Et venit in Sychem. Et inuenit eum homo errantem in agro. Interrogauit autē eum homo dicens: Quid D
quæris? At ille dixit: Fratres meos quæro: nūcia mihi, vbi pascant. Dixit autē ei homo: discesserūt hinc: audiui enim eos dicentes: eamus in Dothaim. Et iuit Ioseph post fratres suos: & inuenit eos in Dothaim. Præuiderunt autem eum a longe, ante quam ipse appropinquaret ad eos: & ᵉ malignabantur ad eum occidendum. Dixit autem vnusquisque ad fratrem suum: Ecce somniator ille venit: Nunc igitur venite occidamus eum, & proijciamus eum in vnam cisternarū, & dicemus; bestia mala deuorauit eum. Et videbimus, quid erunt somnia ipsius. Audiens autem Ruben eripuit eum de manibus eorum: & dixit: Non percutiamus eum in animam. Dixit autem eis Ruben: Non effundatis sanguinem. Inijcite eum in vnam cisternarum harum, quæ in deserto: manum autem nō inferatis ei. ζ Vt eriperet eum de manibus eorū, & redderet eū patri suo. Factū est autem quādo venit Ioseph ad fratres suos, exuerunt Ioseph tunica varia, quæ circa eū: & sumentes eum proiecerunt in cisternam: cisterna autem vacua, non habebat aquā. Sederunt autem manducare panem: & respicientes oculis viderunt, & ecce viatores Ismaelitæ veniebant de Galaad: & cameli eorum pleni erant ᵃ odoramentis, & resina, & stacte. Ibant autem deferre in Ægyptum. Dixit au- E

tem

A tem Iudas ad fratres ſuos: Quid [θ] vtile, ſi occiderimus fratrem noſtrum, & abſconderimus ſanguinem eius? Venite, vendamus eum Iſmaelitis iſtis: manus autem noſtræ non ſint in eum, quoniam frater noſter, & caro noſtra eſt. Et audierunt fratres eius. Et præteribant homines [ι] Madianæi mercatores: & extraxerunt, & aſcendere fecerunt Ioſeph de ciſterna, & vendiderunt Ioſeph Iſmaelitis viginti [κ] aureis. Et deduxerunt Ioſeph in Ægyptum. Reuertit autem Ruben ad ciſternam: & non videt Ioſeph in ciſterna: & diſcidit veſtimenta ſua: & conuertit ſe ad fratres ſuos, & dixit: puerulus non eſt: ego autem quo ibo adhuc? Sumentes autem tunicam Ioſephi iugularunt hœdum caprarum, & fœdarunt tuni-
B cam ſanguine, & miſerunt tunicam variam, & intulerunt patri ſuo: & dixerunt: Hanc inuenimus: agnoſce, ſi tunica filij tui eſt, an non. Et agnouit eam, & dixit: Tunica filij mei eſt: beſtia mala deuorauit eum: beſtia rapuit eum. Diſcidit autẽ Iacob veſtimenta ſua: & poſuit ſaccum ſuper lumbum ſuum: & lugebat filium ſuum diebus multis. Congregati ſunt autem omnes filij eius, & filiæ, & venerunt conſolari eum. Et noluit conſolari, dicens, quia deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Et fleuit eum pater eius. Madianæi autem vendiderũt Ioſeph in Ægypto [λ] Petephræ ſpadoni Pharaonis [μ] archimagiro.

[α] Detulerunt.] κατήνεγκαν. *Ita Chryſ. & Theodoretus in hunc locum: & Schol. ex Cyrillo.* Qui a Zelpha,
C & qui a Balla, crimen malum detulerunt in Ioſeph, *Diodorus.* Syrus & hebræus pro, κατήνεγκαν, habent, κατήνεγκε. id eſt Ioſeph criminatus eſt fratres patri, tanquam non modeſtos, nec bene compoſitos: quare etiam ab illis odio habebatur, *Symm.* καὶ ἔφερεν ἰωσὴφ διαβολὴν κατ' αὐτῶν πονηρὰν πρὸς πατέρα αὐτῶν, & afferebat Ioſeph criminationem aduerſus eos malam ad patrem ipſorum. *Aquila,* καὶ ἤνεγκεν ἰωσὴφ τὸν ψόγον αὐτῶν πονηρὸν πρὸς τὸν πατέρα αὐτῶν, & detulit Ioſeph vituperationem eorum malam ad patrem ſuum. *nec multo aliter Complutenſis.* [β] Variam.] *Aquila,* ἀστραγάλειον, talarem, *Ita enim interpretatur S. Hie. & addit Symm. dixiſſe tunicam manicatam.* [γ] Vos.] ὑμᾶς. *Philo in lib. de Ioſeph videtur legiſſe* ἡμᾶς, nos. [δ] Si valent.] *Schol.* τὴν εἰρήνην τῶν ἀδελφῶν σου, καὶ τὴν εἰρήνην τῶν βοσκημάτων, pacem fratrum tuorum, & pacem pecorum. [ε] Malignabantur.] *Schol.* ἐδολιοῦντο, dolum ſunt meditati. [ζ] Vt eriperet.] *Ita etiam hebræus. In aliquot codicibus hæc antecedunt,* ἔζητει γὰρ, querebat enim, *& vulgata,* hoc autem dicebat volens eripere. [η] Odoramentis.] θυμιαμάτων, *Aquila,* στύρακος, ſtyrace. [θ] Quid vtile.] *Aquila,* τί περίσσευμα, quæ acceſſio, & emolumentum, *alij interpretes,* τί κέρδος, quod lucrum. [ι] Madianæi.] *vt S. Hier. aut,* Madianitæ, *vt S. Aug. Schol.* ἰσμαηλῖται, Iſmaelitæ. *Quomodo autem Iſmaelitæ, & Madianitæ eſſe potuerint, diſputat S.*
D *Aug. q. 124.* [κ] Aureis.] *Notat S. Hier. in hebræo eſſe,* argenteis. [λ] Petephræ.] *Ita S. Aug. q. 127. & ita teſtatur S. Hier. in latino ſcriptum eſſe: ſed legendum ait,* Putiphar. [μ] Archimagiro.] *S. Aug. ibidem, & S. Ambr. in libro de Ioſeph cap. 4.* præpoſito coquorum. *S. Hier. magis probat,* principi exercitus, & bellatorum: *quare in vulgata eſt,* magiſtro militum, *idque non diſplicet etiam S. Aug.*

CAP. XXXVIII.

FActum eſt autem in tempore illo, deſcendit Iudas a fratribus ſuis, & peruenit vſque ad hominem quendam Odollamitem, cui nomen Iras. Et vidit illic Iudas filiam hominis Chananæi, cui nomen Saua: & accepit eam, & introiuit ad eam. Et concepit, & peperit filiũ, & vocauit nomen eius Er. Et con-
E cipiens, peperit filiũ adhuc, & vocauit nomen eius Aynan. Et adijciens peperit filiũ, & vocauit nomen eius Selom. [α] Hæc autem erat in Chasbi, quando peperit eos. Et accepit Iudas vxorẽ ipſi Er, primogenito ſuo, cui nomen Thamar. Factus eſt autem Er primogenitus Iudæ malus coram Domino: & occidit eum Dominus. Dixit autem Iudas ad Aynan: intra ad vxorẽ fratris tui, & duc eã vxorem, & ſuſcita ſemen fratri tuo. Cognoſcens autem Aynan, quia ſibi non erit ſemen; factum eſt, quando intrabat ad vxorem fratris ſui, effundebat ſuper terrã, ne daret ſemen fratri ſuo. Malum autem apparuit coram Deo, quia fecit hoc: & mori fecit etiam hunc. Dixit autem Iudas ad Thamar nurum ſuam: Sede

vidua in domo patris tui; donec grãdis fuerit Selom filius meus: dixit enim, ne A
forte moriatur & hic, sicut & fratres eius. Abiens autem Thamar sedit in domo
patris sui. Multiplicati autem sunt dies, & mortua est [β] Saua vxor Iuda. Et conso
latus Iudas ascendit ad eos, qui tondebant oues eius, ipse & Iras pastor eius odol
lamites in Thamna. Et nũciatum est Thamar nurui eius dicentes: Ecce socer tu-
us ascendit in Thamna tõdere oues suas. Et auferens vestimenta viduitatis a se,
induit [γ] theristrum, & adornauit se, & sedit ad portas Ænan, quæ est in transi-
tu Thamna. Vidit enim, quia grandis factus est Selom: ipse autem nõ dedit eam
illi vxorem. Et videns eam Iudas putauit eam meretricem esse. Cooperuerat
enim faciem suam: & non agnouit eam. Declinauit autem ad eam viam, & dixit B
ei: Sinito me intrare ad te: non enim agnouit, quia nurus sua est. At illa dixit:
Quid mihi dabis; si intraueris ad me? Ille vero dixit. Ego tibi mittam hœdum
caprarũ, de ouibus meis. At ille dixit: Si dederis mihi arrhabonẽ; donec tu mit-
tas. Ille vero dixit: Quem arrhabonẽ tibi dabo? At illa dixit: [δ] annulum tuum, &
paruum monile & [ε] virgam, quæ in manu tua. Et dedit ei, & intrauit ad eam.
Et in vtero cõcepit ex eo: & surgens abijt, & abstulit theristrum suum a se, & in-
duit vestimenta viduitatis suæ. Misit autem Iudas hœdum de capris in manu
pastoris sui Odollamitæ; vt reciperet a muliere arrhabonẽ & non inuenit eam.
Interrogauit autem viros, qui ex loco: vbi est [ζ] meretrix, quæ erat in Ænan su- C
per viam? Et dixerunt: Non [η] fuit hic meretrix. Et reuersus est ad Iudã, & dixit:
non inueni: & homines qui ex loco, dicunt non esse hic meretricem. Dixit au-
tem Iudas: habeat ea: sed ne forte [θ] derideamur. Ego quidem misi hœdum hũc:
tu autem non inuenisti. Factum est autem post trimestre, nunciatum est Iudæ di
centes: Fornicata est Thamar nurus tua: & ecce in vtero habet de fornicatione.
Dixit autem Iudas: Educite eã, & comburatur. Ipsa autem, dũ duceretur, misit
ad socerum suũ, dicens: Ex homine cuius hæc sunt, ego in vtero habeo: & dixit:
Agnosce cuius est annulus, & paruum monile, & virga hæc. Agnouit autem Iu-
das, & dixit: [ι] iustificata est Thamar, quam ego: eo quod non dedi eam Selom fi D
lio meo. Et non adiecit vltra cognoscere eam. Factum est autem, quando parie-
bat, & huic erant gemelli in vtero eius. Factum est autem dum ipsa pareret, vnus
prætulit manum: sumens autem obstetrix, ligauit super manum eius coccinum,
dicens hic egredietur prior. Vt autem contraxit manum; & statim egressus est
frater eius. At illa dixit: [λ] Quid diuisa est propter te maceria? Et vocauit no-
men eius Phares. Et post hoc exijt frater eius, in quo erat super manum eius coc
cinum: & vocauit nomen eius Zara.

[α] Hæc autem.] *S. Hier. in tradit.* Hæc autem erat in Casbi, quando peperit eum. Verbum hebræum hic pro loci vocabulo positum est, quod Aquila pro re transtulit, dicens. Et vocauit nomen eius Selom: & factum est, vt mentiretur in partu, postquam genuit eum, &c. [β] Saua vxor.] *In vulgata est,* filia Suæ, vxor Iudæ, *& respondet hebræo.* [γ] Theristrum.] *De hoc dictum est supra. S. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum num. 38. hunc locum ita reddit.* Thamar cooperuit se pallio, & adornauit: & cum aspexisset eam Iudas, visum est ei meretricẽ esse. *Schol.* σπαθαρίσκον, *flabellũ fortasse e palmulis factũ, aut simile spathæ.* [δ] Annulum.] τὸν δακτύλιόν σου καὶ τὸν ὁρμίσκον. *Aquila,* τὴν σφραγῖδά σου, καὶ στρεπτόν σου sigillum tuum, & torquem tuum. *Schol.* aliud, τὸν ὁρμίσκον dicit, ὠράριον. orarium. *S. autem Cyrillus,* ornamento, quo δέρρις, *(id est pellis, aut vestimentum è pilis confectum,)* circumdatur, ex consuetudine Chaldaica ornato Iuda. Auro enim hi & manus, & δέρριν, splendidam faciunt, & ipsum etiam capillum coronant interdum. [ε] Virgam.] *Symm.* enchiridion. E
[ζ] Meretrix.] ἡ πόρνη. *Aquila,* ἡ ἐνδιηλλαγμένη, prostituta illa. [η] Non fuit hic meretrix.] *A.* οὐκ ἦν ἐν τούτῳ ἐνδιηλλαγμένη. non fuit in hoc prostituta. [θ] Derideamur.] *Aquila, & Symm.* γενώμεθα εἰς ἐξουδένωσιν, simus in con-

A in contemptum. ι Socerum.] *Scbol.* κύριον, dominum. κ Iustificata.] *S. Hier. in tradit.* in hebræo habet, iustificata est ex me, &c. λ Quid diuisa est.] *Schol.* Syrus, & hebræus, τί διεκόπη ἐπὶ σὲ διακοπή; quid diuisa est super te diuisio? *Aquila,* τί διεκόψας ἐπὶ σὲ διακοπήν; quid diuisisti super te diuisionem? *Aliud Scholion,* aliter, τί διέκοψας καθ' ἡμῶν ἄπλωμα, quid traiecisti contra nos expansionem? *id est, vt opinor, membranulam secundinarum. S. quidem Hier. inquit Aquilam, & Symm. pro maceria diuisionem transtulisse, ab eo, quòd infans diuiserit membranulam secundinarum.*

CAP. XXXIX.

Ioseph autem depositus est in Ægyptum: & acquisiuit eum Petephres α eunuchus Pharaonis archimagirus vir Ægyptius de manibus Ismaelitarum,
B qui deduxerant eum illuc. Et fuit Dominus cum Ioseph: & fuit uir β prosperans: & factus est in domo apud dominum suum Ægyptium. Intelligebat autem dominus eius, quia Dominus erat cum eo; & omnia, quæcũque faceret, Dominus prosperat in manibus eius. Et inuenit Ioseph gratiã coram domino suo: & bene placuit ei: & constituit eum super domum suam: & omnia, quæcumque sibi erant, dedit per manum Ioseph. Factum est autem, postquam constituit ipsum super domum suam, & super omnia, quæcumque sibi erant, & benedixit Dominus domum Aegyptij propter Ioseph. Et facta est benedictio Domini in omnibus, quæ erant ei in domo, & in agro eius. Et commisit omnia, quæcumq.
C sibi erant, in manus Ioseph: neque cognoscebat quicquam eorum, quæ circa se erãt, præter panem, quem ipse edebat. Et erat Ioseph pulcher specie & decorus aspectu valde. Et factum est post verba hæc: & iniecit vxor domini eius oculos suos in Ioseph, & dixit: Dormi mecum. Ille autem noluit. Dixit autem vxori domini sui: si dominus meus nihil γ scit propter me in domo sua, & omnia, quæcunq. habet, dedit in manus meas, & δ nihil est in domo hac, quod supra me sit: neque subtractum est a me quicquam præter te, eo quod tu vxor illius es: Et quomodo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram Deo? Cũ autẽ loqueretur ad Ioseph diem ex die; & non obediebat ei, vt dormiret cũ ea ad coeundũ
D cum ea. Facta est autem talis quædam dies: & introiuit Ioseph in domum ad faciendum opera sua: & nemo eorum qui in domo, erat intus. Et attraxit eum vestimentis dicens: Dormi mecum. Et relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit, & exiuit foras. Et factum est, vt vidit, quia relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit, & exiuit foras; & vocauit eos, qui erant in domo: & ait illis, dicens: Videte, introduxit nobis puerum hebræum ad illudendum nobis. Introiuit ad me dicens: dormi mecum: & clamaui voce magna. Cum autem audiret ipse, quia exaltaueram vocem meam, & clamaueram; relinquens vestimẽta sua apud me, fugit, & exiuit foras. Et retinet vestimenta apud seipsam, donec
E venit dominus in domum suam. Et locuta est ei secundum verba hæc, dicens: Intrauit ad me puer ille hæbreus, quem introduxisti ad nos, ad illudendũ mihi: & dixit mihi: Dormiam tecum. Vt autem audiuit, quia exaltaueram vocẽ meã, & clamaueram; relictis vestimentis suis apud me, fugit, & exijt foras. Factum est autem, & audiuit dominus eius verba vxoris suæ, quæ locuta est ad eũ, dicens, sic fecit mihi puer tuus; & indignatus est ira: & capiens dominus Ioseph iniecit illum in custodiam in locum in quo vincti regis detinentur ibi in custodia. Et fuit Dominus cum Ioseph, & effudit misericordiam suam, & dedit illi gratiam corã principe custodiæ carceris: & dedit ε princeps custodiæ carceris carcerem

per manum Ioseph, & omnes ζ abductos, quicumque erant in carcere: & omnia A
quæcumque faciunt illic, ipse erat faciens. Non erat princeps custodiæ carceris de carcere cognoscens quicquam propter ipsum. Omnia enim erāt per manum Ioseph; eo quod Dominus esset cum eo: & quæcumque ipse faciebat, Dominus prosperabat in manibus eius.

α Eunuchus.] *Schol.* Syrus quidem eodem vocabulo nominat & spadonem, & virum fidelem dominis: hebræus autem vere eunuchum & hunc ex fide: Solent enim eunuchorum potissimum generi preciosissima quæq. bona credi, & ipsamet regum salus. *Aliud Scholium ad marginem quæst. Theodoreti*, Eunuchi nominantur non soli secti, sed etiam qui inter famulos sunt εὐνοοῦντες τοῖς ἔχουσι, beneuoli possessoribus. Nonnulli autem dicunt solere eunuchos Ægyptios habere vxores propter libidinem & salacitatem. *Verum de hoc Eunucho multa disputat S. Hier. & alij.* B β Prosperans.] ἐπιτυγχάνων, *& posset etiam verti*, qui assequebatur quod cupiebat, fortunatus. *Quamobrem dubitat Theodoretus, quomodo in viro pio vtatur hoc nomine scriptura: ac respondet manifesto tamē ostendere scripturam, hanc prosperitatem a Deo fuisse* intelligebat enim, inquit, dominus eius quia Dominus erat cum eo. *Aquila*, κατευοδούμενος *Symm.* εὐοδούμενος, qui bene dirigebatur ac prospere procedebat. γ Propter me.] δι' ἐμὲ. *S. Ambr. 2. offic. cap. 17.* præter me. δ Et nihil est in domo hac, quod supra me sit.] *Hæc non referuntur a S. Ambr. loco indicato. A Compluten si absunt illa*, quod supra me sit, *ac tamē respondent hebræo.* ε Princeps custodiæ carceris.] ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ. *S. Aug in locut.* & dedit carceris custos carcerem per manum Ioseph pro eo, quod, in manus Ioseph, per quod significat, in potestate. ζ Abductos.] τοὺς ἀπηγμένους, ὄντας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. *A Compl. abest illud*, ὄντας. *quare ita interpretatur*, adductos in carcere. *Symm. pro* ἀπηγμένους, *dixit*, δεδεμένους, uinctos.

CAP. XL. C

FActum est autem post verba hæc: peccauit princeps α vinariorum regis Ægypti, & princeps pistorum domino suo regi Ægypti. Et iratus est Pharao super duos Eunuchos suos, super principem vinariorum, & super principem pistorum: & posuit eos in custodia in carcerem, in locum, in quem Ioseph erat abductus illuc. Et commendauit β princeps carceris ipsi Ioseph eos: & astitit eis. Fuerunt autem γ dies in custodia: & viderunt vterque somnium in vna nocte. δ Visio autem somnij principis vinariorum, & principis pistorum, qui erant regi Ægypti, qui erant in carcere, fuit hæc. Intrauit ad eos Ioseph mane: & vidit eos, & erant ε perturbati. Et interrogauit eunuchos Pharaonis, qui se D
cum erant in custodia apud dominum suum, dicens: Quid, quod facies vestræ tristes sunt hodie? At illi dixerunt ei: somnium vidimus: & non est qui illud coniectet. Dixit autem eis Ioseph: Nonne per Deum declaratio ipsorum est? Narrate igitur mihi. Et narrauit princeps vinariorum somnium suum ipsi Ioseph, & dixit. In somno meo erat vitis in cōspectu meo: in vite autem tres ζ propagines: & ipsa ferens flores producens germina: η maturi botryones vuæ, & calix Pharaonis in manu mea: & sumpsi vuam, & expressi eam in calicem, & dedi calicem in manum Pharaonis. Et dixit ei Ioseph: hæc est interpretatio eius. Tres E
propagines tres dies sunt: adhuc triduum, & memorabitur Pharao principatum tuum, & restituet te in tuum θ pincernarum principatum, & dabis calicem Pharaonis in manū eius iuxta principatum tuum priorem, sicut fuisti pincerna. Sed memor esto mei per temetipsum, cum bene fuerit tibi: & facies in me misericordiam: & memor eris mei ad Pharaonē, & educes me de custodia hac; quia furto furtiue ablatus sum de terra hebræorum: & hic nihil feci, sed iniecerunt me in lacum hunc. Et vidit princeps pistorum, quia recte interpretabatur: & dixit ad Ioseph. Et ego vidi somniū. Et videbar mihi tria canistra α chondritorum portare

A portare in capite meo: in canistro autem superiore, de omnibus generibus, de quibus comedit Pharao λ opus pistoris: & volatilia cæli comedebant ea de canistro, quod erat super caput meum. Respondens autem Ioseph dixit ei: hæc est interpretatio eius. Tria canistra tres dies sunt: adhuc triduum: & auferet Pharao caput tuum a te: & suspendet te in ligno: & aues cæli manducabunt carnes tuas a te. Factum est autem in die tertia, dies natiuitatis erat Pharaonis, & faciebat potum omnibus pueris suis. Et recordatus est principatus pincernæ, & principatus pistoris in medio puerorum suorum. Et restituit principem pincernarũ in principatum suum: & dedit calicem in manum Pharaonis. Principem autem pisto-
B rum suspendit, sicut interpretatus erat eis Ioseph. Et non est recordatus princeps pincernarum ipsius Ioseph, sed oblitus est eius.

α Princeps vinariorum.] *Ita S. Hier. in tradit. quod græce est*, ὁ ἀρχιοινοχόος, *& posset uerti*, præpositus pincernarum. *S. Amb. cap. 6. habet*, præpositus vini, & præpositus pistorum. *Aquila*, ὁ ποτιστὴς, καὶ ὁ πέσσων, pocillator, & panificus. β Princeps carceris.] ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ. *S. Ambr. ibidem*, carceris clauicularius. γ Fuerunt autem dies.] ἦσαν δὲ ἡμέρας. *S. Amb. ibidem hanc rem narrans*, cum essent illic dies complures. δ Visio autem.] *In alijs codicibus est*, ὅρασις τοῦ ἐνυπνίου αὐτῶν. ὁ ἀρχιοινοχόος καὶ ὁ ἀρχισιτοποιὸς, οἳ ἦσαν τοῦ βασιλέως αἰγύπτου, οἱ ὄντες ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, visio somnij eorum: præpositus pincernarum, & præpositus pistorum, qui erant regi Ægypti, qui erant in custodijs. *Complutensis autem*, ὧν αἱ ὁράσεις τοῦ ἐνυπνίου αὐτῶν, ὁ οἰνοχόος καὶ ὁ σιτοποιὸς, &c. quorum visiones somnij eorum: pincerna, & pistor, &c. ε Perturbati.] *Aquila*, ἐμβεβρασμένοι, perculsi, & concussi. *Symmachus*, σκυθρωποὶ tristes. ζ Propagines.] πυθμένες. *Aquila. & Symmachus*. κληματίδες, malleoli, & sarmenta. *S. Ambr.* radices. *S. Hier. in trad. & S. Aug in locut.* fundi. η Maturi.] *aliquot codices habent*, πέπειροι βότρυες σταφυλῆς, maturos racemos vuæ. *Apud S. Hier. hæc de hoc loco referuntur.* Et ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos. *Apud S. Ambr.* Erat vitis in conspectu meo, in vite autem tres radices, & ipsa flores ferens, germina matura, & botryones vuarum. θ Pincernarum principatum.] ἐπὶ τὴν ἀρχιοινοχοΐαν σου. *S. Ambr.* super officium tuum pristinum. ι Furto furtiue ablatus sum.] κλοπῇ ἐκλάπην. *S. Ambr.* furtiue captus sum de terra hebræorum, & hic nihil mali feci, & miserunt me in lacum carceris huius. *Compl quidem habet*, εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου τούτου, in domum cisternæ huius.] κ Chondritorum.] *S. Hier.* Pro tribus canistris Chondritorum tres cophinos farinæ in hebræo habet. *S. Aug. q.* 131. Quod aliqui codices latini habent, tria canistra alicæ, cum græci habeant, χονδριτῶν, quod interpretantur, qui vsum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios, &c. *Aquila*, τρεῖς κόφινοι γύρεως, tres cophini pollinis. *Symm.* τρία κανᾶ βαϊνὰ, tria canistra Baina. *Quidam ex hebræo interpretantur*, alba. λ Opus pistoris.] *S. August. quæst. indicata*, opus pistorum. *Compl.* ἔργῳ σιτοποιοῦ, opere pistoris.

CAP. XLI.

D ET factum est post biennium dierum, Pharao vidit somnium. Videbatur sibi stare super flumen: & ecce quasi de flumine ascendebant septem boues α pulchræ specie, & electæ carnibus, & pascebantur β in Achi. Aliæ autem septem boues ascendebant post has de flumine, turpes specie, & graciles carnibus: & pascebantur apud boues ad labium fluminis: & deuorarunt septem boues turpes, & graciles carnibus septem illas boues pulchras specie, & electas
E carnibus. Et expergefactus est Pharao, & somniauit secũdo. Et ecce septẽ spicæ ascendebant in propagine vna electæ & pulchræ: & ecce septem spicæ graciles, & a vento γ corruptæ pullulabant post eas: & septem spicæ graciles, & a vento corruptæ, deuorarũt septẽ illas spicas electas & plenas. Expergefactus est autem Pharao: & δ erat somnium. Factum est autem mane: & ε turbata est anima eius: & mittens vocauit omnes ζ interpretes Ægypti, & omnes sapientes eius: & narrauit eis Pharao somnium suum; & non erat, qui illud interpretaretur Pharaoni. Et locutus est princeps pincernarum ad Pharaonem dicens: Peccatum meum recordor hodie. Pharao iratus fuit pueris suis, & posuit nos in custodia, in do-

mo

mo Archimagiri & me, & principem pistorum. Et vidimus somnium ambo in noctè vna ego & ille, vnusquisque iuxta suum somnium vidimus. Erat autem ibi nobiscum adolescens puer hebræus Archimagiri: & narrauimus ei: & interpretatus est * nobis. Factum est autem, sicut interpretatus est nobis, ita & euenit; vt ego quidem restituerer in principatum meum, ille vero suspenderetur. Mittens autem Pharao vocauit Ioseph: & [b] eduxerunt eum de custodia, & totonderunt eum, & mutauerunt stolam eius. Et venit ad Pharaonem. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Somnium vidi: & non est, qui illud interpretetur. Ego autem audiui de te dicentes, quia cum audieris somnia, interpretaris ea. Respondens autem Ioseph Pharaoni dixit: Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni. Locutus est autem Pharao ipsi Ioseph, dicens: In somno meo videbar mihi stare apud labium fluminis: & quasi de flumine ascendebant septem boues pulchræ specie, & electæ carnibus, & pascebantur in Achi: Et ecce septem boues aliæ ascendebant post eas de flumine, malæ, & turpes specie, & graciles carnibus, quales non vidi tales in tota terra Ægypti turpiores. Et deuorarunt septem boues turpes, & graciles septem illas boues primas pulchras, & electas. Et intrarunt in ventres earum: & non fuerunt manifestæ, quia intrarunt in ventres earum: & aspectus earum turpes, quemadmodum & a principio. Expergefactus autem dormiui, & vidi rursus in somno meo: & quasi septem spicæ ascendebant in vno culmo plenæ, & pulchræ: aliæ autem septem spicæ graciles, & corruptæ a vento pullulabant inhærentes illis: & deuorauerunt septem spicæ graciles, & corruptæ a vento septem illas spicas pulchras, & plenas. Dixi itaque [c] interpretibus: & non fuit, qui annunciaret mihi illud. Et dixit Ioseph Pharaoni: Somnium Pharaonis vnum est. Quæcumque Deus facit, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, septem anni sunt, & septem spicæ pulchræ, septem anni sunt: Somnium Pharaonis vnum est. Et septem boues graciles, ascendentes post eas, septem anni sunt: & septem spicæ graciles, & corruptæ a vento, septẽ anni sunt. Erunt septem anni famis. Verbum autem, quod dixi Pharaoni: quæcumq. Deus facit, ostendit Pharaoni. Ecce septem annos venit abundantia magna in tota terra Ægypti. Venient autem septem anni famis post hos: & obliuiscentur vbertatis * futuræ in tota Ægypto: & consumet fames terram: & non agnoscetur abundantia super terram a fame, quæ futura est postea: valida enim erit nimiũ. Quod autem iteratum est somnium Pharaoni bis; quia [γ] verum erit verbum, quod a Deo, & festinabit Deus ad faciendum illud. Nunc ergo vide hominem prudentem, & intelligentem: & constitue eum super terram Ægypti: & faciat Pharao, & constituat [μ] locorum principes super terram, & deponant quintam partem fructuum terræ Ægypti septem annorum abundantiæ, & congregẽt omnes [ν] escas septem annorum venientium bonorum horum: & congregetur triticum sub manum Pharaonis: escæ in ciuitatibus custodiantur: & erunt escæ [ξ] custoditæ ipsi terræ in septem annos famis, qui erunt in terra Ægypti: & non atteretur terra in fame. Placuit autem verbum coram Pharaone, & coram omnibus pueris eius. Et dixit Pharao omnibus pueris suis: Numquid inueniemus hominem talem, qui habeat spiritum Dei in se? Dixit autem Pharao ad Ioseph. Quandoquidem ostendit Deus tibi omnia; hæc non est homo prudentior, & intelligentior te: tu eris super domum meam, & super os tuum obediet omnis populus meus.

A lus meus. Tantummodo thronum præcedam tui ego. Dixit autem Pharao ad Io
seph: Ecce constituo te hodie super omnem terrã Aegypti. Et detrahẽs Pharao
annulum de manu sua, circumposuit illum super manum Ioseph, & induit eũ sto
la byssina, & circũposuit torquem aureũ circa collũ eius: & ascendere eum fecit
super currum secundum curruum suorum: & clamauit ante eum ꞵ preco, & con
stituit eum super totam terram Aegypti. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Ego
Pharao: Sine te non leuabit quisquam μ manum suam super omnem terram
Aegypti. Et vocauit Pharao nomen Ioseph, ꞵ Psonthomphanech. Et dedit ei
Aseneth filiã ꞵ Petephræ sacerdotis Heliopoleos ei in uxorem. Ioseph autem
B erat annorum triginta, quando stetit coram Pharaone rege Aegypti. Exijt au-
tem Ioseph a facie Pharaonis, & peragrauit omnem terram Aegypti: & fecit ter
ra in tribus annis abundantiæ manipulos: & congregauit omnes escas septe an-
norum, in quibus fuit abundãtia in terra Aegypti: & posuit escas in ciuitatibus:
escas agrorum ciuitatis, qui in circuitu eius, posuit in ea. Et congregauit Ioseph
frumentũ, sicut arenam maris, multum valde, donec non potuit numerari: non
enim erat numerus. Ioseph autem nati sunt duo filij, antequam venirent septem
anni famis; quos peperit ei Aseneth filia Petephræ sacerdotis Heliopoleos. Vo
cauit autẽ Ioseph nomen primogeniti, Manasse: ν quia obliuisci me fecit Deus
C omnium laborum meorum, & omnium patris mei. Nomen autem secundi vo-
cauit Ephraim, quia crescere me fecit Deus in terra humilitatis meæ. Præterie-
runt autem septem anni abundantiæ, qui fuerunt in terra Aegypti, & cœperunt
venire septem anni famis, sicut dixit Ioseph. Et facta est fames in omni terra. In
omni autem terra Aegypti ꞵ erant panes. Et esuruit omnis terra Aegypti. Cla-
mauit autem populus ad Pharaonem pro panibus. Dixit autem Pharao omni-
bus Aegyptijs: Ite ad Ioseph: & quicquid dixerit vobis, facite. Et fames erat su
per faciem omnis terræ. Aperuit autem Ioseph omnia horrea, & vendebat om-
nibus Aegyptijs. Et omnes regiones veniebant in Aegyptum, emere a Ioseph.
D Inualuerat enim fames in omni terra.

α Pulchræ specie.] S. Hier. speciosæ ad videndum. *Schol.* στερεαὶ ταῖς κρέασι, καὶ παχεῖαι σαρξὶν, solidæ carne, & densæ carnibus. β In Achi.] ἐν τῷ ἄχει. *Alij libri,* ἐν τῇ ὄχθῃ. *& ita videtur habuisse Philo in lib. de Ioseph. Ita enim hanc rem narrans inquit,* παρὰ τὰς ὄχθας νέμεσθαι. & apud ripas pasci. *Schol.* ἐν τῷ ἕλει, in loco stirpibus conferto, & vliginoso, *aut,* in palude. *Aliud Schol.* ἄχι, est plantarum tenue, & hoc omnium. *Iob cap. 8. eadem dictio hebræa transfertur,* βούτομον. ἢ ὑψωθήσεται βούτομον ἄνευ ὕδατος, *quod Aquila vertit,* ἢ πληθυνθήσεται ἄχι ἄνευ ὕδατος, *vbi vulgata editio habet,* carectum. *Et in Ecclesiastico cap. 40. vbi græca,* ἄχι ἐπὶ παντὸς ὕδατος, *alij* ... *na,* super omnem aquam viriditas. *S. Hier. in tradit. notat Achi esse dictionem hebræam nonnihil mutatam, & significare paludem.* γ A vento corruptæ.] ἀνεμόφθοροι, *Schol.* ἐφθαρμέναι καύσωνι, πεφρυγμέναι ἀνέμῳ, corruptæ ab æstu, arefactæ à vento. δ Et erat somnium.] *Corrupte videtur legi apud S. Aug. in locut.* & non erat somnium. *Nam ipsemet locum explanat sine negatione.* Amant scripturæ sic loqui de somnijs, cum fuerit euigilatum: tamquam reddita homini veritate vigilantium, tunc illud appareat somnium; quod, cum videretur, quasi veritas fuit. ε Turbata.] *Schol.* ἐταράχθη, traiecta est. ζ Interpretes.] τοὺς ἐξηγητάς, explanatores. *Aquila,* κρυφιαστάς, occultorũ cognitores. *Symm.* μάγους, magos. η Est nobis.] *In aliquot codicibus sequitur,* τὰ ἐνύπνια ἡμῶν, καὶ ἡμῖν ... ἐπέλυσεν, somnia nostra, viro iuxta ipsius somnium soluit, & explicauit. θ Eduxerunt.] *Schol.* δρομαῖον ἤγαγον, cursim duxerunt. ι Interpretibus.] *Rursus Aquila,* εἰς τοὺς κρυφιαστάς, *& Symm.* μάγους. κ Futuræ.] *S. Aug. quæst.* 133. non futuræ illis, qui tamen patientur, tamquam postea veniat illis vbertas: sed futura erat tunc, quando loquebatur: tamquam diceret, vbertatis huius, quam futuram significauerunt boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame, quam significauerunt boues, & spicæ malæ. *S. Ambr. cap. 7. habet tantum,* & obliuiscentur vbertatem. λ Verum.] *Schol.* ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος, promptum, ac paratum verbum, sermo certus, & fidelis. μ Locorum principes.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est* τοπάρχας. *Schol.* ἐπιστάτας vel satores. ... *dictionem S. Aug. interdum vertit,* superintendentes. ν Escas.] βρώματα, *Schol.* γεννήματα, genimina, segetes.
ξ Custodiæ.]

ξ Custoditæ.] τὰ πεφυλαγμένα. *Aquila*, εἰς παραθήκην, *Symm.* εἰς ἀποθήκην, in deposito. ο Preco.] *S. Hier.* Pro quo Aquila trastulit, & clamauit in conspectu eius adgeniculationem. Symm. ipsum hebraicum sermonem interpretans ait, Et clamauit ante eum Abrech. Vnde mihi videtur non tam preco, siue adgeniculatio, quæ in salutando, vel adorando Ioseph accipi potest, intelligenda, quàm id, quod hebræi tradunt, dicentes patrem tenerum ex hoc sermone transferri, &c. π Manum.] *Vulgata, & hebræus addunt*, aut pedem. ρ Psonthom Phanech.] *Schol.* Syrus habet, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτὰ, qui nouit occulta. *Philo in lib. de Ioseph*, μετονομάζει δ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἰδιωτικῇ γλώττῃ προσαγορεύσας. Nouũ illi nomen imponit, ex iudicatrice somniorum facultate vernacula lingua illum appellans. *S. Hier.* Licet hebraice hoc nomen absconditorum repertorem sonet; tamen, quia ab Ægyptio ponitur; ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo sermone Ægyptio Zaphanath Phaanecha, siue vt lxx. trãsferre voluerunt, ψονθομφανήχ, saluator mundi, &c. σ Petephræ.] *Quomodo Petephres, si erat eunuchus, habuerit filiam; disputãt. S. Hier. in tradit. & S. Aug. quæst.* 136. *S. Chrys. hom.* 63. *non videtur putare hunc esse eumdem atq. eunuchum, de quo superius dictum est, nec fortasse etiam Philo: vocat enim hanc vxorem clarissimam præ ceteris; quippe quæ esset filia sacerdotis Heliopoleos.* τ Vxorem.] *Hic in vulgata, & hebræo sequitur.* Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti. υ Quia obliuisci.] *Ita etiam S. Chrys. hom.* 64. *S. Hier.* quia dixit, obliuisci me fecit, *& in aliquot codicibus græcis est*, λέγων, ὅτι ἐπιλαθέσθαι, *itemque paulo post*, λέγων ὅτι ηὔξησε. *quo tamen loco S. Hier.* quia crescere me fecit. *Est autem hebraismus: nam vtroque loco subintelligitur*, dixit. φ Erant panes.] *Ita vetustiores codices, & S. Chrys. Alij libri*, οὐκ ἦσαν ἄρτοι, non erant panes, *quibus cum videtur facere vulgata*, fames erat, *sed cum retenta lectione hebræus & chaldæus.*

CAP. XLII.

VIdens autem Iacob, quia est venditio in Ægypto; dixit filijs suis: Quare segnes estis? Ecce audiui, quia est frumentum in Ægypto. Descendite illuc, & emite nobis pusillas escas, vt viuamus, & nõ moriamur. Descenderunt autem decem fratres Ioseph emere frumentum ex Aegypto. Beniamin autem fratrem Ioseph non misit cum fratribus suis. Dixit enim, ne forte accidat ei α languor. Venerunt autem filij Israel ad emendum vna cum venientibus. Erat enim fames in terra Chanaan. Ioseph autem erat princeps terræ: hic vendebat omni populo terræ. Venientes autem fratres Ioseph adorauerunt eum in faciem in terram. Videns autem Ioseph frates suos, agnouit: & alienum se fecit ab eis, & locutus est eis dura: & dixit eis: Vnde venistis? At illi dixerũt: De terra Chanaan ad emendas escas. Agnouit autem Ioseph fratres suos: ipsi autem non agnouerunt eum. Et commemoratus est Ioseph somniorũ suorum, quæ vidit ipse: & dixit eis: β Exploratores estis: ad consideranda vestigia regionis venistis. At illi dixerunt: Non domine: pueri tui venimus ad emendas escas: omnes sumus filij vnius hominis: γ pacifici sumus: non sunt pueri tui exploratores. Dixit autem eis: Non: sed δ vestigia terræ venistis videre. At illi dixerunt: Duodecim sumus pueri tui, fratres in terra Chanaan: & ecce iunior cum patre nostro hodie: alter autem non est. Dixit autem eis Ioseph. Hoc est, quod dixi vobis dicens, quia exploratores estis. In hoc ε manifesti eritis. ζ Per salutem Pharaonis non exibitis hinc, nisi frater vester minor venerit huc. Mittite ex vobis vnum, & sumite fratrem vestrum: & vos η abducamini; quoadusque manifesta sint verba vestra, si vera dicetis, an non: θ sin autem non; per salutem Pharaonis profecto exploratores estis. Et posuit eos in custodia tres dies. Dixit autem eis die tertio: Hoc facite, & viuetis. Deũ enim ego timeo. Si pacifici estis; frater vester detineatur vnus in custodia: ipsi vero ite: & asportate emptionem frumentationis vestræ, & fratrem vestrum iuniorẽ adducite ad me, & credẽtur verba vestra: sin autem non; moriemini. Fecerunt autem sic: & dixit vnusquisq. ad fratrem suum: certe: in peccatis enim sumus pro fratre nostro: quia despeximus tribulationem animæ eius, quando orabat nos: & non exaudiuimus eum. Et propter hoc superuenit

nit

A nit in nos tribulatio hæc. Respondens autem Ruben dixit eis: Nonne locutus
sum vobis dicens, ne noceatis puero, & non exaudistis me? Et ecce sanguis eius
exquiritur. Ipsi autem ignorabant, quia audit Ioseph: interpres enim inter illos
erat. Auertens autem se ab eis fleuit Ioseph: & iterum accessit ad eos, & dixit il-
lis: & tulit Symeon ab eis, & ligauit ipsum coram eis. Mandauit autem Ioseph
impleri vasa eorum frumento, & reddi argentum eorum, vnicuique in saccum
suum, & dari eis cibaria in viam. Et factum est illis sic. Et imponentes frumen-
tum super asinos suos, abierunt inde. Soluens autem vnus ι marsupium suum,
vt daret pabula asinis suis, in loco, quo diuerterant, & vidit alligaturam argenti
B sui: & erat super os marsupij. Et dixit fratribus suis: Redditum mihi est argen-
tum: & ecce id in marsupio meo. Et obstupuit cor eorum, & turbati sunt inui-
cem dicentes: Quid hoc fecit Deus nobis? Venerunt autem ad Iacob patrem
suum in terram Chanaan: & annunciauerunt ei omnia, quæ ipsis acciderant, di-
centes: Locutus est homo, qui est dominus terræ, erga nos dura: & posuit nos in
custodia, tamquam qui exploraremus terram. Diximus autem ei: Pacifici su-
mus: non sumus exploratores: duodecim fratres sumus, filij patris nostri: vnus
non est: pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan. Dixit autem
nobis homo dominus terræ: In hoc cognoscam, quia pacifici estis: fratrem vnũ
C dimittite hic mecum: emptionem autem cibariorum domus vestræ tollentes
abite: & adducite ad me fratrem vestrum iuniorem: & cognoscam, quia non
estis exploratores, sed quia pacifici estis: & fratrem vestrum reddam vobis: & in
terra negotiabimini. Factum est autem, dum ipsi euacuarent saccos suos, & erat
vniuscuiusque alligatura argenti in sacco eorum: & viderunt alligaturas argenti
sui, ipsi, & pater eorum, & timuerunt. Dixit autem eis Iacob pater eorum: Me
filijs orbaitis: Ioseph non est: Symeon non est: & Beniamin tolletis? Super me
facta sunt hæc omnia. Dixit autem Ruben patri suo, dicens: duos filios meos
interfice, nisi adduxero eum ad te: da eum in manum meam: & ego reducam il-
D lum ad te. At ille dixit: Non descendet filius meus vobiscum; quia frater eius
mortuus est; & ipse solus remansit: & accidet ipsum languere in via, qua ituri
estis: & deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum.

α Languor.] *μαλακία. Aquila,* *σύμπτωμα,* casus, calamitas. *Symm.* *κίνδυνος,* periculum. β Exploratores estis.] *κατάσκοποί ἐστε. Aquila,* *ἐφοδευταί,* insidiatores. γ Pacifici.] *Aquila,* *ὀρθοί,* recti. *Symm.* *ἁπλοῖ,* simplices. δ Vestigia.] *Aquila, & Symm.* *τὰ κρυπτά,* occulta, intima. ε Manifesti eritis.] *φανεῖσθε. Aquila, & Symm.* *δοκιμασθήσεσθε,* probabimini ac deprehendemini. ζ Per salutem.] *Ita S. Aug. q. 139. (vbi de hac sententia disputat) quod græce est,* *νὴ τὴν ὑγίειαν.* *Aquila,* *ζῇ φαραώ,* viuit Pharao. η Abducamini.] *ἀπαχθήτω,* *quo verbo etiam superius significatum est, coniici in carcerem. Aquila, & Symm.* *δεθήσεσθε,* vinciemini. θ Sin autem non.] *εἰ δὲ μή. S. Aug. ibidem habet tantum,* sin autem, *quasi valeat,* sin minus, *vt in Exodo dicetur.*
E ι Marsupium.] *Aquila,* *θύλακον,* vas panarium. *Symm.* *σάκκον,* saccum.

CAP. XLIII.

FAmes autem inualuit super terram. Factum est autem, quando consum-
mauerant edere frumentum, quod attulerant ex Ægypto; & dixit eis pa-
ter eorum: Rursus euntes emite nobis pusillas escas. Ait autem ei Iudas
dicens: Contestatione contestatus est nobis homo dominus terræ, dicens: Non
videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscum fuerit. Si quidem igi-
tur

tur mittas fratrem nostrum nobiscum; descendemus, & ememus tibi escas. Sin A
autem non mittas fratrem nostrum nobiscum; non ibimus. Homo enim ille dixit nobis dicens: non videbitis faciem meam; nisi frater vester iunior vobiscum fuerit. Dixit autem Israel: Quid malefecistis mihi, annunciantes homini, quia est vobis frater? At illi dixerunt: Interrogans interrogauit nos homo, & generationem nostram, dicens: si adhuc pater vester viuit, & si est vobis frater: & annunciauimus ei iuxta interrogationem hanc: numquid sciebamus, quia dicet nobis, adducite fratrem vestrum? Dixit autem Iudas ad Israel patrem suum: Mitte puerum mecum: & surgentes ibimus, vt viuamus, & non moriamur, &
nos, & tu, & apparatus noster: ego autem suscipio ipsum: de manu mea require B
eum: nisi adduxero eum ad te, & statuero eum coram te; ero ille qui peccaui in te omnibus diebus. Nam nisi tardassemus; iam vtique rediissemus bis. Dixit autem eis Israel pater eorum: Si ita est, hoc facite: Sumite de fructibus terræ in vasis vestris: & deferte homini munera resinæ, & mellis, & incensum, & stacten, & terebinthum, & * nuces: & argentum duplex sumite in manibus vestris, & argẽtum, quod rediit in marsupiis vestris, reportate vobiscum; (ne forte error sit) & fratrem vestrum sumite: & surgentes descendite ad hominem. Deus autem meus det vobis gratiam coram homine, & dimittat fratrem illum vestrũ vnũ,
& Beniamin. Etenim ego, sicut orbatus sum, orbatus sum. Sumentes autem vi- C
ri munera hæc, & argentum duplex, acceperunt in manibus suis etiam Beniamin. Et surgentes descenderunt in Ægyptum: & steterunt coram Ioseph. Vidit autem Ioseph eos, & Beniamin fratrem suum vterinum, & dixit ei, qui super domum ipsius: Introduc homines in domum, & iugula victimas, & para. Mecum enim manducabunt homines panes meridie. Fecit autem homo; sicut dixit Ioseph: & introduxit homines in domũ Ioseph. Videntes autem viri quia introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: propter argentum, quod rediit in marsupiis nostris in principio, nos introducimur ad calumniandum nos, & imponen
dum nobis, vt accipiat nos in seruos, & asinos nostros. Accedentes autem ad ho D
minem, qui super domum Ioseph, locuti sunt ei in porta domus, dicentes: Oramus domine, descendimus in principio ad emendas escas. Factum est autem quando venimus ad diuertendum, & aperuimus marsupia nostra; ♯ & hoc argentũ vniuscuiusq. in marsupio suo. Argentum nostrum in pondere reportauimus nunc in manibus nostris: & argentũ aliud attulimus nobiscum ad emendas escas. Nescimus, quis iniecit argentũ in marsupia nostra. Dixit autem eis ɤ Propitius vobis: nolite timere: Deus vester, & Deus patrũ vestrorũ dedit vobis thesauros in marsupiis vestris: & argentum vestrum ♪ probũ acceptũ habeo. Et edu
xit ad eos ipsum Symeon: & attulit aquam ad lauãdos pedes eorum, & dedit pa E
bula asinis eorũ. Parauerunt autem munera, donec veniret Ioseph meridie. Audierant enim, quia ibi pransurus est. Intrauit autẽ Ioseph in domũ: & attulerũt ei munera, quæ habebant in manibus suis in domum. Et adorauerunt eum in faciem in terram. Interrogauit autem eos: Quomodo habetis? & dixit eis: si valet pater vester senex, quem dixistis? adhuc viuit? At illi dixerunt: Saluus est puer tuus pater noster: adhuc viuit. Et dixit: Benedictus ▪ homo ille Deo. Et procumbentes adorauerunt eum. Respiciens autem oculis suis Ioseph vidit Beniamin fratrem suum vterinum, & dixit: Hic est frater vester iunior, quẽ dixistis ad me

adducere?

A adducere? Et dixit: Deus misereatur tui fili. Turbatus est autem Ioseph: conuoluebantur enim ζ intestina eius super fratrem suum: & quærebat flere. Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic. Et cum lauisset faciem; egressus continuit se, & dixit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, & eis per seipsos, & Ægyptijs, qui simul vescebantur cum eo, per seipsos. Non enim poterant Ægyptij comedere cum hebræis panes. Abominatio enim est Ægyptijs. η Sederunt autem coram eo, primogenitus secundum θ iura ætatis suæ, & iunior secundum iuuentutem suam. Obstupuerunt autem homines, vnusquisque ad fratrem suum. Sumpserunt autem partes ab eo ad ι seipsos. Magnificata est autem

B pars Beniamin præ partibus omnium, quintupliciter ad eas, quæ illorum. Et biberunt, & κ inebriati sunt cum eo.

α Et nuces.] *S. Hier.* siue, vt Aquila, & Symm. transtulerunt, amygdala. Idcirco hoc capitulum posuimus, vt sciamus, vbi in nostris codicibus habetur thymiama, in hebræo esse nechota, quod Aquila, storacem transtulit, &c. β Et hoc argentum.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est*, καὶ τόδε τὸ ἀργύριον, *videtur autem illud*, τόδε, *valere idem atque*, ecce. γ Propitius vobis.] *Sic interpungit etiam S. Ambr. & reliqui. S. August. in locut.* In his verbis, quibus dictum est, Propitius vobis, duo verba sunt, quæ subaudiuntur, &, sit, &, Deus. Plenum est enim, propitius sit vobis Deus: quod omnino in græco vsitatissimum est. *S. Chrys. homilia 64. videtur habuisse* Deus, *sicut etiam S. Ambr. cap. 9.* δ Probum acceptum habeo.] *Sic S. Ambr. cap. 9. quod græce est*, δεδοκίμακα ἀπέχω. S. *Augu. quæst.* 142. probatum habeo. ε Benedictus homo ille Deo.] *Hæc absunt à vulgata, & hebræo.* ζ Intestina.] τὰ ἔγκατα. *Alij codices habent* τὰ ἔντερα, *quod idem valet: alij* τὰ σπλάγχνα, viscera. η Ægyptijs.] *Ita libri veteres, & S. Chrysost. ibidem, & S. Aug. in locut. In nonnullis recentioribus sequitur*, πᾶς ποιμὴν προβάτων, omnis pastor ouium, *quæ videri possunt importata ex cap. 46.* θ Iura ætatis.] τὰ πρεσβεῖα. *S. Ambr. cap. 11.* contra eum primitiuus secundum ætatem. ι Ad seipsos.] πρὸς ἑαυτούς. *alij libri*, πρὸς αὐτοὺς ad eos. κ Inebriati.] *S. Hier.* Idioma linguæ hebraicæ est, vt ebrietatem pro satietate ponat. *Quod etiam notat S. Aug. q. 144.*

C

CAP. XLIIII.

ET mandauit Ioseph ei, qui erat super domum ipsius: Implete marsupia hominum escis, quantascumque possint tollere: & α iniicite vniuscuiusque argentum super os marsupij: & Condy meum argentum iniicite in

D marsupium iunioris, & precium frumenti eius. Factum est autem iuxta verbum Ioseph, sicut dixit. Mane illuxit: & homines dimissi sunt, ipsi, & asini eorum. Egressis autem ipsis ciuitatem, non aberant longe: & Ioseph dixit ei, qui super domum suam: Surgens insequere post homines; & comprehendes eos, & dices eis: Quid quod reddidistis mala pro bonis? vt quid furati estis Condy meum argenteum? Nonne hoc est, in quo bibit dominus meus? Ipse autem β augurio auguratur in eo: mala consummastis, quæ fecistis. Inueniens autem eos dixit eis secundum verba hæc. At illi dixerunt ei: Vt quid loquitur dominus secundum verba hæc? Absit a pueris tuis facere secundum verbum hoc. Si ar-

E gentum quidem, quod inuenimus in marsupijs nostris, reportauimus ad te de terra Chanaan, quomodo vtique furaremur de domo domini tui argentum, vel aurum? Apud quemcumque puerorum tuorum inueneris Condy; moriatur: & nos autem erimus pueri domino nostro. At ille dixit: Et nunc, sicut dicitis, ita erit. Apud quemcumque inuentum fuerit Condy; erit meus puer: vos autem eritis mundi. Et festinauerunt, & deposuerunt vnusquisque marsupium suum in terram, & aperuerunt vnusquisque marsupium suum. Scrutatus est autem a seniore incipiens, quoadusque venit ad iuniorem: & inuenit Condy in marsupio Beniamin. Et disciderunt vestimenta sua, & imposuerunt

F vnus-

vnuſquiſque marſupium ſuum ſuper aſinum ſuum, & redierunt in ciuitatem. A
Intrauit autem Iudas, & fratres eius ad Ioſeph; cum ipſe adhuc ibi eſſet: & pro-
ciderunt coram eo in terram. Dixit autem eis Ioſeph: Quid rem hanc feciſtis?
Neſciebatis, quia augurio γ augurabitur homo, qualis ego? Dixit autem Iu-
das: Quid contradicemus domino, vel quid loquemur, aut quid iuſtificabimur?
Deus autem inuenit iniuſtitiam puerorum tuorum: Ecce ſumus famuli do-
mino noſtro, & nos, & apud quem eſt inuentum Condy. Dixit autem Ioſeph:
Abſit a me facere verbum hoc. Homo apud quem eſt inuentum Condy; ip-
ſe erit meus puer: vos autem aſcendite cum ſalute ad patrem veſtrum. Ac-
cedens autem ad eum Iudas, dixit: oro domine: loquatur puer tuus verbum B
coram te, & non iraſcaris puero tuo: quia tu es poſt Pharaonem. Domine tu
interrogaſti pueros tuos, dicens; ſi habetis patrem aut fratrem: & diximus do-
mino: eſt nobis pater ſenior, & puer ſenectutis iunior ei: & frater eius mortuus
eſt: ipſe autem ſolus remanſit matri ſuæ: pater autem eum dilexit. Dixiſti au-
tem pueris tuis: deducite eum ad me, & curam geram illius. Et diximus do-
mino: Non poterit paruulus relinquere patrem ſuum: ſin autem reliquerit
patrem; morietur. Tu autem dixiſti pueris tuis: Niſi deſcenderit frater ve-
ſter iunior vobiſcum; non adijcietis videre faciem meam. Factum eſt autem
quando aſcendimus ad puerum tuum patrem noſtrum, annunciauimus ei ver- C
ba domini noſtri. Dixit autem pater noſter: Ite rurſus, & emite nobis puſil-
las eſcas. Nos autem diximus: Non poterimus deſcendere. Sed ſiquidem
frater noſter iunior deſcendit nobiſcum; deſcendemus. Non enim poteri-
mus videre faciem hominis; niſi frater noſter iunior nobiſcum ſit. Dixit au-
tem puer tuus pater noſter ad nos: Vos ſcitis, quia duos peperit mihi vxor, &
exiuit vnus a me: & dixiſtis quia a beſtia deuoratus fuit: & non vidi eum vſ-
que nunc. Si igitur tuleritis & hunc a facie mea, & acciderit ei languor in via;
& deducetis meam ſenectam cum triſtitia ad infernum. Nunc igitur, ſi ingre-
diar ad puerum tuum, patrem autem noſtrum, & paruulus non fuerit nobiſcum; D
anima autem eius δ dependet ex anima huius; & erit cum ipſe viderit paruu-
lum non eſſe nobiſcum, morietur: & deducent pueri tui, ſenectam pueri tui,
patris autem noſtri cum triſtitia ad infernum. Puer enim tuus a patre ſuſcepit
paruulum, dicens: niſi adduxero eum ad te, & ſtatuero eum coram te, ero ille
qui peccaui in patrem omnibus diebus. Nunc igitur manebo apud te puer pro
paruulo, famulus domini: puer autem aſcendat cum fratibus ſuis. Quomo-
do enim aſcendam ad patrem; cum paruulus non ſit nobiſcum? ε vt non videam
mala, quæ inuenient patrem meum.

E

α Et inijcite.] *S. Hier. in tradit.* Et pone argentum vniuſcuiuſque in ore ſacculi, & Condy meum argentum mitte in ſacculum iunioris. Pro ſacculo peronem, vel follem, in hæbreo habet. Pro condy, id eſt poculo, quod etiam in Eſaia legimus, Aquila Scyphum, Symmachus phialam tranſtulerunt. β Augurio auguratur.] *Shol. Samariticus,* καὶ αὐτὸς πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, & ipſe tentatione tentat in eo. γ Augurabitur.] *οἰωνιεῖται, Alij codices, & Theodoretus,* οἰωνίζεται, *&* S. *Aug. q.* 145. augurio auguratur. *Schol.* καὶ γὰρ ἔγνωτε, ὅτι πειρασμῷ πειράζεται ὅμοιος ἐμοί, etenim nouiſtis, quia tentatione tentat ſimilis mihi. δ Dependet.] *Aquila,* συνδεδεμένη, colligata. *Symm.* ἐνδέδεται, illigata eſt. ε Vt non videam.] *de hac locutione S. Aug. in locut.*

CAP.

CAP. XLV.

A
ET non potuit Ioseph se continere omnibus astantibus ei: sed dixit: Emitti-
te omnes a me: & nemo astitit ipsi Ioseph, quando notum se faciebat fra-
tribus suis. Et dimisit vocem cum fletu: audierunt autem omnes Aegy-
ptij: & auditum est in domo Pharaonis. Dixit autē Ioseph ad fratres suos: Ego
sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Et non potuerunt fratres respondere ei: tur
bati enim erant. Dixit autem Ioseph ad fratres suos: Accedite ad me. Et acces-
serunt. Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum.
B Nunc igitur nolite mœsti esse: neque durum vobis videatur, quod vendidistis
me huc. Ad * vitam enim misit me Deus ante vos: hunc enim secundum an-
num fames est super terram: & adhuc reliqui quinq. anni, in quibus non est ara
tio, neque messis. Misit enim me Deus ante vos remanere vobis reliquias su-
per terram, β & enutrire vestras reliquias magnas. Nunc igitur non vos misi-
stis me huc, sed Deus: & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vni-
uersæ domus eius, & principem omnis terræ Aegypti. Festinantes igitur ascen-
dite ad patrem meum, & dicite ei: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me Deus
dominum vniuersæ terræ Ægypti. Descende ergo ad me, & ne steteris: & habita
C bis in terra Gesem γ Arabiæ, & eris prope me tu & filij tui, & filij filiorum tuo-
rum, oues tuæ, & boues tui, & quæcumque tibi sunt: & enutriam te illic. Ad-
huc enim quinque annis fames: vt non delearis tu, & filij tui, & omnis sub-
stantia tua. Ecce oculi vestri aspiciunt, & oculi Beniamin fratris mei; quia
os meum est, quod loquitur ad vos. Annunciate igitur patri meo omnem glo-
riam meam in Aegypto, & quæcunque videtis: & properantes deducite pa-
trem meum huc. Et procidens super collum Beniamin fratris sui, fleuit su per
eo. Et Beniamin fleuit super collo illius. Et osculatus omnes fratres suos, fle-
uit super eis. Et post hæc locuti sunt fratres eius ad eum. Et diuulgata est vox
D in domo Pharaonis, dicentes: venerunt fratres Ioseph. Gauisus est autem Pha-
rao, & familia eius. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc fa-
cite: onerate δ vehicula vestra, & abite in terram Chanaan, & assumentes pa-
trem vestrum, & substantiam vestram venite ad me: & dabo vobis de omni-
bus bonis Aegypti: & comedetis medullam terræ. Tu autem præcipe hæc,
sumere ipsis de terra Aegypti plaustra paruulis vestris, & vxoribus vestris: &
assumentes patrem vestrum, aduenite: & non parcatis oculis de ε vasis vestris:
omnia enim bona Aegypti vobis erunt. Fecerunt autem sic filij Israel. De-
dit autem Ioseph eis plaustra secundum ea, quæ dicta fuerant a Pharaone re-
E ge. Et dedit illis cibaria in viam: & omnibus dedit binas stolas: ipsi autem
Beniamin dedit trecentos aureos, & quinque ζ eximias stolas. Et patri suo mi-
sit iuxta * eadem & decem asinos ferentes de omnibus bonis Aegypti, & de-
cem mulas ferentes panes patri suo in viam. Dimisit autem fratres suos: &
ierunt: & dixit eis: ne irascamini in via. Et ascenderunt de Aegypto, & vene-
runt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, & nunciauerunt ei, dicentes:
quia filius tuus Ioseph viuit, & ipse est princeps vniuersæ terræ Aegypti. Et ob-
stupuit mente Iacob: non enim credidit eis. Locuti sunt autem ei omnia, quæ
dicta fuerant a Ioseph, quæcumque dixit eis. Videns autem plaustra, quæ mi-

ſerat Ioſeph, vt aſſumerent eum; reuixit ſpiritus Iacob patris eorum. Dixit autem Iſrael: Magnum mihi eſt, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: profectus videbo eum, priuſquam moriar. A

α Ad vitam.] *S. Ambroſius cap.* 12. ad vitam veſtram. *Aquila,* ζώωσιν, viuificationem. *Symm.* σωτηρίαν, ſalutem. β Et enutrire.] *Ita vertimus, vt quam minimum à S. Aug. diſcederemus, qui quæſt.* 148, *hæc ita refert.* Miſit me Deus ante vos remanere veſtrum reliquias ſuper terram, & enutrire veſtrum reliquias. *Complutenſis pro,* ἐκθρέψαι ὑμῶν, *habet,* ἐκτρέψαι ὑμῶν. *Valde autem ſuſpicamur huius ſecundæ partis hanc eſſe ſententiam,* ad danda vobis alimenta in euaſionem magnam, & incolumitatem a ſummo famis periculo. *Nam ita videtur habere hebræus.* γ Arabiæ.] *S. Hie.* Hic Arabiæ additum eſt. In hebræis enim voluminibus non habetur. Vnde & error increbruit quod terra Geſem in Arabia ſit. δ Vehicula.] φορεῖα. *Ita libri veteres, & S. Hier.* Pro vehiculis, quæ lxx. & Theodotio τὰ φορεῖα interpretati ſunt, iumenta reliqui tranſtulerunt. *In alijs libris eſt,* πορεῖα, quæ ad iter faciendum ſunt neceſſaria. *In alijs,* φορτία. ſarcinas. *S. Amb. c.* 13. *ita hanc rem narrat,* & mandat impleri eorum ſarcinas tritico, & vehicula dari. ε Vaſis.] τῶν σκευῶν. *In aliquot libris eſt,* ἐπισκευῶν, ſupellectilibus. ζ Eximias] ἐξαλλασσούσας. *Alij vertunt,* mutatorias, *quarto Reg. cap.* 5. *eſt,* ἀλλασσομένας. *Schol.* Syrus, quinque paria ſtolarum, & ducentos aureos. η Eadem.] κατὰ τὰ αὐτά. *Alij libri,* κατὰ ταῦτα, iuxta hæc. B

CAP. XLVI.

PRomouens α autem Iſrael ipſe, & omnia quæ eius, venit ad puteum iuramenti: immolauitque hoſtiam Deo patris ſui Iſaac. Dixit autem Deus ad Iſrael in viſione noctis, dicẽs: Iacob, Iacob. At ille dixit: Quid eſt? Ille vero dixit ei: Ego ſum Deus patrum tuorum: Noli timere deſcendere in Ægyptum. In gentem enim magnam faciam te ibi: & ego deſcendam tecum in Aegyptũ: & ego β aſcendere te faciam in finem. Et Ioſeph imponet manus ſuas ſuper oculos tuos. Surrexit autem Iacob a puteo iuramenti: & aſſumpſerunt filij Iſrael patrem ſuum, & apparatum, & vxores ſuas ſuper plauſtra, quæ miſerat Ioſeph ad tollendum eum. Et aſſumentes ſubſtantiam ſuam, & omnem poſſeſsionem, quam poſſederant in terra Chanaan, ingreſſi ſunt in Aegyptum, Iacob, & omne ſemen eius cũ eo, filij, & filij filiorum eius cum eo, filiæ, & filiæ filiarũ eius: & omne ſemen ſuum duxit in Aegyptum. Hæc autem nomina filiorum Iſrael, qui intrauerunt in Aegyptum ſimul cum Iacob patre ſuo. Iacob, & filij eius: Primogenitus Iacob, Ruben: filij autem Ruben, Enoch, & Phallos, Aſron, & Charmi. Filij autem Symeon, Iemuel, & Iamin, & Aod, & Achin, & Saar, & Saul, filius Chananitidis. Filij autem Leui, Gerſon, Cath, & Merari. Filij autem Iuda, Er, & Aynan, & Selom, & Phares, & Zara. Mortuus eſt autem Er & Aynan in terra Chanaan. Nati ſunt autem filij Phares, Eſron, & Iemuel. Filij autem Iſſachar, Thola, & Phua, & Aſum, & Sambran. Filij autem Zabulon, Sered, & Allon, & Achoel. Hi ſunt filij Liæ, quos peperit ipſi Iacob in Meſopotamia Syriæ, & Dinam filiam eius. Omnes animæ, filij, & filiæ, triginta tres. Filij autem Gad, Saphon, & Angis, & Sannis, & Thaſobã, & Aedis, & Aroedis, & Araelis. Filij autem Aſer, Iemna, Ieſſua, & Ieul, & Baria, & Sara ſoror eorum. Filij autem Baria Chobor, & Melchijl. Hi ſunt filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ, quæ peperit iſtos ipſi Iacob, ſexdecim animas. Filij autem Rachel vxoris Iacob, Ioſeph, & Beniamin. Nati ſunt autem filij Ioſeph, in terra Aegypti, quos peperit ei Aſeneth, filia Petephræ ſacerdotis Helіopoleos, Manaſſe, & Ephraim. γ Facti ſunt autem filij Manaſſe, quos peperit ei concubina Syra, Machir.

C D E

A Machir autem genuit Galaad. Filij autem Ephræm fratris Manasse, Sutalaam,
& Taam. Filij autem Sutalaam, Edom. Filij autem Beniamin, Bala, & Bochor
& Asbel. Facti sunt autem filij Bala, Gera, & Noeman, & Anchis, & Rhos, &
Mamphim. Gera autem genuit Arad. Hi sunt filij Rachel, quos peperit ipsi Ia-
cob, omnes animæ decem octo. Filij autem Dan, Asom. Et filij Nephtali, Asiel,
& Goni, & Issaar, & Sollem. Hi sunt filij Ballæ, quam dedit Laban Rachel filiæ
suæ, quæ peperit istos ipsi Iacob, omnes animæ septem. Omnes autem animæ,
quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, qui exierunt de femoribus eius ab-
sque mulieribus filiorum Iacob, omnes animæ sexaginta sex. Filij autem Ioseph
B qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouẽ. Omnes animæ domus Iacob, quæ in-
gressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, animæ δ septuagintaquinque. Iudam au-
tem misit ante se ad Ioseph, ε vt occurreret ei ad vrbem Heroum in terram Ra-
messe. Iungens autem Ioseph currus suos, ascendit in occursum Israel patri suo
ad Heroũ ciuitatem: & conspectus ei, procidit super collum eius, & fleuit fletu
ζ vberi. Et dixit Israel ad Ioseph: η Moriar ex nunc, quia vidi faciem tuam: ad-
huc enim tu viuis. Dixit autem Ioseph ad fratres suos: Ascendens annunciabo
Pharaoni, & dicam ei: fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Cha-
naan, venerunt ad me. Viri autem sunt pastores: viri enim pecorum nutritores
C erant: & pecora, & boues, & omnia sua adduxerunt. Itaque si vocauerit vos Pha-
rao, & dixerit vobis, quodnam opus vestrum est: dicetis; viri pecorum nutrito-
res sumus pueri tui, a puero vsque nunc, & nos, & patres nostri: vt habitetis in
terra Gesem Arabiæ. abominatio enim est Aegyptijs omnis pastor ouium.

α Promouens.] Ἀπάρας *Sic in libris sequentibus videbimus a Patribus transferri dictionem istam: & significare solet, quasi mouere castra S. Ambr. c. 14 habet,* & eleuans te, *vt videatur legisse,* ἐπάρας. β Ascẽdere te faciam.] ἀναβιβάσω σε. *S. Aug. in locut.* Sic habent græci, quod latini habent, & ego educam te in finem. *S. Ambr. ibidem,* & ego deducam te in perpetuum. γ Facti sunt autem] *S. Hier. in tradit.* Sed & illud, quod supra legimus. [Facti sunt autem filij Manasse, quos genuit ei concubina Syra, Machir: & Machir genuit Galaad. Filij autem Ephraim fratris Manasse, Suthalaam, & Thaam. filij vero Suthalaam Edom,]
D additum est. *Habeatur tamen in omnibus collatis libris. & referuntur etiam a Philone in libro de congressu quærendæ eruditionis gratia.* δ Septuaginta quinque.] *De hoc numero disputat in tradit. S. Hie. & S. Aug. quæst. 152. & 16 de ciuit. cap. 40.* ε Vt occurreret] *S. Aug. in locut.* vt venirent sibi obuiam iuxta heroum ciuitatem.] Nescio vtrum heroum nomen facile in scripturis reperiatur. *S. Hier. ibid.* In hebræo nec vrbem habet heroum, nec terram Ramesse, sed tantummodo Gosen. Nonnulli Iudæorum asserunt, Gosen nunc Thebaidem vocari. ζ Vberi.] πίονι *In alijs libris est,* πλείονι, plurimo. *Psalmo quidem 77 vbi recentiores codices habent ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν, in vetustioribus est, ἐν τοῖς πίοσιν, & in vulgata,* occidit pingues. η Moriar.] ἀποθανοῦμαι. *Aquila,* ἀποθάνοιμι, mortem obeam.

CAP. XLVII.

E VEniens autem Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres
mei, & pecora, & boues eorum, & omnia quæ eorum, venerunt de terra
Chanaã: & ecce sunt in terra Gesem. De fratribus autẽ suis assumpsit quin
que viros, & statuit eos corã Pharaone. Et dixit Pharao fratribus Ioseph: Quod
nam est opus vestrum? At illi dixerũt Pharaoni: Pastores ouium pueri tui, & nos
& patres nostri. Dixerunt autem Pharaoni: incolere in terra venimus: non enim
est pastus pecoribus puerorum tuorum. Inualuit enim fames in terra Chanaan.
Nunc igitur habitabimus α in terra Gesem. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Ha
bitent in terra Gesem. Sin autẽ nosti, quia sunt inter eos viri potentes; constitue

eos principes pecorum meorum. Venerunt autem in Ægyptum ad Ioseph, Iacob, & filij eius. Et audiuit Pharao rex Ægypti. Et dixit Pharao ad Ioseph, dicens: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Ecce terra Ægypti ante te est: in terra optima colloca patrem tuum, & fratres tuos. Introduxit autem Ioseph Iacob patrem suum, & statuit eum coram Pharaone. Et benedixit Iacob Pharaonem. Dixit autem Pharao ipsi Iacob: Quot anni dierum vitæ tuæ? Et dixit Iacob Pharaoni: Dies annorum vitæ meæ, [a] quos incolo, centum triginta anni: pusilli, & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ: non peruenerunt ad dies annorum vitæ patrum meorum, quos dies incoluerunt. Et benedicēs Iacob Pharaonem, exiuit ab eo. Et habitare fecit Ioseph patrem suum, & fratres suos: & dedit eis possessionem in terra Ægypto, in terra optima, in terra Ramesse; sicut præcepit Pharao. Et triticum metiebatur Ioseph patri suo, & fratribus, & omni domui patris sui, triticum secundum corpus. Triticum autem non erat in omni terra. Inualuerat enim fames valde. Defecit autem terra Ægypti, & terra Chanaā a fame. Congregauit autem Ioseph omne argentum, quod est inuentum in terra Ægypti, & in terra Chanaan ex tritico, quod emebant, & metiebatur eis. Et intulit Ioseph omne argentum in domum Pharaonis. Et defecit omne argentum de terra Ægypti, & de terra Chanaan. Venerunt autem omnes Ægyptij ad Ioseph, dicentes: Da nobis panes: & vt quid morimur coram te? Defecit enim argentum nostrum. Dixit autem eis Ioseph: Afferte pecora vestra: & dabo vobis panes pro pecoribus vestris, si defecit argentum vestrum. Adduxerunt autem pecora sua ad Ioseph: & dedit eis Ioseph panes pro equis, & pro ouibus, & pro bobus, & pro asinis. Et enutriuit eos in panibus pro omnibus pecoribus eorum in anno illo. Exijt autem annus ille: & venerunt ad eum in anno secundo: & dixerunt ei: Numquid forte deleamur a domino nostro? Siquidem defecit argentum nostrum, & substantia, & pecora ad te dominum: & non remansit nobis coram domino nostro, nisi proprium corpus, & terra nostra. Vt igitur non moriamur coram te, & terra desoletur; acquire nos, & terram nostram pro panibus; & erimus nos, & terra nostra pueri Pharaoni. Da semen, vt seminemus, & viuamus, & non moriamur: & terra non desolabitur. Et acquisiuit Ioseph omnem terram Ægyptiorum Pharaoni. Vendiderunt enim Ægyptij terram suam Pharaoni: superauit enim eos fames: & facta est terra Pharaoni. Et populum subiecit ei in pueros, ab extremis finibus Ægypti vsq. ad extremos, præter terram sacerdotum tantum: non possedit [γ] istam Ioseph. In [δ] datione enim dedit donum sacerdotibus Pharao: & comedebant dationem, quam dedit eis Pharao. Propter hoc non vendiderunt terram suam. Dixit autem Ioseph omnibus Ægyptijs. Ecce acquisiui vos, & terram vestram hodie Pharaoni: sumite vobis semen, & seminate terram: & erunt genimina eius, & dabitis quintam partem Pharaoni, quatuor autem partes erunt vobis ipsis in semen terræ, & in escam vobis, & omnibus, qui in domibus vestris. Et dixerunt: Saluasti nos: inuenimus gratiam coram domino nostro, & erimus pueri Pharaoni. Et posuit illis Ioseph in præceptum vsque in hodiernum diem in terra Ægypti, vt præstent quintas Pharaoni, præter terram sacerdotum tantum: [ε] non erat Pharaoni. Habitauit autem Israel in terra Aegypto super terram Gesem: & [ζ] habuerunt hæreditates in ea: & creuerunt, & multiplicati sunt valde. Superuixit autem Iacob in terra

Aegypto

A Aegypto decem & ſeptem annos. Et fuerunt dies Iacob annorum vitæ eius centum quadraginta ſeptem anni. Appropinquauerunt autem dies Iſrael, vt moreretur: & vocauit filium ſuum Ioſeph: & dixit ei: Si inueni gratiam coram te; ſuppone manum tuam ſub femore meo: & facies in me miſericordiam, & veritatem: vt non ſepelias me in Aegypto: ſed dormiam cum patribus meis: & tolles me de Aegypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum. Ille vero dixit: Ego faciam iuxta verbum tuum. Dixit autem: Iura mihi. Et iurauit ei. Et adorauit Iſrael [a] ſuper ſummitatem virgæ eius.

B [a] Habitabimus.] *Hic in vulgatis codicibus additur*, οἱ παῖδές σου, pueri tui, *& ordo verborum, quæ a Pharaone dicta sunt ipsi Ioseph, alius est ab eo, qui in hac editione, & magis respondet hebræo. Sed nostra videtur conuenire cum S. Chryſ. hom. 65. & cum S. Aug. quæst.* 155. *Qui de his ipsis verbis disputans, quæ soli Ioseph Pharao dixit, ita inquit*, Quorum omnium in codicibus græcis, qui a diligentioribus conſcripti ſunt, quædam obeliſcos habent, & ſignificant ea, quæ in hebræo non inueniuntur, & in lxx. inueniuntur: quædam aſteriſcos: quibus ea ſignificantur, quæ habent hebræi, nec habent lxx. [β] Quos incolo.] *Ita S. Aug. q. 156. quo verbo vult significari peregrinantis habitationem. Aquila*, ἡμέραι ἐτῶν τῆς παροικήσεώς μου, dies annorum incolatus mei. [γ] Iſtam.] ταύτην. *abest dictio ista ab aliquot codicibus, & S. Aug. in locut.* Præter terram ſacerdotum tantum non poſſedit Ioſeph: quaſi dixiſſet, præter terram ſacerdotum tantum, omnem terram poſſedit Ioſeph. [δ] In datione.] *Aquila*, ἀκριβασμὸς γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν. *Symm.* σύνταξις γὰρ ἦν τοῖς ἱερεῦσιν. conſtitutum enim erat ſacerdotibus. *Consueſſe autem Aquilam*, ἀκριβασμὸν *vocare constitutionem, & ordinationem constabit ex aliis locis. Schol.* Etenim portio erat ſacerdotibus ex conceſſione Pharaonis.
C [ε] Non erat.] *In Compl. est*, ὃ οὐκ ἦν, quæ non fuit. [ζ] Et habuerunt.] ἐκληρονόμησαν. *aut, vt in aliis libris*, ἐκληρονομήθησαν. *Aquila*, ἐπαχύνθησαν, καὶ ηὐξήθησαν, poſſederunt, & creuerunt. [η] Super ſummitatem.] ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. *S. Hier. in tradit.* contra ſummitatem virgæ eius. *S. Aug. q.* 162. Quod habent latini codices, & adorauit ſuper caput virgæ eius, nonnulli codices emendatius habent, adorauit ſuper caput virgæ ſuæ, vel, in capite virgæ ſuæ, ſiue, in cacumine, vel, ſuper cacumen: *& cetera, quæ diligenter legenda sunt. Theodoretus quidem q. 108. videtur interpretari pro*, ſuæ. *Sed Chryſost. in epist. ad hebraos 26.* eius. *Aquila*, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς κλίνης. ad caput lecti. *Quam interpretationem probat S. Hier. & agnoscit etiam S. Aug.* Symmachus *autem eadem sententia*, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης, ad faſtigium lecti. *S. Paulus secutus lxx. in epistola ad hebraos. cap. 11.* ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *quamuis in latina vulgata tantum sit*, faſtigium virgæ eius.

CAP. XLVIII.

D FActum eſt autem poſt verba hæc: & nunciatum eſt Ioſeph, quia pater tuus [a] turbatur. Et aſſumens duos filios ſuos, Manaſſe, & Ephraim, venit ad Iacob. Nunciatum eſt autem Iacob, dicentes: ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Et confortatus Iſrael ſedit ſuper lectum. Et dixit Iacob ad Ioſeph: Deus meus apparuit mihi in Luza in terra Chanaan, & benedixit me, & dixit mihi: Ecce ego augebo te, & multiplicabo te, & faciam te in cōgregationes gentium: & dabo tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem æternam. Nunc igitur duo filij tui, qui facti ſunt tibi in terra Ægypto, priuſquam venirem ad te
E in Aegyptum, mihi ſunt, Ephræm, & Manaſſe: tamquam Ruben, & Symeon erunt mihi: nati autem, quoſcumque genueris poſtea, [β] erunt in nomine fratrum ſuorum: vocabuntur in ſortibus illorum. Ego autem, quando veni de Meſopotamia Syriæ; mortua eſt Rachel mater tua in terra Chanaā, appropinquante me ad [γ] hyppodromum Chabratha terræ, ad veniēdum in Ephratha: & defodi eam in via hyppodromi: hæc eſt Bethleem. Videns autem Iſrael filios Ioſeph, dixit: [δ] Qui tibi hi? Dixit autem Ioſeph patri ſuo: Filij mei ſunt, quos dedit mihi Deus hic. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, vt benedicam eos. Oculi autem Iſrael, grauati erant præ ſenectute: & non poterat aſpicere. Et appropinquauit

quauit eos ad eum. Et osculatus est eos, & complexus est eos. Et dixit Israel ad A
Ioseph: Ecce facie tua non sum priuatus: & ecce ostendit mihi Deus etiam se-
men tuum. Et eduxit eos Ioseph a genibus eius: & adorauerunt in faciem super
terram. Sumens autem Ioseph duos filios suos, Ephræm quidem in dextera, a
sinistris autem Israel, Manassen autem a sinistris, a dextris autem Israel, appro-
pinquauit eos ei. Extendens autem Israel manum dexteram, imposuit super ca-
put Ephræm (hic autem erat iunior) & sinistram super caput Manasse, commu
tans manus: & benedixit eos, & dixit: Deus cui placuerunt patres mei in conspe
ctu eius, Abraham, & Isaac, Deus qui nutrit me a iuuentute vsque in diem hanc,
Angelus qui ε eruit me ex omnibus malis, benedicat paruulos hos. Et inuocabi B
tur in eis nomen meum, & nomen patrum meorum Abraham & Isaac: & multi-
plicentur in multitudinem multam super terram. Videns autem Ioseph, quia
imposuit pater suus manum dexteram suam super caput Ephræm; ζ graue ei vi
sum est: & apprehendit Ioseph manũ patris sui, auferẽdo eam a capite Ephræm
super caput Manasse. Dixit autem Ioseph patri suo: Non ita pater: hic enim est
primitiuus: impone dexteram tuam super caput eius. Et noluit, sed dixit: Scio fi
li, scio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur. Sed frater eius iunior maior
ipso erit. Et semen eius erit in η multitudinem gentium. Et benedixit eos in die
illa, dicens: in vobis benedicetur Israel, dicentes: faciat te Deus sicut Ephræm, C
& sicut Manasse. Et posuit Ephræm ante Manasse. Dixit autẽ Israel ad Ioseph:
Ecce ego morior: & erit Deus vobiscum: & reducet vos in terram patrum ve-
strorum. Ego autem do tibi θ Sicimam præcipuam super fratres tuos, quam ce
pi de manu Amorrhæorum in gladio meo, & arcu.

α Turbatur] S. *Aug. in locut. probat hanc interpretationem verbi* ἐταράχθη, *licet alij verterint*, vexatur, *alij*, æstuatur. S. *Hier. in tradit.* ægrotat. β Erunt in nomine.] *In aliquot codicibus, & apud S. Chrys. hom. 66. legitur*, οἱ ἐκγενήσονται ... *&c.* S. *Hier.* Quos autem genueris post hæc, tui erunt: in nomine fratrum suorum vocabuntur. S. *Aug. q.* 164. Natos autem si genueris postea, tibi erunt: in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus eorum. γ Hippodromum Chabathra.] *de hoc loco dictum est supra in cap.* 35. δ Qui tibi hi.] *In Compl. & apud S. Chrys.* τίνες οὗτοι, qui sunt hi? ε Qui eruit me.] *Schol.* ὁ ἀγχιστεύς redemptor, vltor. ζ Graue ei.] *Symm.* ἀηδὲς αὐτῷ, iniucundum ei. *Aquila*, ἐκακώθη, afflictus est. η In multitudinem.] S. *Amb. in lib. de benedict. Patriarch. c.* 1. multitudo gentium. θ Sicimam.] S. *Hier.* Sicima iuxta græcam, & latinam consuetudinem declinata est: alioquin hebraice Sichem dicitur: vt Ioannes quoque Euangelista testatur: Licet vitiose, vt Sichar legatur, error inoleuerit: & est nunc Neapolis vrbs Samaritanorum. Quia igitur Sichem lingua hebræa transfertur in humerum, pulchre allusit ad nomen, dicens: & ego dabo tibi humerum vnum. Pro præcipuo enim (id est, ἐξαίρετον) vnum scribitur in hebræo. D

CAP. XLIX.

VOcauit autem Iacob filios suos, & dixit eis: Congregamini, vt annun- E
ciem vobis; quid occurret vobis in extremis diebus: congregamini, &
audite me filij Iacob: audite Israel: audite patrem vestrum. Ruben pri-
mogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad
ferendum, & α durus peruicax: fecisti contumeliam, sicut aqua, non efferuescas:
Ascendisti enim super cubile patris tui: tunc violasti stratum quo ascendisti. Sy
meon, & Leui fratres, consummauerunt iniquitatem β propositi sui: in consilium
eorũ non veniat anima mea: & in congregatione eorũ non γ contendat viscera
mea: quia in furore suo interfecerunt homines: & in cupiditate sua δ subneruaue-
runt

A uerunt taurum. Maledictus furor eorum; quia peruicax: & ira eorum: quia indu
rata est. Diuidam eos in Iacob; & dispergã eos in Israel. Iuda, te [b] laudẽt fratres
tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui.
Catulus leonis Iuda: ex germine fili mi ascendisti: recumbens dormisti, vt leo,
& quasi catulus leonis. Quis suscitabit eum? Non deficiet [ζ] princeps ex Iuda, &
dux de femoribus tuis; donec veniant, [η] quæ reposita sunt ei. Et ipse est expe-
ctatio gentium: alligans ad vitem pullum suum, & [θ] ad helicem pullum asinæ
suæ: lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum. Gratifici
oculi eius [ι] super vinum, & candidi dentes eius, quam lac. Zabulon iuxta mare
B habitabit, & ipse secus accessum nauium: & pertendet vsq. ad Sidonem. Issacar
bonum desiderauit: requiescens inter medios cleros: & vidẽs requiem, quia bo
na est, & terram, quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & fa-
ctus est vir [λ] agricola. Dan iudicabit populum suum, tamquam & vna tribus
in Israel. Et fiat [μ] Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum
equi: & cadet eques retrorsum salutem expectans Domini. Gad, [ν] tentatio ten-
tabit eum: & ipse tentabit eum secus pedes. Aser, pinguis eius panis: & ipse da-
bit [ξ] delicias principibus. Nephtali [ο] virgultum resolutum, dans in germine
pulchritudinem. Filius auctus Ioseph, filius auctus meus zelatus, filius meus
C adolescentior ad me reuertere, in quem consilia conferentes, [π] maledicebant,
& intendebant in eum domini sagittationum: & contriti sunt cum potentia ar-
cus eorum: & dissoluti sunt nerui brachiorum manus eorum per manum poten
tis Iacob. Inde qui [ρ] confortauit Israel a Deo patris tui: & adiuuit te Deus meus
& benedixit te benedictione cæli desuper, & benedictione terræ habentis om-
nia, propter benedictionem vberũ, & vuluæ, [σ] benedictionem patris tui, & ma-
tris tuæ: præualuit super benedictiones montium stabilium, & in benedictioni-
bus collium æternorum: erunt super caput Ioseph, & super caput fratrum, quo-
rum dux fuit. Beniamin lupus rapax: mane comedet [τ] adhuc, & ad vesperam dat
D [υ] escam. Omnes hi filij Iacob duodecim. Et locutus est eis pater eorum: & bene-
dixit eos: vnumquemq. secundum benedictionem eius benedixit eos. Et dixit
eis: Ego apponor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in spelun
ca, quæ est in agro Ephron Chettæi, in spelunca duplici, quæ est cõtra Mambre
in terra Chanaan: quam acquisiuit Abraham speluncam ab Ephron Chettæo in
possessionem monumenti. Ibi sepelierunt Abraham, & Sarram vxorem eius: ibi
sepelierunt Isaac, & Rebeccam vxorem eius: ibi sepelierunt Liam, in acquisitio
ne agri, & speluncæ quæ est in eo, a filijs Chet. Et cessauit Iacob præcipiens fi-
lijs suis: & sustollens pedes suos super lectum, defecit, & appositus est ad po-
E pulum suum.

[α] Durus ad ferendum.] *S. Hier. hunc locum ex lxx. ita refert.* Durus ad ferendum, & durus procacitate intumuisti, sicut aqua, nõ ebullias. Ascendisti enim super lectulum patris tui, & tunc violasti stratum meũ, cum ascendisti. *S. Ambr. in lib. de benedict. cap* 2. durus portari, durus, & temerarius affecisti me contumelia: sicut aqua non efferueas. *Diodorus.* Syrus habet, ῥουβὶμ πρωτότοκός μου, ἡ δύναμίς μου, καὶ ἀρχὴ τῆς ἰσχύος μου. ἐπλανήθης, ὡς ὕδωρ, μὴ ἐπιμείνῃς, ἀντὶ τοῦ μὴ ζήσῃς. Ruben primogenitus meus, virtus mea, & principium fortitudinis meæ: vagatus es, sicut aqua: ne permaneas, pro, ne viuas. *Aquila,* σὺ ἰσχύς μου, καὶ κεφάλαιον λύπης μου, περισσὸν ἐπάρσεως καὶ περισσὸν κράτους· ἐθαμβώθης ὡς ὕδωρ, μὴ περισσεύσῃς. Tu fortitudo mea, & caput doloris mei abundans elatione, & abundans potentia: turbasti, vt aqua: ne excellas. *Symm.* ῥουβὶμ πρωτότοκός μου καὶ ἀρχὴ ὀδύνης μου, περισσὰ λαβεῖν, καὶ ἐν περισσῷ ἐξέζεσας ὡς ὕδωρ, οὐκ ἔσῃ περισσότερος. Ruben primogenitus meus, & principium doloris, ad capiendum excellentia: & præter modum efferbuisti vt aqua: non eris excellentior. *S. Hier. ex hebræo,*

breo, licet non eodem modo sit in vulgata, fortitudo mea, & capitulum in liberis meis: maior ad portandum, A
& maior robore: effusus es, sicut aqua: ne adijcias. Ascendisti enim cubile patris tui, & contaminasti stra-
tum in ascensu. Theodoretus quæstione vltima interpretatur illud, ὥσπερ ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς, pro, μὴ θερμανθεὶς εἰς
πολυγονίαν, non calefias ad multos procreandos. β Propositi tui.] ἐξαιρέσεως αὐτῶν. Interp. Orig. volunta-
tis suæ. S. Hier. adinuentionis suæ. S. Chrysost. homil. 67. videtur habuisse, ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν, ex electione
sua. γ Non contendat.] Ita S. Amb. cap. 3. quod græce est, μὴ ἐρίσαι τὰ ἧπατά μου. Et S. Hier. ex lxx. non
æmuletur iecur meum. In alijs libris græcis, & apud S. Chrysost. est, μὴ ἐρείσαι. & Tertullianus aduersus Iu-
dæos, non incubuerint viscera mea. Interp. Origen. non innitantur viscera mea. δ Subneruauerunt.]
Schol. ἐξεῤῥίζωσαν τεῖχος, & S. Hier. ex hebræo, suffoderunt murum. ε Laudent.] αἰνέσαισαν. Ita Theodore-
tus in codice manuscr. Interp. Origen. collaudant, & paulo post, adorent. In alijs codicibus græcis, & apud
Chrysost. est, αἰνέσουσι. Et S. Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos S. Hier. in tradit. S. Ambr. cap. 4. S. Augu.
16. de ciuit. cap. 41. laudabunt. ζ Princeps.] Schol. Aquila, σκῆπτρον, sceptrum: sceptrum autem nomi-
natur ipsa tribus. η Quæ reposita.] Ita S. Aug. lib. xij. contra Faustum cap. 42. & lib. 16 de ciuit. cap.
41. & S. Cyprianus loco indicato, quoadusque veniant deposita illi, quod græce est, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα B
αὐτῷ. quam lectionem habent. S. Chrys. Cyrillus in Glaphyris, Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cæsa-
riensis. In alijs codicibus est, ᾧ ἀπόκειται, quam lectionem sequuntur S. Ignatius, S. Irenæus, Tertullianus de
Trinitate. S. Ambrosius. S. Leo Papa: & S. Hier. explicans prophetiam de Dan, ita inquit, vt veniat, cui re-
positum est, & ipse erit expectatio gentium. Iustinus martyr, & interpres Origenis vtramque lectionem agno-
scunt. In codicibus Theodoreti manuscriptis in eadem vltima quæstione bis est, ὃ, al. ὁ ἀπόκειται, qui reserua-
tur, aut, quod reseruatur. θ Ad helicem.] Ita S. Cyprianus loco indicato, græce est, τῇ ἕλικι. & apud S.
Ambrosium, & S. Aug. cilicio, vel, cilicium. Interp. Orig. ad palmitem. S. Hier. funiculo. ι Gratifici.]
Sic voluit Intep. Orig. vertere dictionem græcam, χαροποιοὶ, quam lectionem habent vetusti codices, & Cyrillus
in Glaphyris, & Diodorus Tarsensis, & Theodoretus; qui hinc putant significari lætitiam orbi terrarum ex
salutari illa passione prouenturam: quare verti posset lætifici. In alijs libris est, χαροποί. & Schol. θερμοὶ, διάπυ-
ροι, φοβεροὶ, ardentes, ignei, terribiles. In latinis libris varie legitur. Irenæus, lætificabuntur oculi eius. S.
Ambr. hilares. S. Cyprianus, formosi, aut, vt est in manuscriptis codicibus, formidolosi. S. Hier. in c. 55.
Esa. gratiosi. S. Aug. contra Faustum, fulgentes, 16. de ciuit. fului. κ Super vinum.] In multis libris græ- C
cis est, ὑπὲρ οἶνον. & apud latinos ferè, a vino. S. Ambr. absolute, hilares oculi eius vino. λ Vir agricola.]
Schol. ἄνθρωπος εἰς φόρον δουλεύων, homo in tributum seruiens. quemadmodum etiam vertit S. Hier. ex hebræo.
Aquila, & Symm. καὶ ἔστι γεωργὸς ὑποτελῶν, & est agricola ad subministrandum. μ Fiat Dan.] In aliquo co-
dice est, ἐγενήθη τῷ Δάν, factus est ipsi Dan. S. Ambr. cap. 7. & factus est Dan ipse serpens. ν Tentatio.]
Sic S. Amb. cap. 8. quod græce est, πειρατήριον. & potest etiam significare globum, atque incursionem Pirata-
rum, vt in Iob notabitur. Aquila, εὔζωνος, accinctus, siue, expeditus: vtroque enim modo interpretatur S.
Hier. & bene putat ista dictione hebræam reddi. Symm. λόχος, agmen insidiatorum. ξ Delicias.] Sic etiã
est in vulgata latina, quod græce τρυφήν. In alijs libris, & apud S. Chrys. est τροφήν, & S. Ambr. cap. 9. dabit
escam. ο Virgultum resolutum.] Sic interpretatur. S. Hier. στέλεχος ἀνειμένον. S. Ambr. cap. 10. habet, vi-
tis remissa, porrigens in germine decorem. π Maledicebant.] S. Ambr. cap. 11. maledicebant, & in-
tendebant in eum domini arcum, nisi legendum sit, arcuum. Schol. Samariticum, καὶ ἐμίσουν αὐτὸν κάτοχοι με-
ρίδων· καὶ διέμεινεν ἐν βάθει τὸ τόξον αὐτοῦ, & oderunt eum tenaces factionum: & mansit in profundo arcus eius. D
ρ Qui confortauit.] ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ, παρὰ θεοῦ τοῦ πατρός σου. S. Aug. in locut. Inde, qui confortauit
Israel, mirum, si non subauditur, est, vt plenum sit, inde est, qui confortauit Israel. S. Ambr. cap. 11. Il-
le, qui præualuit à Deo Israel patri tuo, & adiuuit te Deus meus. Quis est, qui confortauit Israel, & adiu-
uit filium; nisi solus Deus pater, &c. Secundo autem off. cap. 16. sic per compendium refert hanc benedictio-
nem, Filius ampliatus meus Ioseph, filius meus ampliatus, Zelotes filius meus, filius meus adolescentior:
adiuuet te Deus meus; & benedicat te benedictione cæli a summo, benedictione terræ habentis omnia:
propter benedictiones patris tui, & matris tuæ: præualuit super benedictiones montium manentium, &
desideria collium æternorum. Apud Theodoretum legitur, ὁ κατισχύσας σε, qui confortauit te. S. Hier. in
tradit. ex hebræo vertit, inde pascetur lapis Israel a Deo patris tui. σ Benedictionem.] S. Ambr. eodem
cap. 11. Benedictiones patris tui, & matris præualuit. Benedictiones montium manentium, & desideria
collium æternorum erunt super caput Ioseph. In aliquo codice est, & fortasse apud Chrysost. θινῶν αἰωνίων, αἳ
ἔσονται ἐπὶ κεφαλῆς Ἰωσήφ. collium æternorum, quæ erunt super caput Ioseph. Apud Theodoretum (nec mul-
to aliter apud S. Chrys.) ὑπερίσχυσας ὑπὲρ εὐλογίαν (al. εὐλογίας) ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αἰωνίων ἔσονται. &c. E
Præualuisti super benedictionem montium stabilium, & desideria aceruorum æternorum: Erunt, &c.
Addit autem Theodoretus Aquilam, τὰς θῖνας esse interpretatum βουνούς, colles. S. Hier. in 47. Ezechielis
dicit significare cumulos arenarum. τ Adhuc.] illud ἔτι abest à Chrys. & Theodoreto, sed non à S. Hie. in
tradit. υ Dat escam.] δώσει τροφήν. Apud eosdem legitur sicut etiam in Complutensi, διαδώσει, distribuet. S.
Hier. dabit escam. S. Ambr. cap. 12. & ad vesperam diuidet escam principibus. Aquila, διαμεριεῖ λάφυρα,
Symm. μεριεῖ σκῦλα. diuidet spolia. Alind Schol. Syrus, ἑσπέρας ἁρπάσεται καὶ τὸ πρωϊνὸν μεριεῖ σκῦλα. Vespere ra-
piet & mane diuidet spolia. Attamen S. Hier. ex hebræo, In matutino comedet prædam, & ad vesperam
diuidet spolia.

CAP.

A

CAP. L.

ET procidēs Ioseph super faciem patris sui, fleuit eum, & osculatus est eum. Et præcepit Ioseph seruis suis ᵃ sepultoribus, vt sepelirent patrem eius. Et sepelierunt sepultores ipsum Israel. & impleuerunt eius quadraginta dies. Sic enim enumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Ægyptus septuaginta dies. Postquam vero præterierunt dies luctus; locutus est Ioseph ad potentes Pharaonis, dicēs: Si inueni gratiam coram vobis, loquimini pro ᵝ me in

B aures Pharaonis, dicentes: Pater meus adiurauit me, dicens: in monumēto quod mihi effodi in terra Chanaan, ibi me sepelies. Nunc igitur ascendens sepeliam patrem meum, & reuertar. Et dixit Pharao Ioseph. Ascende, sepeli patrem tuū; sicut adiurauit te. Et ascēdit Ioseph ad sepeliendum patrem suum: & simul ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & omnes seniores terræ Ægypti, & omnis domus Ioseph, & fratres eius, & omnis domus paterna eius, & ᵞ cognatio eius: & oues & boues reliquerunt in terra Gesem. Et simul ascenderunt cum eo & currus & equites: & facta sunt castra magna valde. Et aduenerunt ad aream Arad, quæ est trans Iordanem: & planxerunt eum plan

C ctum magnum, & validum vehementer. Et fecit luctum patri suo septem dies. Et viderunt habitatores terræ Chanaan luctum illum in area Arad, & dixerunt: Luctus magnus hic est Ægyptijs. Propter hoc vocauit nomen eius, luctus Ægypti, qui est trans Iordanem. Et fecerunt ei sic filij eius, & retulerunt eum filij eius in terrā Chanaan, & sepelierunt eum in spelunca duplici, quam acquisiuit Abraham speluncam in possessione monumenti ab Ephron Chettæo e regione Mambre. Et reuertit Ioseph in Ægyptum, ipse & fratres eius, & qui simul ascenderant ad sepeliendum patrem eius. Videntes autem fratres Ioseph, quia mortuus est pater eorum, dixerunt: Ne forte memor iniuriæ sit nobis Ioseph, & redditione

D reddat nobis omnia mala, quæ ᵟ ostēdimus in eum. Et accedentes ad Ioseph, dixerūt: Pater tuus adiurauit, priusquam ipse moreretur, dicēs: Sic dicite Ioseph: dimitte eis iniustitiam & peccatum eorum, quoniam mala tibi ostenderunt. Et nunc ᵉ accipe iniquitatem seruorum Dei patris tui. Et fleuit Ioseph loquentibus illis ad eum: Et venientes ad eum dixerunt: Nos autem sumus tibi famuli. Et dixit eis Ioseph: Ne timeatis: Dei ᶻ enim sum ego. Vos cogitastis contra me in mala: Deus autē cogitauit de me in bona: vt fieret vtique, sicut est hodie, & nutriretur populus multus. Et dixit eis Ioseph: Ne timeatis: ego enutriā vos, & domos vestras: & consolatus est eos: & locutus est ad cor eorum. Et habitauit Ioseph in

E Ægypto ipse & fratres eius, & tota omnino domus patris eius. Et vixit Ioseph annos centum decem. Et vidit Ioseph Ephræm filios vsque ad tertiam generationem. Et filij Machir filij Manasse nati sunt super femora Ioseph. Et ait Ioseph fratribus suis, dicens: Ego morior. Visitatione autem visitabit vos Deus: & reducet vos de terra hac in terrā, quam iurauit Deus patribus nostris, Abraham, Isaac, & Iacob. Et adiurauit Ioseph filios Israel, dicens: In visitatione, qua visitabit vos Deus, & simul efferetis ossa mea hinc vobiscum. Et mortuus est Ioseph annorum centum decem: & sepelierunt eum, & posuerunt in vrna in arca in Ægypto.

ᵃ Sepul-

α Sepultoribus.] *S. Aug. in locut.* Non inuenit lingua latina, quemadmodum appellaret ἐνταφιαστάς. Non enim ipsi sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum, quod non est græce, ἐνταφιάζειν, sed θάπτειν. Illi ergo ἐνταφιασταὶ id agunt, quod exhibetur corporibus humandis, vel condiendo, vel siccando, vel inuoluendo, & alligando: in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellit. Quod ergo dicit etiam, sepelierunt, curauerunt, intelligere debemus. β Pro me.] *Hæc non referuntur à S. Aug. in locut. & multi etiam græci codices non habent* ὑπὲρ ἐμοῦ, *quemadmodum neque vulgata.* γ Et cognatio eius.] *In alijs græcis codicibus legitur*, καὶ τὴν συγγένειαν, & cognationem. *Pro quo in hebræo est*, tantũ paruulos suos. δ Ostendimus in eum.] *In alijs codicibus græcis est*, ἃ ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ. *& S. Aug. in locut.* quæ ostendimus ei. Ex hac locutione ait & Apostolus, Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. ostendimus enim dictum est, vel, ostendit, pro eo, quod est, fecimus, vel, fecit. ε Accipe.] *S. Aug. in locut.* Puto inde esse dictu, accipe, ac si diceretur, æquo animo accipe, hoc est, noli indigne ferre. ζ Dei enim sum ego.] *Aquila*, ὅτι μὴ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ; *al.* ὅτι μὴ θεὸς ἐγώ; quoniam numquid pro Deo ego? *al.* quoniã numquid Deus ego? *Symm.* μὴ γὰρ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ, *al.* εἰμι ἐγώ; numquid enim pro Deo ego? *al.* sum ego? *Samariticus autem*, μὴ φοβεῖσθε, καὶ γὰρ φοβούμενος θεόν εἰμι ἐγώ. Ne timeatis: etenim timens Deum sum ego. A B

A

EXODVS.

B

CAP. PRIMVM.

HÆc ſunt nomina filiorum Iſrael, qui ingreſsi ſunt in Ægyptum
vna cum Iacob patre ſuo; vnuſquiſque cum vniuerſa domo
ſua intrauerunt. Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Zabu-
lon, Beniamin, Dan, & Nephtali, Gad, & Aſer. Ioſeph autem
erat in Ægypto. Erant autē omnes [α] animæ de Iacob, ſeptua-
C ginta quinque. Mortuus eſt autem Ioſeph, & omnes fratres
eius, & omnis generatio illa. Filij autem Iſrael creuerunt, & multiplicati ſunt, &
[β] effuſi facti ſunt, & inualeſcebant valde valde: multiplicabat autem illos ter-
ra. Surrexit autem rex [γ] alius in Ægypto, qui neſciebat Ioſeph: & dixit genti
ſuæ: Ecce genus filiorum Iſrael, grandis multitudo eſt: & valet ſuper nos. Venite
itaque, circumſcribamus illos, ne forte increſcant: & cum acciderit nobis bel-
lū; adijciantur & iſti ad aduerſarios: & expugnantes nos exibūt de terra. Et præ-
fecit eis [δ] præfectos operum, vt affligerent eos in operibus. Et ædificauerunt ci-
uitates munitas Pharaoni, Pitho, & Rameſſe, & On, quæ eſt Heliopolis. Quanto
D autē eos humiliabant; tanto plures fiebant, & inualeſcebant valde valde. Et [ε] ab
horrebant Ægyptij a filijs Iſrael: & opprimebant Ægyptij filios Iſrael violen-
tia: & amaram faciebant eorum vitam in operibus duris, luto, & opere lateritio,
& omnibus operibus, quæ in campis, ſecundum omnia opera, quibus ſeruiliter
premebant eos cum violentia. Et dixit rex Ægyptiorum obſtetricibus He-
bræorum: quarum vni nomen erat Sepphora, & nomen ſecundæ Phua. Et ait:
Cum obſtricabitis Hebræas, & prope partum erunt; ſiquidem maſculus fuerit,
occidite eum: ſin autem femina, reſeruate eam. Timuerunt autem obſtetrices
Deum, & non fecerunt, ſicut præceperat illis rex Ægypti: & viuificabant maſcu-
E los. Vocauit autem rex Ægypti obſtetrices, & dixit eis: Quid, quod feciſtis rem
hanc, & viuificaſtis maſculos? Dixerunt autem obſtetrices Pharaoni: Non, ſicut
mulieres Aegypti, ſunt Hebrææ. [ζ] Pariunt enim, priuſquam ingrediantur ad eas
obſtetrices, & pepererunt. Benefaciebat autem Deus obſtetricibus. Et cre-
ſcebat populus, & inualeſcebat valde. Quoniam autem timebant obſtetrices
Deum; [η] fecerunt ſibi domos. Præcepit autem Pharao omni populo ſuo, dicens:
Omne maſculinum, quodcumque natum fuerit Hebræis, in flumen proijcite:
& omne femininum viuificate illud.

α Animæ de Iacob.] *Ita Interpres Origenis homilia 1. in Exodum. In Complutensi est,* ψυχαὶ αἱ ἐξελθοῦσαι ἐξ Ἰακὼβ, animæ egressæ ex Iacob. β diffusi facti sunt.] χυδαῖοι ἐγένοντο. *Inter. Origenis,* & in multitudine magna diffusi sunt. χυδαῖον *sæpe significat vulgare, & ex copia vile. Quare admonet Theodoretus q. 1. non esse hoc loco accipiendum quasi per contumeliam dictum, quemadmodum nonnulli acceperint, sed tantum numerosam multitudinem significare. Ita enim creuerunt, inquit, vt per vniuersam illam terram diffunderentur. Aquila,* ἐξείρψαντο, *Symm.* ἐξῆρψαν, crepserunt. γ Alius.] *Aquila, & Theodotio,* καινὸς, nouus. δ Præfectos operum.] ἐπιστάτας τῶν ἔργων. *Interp. Origenis,* magistros operum. *Schol.* ἐργοδιώκτας, *qui instando & vrgendo exigerent opus, vt infra cap. 3.* ε Abhorrebant.] ἐβδελύσσοντο οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *quod fortasse etiã posset verti,* abominationi habebantur Ægyptij à filijs Israel. *Aquila,* ἐσικχαίνοντο. execrabantur. *Schol.* Syrus, & hebræus: cruciabantur videntes illos augeri, & affligebant eos. ζ Pariunt enim.] *Symmac.* μαῖαι γάρ εἰσι, καὶ πρὶν εἰσελθεῖν τὰς μαίας, τίκτουσιν obstetrices enim sunt: & priusquam ingrediantur obstetrices, pariunt. *Theodotio,* ὅτι ζωογονοῦσιν αὐταὶ, πρὶν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὰς, τίκτουσιν. quoniam ipsæmet viuificant, & incolume præstant: quare, priusquam ingrediamur ad eas, pariunt. η Fecerunt sibi domos.] *Schol.* pro eo, quod est, ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν, ηὔξησεν ὁ θεὸς αὐτοῖς τὸ γένος, ipsarum genus multiplicauit, auxit Deus ipsis genus.

A

B

CAP. II.

ERat autem quidam de tribu Leui, qui sumpsit de filiabus Leui. α Et in vtero accepit: & peperit masculum. Videntes autẽ eum β elegantem, occultauerunt eum tribus mensibus. Quoniam autem non poterant vlterius ipsum abscondere; sumpsit ei mater eius γ thibin: & liniuit eam bitumine cum pice: & iniecit infantem in eam: & posuit eam in palude secus flumen. Et obseruabat soror eius de longe, vt videret quid accideret ei. Descendit autem filia Pharaonis ad lauandum se, ad flumen: & ancillæ eius gradiebantur secus flumen. Et videns thibim in palude, mittens ancillam accepit eam. Aperiens autem vidit infantem flentem in thibi: & misertaest eius filia Pharaonis: & dixit: de infantibus Hebræorum hic est. Et dixit soror eius, filiæ Pharaonis: Vis vt vocem tibi mulierem, quæ nutriat, ex Hebræis, & lactabit tibi infantem? δ Illa autem dixit filia Pharaonis: Vade. Profecta autem puella vocauit matrem infantis. Dixit autem ad eam filia Pharaonis: conserua mihi hunc infantem, & lacta mihi illum. Ego autem dabo tibi mercedem. Sumpsit autem mulier infantem, & lactauit eum. Adulto autem puero, introduxit illum ad filiam Pharaonis. Et factus est ei in filium: cognominauit autem nomen eius Moysem dicens. de aqua eum assumpsi. Factum est autem in diebus illis multis, cum grandis esset factus Moyses, exijt ad fratres suos filios Israel. Considerans autem laborem eorum, videt hominem Aegyptium verberantem quendam Hebræum de fratribus suis filijs Israel. Circumspiciens autem huc, et illuc, neminem videt: et percutiens Aegyptium abscondit eum in arena. Exiens autem die secundo videt duos viros Hebræos rixãtes: et dixit ei, qui faciebat iniuriã: Quare tu verberas proximum? At ille dixit: Quis te constituit principem, et iudicem super nos? Nunquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium? Timuit autem Moyses, et dixit: si sic manifestum factum est verbum hoc. Audiuit autem Pharao verbum istud: et quærebat occidere Moysem. Recessit autem Moyses à facie Pharaonis: et habitauit in terra Madian. Veniens autem in terram Madian sedit super puteum. Sacerdoti autem Madian erant septem filiæ pascentes oues patris sui Iothor. Aduenientes autem hauriebant, donec impleuerant

C

D

E

A uerant canales ad potandas oues patris sui Iothor. Aduenientes autem pasto-
res ᵋ expellebant eas. Exurgens autem Moyses liberauit eas, & ζ hausit eis, &
potauit oues earum. Aduenerunt autem ad ⁿ Raguel patrem suum. At ille di-
xit eis: cur festinatis aduenire hodie? Illæ vero dixerunt: Homo Aegyptius li-
berauit nos a pastoribus, & hausit nobis, & potauit oues nostras. At ille dixit fi-
liabus suis. Et vbi est? & vt quid reliquistis hominem? Vocate igitur illum, vt co
medat panem. Habitauit autem Moyses apud hominē: & tradidit Sepphoram
filiam suam Moysi vxorem. In vtero autem concipiens mulier peperit filium.
Et cognominauit Moyses nomen eius Gersam, dicens: quia incola ego sum in
B terra θ aliena. Post multos autem dies illos mortuus est rex Aegypti: & inge-
muerunt filij Israel ab operibus, & exclamauerunt: & ascendit clamor eorum
ad Deum ab operibus. Et exaudiuit Deus gemitum eorum: & recordatus est
Deus testamenti sui ad Abraham, & Isaac, & Iacob. Et respexit Deus filios Isra-
el: & innotuit illis.

α Leui.] *In aliquot codicibus sequitur,* καὶ ἔσχεν αὐτήν, *& apud S. Aug. in locut. in Exodum,* & habuit eam, & concepit. β Elegantem.] *Ita Interp. Origenis, quod græce est,* ἀστεῖον. *Aquila,* ἀγαθόν, bonum, *Symm.* καλόν, pulchrum. γ Thibin.] θῖβιν. *Alius codex, & Cyrillus in Glaphyris habent,* θίβην, theben. *In alijs*
C est, θίβιν, thiben. *S. Aug. in locut.* Quid sit thibin, ideo difficile est nosse; quia nec græcus interpres ex hebræo, nec latinus ex græco vertit hoc nomen, sed transtulit vt inuenit. *Int. Origenis.* Thibis genus est tegminis ex virgis, aut ex papyro contextum, vel etiam ex arborum cortice formatum. *Schol.* θῖβις, est arca ex papyro, vel hydria, vel latum vas, quam nonnulli vocant σιπύην. *In aliqua editione est,* θίβιν παπύρου *In Complutensi vero,* θήκην, thecam. δ Illa autem dixit.] *In alijs codicibus est,* καὶ εἶπεν αὐτῷ, & dixit ei. ε Expellebant.] ἐξέβαλλον. *Alij libri,* ἐξέβαλον, *& S. Aug. & vulgata,* eiecerunt. ζ Et hausit eis.] *Hæc absunt a Complutensi, vt etiam à vulgata.* η Raguel.] *Schol.* Iothor. θ Aliena.] *In alijs codicibus hæc sequuntur, quorum magna etiam pars habetur in Complutensi,* ἐν γαστρὶ δὲ λαβοῦσα ἡ γυνὴ ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐλιέζερ, λέγων· ὁ γὰρ θεὸς τοῦ πατρός μου βοηθός μου καὶ ἐξείλατό με ἐκ χειρὸς Φαραώ. *Pro quibus est in vulgata,* Alterum vero peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei, adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. *Quæ tamen non habentur in hebræo, neque in paraphrasi Chaldaica: sed prope eadem afferuntur infra cap. 18. inde S. Stephanus Act. 7. potuit sumere Moysem in terra Madian genuisse duos filios.*

D

CAP. III.

ET Moyses erat pascens oues Iothor α soceri sui sacerdotis Madian: & du-
xit oues in desertum: & venit in β montem Choreb. Apparuit autem ei
angelus Domini in γ igne flammæ ex rubo: & videt quia rubus δ vritur
igni; rubus autem nō exurebatur. Dixit autem Moyses: Accedens videbo visio-
nem hanc magnam, quia non exuritur rubus. Vt autem vidit Dominus, quia per
git videre; vocauit eum Dominus de rubo, dicēs: Moyses, Moyses. At ille dixit:
E Quid est? Ille vero dixit: Ne appropinques huc. ε Solue calceamentum de pedi
bus tuis: Locus enim, in quo tu stas, terra sancta est. Et dixit: Ego sum Deus pa-
tris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Auertit autem Moyses fa-
ciē suam: verebatur enim aspicere coram Deo. Dixit autem Dominus ad Moy-
sem: Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto: & clamorem eo-
rum audiui de exactoribus operum. Noui enim dolorem eorum, & descendi ad
eximendos eos de manu Aegyptiorum, & educendos eos de terra illa, & indu-
cendos eos in terram bonam & multam, in terram fluentem lac & mel, in locum
Chananæorum, & Chettæorum, & Amorrhæorum, & Pherezæorum, & Gerge-

ſæorum,& Eußæorum, & Iebuſæorum. Et nunc ecce clamor filiorum Iſrael ve- A
nit ad me: & ζ ego vidi tribulationẽ,qua Aegyptij tribulant eos. Et nunc veni:
mittam te ad Pharaonem regem Aegypti: & educes populum meum,filios
Iſrael de terra Aegypti. Et dixit Moyſes ad Deum: Quis ſum ego, quia ibo ad
Pharaonem regem Aegypti,& quia educam filios Iſrael de terra Aegypti? Di-
xit autem Deus Moyſi, dicens: Quia ero tecum,& hoc tibi ſignum, quia ego te
emittam: cum eduxeris tu populum meum de Ægypto; & coletis Deum in
monte iſto. Et dixit Moyſes ad Deum: Ecce ego exibo ad filios Iſrael, & di-
cam ad eos: Deus patrum noſtrorum miſit me ad vos: η interrogabunt me,
quod ei nomen? Quid dicam ad eos? Et dixit Deus ad Moyſem, dicens: Ego B
ſum,qui ſum. Et dixit: Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt,miſit me ad vos. Et dixit
Deus iterum ad Moyſem: Sic dices filij Iſrael: Dominus Deus patrum noſtro-
rum, Deus Abraham,& Deus Iſaac,& Deus Iacob miſit me ad vos. Hoc meum
eſt nomen æternum,& memoriale generationum generationibus. Veniens igi-
tur congrega θ ſenatum filiorum Iſrael:& dices ad eos: Dominus Deus patrum
noſtrorum apparuit mihi,Deus Abraham,& Deus Iſaac,& Deus Iacob,dicens:
Viſitatione viſitaui vos,& quæcumque contigerunt vobis in Ægypto. Et dixit:
Aſcendere vos faciam ex afflictione Ægyptiorum in terram Chananæorum, &
Chettæorum,& Amorrhæorum,& Pherezæorum, & Gergeſæorum, & Euæo- C
rum,& Iebuſæorum, in terram fluentem lac & mel. Et exaudient vocem tuam:
& ingredieris tu, & ſenatus Iſrael ad Pharaonem regem Ægypti:& dices ad eũ:
ι Deus Hebræorum vocauit nos. Ibimus igitur viam trium dierum in deſertum,
vt ſacrificemus Deo noſtro. Ego autem noui, quia non permittet vos Pharao
rex Ægypti ire,niſi cum manu valida. Et extendens manum percutiam Aegy-
ptios in omnibus mirabilibus meis,quæ faciam in eis: & poſt hæc dimittet vos.
Et dabo gratiam populo huic coram Ægyptijs:& cum egrediemini; non exibi-
tis vacui: ſed poſcet mulier a vicina, & κ contubernali ſua, vaſa argentea, &
aurea,& veſtem: & imponetis ſuper filios veſtros, & ſuper filias veſtras:& λ ſpo- D
liate Aegyptios.

α Soceri.] γαμβροῦ. *Ita fere vetuſti codices, & Cyrillus Alexandrinus lib.2.de adoratione in ſpiritu. & veritate. In alijs eſt* πενθεροῦ. *quod idem hoc loco valet.* β Montem.] *In quibuſdam codicibus eſt,* τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ, montem Dei, *quemadmodum & in vulgata.* γ Igne flammæ.] *Sic Iuſtinus martyr aduerſus Triphonem, & Cyrillus lib indicato. Et in ſecũda antiphona ex maioribus ante Natalem Domini,* Qui Moyſi in igne flammæ rubi apparuiſti. *Ita etiam Act. 7. in editione latina,* in igne flammæ rubi. *Sed & ibi codices græci, & multi hic & Theodoretus q.5. habent,* ἐν φλογὶ πυρός. *Et S. Cyprianus lib.2.aduerſus Iudæos,* in flamma ignis de rubo. *quo loco multa ex hoc capite refert S. Aug.q.3.*in flãma ignis in rubo.*S. Ambr.lib.1.de ſpirituſ.cap.16.* vox facta eſt de flamma ignis, *& in libr. de fide contra Arianos cap.* 8. Moyſi in rubo in flamma ignis apparuit. δ Vritur.] *Ita S. Amb.vertit loco indicato de ſpiritus,quod græce eſt,* καίεται, *&* κατεκαίετο *Cyprianus autem pro,* καίεται *habet,ardere, pro* κατεκαίετο, *cremari. Aquila pro,* καίεται, *dixit,* ἀνημμένος, accenſus, *Symm.* φλεγόμενος, inflammatus. ε Solue.] λῦσαι *Symm.* ὑπόλυσον, ſoluendo tolle. *Aquila.* ἐκσπάσον, extrahe. ζ Et ego vidi.] *Non multo aliter Aquila,* καί γε ἑώρακα σὺν τὸν ἀποθλιμμὸν ὃν οἱ αἰγύπτιοι θλίβουσιν αὐτούς. η Interrogabunt me.] *In alijs editionibus partim eſt,* καὶ ἐρωτήσουσί με, & interrogabunt me,*partim,* καὶ ἐὰν ἐρωτήσωσί με, &,ſi interrogauerint me. θ Senatum.] γερουσίαν *Aquila,* τοὺς πρεσβύτας, ſenes. ι Deus.] *In alijs editionibus eſt,* κύριος ὁ θεός, Dominus Deus, *itemque paulo poſt,* ἵνα θύσωμεν κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, vt ſacrificemus Domino Deo noſtro, *quemadmodum etiam vtrobiq. in vulgata latina.* κ Conturbernali συσκήνου. S. *Aug in locut.* & ab inquilina ſua. *Et addit hæc.* Græcus habet,à cohabitatrice ſua, hoc eſt συνοίκου,quod latini aliqui interpretati ſunt,à concellaria ſua. *quæſt. autem* 39. & mulier à vicina ſua, & concellania, vel concellanea,ſi ita dicendum eſt, vel cohabitatrice ſua, λ Spoliate.] σκυλεύσατε. *Ita vetuſti codices. In alijs eſt,* σκυλεύσετε, conuaſabitis. *In Complutenſi,* ἀποσκευάσατε, conuaſate. *Schol.* Alius inquit, καὶ συναγάγετε αὐτοῖς τὴν ἐν τοῖς σκεύεσιν αὐτῶν δύναμιν, & colligite vobis ipſis opes,quæ ſunt in vaſis eorum. E

CAP.

CAP. IV.

A RESpondit autem Moyses, & dixit: Si non crediderint mihi, neq. exaudierint vocem meam (dicent enim, quia non apparuit tibi Deus;) quid dicã ad eos? Dixit autem ei Dominus: Quid hoc est, quod in manu tua? At ille dixit: Virga. Et dixit: Proijce illam in terram. Et proiecit eam in terrã: & facta est serpens: & fugit Moyses ab eo. Et dixit Dominus ad Moysem: Extende manum, & apprehende caudam. Extendens igitur manum apprehendit caudam: & facta est virga in manu eius: Vt * credant tibi, quia apparuit tibi Deus patrum eorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Dixit

B autem ei Dominus iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum: & facta est * manus eius, tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum, & eduxit eam ex sinu suo: & rursus restituta est in colorem carnis suæ. Sin autem non crediderint tibi, neque exaudient vocem signi primi; credent tibi voce signi * secundi. Et erit, si non crediderint tibi duobus his signis, neque exaudierint vocem tuam; sumes de aqua fluminis: & effundes in aridum: & erit aqua, quam sumpseris de flumine, sanguis super aridum. Dixit autem Moyses ad Dominum. Precor Domine: non sum * idoneus ante hesternam, neque

C ante nudiustertianã diem, neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo: gracili voce & tarda linguæ ego sum. Dixit autem Dominus ad Moysem: Quis dedit os homini? Et quis fecit * mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuũ: & * instruam te, * quod locuturus es. Et dixit Moyses: Precor Domine: Elige alium qui possit, quem mittes. Et iratus iracundia Dominus in Moysem, dixit: Nonne ecce Aaron frater tuus Leuites? Scio quia * loquens loquetur ipse tibi. Et ecce ipse egredietur in occursum tibi: & videns te lætabitur in seipso: & dices ad eum, & dabis verba mea in os eius: & ego aperiam os tuum, & os eius: & instruam vos, quæ facietis. Et ipse loquetur tibi

D ad populum: & ipse erit os tuum: tu autem illi eris in ijs, quæ ad Deum. Et virgam istam versam in serpentẽ sumes in manum tuã: in qua facies in ea signa. Iuit autem Moyses, & redijt ad Iothor socerum suum, & ait: Vadam, & reuertar ad fratres meos, qui sunt in Ægypto, & videbo si adhuc viuant. Et dixit Iothor Moysi: Vade sanus. Post dies autem multos illos mortuus est rex Ægypti. Dixit autẽ Dominus ad Moysem in Madian. Vade, perge in Ægyptum: defuncti sunt enim omnes, qui quærebant animam tuam. Assumens autẽ Moyses vxorem, & paruulos, imposuit eos super subiugalia, & redijt in Ægyptum. Sumpsit autem Moyses virgam, quam a Deo in manu sua. Dixit autem Dominus ad Moysem:

E Euntete & reuertente in Ægyptum, vide, omnia portenta, quæ dedi in manibus tuis, facies ea coram Pharaone Ego autem * indurabo cor illius, & non dimittet populum. Tu autem dices Pharaoni: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi autem tibi: dimitte populum meum, vt mihi seruiat. Siquidem igitur * nolis dimittere eos; vide igitur, ego interficiam filium tuum primogenitum. Et factum est in via in * diuersorio, obuiauit ei * angelus Domini: & quærebat eum occidere. Et assumpto Sephora * calculo circumcidit præputium filij sui: & * procidit ad pedes eius, & dixit: Stetit sanguis circumcisionis infantis mei: Et * recessit ab eo, propterea quod dixit: stetit sanguis cir-

cuncisionis infantis mei. Dixit autem Dominus ad Aaron: Perge in occursum A
Moysi in desertum. Et perrexit, & occurrit ei in monte Dei: & osculati sunt se inuicem: Et annunciauit Moyses ipsi Aaron omnes sermones Domini, quos misit, & omnia verba, quæ mandauit ei. Iuit autem Moyses, & Aaron, & congregauerunt seniores filiorum Israel. Et locutus est Aaron omnia verba ista, quæ locutus est Deus ad Moysem. Et fecit signa coram populo. Et credidit populus, & gauisus est: quia visitauit Deus filios Israel, & quia vidit eorum tribulationem. Inclinatus autem populus adorauit.

α Vt credant tibi.] *Teste S. Aug. in locut. latini codices habebant*, & dixit illi: vt credant tibi. *Sed idem notat græcum non habere*, & dixit illi, *certamque esse elocutionis formam.* β Manus eius.] *In multis codicibus, & apud Theodoretum q. 10. sequitur*, λεπρῶσα, leprosa. *Sed non apud Philonem lib. 1. de vita Moysis, & S. Aug. in locut.* Quod latinus habet, & facta est manus eius leprosa, tamquam nix, Græcus non habet leprosa, sed tantum, facta est, tanquam nix. γ Secundi.] *Aquila*, τοῦ ἐσχάτου, nouissimi. *Symm.* τοῦ ἑπομένου, insequentis. δ Idoneus.] ἱκανός. *In alijs vetustis libris est* εὔλογος, eloquens, *qua dictione vtitur etiam Philo hunc locum tractans in libro, quòd deterius meliori insidiatur. S. August. q. 7.* non sum eloquens. *Apud S. Ambr. lib. 2. de Abraham cap. 10. totus hic locus sic habet.* Precor Domine: non sum dignus ante hesternam, & nudiustertianam diem, neque ex quo cœpisti loqui seruo tuo: gracili enim collocutione, & tardiore lingua ego sum: *vt videatur etiam ipse habuisse*, ἱκανός. *Aquila*, οὐκ ἀνὴρ ῥημάτων, non vir verborum. *Symmac.* οὐκ εὔλαλος, non disertus, non bene loquens. *Hanc dictionem habet Complutensis.* ε Mutum.] δύσκωφον καὶ κωφόν, *Aquila, Symm. Theodotio pro* δύσκωφον, *dixerunt*, μογιλάλον, balbum, hæsitantis linguæ. *S. Aug. quæst. 8.* Quis fecit mutum, & audientem. *S. Cyprianus de exhortatione martyrum cap. x.* & quis fecit mutum, & quis surdum? ζ Et instruam.] συμβιβάσω. *Aquila*, φωτίσω, illuminabo. *Symm.* ὑποδείξω, commonstrabo, ac subijciam. η Quod locuturus es.] ὃ μέλλεις λαλῆσαι. *S. Cyprianus ibidem*, quid loquaris. *S. Ambr. loco indicato*, quod debeas loqui. *In aliquot codicibus est*, ἃ μέλλεις. *& S. Aug. q. 9.* quæ locuturus es, *& Interpres Origenis*, quæ oporteat te loqui. θ Loquens.] *Philo in eodem libro habet tantum*, ὅτι λαλήσει, quia loquetur. ι Indurabo.] *Aquila*, ἐνισχύσω, corroborabo. *Symm.* θρασυνῶ, implebo audacia & confidentia. *Locus est & hic à Theodoreto, & alibi ab omnibus fere patribus diligenter tractatus.* κ Nolis.] εἰ μὲν οὖν μὴ βούλει. *Aquila*, ἀνένευσας, renuisti. *Symm.* ἠπείθησας contumaciter detrectasti. λ In diuersorio.] ἐν τῷ καταλύματι, *S. Aug. q. 11.* ad refectionem. μ Angelus Domini.] *Ita etiam paraphrasis chaldaica. S. Aug. quæst. 11. habet tantum*, angelus. *Aquila*, Θεὸς, Deus. *Symm. & Theodotio*, κύριος, dominus, *quemadmodum & vulgata.* ν Calculo.] ψῆφον. *Aquila*, πέτραν, petra. ξ Et procidit.] *Schol.* Alius, καὶ ἀπέτεινε τῶν ποδῶν αὐτοῦ, εἶπεν, ὅτι νυμφίος αἱμάτων σύ μοι, ἀφῆκε δὲ αὐτὸν ὅτι εἶπε, νυμφίος αἱμάτων τῆς περιτομῆς. & cum tetigisset pedes eius, dixit, quia sponsus sanguinum tu mihi. Dimisit autem eum, quia dixit, sponsus sanguinum circuncisionis. Alius, καὶ ἥψατο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, εἶπεν, ὅτι νυμφίος αἱμάτων εἶ μοι, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ὅτι εἶπε, νυμφίος αἱμάτων εἰς περιτομάς. & tetigit pedes eius, & dixit, quia sponsus sanguinum tu mihi: & dimisit eum, quia dixit, sponsus sanguinum ad circuncisiones. Alius, νυμφίον αἱμάτων ἔχω, sponsum sanguinis habeo. *Aliud Scholium*, hebræus, ἐσφράγισε τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς, obsignauit sanguinem circuncisionis. ο Recessit ab eo.] *In alijs codicibus additur*, ἄγγελος, angelus. *S. Aug. q. 11. non habet sed ita interpretatur, ac si haberet. Alij potius interpretantur, Sephoram recessisse, vel à Moyse, vel ab angelo.* π Verba.] *Alij codices*, τὰ σημεῖα, signa. B C D

CAP. V.

ET post hæc ingressus est Moyses, & Aaron ad Pharaonem: & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum, vt mihi sacrificet in deserto. Et dixit Pharao: Quis est, cuius exaudiam vocem eius, vt dimittam filios Israel? Non noui Dominum: & Israel non dimitto. Et E
dicunt ei: Deus hebræorum vocauit nos. Ibimus igitur viam trium dierum in desertum: vt sacrificemus Domino Deo nostro; ne forte occurrat nobis mors, aut cædes. Et dixit eis rex Aegypti: Vt quid Moyses, & Aaron peruertitis populum ab operibus? Abite vnusquisque vestrum ad opera sua. Et dixit Pharao: Ecce nunc valde multiplicatus populus: non igitur cessationem illis demus ab operibus. Præcepit autē Pharao exactoribus operum populi, & scribis, dicens: Non vlterius adijcietis dare paleā populo ad lateritium, α sicut heri, & nudiustertius: Sed ipsi vadant, & colligant sibi paleas; & summam lateritij, quod ipsi faciunt,

A faciunt, per singulos dies impones eis: nihil demes: vacant enim: propter hoc clamauerunt dicentes: Surgamus, & sacrificemus Deo nostro. Aggrauentur opera hominum horum: & curent hæc: & non ponant curam in sermonibus vanis. Vrgebant autem eos exactores operum, & scribæ: & dicebant ad populum, dicētes: Hæc dicit Pharao: Non vltra do vobis paleas: Vos ipsi euntes colligite vobis ipsis paleas, vndecumque inueneritis. Non enim demetur de summa vestra quicquam. Et dispersus est populus in tota terra Aegypto, ad colligendum stipulam in paleas. Exactores autem operum vrgebant eos, dicentes: Perficite opera assignata quotidie; quemadmodum & quando palea dabatur vobis. Et
B flagellati sunt scribæ de genere filiorum Israel, qui impositi fuerant super ipsos a præfectis Pharaonis, dicentes. Cur non perfecistis summas vestras laterificij etiam hodie, quemadmodum heri, & nudiustertius? Ingressi autem scribæ filiorum Israel clamauerunt ad Pharaonem, dicentes: Vt quid tu sic facis famulis tuis? palea non datur famulis tuis: & laterem nobis dicunt facere. Et ᵝ ecce pueri tui flagellati sunt. Facies igitur iniuriam populo tuo. Et dixit eis: Vacatis, ociosi estis: propterea dicitis: Eamus sacrificemus Deo nostro. Nunc autem euntes operamini. Palea enim non dabitur vobis: & summam laterificij reddetis. Videbant autem scribæ filiorum Israel sese in malis, dicentes: Non ᵞ omit-
C tetis de laterificio quod assignatum est in die. Occurrerūt autē Moysi, & Aaron venientibus in occursum eis, cum ipsi egrederentur a Pharaone: & dixerunt eis. Videat Deus vos, & iudicet: quoniam ᵟ execrabilem fecistis odorem nostrum palam Pharaone, & palam seruis eius, dando gladium in manus eius ad occidendum vos. Reuertit autem Moyses ad Dominū, & dixit: Precor Domine: Quare afflixisti populum hunc? &, vt quid me misisti? Et ex quo ᵋ iui ad Pharaonem loqui in tuo nomine, afflixit populum hunc, & non liberasti populum tuum.

ᵅ Sicut heri.] *Aquila*, [illegible] sicut heri, & nudiustertius ipsi vadant. *Symm.* [illegible] quemadmodum & antea: ipsi abeuntes colligant sibi paleas. *Theodotio*, [illegible] quemadmodum heri, & nudiustertius: ipsi euntes & colligant sibi paleam. ᵝ Et ecce pueri.] *Aquila*, [illegible] Et ecce serui tui percussi: & peccatum populo tuo. *Symm.* [illegible] &
D serui tui flagellati sunt: & peccatum in populum tuum. ᵞ Non omittetis.] [illegible] *Aquila*, [illegible] non subtrahetis. ᵟ Execrabilem fecistis.] Sic S. *Augu. in locut. quod græce est*, [illegible] *Aquila, & Symm.* [illegible] fœtere fecistis. ᵋ Iui.] [illegible] *In aliquot libris est*, [illegible] *& S. Aug. q. 14.* ex quo enim intraui ad Pharaonem.

CAP. VI.

E ET dixit Dominus ad Moysem: Iam videbis, quæ faciam Pharaoni: In manu enim valida dimittet eos: & in brachio excelso ejciet eos de terra sua. Locutus est autem Deus ad Moysem, & dixit ad eum: Ego Dominus: & apparui ad Abraham, & Isaac, & Iacob, Deus existens eorum. & nomen meum Dominus non indicaui eis. Et statui testamentum meum ad illos, ita vt darem illis terram Chanan eorum, terram, quam incoluerunt, in ᵅ qua & incoluerunt in ea. Et ego exaudiui gemitum filiorum Israel, ᵝ quem Ægyptij in seruitutem redigunt eos: & recordatus sum testamenti ᵞ vestri. Vade: dic filijs Israel, dicēs: Ego Dominus: & educam vos de dominatione Ægyptiorum: & eruam vos de seruitute: & redimam vos in brachio excelso, & iudicio magno: & sumam mihi

ipsi

ipſi vos populum mihi: & ero veſter Deus: & cognoſcetis, quia ego Dominus A
Deus veſter, educens vos de dominatione Ægyptiorum: & inducam vos in terram, in quam extendi manum meam ad dandum eam Abraham, & Iſaac, & Iacob: & dabo eam vobis in ſorte. Ego Dominus. Et locutus eſt Moyſes ſic ad filios Iſrael: & non exaudierunt Moyſem a δ defectione animi, & ab operibus duris. Dixit autem Dominus ad Moyſem, dicens: Ingredere, loquere Pharaoni regi Ægypti, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Locutus eſt autem Moyſes coram Domino, dicens: Ecce filij Iſrael non exaudierunt me: & quomodo exaudiet me Pharao? Ego autem ſine ε ſermone ſum. Dixit autem Dominus ad
Moyſem, & Aaron: & præcepit eis ad Pharaonem regem Aegypti, vt dimittat B
filios Iſrael de terra Ægypti. Et hi ſunt principes domorum familiarum eorum. Filij Ruben primogeniti Iſrael, Enoch, & Phallus, Aſron, & Charmi. Hæc eſt cognatio Ruben. Et filij Symeon, Iemuel, & Iamin & Aod, & Iachin, & Saar, & Saul, qui ex Phænіſſa. Hæ ſunt familiæ filiorum Symeon. Et hæc ſunt nomina filiorum Leui ſecundum cognationes eorum, Gedſon, Caath, & Merari. Et anni vitæ Leui, centum triginta ſeptem. Et hi filij Gedſon, Lobeni & Semei, ζ domus familiæ eorum. Et filij Caath, Ambram, & Iſſaar, Chebron, & Oziel. Et anni vitæ Caath, centum triginta tres anni. Et filij Merari, Mooli, & Homuſi.
Hæ domus familiarum Leui ſecundum cognationes eorum. Et accepit Am- C
bram ipſam Iochabed filiam fratris patris ſui ſibi in vxorem. Et genuit ei Aaron & Moyſem, & Mariam ſororem eorum. Anni autem vitæ Ambram, centũ η triginta duo anni. Et filij Iſſaar, Chore, & Naphec, & Zechri. Et filij Oziel Miſael, & Eliſaphan, & Segri. Accepit autem Aarõ Eliſabeth filiam Aminadab ſororem Naaſſon ſibi vxorem. Et peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Fili autem Core Aſir, & Elcana, & Abiaſar. Hæ generationes Core. Et Eleazar filius Aaron accepit de filiabus Phutiel ſibi vxorem. Et peperit ei Phinees. Hæc principia familiæ Leuitarum ſecundum generationes eorum. Hic Aaron,
& Moyſes, quibus dixit eis Deus, vt educant filios Iſrael de terra Ægypti cum D
θ virtute eorum. Hi ſunt diſſerentes cum Pharaone rege Aegypti. Et eduxerunt filios Iſrael de terra Aegypti ipſe Aaron, & Moyſes, qua die locutus eſt Dominus Moyſi in terra Aegypto. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Ego Dominus. Loquere ad Pharaonem regem Aegypti, quæcumq. ego dico ad te. Et dixit Moyſes coram Domino: Ecce ego ι gracili voce ſum, & quomodo exaudiet me Pharao?

α In qua & incoluerunt.] *Notat hanc locutionem S. Aug. in locutionibus. Animaduertendum autem eſt fere ſolere latine reddi*, incolere, *quod græce eſt*, παροικεῖν, *& ſignificare habitationem more aduenæ, & peregrini.* β Quem.] *Neſcio, an hoc referri poſſit ad Iſrael. In Complutenſi eſt*, ὧ. S. *Aug. in locutionibus habet*, quemadmodum. γ Veſtri.] *In Complutenſi eſt*, τὴν διαθήκην μου *& in vulgata*, pacti mei. δ A defectione animi.] *Sic apud S. Aug. in locut. quod græce eſt* ἀπὸ τῆς ὀλιγοψυχίας, *& poſſet etiam verti*, præ puſillanimitate. *Schol.* ἀπὸ κολοβότητος πνεύματος, præ inopia ſpiritus. ε Sine ſermone.] ἄλογος. *quam dictionem interpretatur Philo in libro, quòd deterius potiori inſidietur. S. Aug. in locut. habet græce*, ἀλόγιος, *& latine in codicibus emendatioribus*, ineloquens. *Aquila*, ἀκρόβυστος χείλεσι, præputiatus labijs. *Symm.* οὐκ εἰμὶ καθαρὸς τῷ φθέγματι. non ſum purus locutione. *Theodotio*, ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσι, incircumciſus labijs. *S. Hier. in cap. 43. Ezech.* Ego autem ſum tardi ſermonis. Pro quo lxx. dixere, ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι. quod melius habetur in hebræo, ego autem incircumciſus ſum labijs. ζ Domus familiæ.] οἶκοι πατριᾶς αὐτῶν. *In aliquot libris eſt*, πατριῶν, familiarum. η Triginta duo.] *Alij codices*, τριακονταεπτά. triginta ſeptem. θ Virtute.] *Sic ſolet verti in ſcriptura illud*, δύναμιν, *& plerumque ſignificat exercitum.* ι Gracili voce.] *Hic in vno Scholio ex alio interprete refertur, quod paulo ante ex alio Scholio tributum eſt Symmacho ad illud*, ἄλογος. E

CAP.

A CAP. VII.

ET ait Dominus ad Moysem dicens: [a] Ecce dedi te Deum Pharaoni: &
Aaron frater tuus erit tuus propheta. Tu autem loqueris ei omnia, quæ-
cumque mādo tibi. Aaron autem frater tuus loquetur ad Pharaonem: vt
dimittat filios Israel de terra sua. Ego autem indurabo cor Pharaonis: & multi-
plicabo signa mea, & portenta in terra Aegypto: & non exaudiet vos Pharao. Et
inijciam manum meam in Aegyptum: & educam cum virtute mea populum
meum filios Israel de terra Aegypti cum vindicta magna: & cognoscent om-
nes Aegyptij, quia ego sum Dominus, extendens manum meam in Aegy-
B ptum: & educam filios Israel de medio eorum. Fecit autem Moyses, & Aaron, si
cut præcepit illis Dominus, ita fecerunt. Moyses autem erat annorum octuagin
ta, Aaron autem frater eius annorum octuaginta trium, quando [b] locutus est ad
Pharaonem. Et ait Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Et si loquetur ad
vos Pharao, dicens, Date nobis signum vel portētum; & dices Aaron fratri tuo:
sume virgam, & proijce in terram palam Pharaone, & palam seruis eius: & erit
draco. Ingressus est autem Moyses & Aaron coram Pharaone, & seruis eius & fe
cerunt sic, quemadmodum præceperat eis Dominus. Et proiecit Aaron [y] vir-
gam coram Pharaone, & coram seruis eius: & facta est draco. Cōuocauit autem
C Pharao [r] sophistas Aegypti, & veneficos. Et fecerunt etiam incantatores Aegy
ptiorum veneficijs suis similiter: & proiecerunt vnusquisq. virgam suam, & fa-
ctæ sunt dracones. Et absorbuit virga Aaron virgas illorum. Et [a] inualuit cor
Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut [s] præcepit eis Dominus. Dixit autem Do
minus ad Moysem: Aggrauatum est cor Pharaonis, vt non dimittat populum.
Vade ad Pharaonem mane: ecce ipse exit ad aquam: & eris obuians ei ad labium
fluminis: & virgam versam in serpentem sumes in manu tua: & dices ad eum: Do
minus Deus Hebræorū misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt mi-
hi seruiat in deserto: & ecce non exaudisti hucusque. Hæc autem dicit Dominus
D Deus: In hoc cognosces, quia ego Dominus. Ecce ego percutio virga, quæ in ma
nu mea, super aquam, quæ in flumine: & transmutabitur in sanguinem: & pisces,
qui in flumine, morientur: & efferuescet flumen: & nō poterunt Aegyptij bibe-
re aquam de flumine. Dixit autem Dominus ad Moysem: Dic Aaron fratri tuo:
sume virgam tuam in manu tua, & extende manum tuam super aquas Aegypti,
& super flumina eorum, & super riuos eorum, & super paludes eorum, & su-
per omnem collectam aquam eorum: & erit sanguis. Et [a] factus est sanguis
in omni terra Aegypti, & in lignis & in lapidibus. Et fecerunt sic Moyses & Aa-
ron, sicut mandauit eis Dominus. Et eleuans [b] virga sua percussit aquam, quæ
E in flumine coram Pharaone, & coram seruis eius: & transmutata est omnis aqua
quæ in flumine, in sanguinem: & pisces, qui in flumine, mortui sunt: & efferbuit
flumen: & non potuerunt Aegyptij bibere aquam de flumine. Et fuit sanguis in
omni terra Aegypti. [c] Fecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum
veneficijs suis. Et induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut dixit
Dominus. Reuersus autem Pharao intrauit in domum suam: & non apposuit
mentem suam neque super hoc. [x] Foderunt autem omnes Aegyptij in circuitu
fluminis, vt biberent aquam: & non potuerunt bibere aquam de flumine. Et im
pleti sunt septem dies, postquam percussit Dominus flumen.

a Ecce

α Ecce.] *Aquila,* ἴδε, vide, & *Symm.* ἴδε, κατέστησά σε θεὸν φαραώ, vide, constitui te Deum Pharaoni. *Theodoreti Interpres quaest. 17. habet,* Deus ipsius Aaron, *sed in manuscriptis est,* φαραώ. *Et quae ad hunc locum explicandum affert, sunt fere eadem cum iis, quae à S. Aug. q. 17.* β Locutus est.] ἐλάλησε. *Alij vetusti codices, & Cyrillus lib. 2. de adorat.* ἐλάλησαν, locuti sunt. γ Virgam.] *In aliqua editione est,* τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, virgam suam, & *ita S. Augu. q. 20. notatque ita dici potuisse, quod esset communis Moysi, & Aaron. hebraeus, & chaldaeus habent illud,* suam, *à vulgata abest.* δ Sophistas.] *S. Augustino in locut. magis placet ita dici, quàm,* sapientes, *quemadmodum alij latini tunc haberent, & nunc habet vulgata. Aquila,* κρυφιαστάς, occultorum cognitores, *vel* patratores. ε Inualuit.] κατίσχυσε, *quod etiam posset verti,* corroborauit se. ζ Praecepit.] *In alijs libris est,* ἐλάλησεν, locutus est. η Et factus est.] *In aliqua editione haec tantum sunt,* καὶ ἔσται αἷμα ἐν πάσῃ γῇ αἰγύπτου, & erit sanguis in omni terra Aegypto. *Nam illud,* καὶ ἐγένετο αἷμα, & factus est sanguis, *videtur quodammodo praepostere narrari.* θ Virga sua.] *In alijs codicibus est,* τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, virgam suam. ι Fecerunt autem similiter.] *Aquila,* καί γε αὐτοὶ οἱ κρυφιασταὶ αἰγύπτου ἐν ὀρφναῖς αὐτῶν οὕτως. ac sane ipsi etiam occultorum patratores Aegypti & in susurris suis sic. *Schol. Alius,* καὶ αὐτοὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων διὰ τῶν ἀποκρύφων αὐτῶν ὡσαύτως. & ipsi incantatores Aegyptiorum per occulta sua similiter. *Alius,* καί γε αὐτοὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων ἐν ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ὡσαύτως: ac sane ipsi incantatores Aegyptiorum in veneficijs suis similiter. κ Foderunt.] *Aquila,* καὶ ὤρυξε πᾶσα ἡ αἴγυπτος κυκλόθεν τοῦ ῥείθρου ὕδωρ τοῦ πιεῖν, ὅτι οὐκ ἐδύναντο πιεῖν ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ. Et fodit vniuersa Aegyptus in circuitu fluuij aquam ad bibendum: quoniam non poterant bibere de aqua fluminis. A B

CAP. VIII.

DIxit autem Dominus ad Moysem: Ingredere ad Pharaonem: & dices ad eum: Haec dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. Sin autem nolis tu dimittere; ecce ego ferio omnes fines tuos ranis: & eructabit flumen ranas: & ascendentes intrabunt in domos tuas, & in promptuaria cubiculorum tuorum, & super lectos tuos, & in domos seruorum tuorum, & populi tui, et in α cõspersis tuis, & in clibanis tuis: & super te, & super seruos tuos & super populum tuum ascendent ranae. Dixit autem Dominus ad Moysem: Dic Aaron fratri tuo: Extende manu virgam tuam super flumina, & super riuos, & super paludes: & adduc ranas. Et extendit Aaron manũ super aquas Aegypti: et adduxit ranas: & educta est rana, & operuit terram Aegypti. Fecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum veneficijs suis: & adduxerunt ranas super terram Aegypti. Et vocauit Pharao Moysem & Aaron: & dixit: Orate pro me ad Dominum: & auferat ranas a me, & a populo meo: & dimittã β ipsos, & sacrificabunt Domino. Dixit autem Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi, quando orem pro te, & pro seruis tuis, & populo tuo; vt deleat ranas a te, & a populo tuo, & de domibus vestris: tantum in flumine remanebunt. At ille dixit: In crastinum. Dixit igitur: sicut dixisti: vt scias, quia non est alius praeter Dominum: & auferentur ranae a te, & a domibus vestris, & a γ villis, & a seruis tuis, & a populo tuo: tantum in flumine remanebunt. Egressus est autem Moyses, & Aaron a Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro finitione ranarum, sicut constituit Pharao. Fecit autem Dominus, sicut dixit Moyses. Et mortuae sunt ranae de domibus, & de villis & de agris: & colligebant illas aceruos aceruos: & putruit terra. Videns autem Pharao, quoniam facta est refrigeratio; ingrauatum est cor eius; & non exaudiuit eos, sicut locutus est Dominus. Dixit autem Dominus ad Moysem. Dic ad Aaron: Extende manu virgam tuam, & percute puluerem terrae: & δ erunt sciniphes & in hominibus & in quadrupedibus, & in omni terra Aegypti. Extendit igitur Aaron manu virgam, & percussit puluerem terrae: & facti sunt sciniphes in hominibus, & in quadrupedibus, & in omni puluere terrae facti sunt sciniphes. Fecerunt autem similiter & incantatores venefi- C D E

cijs

A cijs suis, vt educerent scyniphes: & non potuerunt. Et facti sunt scyniphes, & in hominibus & in quadrupedibus. Dixerunt igitur incantatores Pharaoni: Digitus Dei est hic. Et induratum est cor Pharaonis: & non exaudiuit eos, sicut locutus est Dominus. Dixit autẽ Dominus ad Moysem: Surge mane in diluculo, & sta coram Pharaone: & ecce ipse egredietur ad aquam: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt mihi seruiant in deserto. Sin autem nolis dimittere populum meum: ecce ego mitto in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos vestras ᵉ cynomyiam, & implebuntur domus Aegyptiorũ cynomyia, & in terram super quam sunt super eam: & ζ gloriosam faciã

B in die illa terram Gesem, super quam populus meus inest super eam: super quam non erit ibi cynomyia: vt scias, quia ego sum Dominus Deus omnis terræ: & dabo interstitium inter populum meum, & populum tuum. In crastina autem erit ᶿ hoc super terram. Fecit autem Dominus sic. Et aduenit cynomyia, multitudo in domos Pharaonis, & in domos seruorum eius, & in omnem terram Aegypti, & destructa est terra a cynomyia. Vocauit autem Pharao Moysem & Aaron, dicẽs: Venientes immolate Domino Deo vestro in terra. Et dixit Moyses: Nõ potest fieri sic: ϰ abominationes enim Aegyptiorũ immolabimus Domino Deo nostro. Si enim immolauerimus abominationes Ægyptiorum palam ipsis, lapi

C dabimur. Viã trium dierum ibimus in desertum, & sacrificabimus Deo nostro sicut dixit Domin⁹ nobis. Et dixit Pharao: Ego mitto vos: & sacrificate Deo vestro in deserto: sed non longe protendetis ire. Orate igitur pro me ad Dominũ. Dixit autem Moyses: Ego autẽ exibo a te: & orabo ad Deum: & abibit λ cynomyia & a seruis tuis, & a populo tuo cras. Ne adieceris vltra Pharao μ decipere, non dimittendo populum sacrificare Domino. Exiuit autem Moyses a Pharaone, & orauit ad Deum. Fecit autem Dominus, sicut dixit Moyses: & abstulit cynomyiam a Pharaone, & a seruis eius, & a populo eius: & non remansit vlla. Et ingrauauit Pharao cor suum etiam in tempore hoc, & noluit dimittere populum.

D

α Conspersis.] *Ita S. Aug. in locutionibus, quamuis in explanatione habeat,* conspersionibus, *quod græce est,* ἐν τοῖς φυράμασι. *Ita etiam 1. Cor. 5, latine est* conspersio, *quod græce* φύραμα. *Alij interpretantur,* massam, *&* pastam. β Ipsos.] *In alijs codicibus est,* τὸν λαόν, populum. γ Villis.] ἐπαύλεσι. *Abest hoc loco ista dictio à Compl. sicut etiam à vulgata. Sed paulo post, vbi etiam Compl. habet* ἐπαύλεων, *in vulgata est,* villis: *quamuis dictio græca possit etiam* cortes, *& alia significare, itemque dictio hebraica a nonnullis vertatur* atria. δ Puluerem.] χῶμα. *S. Aug. in locut.* aggerem. ε Scyniphes.] *Sic S. Aug. in locut. quod in plerisque vetustis codicibus est,* σκνῖφες. *In alijs, & apud Philonem lib. 1. de vita Moysis est,* σκνῖπες; *& Interp. Origenis hom. 4.* scnipes. *Eodem modo legitur græce in psal. 104. vbi latine,* cyniphes. *quomodo etiam habet S. Aug. q. 25. & multi alij. Schol.* Aliud, φθεῖρες, pediculi. ζ Cynomyiam.] *Ita Inter. Origenis, & S. Aug. in locutionibus & q. 26. quod græce est,* κυνόμυιαν. *Sic Theodoretus, & Philo eodem 1. lib. etymologiam affert, quasi animal compositum ex musca, & cane. Attamen S. Hie. in extrema epistola ad Suniam putat melius scribi,* κοινόμυιαν: *quomodo etiam Aquila dixerit,* πάμμυιαν, id est omnimodam muscam. *Schol. Samariticus* κόρακας, coruum. *S. Aug. q. 29. de hac plaga loquens habet,* cum ablata esset locusta: *sed erratum aut scriptoris, aut memoriæ est.* η Gloriosam.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est,* παραδοξάσω, *quod etiam valet, faciam mirabilem, & eximiam, distinctamque à ceteris, aut, mirabiliter distinguam, vt cap. sequenti.* θ Hoc.] *In quibusdam libris additur* σημεῖον, signum. ι Terra.] *Ita hebreus, & chaldæus. In aliquo libro additur,* ταύτῃ. *Et S. Aug. q. 27.* terra hac, *quemadmodum etiam vulgata.* κ Abominationes.] *In nonnullis codicibus hæc sententiã profertur cum nota interrogationis: quam varietatem fuisse etiã apud interpretes latinos admonet S. Aug. q. 28.* λ Cynomyia.] *Hic in aliis codicibus sequitur,* ἀπὸ σοῦ, à te: *In alijs,* ἀπὸ φαραὼ, καὶ ἀπὸ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. *Et S. Aug. in locut.* a Pharaone, & à seruis eius. μ Decipere.] ἐξαπατῆσαι *Aquila, & Symm.* παραλογίσασθαι, *fallere.*

E

CAP. IX. A

DIxit autẽ Dominus ad Moysem: Ingredere ad Pharaonẽ, & dices ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ: Dimitte populum meum, vt mihi seruiant. Siquidem igitur non vis dimittere populũ meũ, sed adhuc retines eum; ecce manus Domini inerit in pecoribus tuis, quæ in campis, & in equis, & in subiugalibus, & camelis, & bobus, & ouibus meis, magna valde. Et mirabiliter distinguam ego in tempore illo inter pecora Ægyptiorum, & inter pecora filiorum Israel. Non morietur, de omnibus, quæ sunt filiorum Israel, * verbum. Et dedit Deus terminum dicens: Cras faciet Dominus verbum hoc super terram. Et fecit Dominus verbum hoc in crastino: & mortua sunt omnia pecora B
Ægyptiorum: de pecoribus autem filiorum Israel non est mortuum vllum. Videns autem Pharao, quia non est mortuum de omnibus pecoribus filiorum Israel vllum; ingrauatum est cor Pharaonis, & non dimisit populum. Dixit autem Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Sumite vobis plenas manus fauillæ de fornace, & aspergat Moyses in cælum coram Pharaone, & coram seruis eius: & fiat puluis super omnem terram Ægypti: & erunt super homines, & super quadrupedia, vlcera, vesicæ efferuescẽtes, & in hominibus, & in quadrupedibus, & in omni terra Ægypti. Et sumpsit fauillam de fornace coram Pharaone, & aspersit eã Moyses in cælũ: & facta sunt vlcera, vesicæ ᵇ efferuescentes, C
& in hominibus, & in quadrupedibus. Et non potuerunt venefici stare coram Moyse propter vlcera. Facta enim sunt vlcera in veneficis, & in omni terra Aegypti. Indurauit autẽ Dominus cor Pharaonis & non exaudiuit eos, sicut ᵡ constituit Dominus. Dixit autem Dominus ad Moysem: Surge diluculo mane, & sta coram Pharaone: & dices ad eũ: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum. Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. ᵈ Nunc enim in hoc tempore ego mitto omnes impetus meos in cor tuum, & seruorum tuorum, & populi tui: Vt scias, quia non est sicut ego, alius in omni terra. Nunc autem mittens manum percutiam te, & populum tuum morti tradam, & extereris de terra. Et propter hoc D
conseruatus es, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Adhuc igitur tu insultas populo meo, vt non dimittas eos? Ecce ego pluo hac hora crastina grandinem multam valde; quæ talis non fuit in Ægypto, ex quo die condita est vsque in diem hunc. Nunc igitur festina congregare pecora tua, & quæcumque tibi sunt in campo. Omnes enim homines & pecora, quæcumque inuenta fuerint in campis, & non introierint in domum, ceciderit autem grando super ea; morientur. Qui timebat verbum Domini seruorũ Pharaonis; congregauit pecora sua in domos: qui autem non intendit mente in verbum Domini; dimisit pecora in cãpis. Dixit autẽ Dominus ad Moysem: E
Extende manum tuam in cælum: & erit grando in omnem terram Aegypti, & in homines & pecora, & in omnem herbam, quæ super terram. Extendit autem Moyses manum in cælum: & Dominus dedit ᵉ voces, & grandinem. Et discurrit ignis super terram: & pluit Dominus grandinem super omnem terram Aegypti. Erat autem grando & ignis flagrans in grandine: grando autẽ multa ᶠ valde, quæ talis non fuit in Aegypto, ex quo die facta est super eam gens. Percussit autem grando in omni terra Aegypti ab homine vsque ad pecus: & omnem herbam, quæ in campo, percussit grando: & omnia ligna quæ in campis, contri-

uit

A uit grando. Tantum in terra Gesem, vbi erant filij Israel non est facta grando. Mittens autem Pharao vocauit Moysem, & Aaron, & dixit eis: [a] Peccaui nunc: Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Orate igitur pro me ad Dominum: & desinant fieri voces Dei, & grando, & ignis: & dimittam vos: & non vltra adijcietis manere. Dixit autem ei Moyses: Cum egressus fuero de ciuitate, expandam manus meas ad Dominum: & voces desinent: & grando, & pluuia non erit vltra: Vt cognoscas, quia Domini est terra. Et tu, & serui tui, scio, quod nondum [b] timuistis Dominum. Linum autem & hordeum percussum est: hordeum enim ad vigorem venerat: linum vero semen faciebat. Frumentum autem

B tem & far nō sunt percussa: erant enim serotina. Exiuit autem Moyses a Pharaone extra ciuitatem: & extendit manus ad Dominum: & voces cessauerunt, & grādo & pluuia non stillauit vltra super terram. Videns autem Pharao, quia cessauit pluuia, & grando, & voces, apposuit ad peccandum: & ingrauauit cor suum, & seruorum suorum. Et induratum est cor Pharaonis: & non dimisit filios Israel sicut locutus erat Dominus Moysi.

[a] Verbum.] *Hac dictione in hebræo sæpe significari rem notum est. Quare lxx. reddiderunt*, ῥῆμα. [b] Efferuescentes.] ἀναζέουσαι. *Aquila*, πεταζόμεναι, volaticæ. *Symm.* ἐξανθοῦσαι, efflorescentes. *Has pustulas Philo lib. 1. de vita Moysis vocat*, φλυκταίνας. [c] Constituit Dominus.] *Apud Theodoretum quæst. 22. est*, ἔθετο αὐτοῖς, constituit eis. *In Complutensi pro*, αὐτοῖς *est*, μωυσῇ, Moysi. *Vulgata ex hebræo*, sicut locutus est Dominus ad Moysem. [d] Nunc enim in hoc tempore.] ἐν τῷ γὰρ νῦν καιρῷ *& videtur significare, quod habet vulgata*, in hac vice. [e] Voces.] *Notat S. Aug. in locut. scripturam voces solere appellare tonitrua. Schol.* Alius, ἀνέμων ἦχοι, ventorum fragores. Alius, βρονταί, tonitrua. [f] Valde.] *In aliqua editione est*, σφόδρα σφόδρα. *Et S. Aug. in locut.* valde, valde. [g] Peccaui nunc.] *Schol.* ἐν καιρῷ ἕως τοῦ νῦν, in tempore vsque nunc. *Sed videtur hoc etiam loco illud*, τὸ νῦν, *significare*, hac vice. *Int. Origenis habet*. Peccaui, & nunc Dominus iustus est. *Sed fortasse legendum*. Peccaui & nunc, Dominus iustus est. [h] Nondum timuistis.] οὐδέπω πεφόβησθε. *In Compl. est*, οὐδέποτε φοβεῖσθε, nunquam timetis. *S. Augu. q. 35.* nondum timetis, *vt videatur legisse*, οὐδέπω φοβεῖσθε.

D CAP. X.

DIxit autem Dominus ad Moysem dicens: Intra ad Pharaonem. Ego enim indurauí cor eius, & seruorum eius, vt [a] deinde superueniant signa hæc super eos: vt narretis in auribus filiorum vestrorum, & filijs filiorum vestrorum, quæcumque [b] illusi Ægyptijs, & signa mea, quæ feci in eis. Et cognoscetis, quia ego Dominus. Intrauit autem Moyses, & Aaron coram Pharaone, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Quousque non vis revereri me? Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. Sin autem nolis tu dimittere po-

E pulū meū; ecce ego induco hac hora crastino die locustam multam in omnes fines tuos: & operiet aspectū terræ: & nō poteris videre terrā: & comedet omne, quod superstes est de terra, quod remansit, quod reliquit vobis grando & comedet omne lignum, quod nascitur vobis super terram: & implebūtur domus tuæ, & domus seruorum tuorū, & omnes domus in terra Aegyptiorum: quæ nunquā viderunt patres tui, neque proaui eorum, ex quo die fuerunt super terram vsq. in hunc diem. Et declinans Moyses exiuit a Pharaone. Et dicunt serui Pharaonis ad eum: Quousque erit hoc nobis [c] scandalum? dimitte homines, vt seruiant

Deo ſuo. [δ] Nunquid ſcire vis, quia perijt Aegyptus? Et reduxerunt Moyſem, & A
Aaron ad Pharaonem. Et dixit eis: Ite, & ſeruite Domino Deo veſtro. Qui au-
tem, & qui ſunt euntes? Et ait Moyſes: cum adoleſcentibus, & ſenioribus ibimus
cum filijs & filiabus, & ouibus, & bobus noſtris. Eſt enim ſolemnitas Domini.
Et dixit ad eos: [ε] Sit ſic Dominus vobiſcum; ſicut dimitto vos: nunquid & ſup-
pellectilem veſtram? Videte quia malignitas propoſita eſt vobis. Non ſic: ſed
eant viri, & ſeruiant Deo: hoc enim ipſi requiritis. Eiecerunt autem eos a facie
Pharaonis. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Extende manum ſuper terram
Aegypti: & aſcendat locuſta ſuper terram: & comedet omnem herbam terræ, &
omnem fructum lignorum, quem reliquit grando. Et eleuauit Moyſes virgam B
in cælum: & Dominus induxit ventum Auſtrum ſuper terrã tota die illa, & tota
nocte. Factum eſt mane: & ventus auſter aſſumpſit locuſtam & induxit eam ſu-
per omnem terram Aegypti. Et requieuit ſuper omnes fines Aegypti multa val
de. Ante eam non fuit talis locuſta: & poſt hac non erit ſic. Et operuit aſpectum
terræ: & corrupta eſt terra. Et comedit omnem herbam terræ, & omnem fructũ
lignorum, qui relictus fuerat a grandine. Non eſt relictum viride [ζ] nihil in li-
gnis, & in omni herba campi in omni terra Aegypti. Feſtinauit autem Pharao
vocare Moyſem, et Aaron, dicens: Peccaui ante Dominum Deum veſtrum, et
in vos. [η] Suſcipite igitur peccatum meum etiam nunc, & orate ad Dominum C
Deum veſtrum: & auferat a me mortem hanc. Exiuit autem Moyſes a Pharao-
ne, & orauit ad Dominum. Et tranſtulit Dominus ventum a mari violentum:
& aſſumpſit locuſtam, & proiecit eam in rubrum mare. Et non eſt relicta locu-
ſta vna in omni terra Ægypti. Et indurauit Dominus cor Pharaonis: & non di-
miſit filios Iſrael. Dixit autem Dominus ad Moyſem. Extende manum tuam in
cælum: & fiant tenebræ ſuper terram Ægypti, tenebræ palpabiles. Extendit au-
tem Moyſes manum in cælum: & factæ ſunt tenebræ, caligo, turbo ſuper omnẽ
terram Aegypti tres dies: & nemo vidit fratrem ſuũ tribus diebus: & nemo ſurre
xit de cubili ſuo tribus diebus. Omnibus autẽ filijs Iſrael lux erat in omnibus, in D
quibus erant. Et vocauit Pharao Moyſem, & Aaron, dicens: Ite, ſeruite Domi-
no Deo veſtro: [θ] tantum oues, & boues relinquite: & apparatus veſter eat vobi
ſcum. Et dixit Moyſes: ſed & tu dabis nobis holocauſta, & hoſtias, quas fa-
ciemus Domino Deo veſtro: & pecora noſtra ibunt nobiſcum: & non relinquẽ-
mus vngulam. De ipſis enim ſumemus ad ſeruiendum Domino Deo noſtro:
Nos autem neſcimus, quid ſeruituri ſumus Domino Deo noſtro; donec nos ve-
nerimus illuc. Indurauit autem Dominus cor Pharaonis: & noluit dimittere
eos. Et ait Pharao: Diſcede a me: attende tibi vltra apponere videre faciem
meam. Qua autem die apparueris mihi; morieris. Dicit autem Moyſes: [ι] Di- E
xiſti: non apparebo tibi vltra in faciem.

α Deinde.] ἑξῆς. S. *Aug. q. 36.* vt ordine ſuperueniant ſigna mea hæc ſuper eos. *Atque in Compl. etiam eſt,* τὰ σημεῖά μου ταῦτα; Signa mea hæc, *vt vulgata ex hebræo.* β Illuſi] S *Aug. in locut.* illuſit. *Sed videtur mendum ſcriptoris. Notat idem nonnulla de iſta dictione: quæ quidem eadem notione videtur ſumi & in hebræo, & in græco Num. 22.* γ Scandalum.] σκῶλον. *Aquila,* πρόσκομμα, offenſio, ruina *Schol.* Samaritu-cũ, εἰς ἄτας, in detrimenta, & calamitates. δ Nunquid ſcire vis.] *Aquila,* ἆρα οὐ πω οἶδας, ergo nondum noſti. *Schol.* Samaritucus, πρὶν γνῷς, ὅτι ἀπώλετο Αἴγυπτος, antequam noueris, quia Ægyptus periit? ε Sit ſic.]

In aliquos

A *In aliquot libris hæc coniunguntur cum sequentibus, sicut in vulgata,* Sit sic Dominus vobiscum. *In alijs autem, & in Complutensi.* Sit sic: Dominus vobiscum, sicut dimitto vos. Numquid etiam supellectilem vestram? *Quo etiam loco apparet, nomen illud,* ἀποσκευὴν *quod more aliorum vertimus supellectilem, interdum verò apparatum, significare familiam, & filios Vide S. Aug. q. 37.* ζ Nihil in lignis.] *S. Aug. in locut.* Dicendum fuit more locutionis nostræ, non est relictum aliquid viride in lignis. *Ac nos quidē post hac morē latinæ locutionis sequemur. Satis est enim semel indicasse morem lxx.* η Suscipite.] προσδέξασθε. *S. Aug. in locut. notat simili locutione usos esse fratres Ioseph Gen. vltimo,* accipe iniquitatē seruorū Dei patris tui. *ubi græce est,* δέξαι. θ Tantum oues] πλὴν προβάτων. *S. August. habet in locut.* præter oues, *atque inusitata ipsi videtur locutio. Sed sæpe,* πλὴν, *valet,* tantum. ι Dixisti.] *In Compl. est,* ὥσπερ εἴρηκας. Sic dixisti. *In alia editione,* καθὼς εἴρηκας, sicut dixisti, *quod respondet vulgatæ.*

CAP. XI.

B

DIxit autem Dominus ad Moysem: Adhuc vnam α plagam ego inducam super Pharaonem, & super Ægyptum: & post hæc dimittet vos hinc. Cum autem dimiserit vos β omnino; eijciet vos eiectione. Loquere ergo secreto in aures populi: & petat vnusquisque a γ proximo vasa argentea & aurea, & vestem. Dominus autem dedit gratiam populo suo coram Ægyptijs: δ & mutuo dederunt illis. Et homo Moyses magnus factus est valde coram Ægyptijs, & coram Pharaone, & coram seruis eius. Et dixit Moyses: Hæc dicit Dominus. Circa medias noctes ego ingredior in medium Ægypti: & morietur om-
C ne primogenitum in terra Ægypto, a primogenito Pharaonis, qui sedet super thronum ε & vsque ad primogenitum ζ ancillæ, quæ est apud molam, & vsque ad primogenitum omnis pecoris. Et erit clamor magnus per omnem terram Aegypti, qualis non fuit: & talis non vltra apponetur. Et in omnibus filijs Israel non mutiet canis lingua sua ab homine vsq. ad pecus: Vt scias quanta mirabiliter distinguet inter Ægyptios, & Israel. Et descēdent omnes pueri tui hi ad me, & adorabunt me, dicētes: Exi tu, & omnis populus tuus, quem tu ducis. Et post hæc exibo. Exiuit autem Moyses a Pharaone cum ira. Dixit autem Dominus ad Moysem: Non exaudiet vos Pharao: vt η multiplicans multiplicem signa mea,
D & portenta in terra Ægypto. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & portenta hæc in terra Ægypto coram Pharaone. Indurauit autem Dominus cor Pharaonis: & non exaudiuit, vt dimitteret filios Israel de terra Ægypti.

α Plagam.] *Aquila, & Symm.* ἁφὴν tactum. β Omnino.] *græce est,* σὺν παντὶ, *& potest significare,* cum omni re vestra. *In alijs editionibus est,* σὺν παντὶ ἐκβολῇ ἐκβαλεῖ ὑμᾶς, cum omni eiectione eijciet vos. γ Proximo.] *In alijs libris sequitur,* καὶ γυνὴ παρὰ τῆς πλησίον αὐτῆς. *S. Aug. in locut.* & petat vnusquisq. a proximo suo, & mulier à proxima sua. *q. autem 39.* a proximo, & mulier a proxima. *Et à Complutensi quidem abest illud,* αὐτῆς. δ Et mutuo dederunt illis.] *Hæc absunt à vulgata, & hebræo.* ε Et vsque] καὶ ἕως. *Ab aliqua editione abest illud,* καὶ, *quemadmodum & à vulgata, & ab hebræo. In complutensi tamen est: neque est inusitatum in scriptura.* ζ Ancillæ.] θεραπαίνης *Schol.* Alius, αἰχμαλωτίδος, captiuæ, *quemadmodum etiam est in sequenti capite.* η Multiplicans.] *hoc non est in alijs editionibus, neque apud S. Aug. q. 40.*

E

CAP. XII.

DIxit autem Dominus ad Moysem & Aaron in terra Aegypti dicens: Mensis hic vobis principium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Loquere ad omnem synagogam filiorum Israel, dicens: Decima mensis huius sumat vnusquisque α pecus per domos β patriarum, vnusquisque pecus per domum. Sin autem pauci fuerint in domo, vt non sint idonei ad pecus,

assumet secum vicinum proximum suum: secundũ numerũ animarum vnusquis A
que, quod sufficiat sibi, cõnumerabitur ad pecus. Pecus perfectum masculum
anniculum erit vobis: ab agnis, & hœdis accipietis: & erit vobis conseruatum
vsq. ad quartam, & decimam mensis huius: & occident illud omne vulgus syna
gogæ filiorum Israel ad vesperam, & sument de sanguine, & ponent super duos
postes, & super limen in domibus, in quibus manducabunt illa in eis. Et man-
ducabunt carnes nocte hac assatas igni: & azyma super picrides comedent. Nõ
comedetis de eis crudũ, neque coctum in aqua, sed assata igni, caput cum pedi
bus & interaneis. Non remanebit de eo vsque mane. Et os non conteretis ab
eo. Quæ autem superauerint ab eo vsque mane, in igne concremabitis. Sic au- B
tem comedetis eum: renes vestri accincti, & calceamenta in pedibus vestris, &
baculi in manibus vestris: & comedetis eum cum festinatione. Pascha est
Domino. Et transibo in terra Aegypto in nocte hac: & percutiam omne pri-
mogenitum in terra Aegypto ab homine vsque ad pecus: & in omnibus Dijs
Aegyptiorum faciam vindictam. Ego Dominus. Et erit sanguis vobis in si-
gno in domibus, in quibus vos eritis illic: & videbo sanguinem & protegam
vos: & non erit in vobis plaga diminutionis, cũ percutio in terra Aegypto. Et
erit dies vobis hic memoriale: & celebrabitis eum festum Domino in omnes ge
nerationes vestras: legitimum æternum celebrabitis eum. Septem dies azyma C
comedetis: a die autem primo remouebitis fermentum de domibus vestris.
Quicumq. autem comederit fermentum, disperdetur anima illa de Israel, a die
prima vsque ad diem septimam. Et dies prima vocabitur sancta: & dies septima
vocata sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eis: tantũ quæ fient
omni animæ, illud solum fiet vobis. Et seruabitis mandatum hoc. In die enim
hac educam virtutem vestram de terra Aegypti. Et facietis diem hunc in pro
genies vestras legitimum æternum: incipientes quarta & decima die mensis
primi a vespera comedetis azyma vsque ad diem vnam, & vigesimam mensis
vsque ad vesperam. Septem dies fermentum nõ inuenietur in domibus vestris. D
Quicumq. comederit fermentatum, disperdetur anima illa de synagoga Israel,
& in aduenis, & indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis: in omni
autẽ habitaculo vestro comedetis azyma. Vocauit autẽ Moyses omnẽ senatum
filiorum Israel, & dixit ad eos: Abeuntes sumite vobisipsis pecus secundum co
gnationes vestras: & sacrificate Pascha: Sumetis autem fasciculum hyssopi, &
tingentes de sanguine, qui est iuxta ostium, tangetis limen, & super ambos
postes de sanguine, qui est iuxta ostium. Vos autem non exibitis vnusquisque
ostium domus suæ vsque mane. Et præteribit Dominus ad percutiendos Ægy-
ptios: & videbit sanguinem super limen, & super ambos postes, & præteribit Do E
minus ostium: & non sinet disperdentem ingredi in domos vestras ad percutien
dum. Et custodietis verbum hoc legitimum, tibi ipsi, & filijs tuis vsque in secu-
lum. Cum autem ingressi fueritis in terram, quam dederit Dominus vobis,
sicut locutus est; custodite seruitutem hanc. Et erit cum dicent ad vos filij
vestri, quæ est seruitus ista? & dicetis eis: immolatio pascha hoc Domi-
no, sicut protexit domos filiorum Israel in Ægypto; quando percussit Ae-
gyptios, domos autem nostras eruit. Et procumbens populus adorauit.
Et abeuntes fecerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus Moysi & Aa-
ron

A ron sic fecerunt. Factum est autem mediante nocte; & Dominus percussit omne primogenitum in terra Aegypto a primogenito Pharaonis sedente super thronum vsq. ad primogenitum captiuæ, quæ in fouea & vsque ad primogenitum omnis pecoris. Et surgens Pharao nocte, & serui eius, & omnes Aegyptij: & factus est clamor magnus in omni terra Aegypto: non enim erat domus, in qua non erat in ea mortuus. Et vocauit Pharao Moysem, & Aaron nocte, & dixit illis: Surgite, & exite de populo meo & vos, & filij vestri, & seruite Domino Deo vestro: Ite, & seruite Domino Deo vestro, sicut dicitis: & oues, & boues vestros assumentes pergite: benedicite etiam & me. Et cogebant Aegyptij popu-

B lū, festinatione eijciendo eos de terra: dicebāt enim, quia omnes nos morimur. Assumpsit autem populus farinam suam, antequā fermētaretur, conspersiones suas ligatas in vestibus suis super humeros. Filij autē Israel fecerūt, sicut cōstituit illis Moyses: & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea, & aurea, & vestem. Et dedit Dominus gratiam populo suo corā Aegyptijs: & cōmodauerunt eis: & prædati sunt Aegyptios. Promouentes autem filij Israel de Ramesse in Socchoth in sexcenta millia peditum viri, præter apparatum, & cōmistus multus ascendit cum eis & oues, & boues & pecora multa valde. Et coxerunt farinam, quam extulerant de Aegypto, subcineritia azyma: non enim fuerat fermentata. Eiece-

C runt enim eos Aegyptij: & non potuerunt commorari: neq. cibū fecerunt sibipsis in viam. Habitatio autem filiorum Israel, quam habitauerunt in terra Aegypto, & in terra Chanaan, anni quadringenti triginta. Et factum est post quadringentos triginta annos, exijt omnis virtus Domini de terra Aegypti nocte. Custodia est Domino ad educendū eos de terra Aegypti: illa nox hæc, custodia Domino, vt omnibus filijs Israel sit in progenies eorum. Dixit autem Dominus ad Moysem, & Aaron Hæc est lex ipsius Pascha. Omnis alienigena non comedet de eo: & omnem famulū, vel argento emptum circumcides eum: & tunc comedet de eo. Aduena vel mercenarius non comedet de eo. In domo vna man

D ducabitur: & nō efferetis de domo de carnibus foras: & os non conteretis de eo. Omnis synagoga filiorum Israel faciet id. Si quis autē aduenerit ad vos proselytus ad faciendum pascha Domino, circuncides omne eius masculinū: & tunc accedet ad faciendum id: & erit tanquam & indigena terræ. Omnis incircuncisus non comedet de eo. Lex vna erit indigenæ, & aduenienti proselyto in vobis. Et fecerunt filij Israel, sicut mandauit Dominus Moysi, & Aaron ad eos, sic fecerunt. Et factum est in die illa, eduxit Dominus filios Israel de terra Aegypti cum virtute eorum.

E a Pecus.] *Sic visum est commodius omnia respondere si vertatur dictio illa,* προβάτων *quod etiam vidit S. Aug q. 41. & 42. licet non satis hoc modo iudicet seruari sacramentū; & ipse in locutionibus sicut etiā S. Cypr. lib. 2. aduersus Iudæos habeant, ouem, quæ vsitata est istius vocabuli notio. Sed idem S. Cyprianus, cum paulo post dicat,* perfectum masculum anniculum erit vobis, *videtur aliquid neutri generis subintellexisse. S. autem Aug. habet,* agnus perfectus, *& idem Cypr adiungit,* occident illum. c Patriarum.] *S. Aug. in locut.* Quas dicat patrias; non facile est intelligere: vtrum ciuitates, in quibus commanebant; an potius numerosas familias à cuiusque velut paternitate propagatas: hoc enim magis in græco significari perhibetur. *S. Cypr loco indicato,* accipiant sibi singuli ouem per domos tribuum. γ Masculum] *In alijs libris sequitur,* ἄμωμον. *S. Cyprianus videtur habuisse, sed non eodem ordine. Inquit enim,* ouem sine vitio: perfectum, masculum, anniculum erit vobis. *S. Ambr. in psal. 39.* agnus sine macula mundus maturus masculus anniculus, &c. *S. Aug. q. 42. habet vt nostra, itemque vulgata. Ex vulgata, & chaldæo conijci potest hanc esse aliā interpretationem pro* τέλειον. δ Ab agnis, & hœdis.] *Inquit Theodoretus q 24.* non, vt simul vtrumque immolent; sed, vt is, qui ouem habet, agnum immolet: qui vero caret oue; immolet hœdum: *quam inter-*

pretationem dicit S. Aug. q. 42. ab hebræis solitam esse afferri. ε Illa.] αὐτά. *& potest intelligi*, pecora. *S. Aug. fatetur græce esse* αὐτά, *sed putat esse vertendum*, illas, *quoniam intelligatur*, carnes , *quod apud græcos neutri generis est. Hæc enim sequuntur*, καὶ φάγονται τὰ κρέα. *In aliqua editione est*, αὐτὰ, *id est*, τὰ πρόβατα, *& S. Cyprianus*, in quibus cum edent in ipsis, *vt videatur accepisse de agno. S. Ambr. serm. 2.* manducabitis illud cum amaritudine. ζ Picrides.] *S. Cyprianus*, cum picridibus edentis *sed nos retinuimus phrasim græcam, quæ respondet hebræo*, ἐπὶ πικρίδων. *Theodorus Gaza apud Aristotelem, & Theophrastum* πικρίδα *vertit* amaraginem. *Est autem genus intybi. Vulgata habet*, cum lactucis agrestibus. *S. Amb. vt diximus*, cum amaritudine. η Non remanebit.] οὐκ ἀπολείψεται. *Ita est in libris vetustioribus. In alijs partim est*, καταλείψετε *partim*, ὑπολείψετε. *Et S. Cyprianus ibidem*, nihil derelinquetis de eis in mane. θ Non conteretis.] *Ita S. Aug. q. 41. S. Cyprianus*, non confringetis ex eo. *Schol.* οὐ συντριβήσεται, οὐχ ὑπολειφθήσεται, non conteretur, non remanebit. ι Cum festinatione.] μετὰ σπουδῆς. *S. Cyprianus*, festinanter. *Aquila*, ἐν θάμβῳ, in trepidatione. *Symm.* ἐν ἐπείξει, vrgendo. κ Pascha.] *Theodoretus q. 24.* Illud πάσχα Philo quidem interpretatus est, διαβατήρια, sacrificia pro transitu, Iosephus autem, ὑπερβασία, al. ὑπέρβασιν; Symmac. autem ὑπέρβασις, al. ὑπερβάσεις, (*quibus item nominibus transitus significatur*) Theodotio autem Phasec, ipsam hebraicam vocem ponens. Significat autem nomen hebraicum, primogenitorum salutem. *Philonis locus est 3. lib. de vita Moysis: vbi addit chaldaice dici* πάσχα. λ Domino.] *Hæc lectio videtur consentire hebræo, & significare*, coram Domino. *In alijs codicibus, & apud Theodoretum est.* πάσχα γάρ ἐστι κυρίου *& S. Amb. & S. Cyprianus locis indicatis, itemque 3. lib. aduersus Iudæos num. 11.* Pascha est enim Domini. μ Diminutionis.] τῆς ἐκτρίψεως. *Sic S. Cypr. ad Demetrianum, & lib. 1. aduersus Iudæos num. 22. cui*, diminutionis. *Sequitur autem apud eum*, cum percutiam terram Ægypti, *sed lxx expresserunt hebraismum.* ν Seruile.] λατρευτόν. *Ex quo loco, & alijs similibus intelligi potest, quamuis* λατρεία *sæpe significet cultum religiosum Deo exhibitum, vt infra in hoc eodem capite, tamen istius verbi notionem latius patere, atque interdum vilia etiam ministeria significare.* ξ Virtutem.] δύναμιν. *Significat exercitum, vt alibi sæpissime.* ο Incipientes] ἐναρχομένου. *In Compl. est*, ἐναρχομένῳ. incipiente. π Vnam.] *Notum est vnum apud hebræos dici, quod primum est.* ρ Et in aduenis.] γειώραις. *Theodoretus ibidem*, γειώραν appellauit proselytum. σ Iuxta ostium.] *Vulgata*, qui est in limine: *hebræus, & Chaldæus*, qui in vase *S. Aug. q. 46.* An, quod est credibilius, ideo dixit ex sanguine, qui est iuxta ostium; quia vtique ille, qui liniturus est super limen, & postes, vas ipsum, in quo sanguinem excepit, iuxta ostium positurus est; vt ad manum habeat, quando tingat. τ Tangetis] καθίξετε. *Compl.* θίξετε, *quod idem valet. In aliqua editione est*, ἐπὶ τῆς φλιᾶς. *Et S. Aug. in locut. & quæst.* linietis super limen. υ Immolatio pascha hoc Domino] *Ita S. Aug. in locut. Sed quod sequitur in nostra*, sicut, *& græce est* ὡς, *in alijs codicibus est*, ὅς, qui. φ Et surgens] καὶ ἀνέστη. *In alijs libris est*, καὶ ἀνέστη. & surrexit. χ Mortuus.] *Ita S. Aug. q. 44. & uulgata latina. Alij codices habent*, τεθνηκώς. mortuum: *ut referatur ad* πρωτότοκον, primogenitum. ψ Præter apparatum.] πλὴν τῆς ἀποσκευῆς *S. Aug. q. 47. admonet dictionem istam solere uerti instructum, censum substantiam, ac de eius notione diligenter disputat. Omnino, ut alibi notauimus, apud lxx. uidetur significare familiam minime idoneam militiæ. Aquila hoc loco*, χωρὶς νηπίων, sine infantibus. ω Quam habitauerunt] *Hoc modo potius diximus, quàm* incoluerunt. *ut S. Aug. bis quæst. 47. quoniam græce est*, κατῴκησαν, *non*, παρῴκησαν. *In alijs autem codicibus sequitur*, αὐτοί, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν. *Et S. Aug. ibidem*, quem incoluerunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan ipsi, & patres eorum. *Vbi etiam de hoc numero annorum egregie disputat.* αα Custodia.] προφυλακή. *In Compl. est*, νὺξ προφυλακῆς, nox custodiæ. *Aquila*, παρατηρήσεως, obseruationis. *Symmachus*, παρατετηρημένη obseruata. *Schol. Samariticus*, φυλάξεως, obseruationis.

CAP. XIII.

Dixit autem Dominus ad Moysem, dicens: Sanctifica mihi omne primitiuum primogenitum adaperiens omnem vuluam in filijs Israel: ab homine ad pecus mihi erit. Dixit autem Dominus ad populum: Memoramini diei huius, in qua exiuistis de terra Egypti, de domo seruitutis. In manu enim valida eduxit vos Dominus hinc: & non manducabitur fermentum. Hodie enim vos egredimini in mense α nouorum. Et erit cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorrhæorum, & Euæorum, & Iebusæorum, & Gergesæorum, & Pherezæorum, quam iurauit patribus tuis dare tibi fluentem lacte & melle; & facies seruitutem hanc in mense hoc. Sex dies comedetis azyma: Die autem septimo solennitas β Domini. Azyma comederis septē dies: non apparebit tibi fermentatum: neq. erit tibi fermentum in omnibus finibus tuis. Et annunciabis filio tuo in die illa, dicens: Propter hoc fecit Dominus Deus mihi; cum egrediebar de Ægypto. Et erit tibi γ signū super

A super manũ tuam, & memoriale ante oculos tuos; vt sit lex Domini in ore tuo. In manu enim valida eduxit te Dominus Deus de Aegypto. Et seruate [δ] legem hanc secundum tempora [ε] statuta a diebus in dies. Et erit cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum, quemadmodũ iurauit patribus tuis, & dabit tibi eam; & [ζ] separabis omne adaperiens vuluam, masculina Domino: Omne adaperiens vuluam de armentis, vel in pecoribus tuis, quæcumque tibi nata fuerint, masculina sanctificabis Domino: Omne adaperiens vuluam [η] asini mutabis oue: Sin autem non mutaueris; [θ] redimes illud: omne primogenitum hominis filiorum tuorũ redimes. Sin autem interrogauerit te filius tuus, dicens, Quid hoc? & dices ei: Quoniam in manu valida eduxit Dominus nos de terra Aegypti, de domo seruitutis. Quando autem indurauit se Pharao ad dimittendum nos; interfecit omne primogenitum in terra Aegypto a primogenitis hominum vsque ad primogenita pecorum. Propter hoc ego immolo omne adaperiens vuluã, masculina Domino: & omne primogenitum filiorũ meorum redimam. Et erit in signum super manum tuam, & [ι] immobile ante oculos tuos. In manu enim valida eduxit te Dominus de Aegypto. Cum autem emisit Pharao populum; non deduxit eos Deus per viam terræ Philisthiim, quia prope erat. Dixit enim Deus: ne quando pæniteat populum, cum viderit prælium, & reuertatur in Aegyptum. Et circumduxit Deus populum via, quæ ad desertum, ad rubrum mare. [κ] Quinta autem progenie ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Et sumpsit Moyses ossa Ioseph secum. Iusiurando enim adiurarat filios Israel dicẽs: Visitatione visitabit vos Dominus: & simul efferetis ossa mea hinc vobiscum. Promouentes autem filij Israel de Socchoth, castrametati sunt in Othon iuxta desertum. Deus autem præibat eos, die quidem in columna nubis ostendere illis viam; noctu autem in columna ignis. Non defecit autem columna nubis die, & columna ignis noctu coram omni populo.

D [α] Nouorum.] τῶν νέων. *Et valet*, nouarum frugum, *sicut habet vulgata.* [β] Domini.] *In Complutensi est*, κυρίῳ, Domino. [γ] Signum.] *In alijs editionibus est*, εἰς σημεῖον, in signum, *aut*, *vt solent dicere* S. *Cyprianus*, & S. *Aug.* in signo. *Ita etiam paulo inferius in hoc eodem capite.* [δ] Legem.] *Schol.* Alius, ἀκριβασμὸν, (*solet autem Aquila hoc modo vocare præceptum:*) alius, πρόσταγμα constitutionem. [ε] Tempora statuta.] *Visum est hoc modo non male reddi illud*, κατὰ καιροὺς ὡρῶν. *Nam & vulgata habet*, statuto tempore. *Complutensis autem*, tempora annorum. [ζ] Separabis.] ἀφελεῖς. *Alij libri*, ἀφοριεῖς, *quod idem ualet.* [η] Asini.] *S. Augnst. in locut. habebat*, asinæ: *sed putat græcum habere*, asini. *Ita certe uertunt ex hebræo.* [θ] Redimes.] *Aquila.* τενοντώσεις, iugulabis. *Symmachus*, ἀποκτενεῖς, interficies, (*quod habet etiam vulgata*) *Theodotio*, τενοντώσεις αὐτὸ ceruicem illi franges. [ι] Et immobile.] *Aquila*, καὶ εἰς νακτά, & in appensa quædam. *Vulgata*, quasi appensum quid. *Sanctes vocabulum hebraum uertit*, & in frontalia. [κ] Quinta autem progenie.] *S. Aug. q.* 50. Has autẽ dicit progenies latinus interpres, quas γενεὰς græci vocant: quæ in Euangelio generationes appellantur: nec numerantur, nisi per successiones hominum, non per numerum annorum. *Aquila, & Symm.* καὶ ἐνωπλισμένοι, *armati* (*quod etiam habet uulgata*) *Theodotio*, πεμπταζόντες,
E quintati. *Ita enim uertit Sanctes ex hebræo, alij autem*, accincti.

CAP. XIIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem dicens: Loquere filijs Israel: & reuersi castrametentur e regione [α] suburbij inter Magdolum, & mare contra Beelsephon. Coram ipsis castrametaberis super mare. Et dicet Pharao populo suo: filij Israel errant hi in terra: conclusit enim eos desertum. Ego autem indurabo cor Pharaonis: & persequetur post eos. Et glorificabor in Pharaone,

& in

& in omni exercitu eius. Et cognoscēt omnes Ægyptij, quia ego sum Dominus. A
Et fecerunt sic. Et nunciatum est regi Aegyptiorum; quia fugit populus. Et con
uersum est cor Pharaonis, & famulorum eius in populum & dixerunt: Quid hoc
fecimus, vt emitteremus filios Israel, ne seruirent nobis? Iunxit igitur Pharao
currus suos: & omnem populum suum simul eduxit secum: & [β] sumens sexcen-
tos currus electos, & omnem equitatum Aegyptiorum, & [γ] tristatas super om-
nes. Et indurauit Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & seruorū eius & per-
secutus est post filios Israel. Filij autem Israel egrediebantur in manu excelsa. Et
persecuti sunt Aegyptij post eos, & inuenerunt eos castrametatos iuxta mare.
Et omnis equitatus & currus Pharaonis, & equites, & exercitus eius e regione B
suburbij contra Beelsephon. Et Pharao [δ] accessit. Et respicientes filij Israel ocu
lis vident: & [ε] Aegyptij castrametati sunt post eos. Et timuerunt valde. Clama-
uerunt autem filij Israel ad Dominum, & dixerunt ad Moysem: eo quod non es-
sent sepulchra in Aegypto; eduxisti nos, vt morti traderes in deserto. Quid hoc
fecisti nobis, educens de Aegypto? Nonne hoc erat verbum, quod locuti sumus
ad te in Aegypto, dicentes, dimitte nos, & seruiamus Aegyptijs? Melius enim
est nos seruire Aegyptijs, quam mori in deserto hoc. Dixit autem Moyses ad po
pulum: Fidite, state, & videte salutem, quæ est a Domino, quam faciet vobis ho
die. Sicut enim vidistis Aegyptios hodie, non apponetis amplius videre eos in C
[ζ] æternum tempus. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. Dixit autem
Dominus ad Moysem: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel, [η] & disiungāt.
Et tu eleua [θ] virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & finde illud:
& ingrediantur filij Israel in medium maris [ι] per siccum. Et ecce ego indurabo
cor Pharaonis, & Aegyptiorum omnium: & ingredientur post eos: & glori-
ficabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus eius.
Et cognoscent omnes Aegyptij, quia ego sum Dominus: dum egó glorificor in
Pharaone, & in curribus, & in equitibus eius. Promouit autem angelus Dei,
qui præibat castra filiorum Israel, & iuit a tergo. Promouit autem & columna D
nubis a facie eorum, & stetit a tergo eorum: & intrauit inter castra Aegyptio-
rum, & castra Israel, & stetit: & factæ sunt [κ] tenebræ, & caligo: & venit nox: &
non commiscuerunt se inuicem totam noctem. Extendit autem Moyses ma-
num super mare: & subduxit Dominus mare in vento Austro violento totam no
ctem: & fecit mare, siccum: & scissa est aqua: & ingressi sunt filij Israel in mediū
maris per siccum: & aqua eius, murus a dextris, & murus a sinistris. Et persecuti
sunt Aegyptij, & ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, & currus,
& ascensores in medium maris. Factum est autem in vigilia matutina, & inspe-
xit Dominus super castra Aegyptiorum in columna ignis, & nubis: & conturba- E
uit castra Ægyptiorum: & [λ] colligauit axes curruum eorum, & egit eos cum vio
lentia. Et dixerunt Aegyptij. Fugiamus a facie Israel: Dominus enim oppugnat
pro eis Aegyptios. Dixit autem Dominus ad Moysem: Extende manum tuam
super mare: & restituatur aqua, & cooperiat Aegyptios, & super currus, & ascen-
sores. Extendit autem Moyses manum super mare: & redijt aqua diem versus,
[μ] super locum. Agyptij autem fugerunt sub [ν] aquam: & [ξ] excussit Dominus Ae-
gyptios [ο] medium maris. Et reuersa aqua operuit currus, & ascensores, & om-
nem virtutem Pharaonis, eos qui ingrediebantur post ipsos in mare. Et non re-

A mansit de eis ne vnus quidem Filij autem Israel iuerunt per siccum in medio ma
ris: aqua autem ipsis erat murus a dextris, & murus a sinistris. Et eruit Dominus
Israel in die illa de manu Aegyptiorum. Et vidit Israel Aegyptios mortuos iux
ta labium maris. Vidit autem Israel manum magnam, quæ fecit Dominus Aegy
ptijs. Timuit autẽ populus Dominum: & crediderunt Deo, & Moysi seruo eius.
Tunc cantauit Moyses, & filij Israel canticum hoc Deo, & dixerunt π dicentes.

α Suburbij.] τῆς ἐπαύλεως *Interpres Origenis homil. 5. retinuit verbum græcum (quemadmodum & vulgata verbum hebræum Phiairoth) atque ita hunc locum refert*: De othoni conuersi sunt facie inter Epauleum, & inter Magdalum, quod est contra Beelsephon. *Et vulgata etiam habet*, Magdalum: *sed hoc propius Chaldæo*: Magdolum *autem hebræo*.
B β Sumens.] λαβὼν. *In alijs libris est*, ἔλαβε sumpsit. γ Tristatas.] *S. Hier. in cap. 23. Ezech.* Duces, & magistratus, siue tristatas; quos nos principes principum interpretati sumus. De quibus, & in Exodo legimus, electos ascensores tristatas: pro quibus latina simplicitas ternos statores transtulit. Tristatæ autem nomen est apud græcos secundi gradus post regiam dignitatem. De quibus scriptum est, verumtamen ad tres primos non peruenit. Qui principes equitum, peditumque erant, & tributorum: quos nos magistros vtriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus. *ternos quidem statores habet Interpres Origenis homil. 6. & ibi multa Origenes. & vide sequentis capitis notationes.* δ Accessit.] προσῆγε *& non discedit a vulgata. Compl. habet*, προσῆγε. præibat. ε Et Aegyptij.] *In alijs libris est*, καὶ ἰδοὺ οἱ αἰγύπτιοι & ecce Aegyptij. ζ In sempiternum tempus.] *Ita S. August. quæst. 51. quod græce est*, εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. η Et diiungant] καὶ ἀναζευξάτωσαν. *Militare verbum est, & significat dissoluere tentoria, vt alibi dicemus ex S. Aug. Schol.* Samariticus ἐπαράτωσαν, *quod item significat tollere castra, & abire. S. Aug q. 47. vbi græce est*, ἀπαρατωσ. *dixit*, castulerunt. *Interpres autem Origenis hom. 5.* leuantes. *Alibi S. Augu pro hoc uerbo græco utitur promouere. S. Cyprianus lib. 2. te-*
C *stim num. 5. pro*, ἔξηρε *dixit*, promouit. θ Virga tua.] *In alijs libris*, τὴν ῥάβδον σου, *& S. Augu. q. 53.* & tu eleua virgam tuam. *Eandem uarietatem supra etiam notauimus.* ι Per siccum] κατὰ τὸ ξηρόν *Schol.* εἰς χέρσον, εἰς ξηρόν. in solum terræ, in siccum. κ Tenebræ, & caligo.] *Aquila*, καὶ ἐγένετο ἡ νεφέλη σκότος, καὶ ἐφώτισε τὴν νύκτα, καὶ οὐκ ἤγγισεν οὗτος πρὸς τοῦτον. Et nubes facta est tenebra, & illuminauit noctem, & non appropinquauit hic ad illu; *nec multo aliter uulgata. Symm.* καὶ ἦν ἡ νεφέλη σκότος μὲν ἐκεῖθεν φαίνουσα δὲ ἐντεῦθεν. Et erat nubes inde quidem tenebræ, hinc vero apparens, & lucens. *Schol.* Samariticus, καὶ ἦν τὸ νέφος, καὶ τὸ σκότος, καὶ ἐφαίνετο ἡ νύκτα & erat nubes, & tenebræ: & apparebat nocte. λ Colligauit.] συνέδησε *id est*, impediuit. *Symm.* μετήγαγε, transtulit, peruertit. μ Super locum.] ἐπὶ χώρας. *Aquila*, εἰς τὸ ἀρχαῖον αὐτοῦ ad pristinum locum, *ut fere uulgata. Paraphrasis autem chaldaica* ad vigorem suum, *nec multo aliter Sanctes.* ν Sub aquam.] ὑπὸ τὸ ὕδωρ. *Compl.* ἐπὶ τὸ ὕδωρ ad aquam. ξ Excussit.] *Aquila*, ἀνέβρασεν, coxit, suffocauit. ο Medium maris] *sic notat in locut. S. Aug habere græcum pro*, in medio maris. *In alijs tamen editionibus est*, εἰς μέσον τῆς θαλάσσης. π Dicentes.] *A complutensi abest istud*, λέγοντες. *In alis libris est*, καὶ εἶπαν τοῦ λέγειν, *quod S. Aug. in locut. uertit*, & dixerunt dicere, *sed posset etiam uerti*, & dixerunt dicendo. *Vtrumq.*
D *satis respondet hebræo. Sed*, λέγοντες *est usitatius apud lxx.*

CAP. XV.

CAntemus Domino: gloriose enim glorificatus est: equũ, & ascensorem
proiecit in mare. Adiutor, & protector factus est mihi in salutem. Iste
Deus meus; & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.
Dominus conterens bella: Dominus nomen illi. Currus Pharaonis, & exerci-
tum eius proiecit in mare, electos ascensores α tristatas. β Submersi sunt in ma-
E ri rubro: ponto operuit eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera
tua Domine glorificata est in fortitudine: dextera tua manus Domine confregit
inimicos: & multitudine gloriæ tuæ contriuisti aduersarios. Misisti iram tuam:
deuorauit eos sicut stipulã: & per spiritum indignationis tuæ γ diuisa est aqua:
compactæ sunt, tanquam murus, aquæ: compactæ sunt vndæ in medio mari: Di
xit inimicus, persequens comprehendam: diuidam spolia: implebo animam
meam: interficiã gladio meo: dominabitur manus mea. Misisti spiritum tuum:
cooperuit eos mare: demersi sunt quasi plũbum in aqua vehementi. Quis simi-
lis tibi in Dijs Domine? quis similis tibi? glorificatus in sanctis, δ mirabilis
in ma-

in maieſtatibus, faciens prodigia. Extendiſti manum tuam: deuorauit eos ε terra. Deduxiſti iuſtitia tua populum hunc, quem redemiſti: ζ aduocaſti fortitudine tua ad diuerſorium ſanctum tuum. Audierunt gentes, & η iratæ ſunt: dolores apprenderunt habitatores Philiſtijm. Tunc θ feſtinauerunt Duces Edom, & principes Moabitarum: apprehendit illos tremor: tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan. Irruat ſuper eos tremor, & timor: ι magnitudine brachij tui fiant tamquã lapis: donec tranſeat populus tuus Domine: donec tranſeat populus tuus hic, quem poſſediſti. Introduces planta eos in montẽ hæreditatis tuæ, in κ paratum habitaculum tuum, quod perfeciſti Domine, λ ſanctuarium Domine, quod parauerunt manus tuæ. Dominus regnans μ ſeculum, & in ſeculum & vltra. Quoniam ingreſſus eſt equitatus Pharaonis cum curribus & aſcenſoribus in mare: & induxit ſuper eos Dominus aquam maris. Filij autem Iſrael ambulauerunt per aridã in medio maris. ν Sumens autem Maria propheti ſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua: & egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis, & choris ξ Principium autem dedit illis Maria dicens. Cantemus Domino: glorioſe enim glorificatus eſt: equum, & aſcenſorem proiecit in mare. Suſtulit autem Moyſes filios Iſrael a mari rubro, & eduxit eos in deſertum Sur. Et ibant tres dies in deſerto, & non inueniebant aquam, vt biberent. Venerunt autem in Merra, & non potuerũt ο bibere de Merra: amara enim erat. Propter hoc π cognominauit nomen loci illius amaritudo. Et murmurabat populus aduerſus Moyſem, dicentes: Quid bibemus? Clamauit autem Moyſes ad Dominum. Et oſtẽdit ei Dominus lignum: & iniecit illud in aquam, & dulcis facta eſt aqua. Ibi poſuit ei iuſtificationes & iudicia: & ibi eum tentauit, & dixit: Si auditu audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent coram illo, feceris, & auribus perceperis mandata eius, & cuſtodieris omnes iuſtificationes eius; omnem infirmitatem, quam intuli Ægyptijs, non inducam ſuper te. Ego enim ſum Dominus Deus tuus ſanans te. Et venerunt in Ælim: & erant ibi duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta arbores palmarum. Caſtrametati autem ſunt ibi iuxta aquas.

(Margin letters: A at "in maieſtatibus…", B at "quod parauerunt manus tuæ…", C at "tem in Merra…", D at "& ſeptuaginta arbores…".)

α Triſtatas.] *Præter ea, quæ ſuperiore capite ſunt allata, libet & ea afferre, quæ habentur ex Gregorio Nyſſeno partim in catena in hoc canticũ verſa in latinum à ſummo & ſingulari viro Cardinali Caraffa: partim hoc loco ex Scholiaſte, qui etiam citat Origenem, quamuis hic quidem homilia ſexta anagogice tantum iſtam dictionem interpretetur.* Nomine iſto, τριστάτας hoc ſignificat. Contra hoſtiles manus antiqui magnos currus faciebant, adeo, vt tres homines caperent: vnus quidem aurigæ officio fungebatur, alter vero protegebat; tertius vero pugnabat, (*al.* vt vnus quidem auriga eſſet: duo vero alij certarent.) Vel triſtatas dicit eos, qui aſcenderant ſuper tres equos. Antiqui enim in bellum exeuntes ſuper tres equos vehebãtur. Inquit enim, omnem equum, & triſtatas ſuper ipſis. *(Videtur autem indicare locum præcedentis capitis, licet paulo aliter referat.)* Vel robuſtos, & eos, qui aduerſus tres poſſent conſiſtere. Vel eos, qui in acie, tertij ſtabant in phalange, hoc ipſo modo, exercitu conſiſtente in ſpeciem phalangis. Primo enim cadente, vel defeſſo, ac laborante, triſtata ſuccedebat in locum illius. Vel ſignificat, τριστάτην, id eſt eum, qui ſedente rege tertius ſtat, vel tertiam ſedem habet: qualis erat Dauid apud Saul. *De triſtata cũ alibi in ſcriptura fit mentio, tum. 4. Reg. cap. 7. hoc modo,* καὶ ἀπεκρίθη ὁ τριστάτης, ἐφ' ὃν ὁ βασιλεὺς ἐπανεπαύετο ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. & reſpondit triſtata, ſuper quem rex innitebatur, & quieſcebat ſuper manum eius. β Submerſi ſunt.] κατεποντίσθησαν *In alijs libris eſt,* ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν. *Et Interp Origenis,* electos aſcenſores, ternos ſtatores demerſit, &c. γ Diuiſa eſt aqua.] *Ita etiam S. Aug. q. 55. Aquila autem, Symm. & Theodotio,* ἐσωρεύθη coaceruata eſt. δ Mirabilis in maieſtatibus] *Sic Inter. Origenis, quod græce eſt,* θαυμαστὸς ἐν δόξαις. *Compl.* θαυμαστῶς, ἐνδόξως ποιῶν τέρατα, mirabiliter, glorioſe faciens prodigia. *Symm.* ὅτι ἐν δυναστείᾳ, ὅτι ἐν ἁγιασμῷ ἐξαισίως, neque in potentatu, neque in ſanctificatione æquari. ε Terra.] *S. Aug. quæſt. 44.* Terra pro aqua nimirum eſt poſita, &c. ζ Aduocaſti.] παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου. *Int. Origenis.* Conſolatus es in virtute tua, in requie ſancta tua. *Symmac. pro,* παρεκάλεσας *dixit,* ἐβάστασας, portaſti: *quod habet vulgata.* η Iratæ ſunt.] *Aquila,* ἐκλονήθησαν, commotæ ſunt. *Schol* ἐταράχθησαν turbatæ ſunt. θ Feſtinauerunt.] *Sic Int. Origenis, ſed verbo, quod dicit non ſolum ſignificari feſtinationem, ſed etiam interdum trepidationem, alibi*

(Margin letter E at "vel tertiam ſedem habet…".)

A *quoque notabitur. Nam & trepidatio non raro facit festinationem: cursitant enim qui trepidant. Schol.* Alij, ἐθορυβήθησαν, tumultuati sunt. ι Magnitudine brachij tui.] *hæc possunt etiam coniungi cum præcedentibus Int. Origenis.* Veniat ergo super eos timor, & tremor magnitudinis brachij tui. Fiant tanquam lapis, &c. κ In paratum habitaculum. *Schol* ἕδρασμα, εἰς καθέδραν, sedem, in cathedram. λ Sanctuarium.] ἁγίασμα. *Int. Origenis*, sanctimonium. μ Seculum] *Compl. habet* εἰς αἰῶνα *& Int. Origenis*, qui regnas in seculum, *Vbi multa de isto vocabulo* αἰών ν Sumens.] *In alijs libris est*, λαβοῦσα, sumpsit. ξ Principium.] ἐξῆρχε δὲ αὐτῶν. *Schol.* καὶ κατέλεγεν αὐτοῖς, & dicebat eis. ο Bibere de Merra.] *Alij codices habent*, πιεῖν ὕδωρ ἐκ μερρᾶς *& Int. Origenis hom. 7.* non poterant aquam bibere de Merrha. *Itemque S. Aug. q. 56.* π Cognominauit.] *Respondet hebræo. In alijs libris est*, ἐπωνομάσθη, cognominatum est.

CAP. XVI.

B PRomouerunt autem de Aelim: & venerunt omnis synagoga filiorũ Israel in desertum Sin: quod est inter Aelim, & Sina. Quinta autem & decima die mense secundo, cum ipsi exiuissent de terra Aegypti, murmurauit omnis synagoga filiorum Israel aduersus Moysem, & Aaron. Et dixerunt ad eos filij Israel: Vtinam mortui essemus percussi a Domino in terra Aegypto; quando sedebamus super ollas carnium, & manducabamus panes ad satietatem: quoniã eduxistis nos in desertum hoc ad interimendum omnem synagogam hanc in fame. Dixit autem Dominus ad Moysem: Ecce ego pluo vobis panes de cælo. Et exibit populus, & colligent α quod diei, in die. vt tentem eos, si ambulabunt
C β lege mea, an non. Et erit in die sexto, & parabunt, quodcumque intulerint: & erit duplum, γ quod collegerint per diem in die. Et dixit Moyses & Aaron ad omnem synagogam filiorum Israel: Vespere cognoscetis, quia Dominus eduxit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriam Domini in δ exaudiendo murmurationem vestram aduersus Deum. Nos autem quid sumus; quia obmurmuratis contra nos? Et dixit Moyses: in dando vobis Dominum vespere carnes ad comedendum, & panes mane ad satietatem; propterea quod exaudiuit Dominus murmurationem vestram, quã vos obmurmuratis aduersus nos. Nos autem quid sumus? non enim aduersus nos est murmur vestrum, sed aduer-
D sus Deum. Dixit autem Moyses ad Aaron: Dic omni synagogæ filiorum Israel: Accedite ante Deum: exaudiuit enim murmur vestrum. Dum autem loquebatur Aaron omni synagogæ filiorum Israel; & conuerterunt se ad desertum: & gloria Domini apparuit in nube. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Exaudiui murmur filiorum Israel. Loquere ad eos, dicens: Ad vesperam edetis carnes, & mane replebimini panibus: & cognoscetis, quia ego Dominus Deus vester. Facta est autem vespera; & ascendit ε ortygometra, & cooperuit castra. Factum est mane conquiescente rore in circuitu castrorum: & ecce super faciem deserti minutum tanquam coriandrum album, tanquam ζ gelu super terram.
E Videntes autem id filij Israel, dixerunt alter alteri: Quid est hoc? Nesciebant enim quid erat. Dixit autem Moyses eis: Iste est panis, quem dedit Dominus vobis ad edendum: Hoc est verbum, quod constituit Dominus. Colligite de eo vnusquisque in eos, qui ad se pertinent, Gomor, secundum caput, secundum numerum animarum vestrarum, vnusquisque cum vestris η contubernalibus colligite. Fecerunt autem sic filij Israel: & collegerunt hic quidem multum, ille vero minus: & cum mensi essent Gomor, non superfuit ei, qui multum, & nõ defuit ei, qui minus: vnusquisq. in eos, qui ad se pertinebant, apud seipsum collegerunt. Dixit autẽ Moyses ad eos. Nemo relinquat de eo in mane. Et nõ exau-

dierunt

dierunt Moysem: sed reliquerunt quidam de eo in mane: & θ ebulliuit vermes, A
& computruit. Et indignatus est aduersus eos Moyses. Et collegerunt illud
mane mane, vnusquisque ι quod pertinebat ad se. Quando autem incalescebat
sol; liquefiebat. Factum est autem die sexto, collegerunt necessaria dupla, duo
gomor vni. Ingressi sunt autem omnes principes synagogæ, & nunciauerũt Moy
si. Dixit autem Moyses ad eos: Nonne hoc est verbum, quod locutus est Domi-
nus? κ Sabbata requies sancta Domino λ cras. Quæcumque coxeritis, coquite;
& quæcumque elixaueritis, elixate: & omne quod superfuerit, relinquite illud
in apotheca in mane. Et reliquerunt de eo vsque mane, sicut constituit eis Moy-
ses: & non computruit, neque vermis factus est in eo. Dixit autem Moyses: co- B
medite hodie: μ sunt enim sabbata hodie Domino: non inuenietur in campo.
Sex diebus colligetis: die autem septimo sabbata; quia non erit in eo. Factum est
autem in die septimo exierunt quidam de populo ad colligendum: & non inue
nerunt. Dixit autem Dominus ad Moysem: Quousq. non vultis exaudire man-
data mea, & legem meam? Videte: Dominus enim dedit vobis sabbata diem
hunc. Propter hoc ipse dedit vobis die sexto panes duorum dierum. Sedete
vnusquisq. in ν domibus vestris: nemo egrediatur de loco suo die septimo. Et
sabbatizauit populus die septimo. Et cognominauerunt illud filij Israel nomen
eius Man. Erat autem tanquam ξ semen coriandri album: gustus autem eius C
tanquam ο laganum cum melle. Dixit autem Moyses: Hoc est verbum, quod
constituit Dominus. Implete gomor de Man in apothecã in progenies vestras;
vt videant panem, quem comedebatis vos in deserto; quando eduxit vos Do-
minus de terra Ægypti. Et dixit Moyses ad Aaron: Accipe vas aureum vnum, &
inijce in illud, plenum gomor Man: & repones illud ante Deum, vt seruetur in
progenies vestras; quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et reposuit Aa-
ron ante testimonium ad reseruandum. Filij autem Israel ederunt Man annis
quadraginta, quoadusque venerunt in terram, quæ inhabitatur: Man ederunt;
quoadusque aduenerunt in partem Phœnicis. Gomor autem erat decima D
π trium mensurarum.

α Quod diei, in die.] *τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν, idest, quod vni diei sufficit, singulo quoque die. Inter opera S. Cypr. in lib. de montibus Sina & Sion,* diurnum in diem. *Apud S. Aug. quæst.* 58. *est*, vnius diei in diem: *itemque apud Int. Origenis hom. 7. Qui verba paulo post sequentia, atque idem significantia, τὸ καθ' ἡμέραν εἰς ἡμέραν interpretatur*, quotidianum in die. ϲ Lege.] *Int. Origenis*, in lege. γ quodcumque collegerint.] *Int. Origenis*, quodcumque intulerint. *Videtur autem idem valere, ac si diceretur*, duplum ad illud, quod colligere soliti sunt singulo quoque die. δ In exaudiendo.] S. *Aug. in locut.* dum exaudiet: *atque optima interpretatio est: sed nescio quomodo phrasis illa græca, & hebræa efficacior est: quare in psalmo* 125. In conuertendo Dominus captiuitatem. *Itaque & nos ea interdum vtimur.* ε Ortygometra.] *S. Aug. q.* 62. Vnde & illis ortygometra data est, id est aues, quas coturnices multi latini interpretati sunt: cum sit aliud genus auium Ortygometra; quamuis coturnicibus non vsquequaque dissimile. *Vulgata quidem habet*, coturnix, *& hic & psalmo* 104. ζ Gelu.] *πάγος. Schol. χιών*, pruina. η Contubernalibus.] *συσκηνίοις, aut, vt alij codices, συσκήνοις. S. Aug. in locut.* cum commanentibus vobis. *Compl. habet, ἐν ταῖς σκηναῖς ὑμῶν*, in tabernaculis vestris. θ Et ebulliuit.] *ἐξέζεσεν. Schol. Alius, ἀνέβρασεν, quod idem valet.* ι Quod pertinebat.] *τὸ καθῆκον. Schol.* Alius, *ἕκαστος τὸ ἀρκοῦν*, quod satis erat. κ Sabbata.] *Videtur rectus in numero multitudinis, & significare solennitatem sabbati; quemadmodum apud ethnicos Floralia, Magnalesia & huiusmodi.* λ Cras.] *In Compl. & in multis editionibus vulgatæ itemque in chaldæo coniungitur cum sequentibus; vt intelligatur, quod coctur i estis cras. comite hodie: sed melius coniungitur cum præcedentibus.* μ Hodie.] *In Compl. est, φάγετε σήμερον· ἔστιν γὰρ σάββατον τῷ κυρίῳ· σήμερον οὐχ εὑρεθήσεται ἐν πεδίῳ.* comedite hodie illud: est enim sabbatum Domino: hodie non inuenietur in campo. *In alia autem editione, φάγετε σήμερον· ἔστι γὰρ σάββατα ἀνάπαυσις τῷ κυρίῳ· σήμερον οὐχ εὑρήσετε ἐν τῷ πεδίῳ.* Comedite hodie: sunt (*al.* est) enim sabbata requies Domino: hodie non inuenietis in campo. ν In domibus vestris.] *In alijs libris additur*, E

A *tur*, παρ' ἑαυτῷ, apud semetipsum. *Hoc habet vulgata ex hebræo, & non illud: quare videri possunt duæ interpretationes.* ξ Semen coriandri.] *Schol.* Samariticus, ὡς σπέρμα ὀρύζης, tanquam semen oryzæ. • Laganum.] *aut*, simila. *græce est*, ἐγκρίς. *Theodoretus quæst.* 30. *ex* Symm. ὡς ἄμυλος ἐν μέλιτι, tanquam bellarium in melle. *Schol. ex Aquila*, ἄμυλος ἐξ ἐλαίου. bellarium ex oleo. *Incertus interpres*, μέλι κηρίου, mel faui, *aut*, placentæ. τ Trium mensurarum.] *Chaldæus*, trium satorum. *Schol.* τῶν σατῶν. *vulgata* Ephi. *Theodoretus notat Gomor apud Iosephum continere tres atticas cotylas cum dimidia. Verum hac de re alibi.*

CAP. XVII.

ET promouit omnis synagoga filiorum Israel e deserto Sin secundum castra sua per verbum Domini. Et castrametati sunt in Raphidin. Non erat
B autem aqua populo ad bibendum. Et maledicebat populus ad Moysem, dicentes: Da nobis aquã, vt bibamus. Et dixit eis Moyses: Quid maledicitis mihi, & quid tentatis Dominum? Sitiuit autem ibi populus α propter aquã. Et obmurmurauit ibi populus erga Moysem, dicentes: Vt quid hoc? ascendere nos fecisti de Ægypto, ad occidendum nos, & filios nostros, & pecora siti? Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum: & lapidabunt me. Et dixit Dominus ad Moysem: Antecede populum istum: sume autẽ tibi de senioribus populi: & virgam in qua percussisti flumen, sume in manu tua: & ibis. β Ipse ego γ sto ibi priusquam tu, super petrã
C in Choreb. Et percuties petram: & ex ea exibit aqua: & bibet populus. Fecit autem Moyses sic coram filijs Israel, & cognominauit nomen loci illius, tentatio, & maledicentia, propter maledictum filiorum Israel; & eo quod tentabant Dominum dicentes; si est Dominus in nobis, an non. Venit autem Amalec, & oppugnabat Israel in Raphidim. Dixit autem Moyses ad Iesum: Elige tibi viros potentes: & exiens δ congredere cum Amalec cras. Et ecce ego sto super cacumen collis: & virga Dei in manu mea. Et fecit Iesus, sicut dixit ei Moyses: & exiens congressus est cum Amalec. Et Moyses, & Aaron & Or ascenderunt in cacumen collis. Et factum est, cum leuabat Moyses manus; inualescebat Israel: vbi autem
D submiserat manus; inualescebat Amalec. Sed manus Moysi erant graues. Et accipientes lapidem supposuerunt sub eo: & sedebat super eum. Et Aaron, & Or sustẽtabant manus eius, hinc vnus & hinc vnus. Et factæ sunt manus Moysi stabiles vsque in occasum solis. Et fugauit Iesus Amalec, & omnem populum eius in cæde gladij. Dixit autem Dominus ad Moysem. Describe hoc ad memoriam in libro: & da in aures Iesu: quoniam deletione delebo memoriam Amalec de sub cælo. Et ædificauit Moyses altare Domino: & cognominauit nomen eius, Dominus refugium meum: quoniam in manu occulta pugnat Dominus contra Amalec, a generationibus in generationes.

E

α Propter aquam.] ὕδατι, *idest propter inopiam aquæ. Sic enim quod in hebræo concise dictũ est, explicauit vulgata*, præ aquæ penuria. β Ipse ego.] *Sic uisum est posse reddi illud*, ὅδε ἐγώ. *In alijs editionibus partim est*, ὧδε *hic (itemque apud Philonem lib.* 2. *allegoriarum non longe ab initio) partim*, ἰδού ecce. γ Sto ibi.] *S. Ambrosius* Ego sum hic priusquam tu. *Philo*, ὧδε ἕστηκα πρὸ τοῦ σε, hic sto prius quam tu. *Alij codices, & Compl.* ἕστηκα ἐκεῖ πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν, sto ibi, antequam tu venias: *aliæ editiones* ἕστηκα πρὸ τοῦ ἐκεῖ σε ἐλθεῖν, sto, priusquam tu illuc venias. δ Congredere.] παράταξαι τῷ ἀμαλήκ. *S. Cyprianus testim. libr.* 2. *num.* 21. & constitue cum Amalec in crastinum, *quo quidem loco, itemque in libr. de exhortatione martyrum, multa refert ex hoc capite.*

CAP. XVIII.

A

AVdiuit autem Iothor sacerdos Madian socer Moysis omnia, quæcumque fecit Dominus Israel populo suo. Eduxit enim Dominus Israel de Ægypto. Sumpserat autem Iothor socer Moysis Sephoram vxorem Moysis post ᵃ dimissionem eius, & duos filios eius. Nomen vni eorum Gersa n, dicens: incola fui in terra aliena. Et nomen secundi Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus: & eripuit me de manu Pharaonis. Et ᵝ egressus est Iothor socer Moysis, & filij, & vxor ad Moysem in desertum: vbi castrametatus erat super montem Dei. Nunciatum est autem Moysi, dicentes: Ecce B
socer tuus aduenit ad te, & vxor, & duo filij tui cum eo. Exiuit autem Moyses obuiam socero, & adorauit eum, & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuo. Et introduxit eos in tabernaculum: & narrauit Moyses socero omnia, quæcumque fecit Dominus Pharaoni, & omnibus Ægyptijs propter Israel, & omnem laborem, qui acciderat eis in via: & quod eripuit eos Dominus de manu Pharaonis, & de manu Ægyptiorum. Obstupuit autem Iothor in omnibus bonis, quæ fecerat eis Dominus; quia eripuerat eos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis. Et dixit Iothor: Benedictus Dominus, quia eripuit eos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis. Nunc cognoui, quia magnus Do- C
minus præter omnes Deos, propter hoc, quod ᵞ insectati sunt eos. Et ᵟ sumpsit Iothor socer Moysis holocaustomata, & sacrificia Deo. Venit autem Aaron, & omnes seniores Israel manducare panem simul cum socero Moysis coram Deo. Et factum est, post crastinum consedit Moyses ad iudicandum populum. Adstabat autem omnis populus Moysi a mane vsque ad vesperam. Et videns Iothor omnia, quæcumque facit populo, ait: Quid hoc, quod tu facis populo? Quare tu sedes solus, omnis autem populus adstat tibi a mane vsque ad vesperam? Et dixit Moyses socero. Quia venit ad me populus inquirere iudicium a Deo. Nam cum eis contigerit altercatio, & venerint ad me; iudico vnumquemque: & moneo eos præcepta Dei, & legem eius. Dixit autem socer Moysis ad D
eum: Non recte tu facis verbum hoc. Corruptione corrumperis intolerabili & tu, & omnis populus hic, qui est tecum. Graue tibi verbum hoc: non poteris facere tu solus. Nunc itaque audi me: & consilium dabo tibi: & erit Deus tecum. Esto tu populo in ijs, quæ ad Deum: & referes verba eorum ad Deum: & ᵋ testaberis illis præcepta Dei, & legem eius: & demonstrabis illis vias, in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ facient. Et tu prouide tibi ex omni populo viros potentes, ᶻ Deum colentes, viros iustos, odio habentes ᵑ superbiam: & constitues ᶿ super eos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & ᶥ decuriones: & iudicabunt populum omni tempore. Verbum autem graue referent E
ad te: quæ autem ex negocijs breuia fuerint; iudicabunt ipsi: & alleuabunt a te, & ᵏ suscipient onus vna tecum. Si verbum hoc feceris; corroborabit te Deus, & poteris consistere: & omnis populus hic ad locum suum cum pace veniet. Audiuit autem Moyses vocem soceri, & fecit, quæcumque dixit ei. Et selegit Moyses viros potentes ex omni Israel: & fecit eos super eos, tribunos, & centuriones & quinquagenarios, & decuriones. Et iudicabant populum omni tempore. Omne autem verbum ᶺ graue referebant ad Moysem: omne autem

A autem verbum leue iudicabant ipsi. Dimisit autem Moyses socerum suum & abijt in terram suam.

α Post dimissionem eius.] *μετὰ τὴν ἄφεσιν. Schol. ἐξ ἀποστολῆς, quod videtur significare,* postquam eam remiserat. β Et egressus est.] *Aquila, καὶ ἦλθεν ἰοθρὼ νυμφοδότης μωυσῆ* & venit Iethro nupta Moysis *Sym. ἦλθεν οὖν ἰοθὼρ ὁ πενθερὸς μωυσῆ:* venit igitur Iothor socer Moysis. γ Insectati sunt.] *ἐπέθεντο. Schol.* Alius, *ὑπερηφανεύοντο,* superbe egerant. *quod habet etiam vulgata.* δ Et sumpsit.] *S. Aug in locut.* Et sumpsit Iethor, vel Iethro· *vbi etiam de ista locutione disputat.* ε Testaberis.] *Ita S. Augu. q. 69. quod græce est, διαμαρτύρῃ, aut, vt in alijs libris, διαμαρτύρει. Aquila, διασελεῖς,* distingues, explicabis. ζ Deum colentes.] *Sic vertit. S. Aug. ibidem, θεοσεβεῖς. Schol.* Ceteri, *φοβουμένους τὸν θεόν,* timentes Deum. η Superbiam.] *Schol.* Alius, *πλεονεξίαν* auaritiam. θ Super eos.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus, ac significat,* super populum. *In alijs libris est, αὐτοὺς ἐπ᾽ αὐτοῖς,* ipsos super eos, (*quemadmodum paulo inferius etiam in nostra*) *idest viros*
B *istos super populum. S. Aug. in eadem quæstione.* Electis videlicet potentibus viris, Deum colentibus, iustis, & qui oderint superbiam; quos constituat super millenos, alios super centenos, alios super quinquagenos, alios super denos. ι Decuriones.] *In quibusdam codicibus hic, in quibusdam vero paulo inferius, vbi hæc repetuntur. sequitur, καὶ γραμματοεισαγωγεῖς,* & scribas: *quod tamen vtroque loco abest à vulgata, & hebræo. S. Aug. ibidem.* Quos autem dicat *γραμματοεισαγωγεῖς,* post decuriones; non facile sciri potest: quoniam hoc nomen in nullo vsu habemus vel officiorum, vel magistrorum, &c. κ Et fulcient.] *καὶ συναντιλήψονταί σοι Symm. & Theodotio, συμβαστάσουσιν,* simul portabunt. λ Graue.] *Sic S. Augu. in locution. ὑπέρογκον. Scool. τὸ μέγα,* magnum. *Aquila, & Symm. σκληρόν,* durum. *Theodotio, τὸ δυσχερές,* molestum.

CAP. XIX.

C Mense α autem tertio exitus filiorum Israel de terra Ægypti, hac die venerunt in desertum Sina, & promouerunt ex Raphidin· & venerunt in desertum Sina: & castrametatus est ibi Israel contra montem. Et Moyses ascendit in montem Dei: & vocauit eum Deus de monte, dicens: Hæc dices domui Iacob, & nunciabis filijs Israel. Vos ipsi vidistis, β quæ feci Ægyptijs: & assumpsi vos tamquam super alas aquilarũ, & adduxi vos ad meipsum. Et nunc si auditione audieritis vocem meam, & custodieritis testamentum meum; eritis mihi populus γ peculiaris ex omnibus gentibus. Mea est enim omnis terra. Vos autem eritis mihi regale sacerdotium, & gens sancta. Hæc verba
D dices filijs Israel. Venit autem Moyses, δ & vocauit seniores populi, & exposuit eis omnia verba hæc, quæ constituit eis Dominus. Respondit autem omnis populus vnanimiter, & dixerunt: omnia quæcumque dixit Deus, faciemus, & audiemus. Retulit autem Moyses verba hæc ad Deum. Dixit autem Dominus ad Moysem: Ecce ego aduenio ad te in columna nubis; vt audiat populus loquentem me ad te, & tibi credant in seculum. Nunciauit autem Moyses verba populi ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Moysem: Descendens testare populo, & ε purifica illos hodie, & cras, & lauent ζ vestimenta, & sint parati in diem tertiam. Tertia enim die descendet Dominus in montem Sina coram omni popu-
E lo: & η terminabis populum in circuitu dicens: Attendite vobis ipsis, ne ascendatis in montem, neque tangatis quid illius. Omnis, qui tetigerit montem, morte peribit: non tanget eum manus: in lapidibus enim lapidabitur, vel θ iaculo cõfodietur: siue pecus siue homo; nõ viuet. Cum voces, & tubæ & nubes ι discesserint a monte; illi ascendent in montem. Descendit autem Moyses de monte ad populum, & sanctificauit eos: & lauerunt vestimenta. Et dixit populo: Estote parati: tres dies ne accesseritis ad vxorem. Factum est autẽ die tertia, cum esset diluculum versus, & factæ sunt voces, & fulgura, & nubes caliginosa super montẽ Sina: vox tubæ sonabat magnum. Et consternatus est omnis populus, qui in ca

ſtris. Et eduxit Moyſes populum in occurſum Dei e caſtris: & aſtiterunt ſub monte. Mons Sina fumabat totus, eo quod deſcenderat ſuper eum Deus in igni. Et aſcendebat fumus, tanquam fumus fornacis. Et obſtupuit omnis populus valde. Factæ ſunt autem voces tubæ procedentes fortiores valde. Moyſes loquebatur: Deus autem reſpondebat ei voce. Deſcendit autem Dominus ſuper montem Sina ſuper cacumen montis. Et vocauit Dominus Moyſem in cacumen montis. Et aſcendit Moyſes. Et ait Deus ad Moyſem, dicens: Deſcendens teſtare populo; ne forte appropinquent ad Deum ad ſpectandum, & cadant ex eis multitudo. Et Sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum Deum, ſanctiſicentur; ne forte ϰ interimat de eis Dominus. Et dixit Moyſes ad Deum. Non poterit populus aſcendere ad montem Sina. Tu enim teſtatus es nobis, dicens, Termina montem, & ſanctifica eum. Dixit autem ei Dominus: Vade, deſcende: & aſcende tu, & Aaron tecum. Sacerdotes autem, & populus ne λ vim faciant aſcendere ad Deum: ne forte perdat de eis Dominus. Deſcendit autem Moyſes ad populum, & dixit eis.

α Menſe autem tertio.] *S. Aug. q. 70.* Menſis autem tertij. β Quæ feci.] *S. Aug. ibidem.* quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. γ Peculiaris.] περιούσιος. *Theodotio,* ἐξαίρετος, electus. *S. Aug. ibidem,* eritis mihi in peculium. δ Et vocauit.] *Alii codices,* ἐλάλησε πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, locutus eſt ad ſeniores. ε Purifica.] ἅγνισον, *Et ita S. Aug. ibidem. Sch.* Ceteri, ἁγίασον, Sanctifica, *& S. Cyprianus lib. 2. teſtim. num. 25. ſic habet.* ζ Veſtimenta.] *In quibuſdam codicibus & hic, & paulo inferius additur,* αὐτῶν. *Et* S. *Aug. ibidem,* veſtimenta ſua. *itemque S. Ambr. primo off. c. ult. & S. Cypr. ibid.* veſtem ſuam. η Terminabis.] ἀφοριεῖς. *Schol.* ὁροθετήσεις, terminos ſtatues, *quos nimirum populus ne prætergrediatur.* θ Iaculo.] βολίδι. *Aquila,* ῥοιζῶν, ſtridore. *Symmac.* βέλεσιν, miſſilibus. *Theodotio,* τοξευόμενος, telis petitus. ι Dederint.] *non diſsimilem ſententiam reddit chaldæus: Vulgata autem,* cum cœperit clangere buccina, *alii ex hebræo,* cum prolixum ſonum dederit buccina. ϰ Interimat.] *Non eſt inuſitata hæc notio iſtius uerbi,* ἀπαλλάξῃ. *& paulo poſt eadem ſententia uidetur dici,* ἀπολέσῃ. *quemadmodum etiam eſt idem uerbum hebræum. Sed S. Cyprianus ad Epictetum epiſt. 64.* ne forte derelinquat illos Dominus. *Aquila,* διακόψῃ, diſcindat. *Symm.* διαφθείρῃ. diſperdat. λ Vim faciant.] βιάζωνται. *In compl. eſt.* βαδίζωσιν, vadant.

CAP. XX.

ET locutus eſt Dominus omnia verba hæc, dicens: Ego ſum Dominus Deus tuus; qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Non erunt tibi Dij alij α præter me. Non facies tibi ipſi β idolum, γ nec cuiuſquã ſimilitudinem, eorum quæcumque ſunt in cælo ſurſum, & quæcumque in terra deorſum, & quæcumque ſunt in aquis ſubtus terram. Non adorabis illa, neque coles illa. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus Zelotes, reddens peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartam progeniem ijs, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia ijs, qui diligunt me, & qui ſeruant præcepta mea. Non aſſumes nomen Domini tui δ in vano. Non enim mundabit Dominus Deus tuus aſſumentem nomen eius in vano. Memento diem ſabbatorum ſanctificare eam. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: die autem ſeptimo, ſabbata Domino Deo tuo. Non facies in eo vllũ opus tu & filius tuus & filia tua, puer tuus & ancilla tua, bos tuus & ſubiugale tuũ, & omne pecus tuum, & proſelytus, qui incolit in te. In diebus enim ſex fecit Dominus cælũ & terrã & mare, & omnia quæ in eis: & requieuit die ſeptima. Propter hoc bene-

A benedixit Dominus diem ſeptimam, & ſanctificauit eam. Honora patrem
tuum, & matrem tuam; vt bene tibi ſit, & vt longæuus ſis ſuper terram bonam,
quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non [ε] mœchaberis. Non furaberis. Non
occides. Non falſo teſtaberis contra proximum tuum teſtimonium falſum.
Non concupiſces vxorem proximi tui. Non concupiſces domum proximi tui,
neque agrum eius, neque puerum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius,
neque ſubiugale eius, neque vllum pecus eius, neque quæcumque proximi tui
ſunt. Et omnis populus videbat vocē, & lampades, & vocem tubæ, & montem
fumantem. Territi autem omnis populus ſteterunt a lōge: Et dixerunt ad Moy
B ſem: Loquere tu nobis, & non loquatur ad nos Deus; [ζ] ne moriamur. Et dicit
eis Moyſes: Fidite. Propterea enim venit Deus tentare vos: vt ſit timor eius in
vobis; vt ne peccetis. Stetit autem populus a longe. Moyſes autem intrauit in ca
liginem, vbi erat Deus. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Hæc dices domui
Iacob, & annunciabis filijs Iſrael: Vos vidiſtis, quia de cælo locutus ſum ad vos.
Non facietis vobiſipſis Deos argenteos: & Deos aureos non facietis vobiſipſis.
Altare de terra facietis mihi: & immolabitis ſuper illud holocauſtomata veſtra
& ſalutaria veſtra, & oues & vitulos veſtros in omni loco, vbicumque [η] annomi
nauero nomen meum illic. Et veniam ad te & benedicam te. Si autem de lapidi
C bus altare facias mihi; non ædificabis eos ſectos. [θ] Cultrum enim tuum iniecí-
ſti ſuper eos, & inquinati ſunt. Non aſcendes in gradibus ad altare meum; ne re-
ueles turpitudinem tuam ſuper illud.

[α] Præter me.] πλὴν ἐμοῦ. *S. Cyprianus ad Demetrianum*, abſque me. *Sed S. Aug. q. 71. & alij habent, vt nos.* [β] Idolum.] *Schol. ceteri.* γλυπτὸν, ſculptum, *vel,* ſculptile. *De nomine idoli multa Origenes hom. 8. & Theodoretus quæſt. 38.* [γ] Nec cuiuſquam.] *Ita S. Cyprianus de exhortatione martyrum cap. primo. Int. Origenis,* neque vllam ſimilitudinem. *S. Aug. ibidem* neque vllum ſimulachrum *Græce eſt,* οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. [δ] In vano.] ἐπὶ ματαίῳ. *quod S. Cypr. lib. 3. teſtim. num. 12. habet,* in vanum. *Aquila,* εἰς εἰκῆ, in caſſum. *vide Theodoretum q. 41.* [ε] Non mœchaberis.] *Ita vetuſti codices. In alijs idem eſt ordo, atque in vulgata & hebræo,* οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, non occides, non mœchaberis, non furaberis.
D [ζ] Ne moriamur.] *In alijs libris eſt,* μήποτε ἀποθάνωμεν. *& S. Augu. q. 73.* ne quando moriamur. [η] Annominauero.] *S. Aug. in locut.* Quod græcus habet, ἐπονομάσω, ſupernominauero, aut annominauero expreſſius dicitur; quod vſitatius, cognominauero, nonnulli interpretati ſunt. Sed non habet neceſſariam ſignificationem cognominauero: propinquius tamen dicitur cognominauero, quam nominauero: nam & hoc aliqui interpretes dixerunt. [θ] Cultrum.] ἐγχειρίδιον. *Aquila,* ὅτι μάχαιράν σου ἐξῆρας ἐπ' αὐτὸ, quoniam gladium tuum eleuaſti in illud, *nec multo aliter Symm.* τὴν γὰρ μάχαιράν σου ἐπέθηκας ἐπ' αὐτό. *& Theodotio,* ὅτι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπέβαλες ἐπ' αὐτό.

CAP. XXI.

ET hæ ſunt iuſtificationes: quas appones coram illis. Si [α] acquiſieris ſer-
E uum hebræum; ſex annos ſeruiet tibi: ſeptimo autem anno abibit liber
gratis. Si ipſe ſolus intrauerit; & ſolus exibit: ſi autem vxor intrauerit
ſimul cum eo; exibit & vxor eius. Et vero, ſi dominus dederit ei vxorem,
& pepererit ei filios, vel filias; vxor & paruuli erunt domino eius: ipſe autem
ſolus exibit. Si autem reſpondens ſeruus dixerit, dilexi dominum meum, &
vxorem, & paruulos, non abeo liber; adducet eum dominus eius ad [β] tribunal
Dei: & tūc adducet eum ad oſtium ad poſtem: & perforabit dominus eius aurē
ſubula: & ſeruiet ei in ſeculum. Si quis autē vendiderit filiam ſuam [γ] famulam;
nō abibit, ita vt recedūt ancillæ. Si nō placuerit domino ſuo, [δ] quā adnominauit

ſibi, ᵅ redimet eam: genti autem exteræ non eſt dominus vendere illam; quo- A
niam ſpreuit in ea. Quod ſi filio adnominauerit eam; ſecundum iuſtificationem
filiarum faciet ei. Quod ſi aliam acceperit ſibi; quæ opus ſunt & veſtem & conuer
ſationem eius non fraudabit. Sin autem tria hæc non fecerit ei; exibit gratis ſine
argento. Quod ſi quis percuſſerit aliquem, & mortuus fuerit; morte moriatur:
qui autem ζ nolens, ſed Deus ᵑ tradidit in manus eius; dabo tibi locum, quo
fugiat illuc, qui interfecit. Si quis autem inſidiatus fuerit proximo, ad occiden-
dum eum dolo, & confugerit; ab altari meo capies eum, vt tradatur morti. Qui
verberat patrem ſuum vel matrem ſuam; morte moriatur. Qui maledicit pa-
trem ſuum vel matrem ſuam; peribit morte.ᶿ Quicumque furatus fuerit quem- B
piam filiorum Iſrael, & opprimẽs eum vendiderit, & inuentus fuerit in eo; mor
te pereat. Sin autem ᶥ iurgati fuerint duo viri, ᵡ & percuſſerint proximum lapi
de vel pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in cubili, ſi exurgens ho
mo ambulauerit foras ſuper virgam; inſons erit, qui percuſſit: tantũ ceſſationem
ſoluet & medicationes. Si quis autem percuſſerit ſeruum ſuum, vel ancillam ſuã
in virga, & mortuus fuerit ſub manibus eius; pœna punietur. Sin autẽ ſuperuixe-
rit diem vnum, vel duos; nõ puniatur: argenti enim eius eſt. Sin autem rixentur
duo viri, & percuſſerint mulierem in vtero habentem, & exierit infans eius ᵡ nõ
formatus; multa multabitur: prout indixerit vir mulieris, ᵘ dabit cum poſtu- C
latione. Si autem formatus fuerit; dabit animam pro anima, oculum pro oculo;
dentem pro dẽte, manum pro manu, pedem pro pede, combuſtionem pro com
buſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si quis vero percuſſerit ocu-
lũ famuli ſui, vel famulæ ſuæ, & excæcauerit; liberos dimittet eos pro oculo ip-
ſorum. Sin autem dentem famuli vel dentem famulæ ſuæ exciderit; liberos di-
mittet eos pro dente ipſorum. Sin autem cornu percuſſerit taurus virum, aut
mulierem, & interierit; lapidibus lapidabitur taurus, & non manducabuntur
carnes eius: dominus autem tauri innocens erit. Si autem taurus cornupeta fue-
rit ante heſternam, & nudiuſtertianam, & conteſtati fuerint domino eius, & D
non clauſerit eum, occiderit autem virum vel mulierem; taurus lapidabitur, &
dominus eius ſimul morietur. Sin autem precia redemptionis ᵛ indicta fuerint
ei; dabit precia redemptionis animæ ſuæ, quæcumque indixerint ei. Sin autem
filium vel filiam cornu percuſſerit; ſecundum iuſtificationem hanc facient ei.
Sin autem ſeruum cornu percuſſerit taurus, vel ancillam; argenti triginta didrac
ma dabit domino eorum, & taurus lapidabitur. Si quis autem aperuerit lacum,
aut exciderit lacum, & non operuerit eum, & ceciderit illuc vitulus, aut aſinus;
dominus laci reddet: argentum dabit domino eorum: quod autem mortuum eſt
ipſi erit. Sin autem cornu percuſſerit alicuius taurus taurum proximi, & mortu- E
us fuerit; vendet taurum viuum, & partientur argentum eius, & taurum qui, mor
tuus fuerit, diſpertient. Sin autem notus fuerit taurus, quia cornipeta eſt ante he-
ſternam, & ante nudiuſtertianam diem, & conteſtati fuerint domino eius, & non
clauſerit eum; reddet taurum pro tauro: mortuus autem ipſius erit.

ᵅ Acquiſieris.] *κτήσῃ. S. Aug. in locut.* emeris. ᵝ Tribunal.] *κριτήριον. Aquila, & Symm.* *πρὸς τοὺς θεοὺς* ad Deos, *id eſt iudices. Nam nomen hebræum, quod ſignificat Deos ſignificat etiam iudices. Vide Theodoretum q. 51.* ᵞ Famulam.] *S. Aug. q. 78.* in famulam. *Schol.* Alius, *καὶ ὅταν πωλήσει αὐτὴν τὴν θυγατέρα εἰς οἰκέτιν, οὐκ ἐξελεύσεται,* & quando vendet vir filiam in famulam, non exibit. *In alio Scholio hæc referuntur ex Theodo-*

A *Theodotione, quæ videntur cum istis coniungi,* οὐκ ἐξελεύσεται, ὥσπερ ἐκπορεύονται αἱ δοῦλαι, εἰ πονηρά ἐστιν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου αὐτῆς, ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτήν. non exibit, sicut egrediuntur serui: si mala est in oculis domini sui, quam non adnominauit eam. *Ex Symm. autem,* οὐ προελεύσεται προέλευσιν δουλικήν, εἰ μὴ ἀρέσκῃ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου αὐτῆς ἡ μὴ καθωμολογημένη, non adibit aditum seruilem, si non placeat in oculis domino suo, quæ adnominata non est. δ Quam.] *Ita visum est verti posse, quod græce in nostra editione est,* ἣ αὐτῷ καθωμολόγηται. *vt idē sit, atq. illud, quod in alio codice legitur,* ἣν αὐτῷ καθωμολογήσατο. *Sūt enim obseruatæ similes locutiones in codice Vaticano. Num. 19.* τὴν δάμαλιν ἣ οὐκ ἐπεβλήθη ἐπ' αὐτὴν ζυγός, *vbi alij libri habent,* καὶ οὐκ ἐπεβλήθη, *alij,* καὶ ἣ οὐκ ἐπεβλήθη. *Deuter. 28.* ἔθνος, ὃ οὐκ ἀκούσῃ τὴν φωνὴν αὐτοῦ, *vbi in alijs,* ὃ οὐκ ἀκούσῃ. *Ceterum quod ad hunc locum pertinet, alij codices partim habent,* ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτήν, *(quod iam diximus Scholiastem referre ex Theodotione) & S. Aug. eadem q. 78.* quam non adnominauit eam, *atque ita interpretatur,* id est, eam nō fecit vxorem: *partim vero,* ἣν καθωμολογήσατο αὐτήν, quam adnominauerat eam. *Sine negatione videtur accepisse vulgata, & chaldæus: negationem habet hebræus.* ε Redimet.] *durius hoc visum est S. Aug. ibidem, dare dominum eius, vt redimat, quam ipse famulam possidet: quare pro,* ἀπολυτρώσει *ipse habet,* remunerabit.
B *Sed si illud,* redimet, *accipiatur more hebræo,* faciet redimi, *id est dabit, vnde redimi possit; idem fere valebit ac,* remunerabit. ζ Nolens.] *Sic S. August. quæst. 79. quod græce est,* οὐχ ἑκών. *Aquila,* καὶ ὃς οὐ μεθώδευσε, & qui non de industria id molitus est, non est insidiatus, *vt habet vulgata.* η Tradidit] παρέδωκε. *Symm.* ἀφῆκε, dimisit. *De hac autem re disputat ibidem S. Aug.* θ Quicumque furatus.] *hæc sententia in hebræo habetur ante illam de maledicto in patrem, & matrem.* ι Iurgati.] λοιδορῶνται. *Aquila,* διαμάχωνται irati fuerint. *quod etiam habet Complutensis. S. Aug q. 80.* si autem litigabunt. κ Et percusserint] *Alij codices,* καὶ πατάξῃ τις, & percusserit quis: *quod etiam est S. Augustini ibidem.* λ Non formatus.] *S. Augu. ibidem,* nondum formatus. *græce est.* μὴ ἐξεικονισμένον, *in quo non est expressa imago, & effigies hominis: qua de re etiam Theodoretus quæst. 48.* μ Dabit cum postulatione] *In aliquot codicibus est,* καὶ δώσει *S. August. ibidem.* Quod autem dixit, & dabit cum postulatione, quod maritus mulieris in forma excluso dandum constituerit, non est in promptu intelligere. ἀξίωμα *(ita enim locus ille restituendus)* quippe, quod græcus habet, pluribus modis intelligitur: & tolerabilius, cum postulatione, dictum est; quam si aliud diceretur. Fortassis enim postulabit, vt de eo modo Deo satisfaciat, etiam si maritus mulieris non expetat. *Sed fortasse*
C *se significat iudicium iudicis, aut arbitri. Int. Origenis hom. 10. habet,* & dabit cum honore. ν Indicta.] ἐπιβληθῇ. *Ita enim paulo ante reddidit hoc verbum S. Aug. In aliquot libris est,* ἐπιβαρυνθῇ, imposita tanquam onus.

CAP. XXII.

SI quis autem furatus fuerit vitulum vel ouem, & iugulauerit vel vendiderit; quinque vitulos reddet pro vitulo, & quatuor oues pro oue. Sin autem α in ipsa perfossione inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit; non est illi β cædes. Si autem oriatur sol super eum; reus est: γ vicissim morietur.
D Quod si non fuerit illi substantia; vendatur pro furto. Si autem deprehēsum fuerit, & inuentū fuerit in manu eius furtū ab asino vsq. ad bouē viuētia dupla reddet ea. Si autem depauerit quis agrum vel vineam, & admiserit pecus suum depascere agrum alium; reddet de agro suo iuxta fructū eius. Si autem omnem agrum depauerit; optima agri sui, & optima vineæ suæ reddet. Si autem egressus ignis inuenerit spinas, & combusserit areas vel spicas, vel campum; reddet ille, qui ignem accendit. Si quis autem dederit proximo argentum, aut vasa ad custodiendum, & furto ablata fuerint de domo hominis; si inuentus fuerit is qui furatus est; reddet duplum. Si autem inuentus non fuerit is qui furatus est, acce-
E det dominus domus coram Deo, & iurabit omnino se non esse malignatum in toto deposito proximi secūdum omnem dictam iniustitiam, & de vitulo, & subiugali, & oue, & vestimēto, & omni iactura accusata: δ quidquid igitur illud sit, coram Deo veniet iudicium vtrorumq. & qui deprehēsus fuerit per Deum; reddet duplum proximo. Si quis autem dederit proximo subiugale, vel vitulum, vel ouem vel quodcumque pecus ad custodiendum, & contritum fuerit vel mortuum, vel captiuum factum fuerit, & nemo nouerit; iuramentum Dei erit inter vtrosque, omnino se non esse malignatum ε de toto deposito proximi: & sic admittet dominus eius: & non reddet. Sin autem furto ablatum fuerit ab eo;

reddet

reddet Domino. Si autem a bestia captum fuerit; ducet illud ad ostium, & non A
reddet. Si quis vero petierit a proximo, & contritum vel mortuū fuerit, vel captiuum factum fuerit, dominus autem non fuerit cum eo; ζ reddet. Si autem dominus fuerit cum eo; non reddet. Si autem mercenarius fuerit; erit ei pro mercede eius. Si quis autem deceperit virginem non desponsatā; & dormierit cum ea; dote dotabit eam sibi vxorem. Si autem renuens renuerit, & noluerit pater eius dare eam ipsi vxorem, argentum soluet patri pro eo, quanta est dos virginum. Veneficos η non sinetis incolumes. Omnem dormiētem cum pecore morte interficite eos. Sacrificās Dijs, morte θ eradicabitur, nisi domino soli. Et aduenam non vexabitis, neque tribulabitis eum: fuistis enim aduenæ in terra Ægy- B
pto. Omnē viduam & pupillam non vexabitis. Si autem vexatione vexaueritis eos, & vociferati clamauerint ad me; auditione exaudiam vocem eorum, & irascar furore, & perimam vos gladio: & erunt vxores vestræ viduæ, & paruuli vestri pupilli. Si autem argentum mutuum dederis fratri proximo apud te; non eris eum ι vrgens, non impones ei vsuram. Si autem pignus in κ pignus acceperis vestimentum proximi; ante solis occasum reddes ei. Est enim hoc operimentum eius, solum hoc vestimentum turpitudinis eius: in quo dormiet? Si igitur clamauerit ad me; exaudiam eum: Misericors enim sum. Deos non ma-
ledices: & principem populi tui non maledices. Primitias areæ, & torcularis C
tui non differes: primogenita filiorum tuorum dabis mihi. Sic facies vitulum tuum, & ouem tuam, & subiugale tuum: septem diebus erit sub matre: octauo autem die reddes mihi illud. Et viri sancti eritis mihi: & carnem a bestia captam non manducabitis: cani proijcite illam.

α In ipsa perfossione.] ἐν τῷ διορύγματι. *S. Aug. q.* 84. si autem perfodiens. β Cædes.] φόνος. *S. Augu. ibidem*, homicidium. γ Vicissim morietur.] αὐτὸς ἀνταποθανεῖται. *S. Aug. ibidem*, & morte morietur. *Alij ex hebræo hunc locum interpretantur de fure, qui reddere debeat; ceteroquin, vt in sequenti sententia dicitur, si non habet, vnde reddat, vendatur.* δ Quicquid igitur illud sit.] ὅτι οὖν ἂν ᾖ. *Sic fere vulg ita*, & quicquid damnum inferre potest. *Suspicari tamen quispiam posset ex hebræo, & chaldæo hunc esse sensum, si quis dixerit, quòd hoc ipsum vtique sit, quod reus inquit furto esse ablatum; coram Deo, idest iudicibus rem esse iudicandam.* ε De toto deposito.] κατὰ ὅλης τῆς παρακαταθήκης. *In quibusdam libris antecedit*, μεταχῶν, vt tolleret aliquid. *In Compl. est*, μὴ πονηρεύσασθαι ἐπὶ τῆς παρακαταθήκης, improbe se gessisse in deposito. ζ Reddet.] *Compl.* ἀποτίνων ἀποτίσει, reddens reddet. η Non sinetis incolumes.] οὐ περιποιήσετε. *In alijs libris est*, οὐ ζωώσετε, non dimittetis viuos. θ Eradicabitur.] ἐξολοθρευθήσεται. *Ita S. Cyprianus ad Cornelium epist.* 55. *nisi, quòd non habet*, morte, *itemque multis alijs locis. Solet autem idem verbum sæpe verti*, exterminari, *sæpe etiam*, disperdi. *Schol.* ἀναθεματισθήσεται αὐτός. ipse anathemati subijcietur. ι Vrgens.] κατεπείγων, *S. Ambr. de Tobia c.* 14. Quod si pecuniam fœneraueris pupillo orphano, pauperi apud te; non suffocabis eum, non impones illi vsuram, *vt videant, legisse* κατεπνίγων. κ In pignus.] *S. Aug. in locut. habet tantum*, si autem pignus acceperis: *sed nos conati sumus reddere locutionem illā græcā respondentē hebraicæ*, ἐνεχύρασμα ἐνεχυράσῃς. D

CAP. XXIII.

NOn suscipies auditionem vanam. Non α consenties cum iniusto, vt sis te- E
stis iniustus. Non eris cum pluribus in β malitia. Non apponeris cum multitudine declinare cum pluribus, vt γ excludas iudicium. Et pauperis non δ misereberis in iudicio. Si autem obuiaueris boui inimici tui, aut subiugali eius errantibus; reducens reddes ei. Si autem videris subiugale inimici tui prolapsum sub onere suo; non preteribis illud: ε sed subleuabis illud cum eo. Nō peruertes iudicium pauperis in iudicio eius. Ab omni ζ verbo iniusto recedes. Innocentem & iustum non occides. Et non iustificabis impium propter mu

nera.

A nera. Et munera non accipies: munera enim excæcant oculos ª videntium, &
peruertũt verba iusta. Et aduenã non tribulabitis. Vos enim noſtis animam ad-
uenæ: ipſi enim aduenæ fuiſtis in terra Ægypto. Sex annis ſeminabis terram tu-
am, & colliges fructus eius. Septimo autem remiſsionem facies: & requiem da-
bis illi: & edent pauperes gentis tuæ: Quæ autem ſuperabunt, edent ᵇ terræ be-
ſtiæ. Sic facies vineam tuam, & oliuetum tuum. Sex diebus facies opera tua: die
autem ſeptimo requies; vt requieſcat bos tuus, & ſubiugale tuũ: & vt refrigere-
tur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia, quæcumque dixi ad vos, cuſtodite. Et
nomen Deorum aliorum non rememorabitis, neq. audietur de ore veſtro. Tri-
B bus temporibus anni feſtum agite mihi. Feſtum azymorum ſeruate facere. Sep-
tem diebus edetis azyma; ſicut præcepi tibi, ad tempus menſis nouorum. In ip-
ſo enim egreſſus es de Ægypto. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Et fe
ſtum meſsis primitiuorum facies operum tuorum; quæcumque ſeminaueris in
agro tuo. Et feſtum ᶜ conſummationis in exitu anni in collectione operum tuo-
rum, quæ de agro tuo. Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum
tuum coram Domino Deo tuo. Quando enim eiecero gentes a facie tua, & dila-
tauero fines tuos; nõ immolabis ſuper fermentũ ſanguinem ᵈ thymiamatis mei:
neq. dormiet adeps ſolemnitatis meæ vſq. mane. Primitias primitiuorum terræ
C tuæ inferes in domum Domini Dei tui. ᵉ Non coques agnũ in lacte matris ſuæ.
Et ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam; vt ſeruet te in via; vt inducat te
in terram, quam paraui tibi. Attende tibi, & exaudi eum: & non ſis incredulus ei.
Non enim ᶠ verebitur te. Nomen enim meum eſt in eo. ᵍ Si auditione audieris
vocem meam, & feceris omnia, quæcũque præcepero tibi, & cuſtodieritis teſta
mentum meum; eritis mihi populus peculiaris ex omnibus gentibus. Mea eſt e-
nim omnis terra. Vos autem eritis mihi regale ſacerdotium, & gens ſancta. Hæc
verba dices filijs Iſrael. Si auditione audieritis vocem meam, & feceritis omnia
quæcumque dixero vobis, inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduerſarijs
D tuis. Ibit enim angelus meus, ducens te: & introducet te ad Amorrhæum, &
Chettæum, & Pherezæum, & Chananæum, & Gergeſæum, & Euæum, & Iebu-
ſæum: & atteram eos. Non adorabis Deos eorum, neque ſeruies eis. Non facies
ſecundum opera eorum: ſed ᵉ deſtructione deſtrues, & conterens conteres ſtatu
as eorum. Et ſerui es Domino Deo tuo. Et benedicam panem tuum & vinum
tuum, & aquam tuam: & auertam infirmitatem a vobis. Non erit, qui non gene-
ret, neque ſterilis ſuper terram tuam. Numerum dierum tuorum replens reple-
bo: & timorem ᶠ mittam, qui te antecedat: ᵍ & amentes faciam omnes gentes,
ad quos tu intrabis ad eos. Et dabo omnes aduerſarios tuos fugitiuos. Et mittã
E veſpas ante te: ʰ & eijcies Amorrhæos, & Euæos, & Chananæos, & Chettæos a
te. Non eijciam eos in anno vno: vt ne fiat terra deſerta, & multæ fiant ſuper te
beſtiæ terræ. ⁱ Paulatim eijciam eos a te; quoadusque auctus fueris, & hæredita
ueris terram. Et ponam fines tuos a mari rubro vſque ad mare ipſius Philiſtijm,
& a deſerto vſque ad magnum flumen Euphratem. Et tradam in manus tuas
eos, qui inſident in terra: & eijciam eos a te. Non diſpones illis, & Dijs eorum
pactum: & non conſident in terra tua, ne peccare te faciant ad me. Nam ſi ſer-
uieris Dijs eorum; hi erunt tibi offendiculum.

α Non consenties.] οὐ συγκαταθήσῃ, non dispones pactum. *Ita enim paulo inferius vertit S. Aug. hoc verbum in locut. In Compl. est,* οὐ συγκαθίσῃ, non simul sedebis. β In malitia.] *Ita S. Aug. q. 87. quod græce est,* ἐπὶ κακίᾳ, *& posset verti,* ad malum. γ Excludas.] ὥστε ἐκκλεῖσαι. *In aliis libris,* ὥστε ἐκκλῖναι, ad declinandū. *Apud S. Aug. q. 88. hic locus sic habet.* Non apponetis cum multitudine, cum pluribus, vt declines iudicium. *A Complutensi abest etiam illud,* μετὰ τῶν πλειόνων, cum pluribus, *& videri potest altera interpretatio.* δ Non misereberis.] *Symm.* οὐ τιμήσεις ἐν δίκῃ αὐτοῦ, non honorabis in iudicio eius. ε Subleuabis.] συναρεῖς. *Alij libri,* συνεγερεῖς, consuscitabis. ζ Verbo.] *In vno vetusto codice, & in Compl. est,* κρίματος, iudicio. η Videntium.] *Aquila,* σοφῶν, sapientum. θ Feræ bestiæ.] *Ita S. Aug. quæst. 88. Aquila,* ζῶα τῆς χώρας, animalia regionis. ι Consummationis.] συντελείας *Aquila,* συλλογῆς, collectionis. *Symm.* συγκομιδῆς, repositionis. *Schol.* Samariticus συνεισφορᾶς cum fructus conduntur, & inferuntur in horrea, & cellas. κ Thymiamatis.] *Quasi dixeris,* incensi. *Ita vetusti codices ac Theodoretus q. 55. & infra c. 34.* αἷμα θυμιαμάτων. *Ac videtur isto tamen nomine appellari sacrificium, quod incenderetur. Hic in aliis libris est,* θυμιάματος, *quod ex eodem loco uidetur ductum. In aliis* ἁγιάσματος, sanctificationis. *In aliis,* θυσιάσματος. *In Compl.* θύματος, *quæ significant uictimam, & sacrificium. De hoc nomine dicetur etiam cap. 29.* λ Non coques agnum.] *De hac sententia S. Aug. q. 90. & Theodoretus q. 56. Symm.* οὐ σκευάσεις ἔριφον διὰ γάλακτος μητρὸς αὐτοῦ, non apparabis hœdum per lac matris suæ. μ Verebitur.] οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε, non parcet tibi *S. Aug. q. 91. hunc locum sic refert.* Attende tibi, & exaudi eum, ne non credas illi: nihil enim subtrahet tibi, *&c. S. Cyprianus lib. 2. testim. num. 5.* Obserua eum, & obaudi eum, & ne fueris inobaudiens ei: & non deerit tibi, *&c.* ν Si auditione audieritis] *Hæc usque ad alterum,* si auditione. *absunt ab aliquot libris græcis, sicut etiam à uulgata.* ξ Destructione destrues.] *In aliis libris est,* καθελεῖς αὐτούς, destrues eos: *in aliquo etiam,* τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, aras eorum. ο Timorem.] *Schol.* τὴν κατάπληξίν μου, terrorem meum obstupefacientem. π Amentes faciam] *Sic S. Aug. ibidem, quod græce est,* ἐκστήσω, in excessum, & pauorem inducam. ρ Eijcies.] *In aliquot codicibus est,* ἐκβαλῶ, eijciam. *& sic S. Aug. q. 93. In aliis,* ἐκβαλεῖ, eijciet: *& sic idem S. Augu. in locutionibus.* σ Paulatim.] *In aliis libris est,* κατὰ μικρὸν μικρόν, paulatim, paulatim. *S. Aug. in locut.* per partes.

CAP. XXIV.

ET Moysi dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israel: & adorabunt a longe Dominum: & accedet Moyses solus ad Deum: ipsi autem non accedent. Populus autem non ascendet simul cum eis. Introiuit autem Moyses, & narrauit populo omnia verba Dei, & iustificationes. Respondit autem omnis populus voce vna, dicentes: Omnia verba, quæ locutus est Dominus, faciemus & audiemus. Et scripsit Moyses omnia verba Domini. Surgens autem Moyses mane, ædificauit altare sub monte, & duodecim lapides in duodecim tribus Israel. Et misit adolescentes filiorum Israel: & obtulerunt holocaustomata, & immolauerunt hostiam salutaris Deo vitulos. Sumens autem Moyses dimidium sanguinis infudit α in crateras: dimidium autem sanguinis effudit ad altare: & accipiens librum testamenti recitauit in aures populi. Et dixerunt: Omnia quæcumque locutus est Dominus, faciemus, & audiemus. Sumens autem Moyses sanguinem, respersit populum, & dixit: Ecce sanguis testamenti, quod disposuit Dominus ad vos, de omnibus verbis his. Et ascendit Moyses, & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israel, & viderunt locum, vbi β steterat Deus Israel: & quæ sub pedibus eius, sicut opus lateris saphiri, & sicut species γ firmamenti cæli ipsa puritate. Et de electis Israel δ non dissonuit nec vnus: & apparuerunt in loco Dei, & manducauerunt, & biberunt. Et dixit Dominus ad Moysem: Ascende ad me in montem, & sta ibi: & dabo tibi tabulas lapideas, legem, & mandata: quæ scripsi ad docēdos eos. Et surgens Moyses, & Iesus qui ε astabat ei, ascenderunt in montē Dei, & senioribus dixerunt: Quiescite hic, donec reuertamur ad vos. Et ecce Aaron, & Or vobiscum: si cui acciderit iudicium, adeant ad eos. Et ascendit Moyses, & Iesus in montem. Et operuit nubes montem: & descendit gloria Dei super montem Sina. & operuit eum nubes sex

dies.

A dies. Et vocauit Dominus Moysem die septimo de medio nubis. Species autem gloriæ Domini, tanquam ignis ardens super cacumen montis coram filijs Israel. Et intrauit Moyses in medium nubis, & ascendit in montem. Et fuit ibi in monte quadraginta dies, & quadraginta noctes.

α Crateras.] *κρατῆρας. Ita libri vetustiores. In aliis est, κρατῆρα. S. Augu. q. 99.* Sumens autem Moyses dimidiam partem sanguinis, infudit in craterem; & partem reliquam sanguinis, *&c.* β Vbi steterat.] *In aliquot libris est, οὗ εἱστήκει ἐκεῖ. S. Aug. in locut.* vbi steterat ibi Dominus Deus Israel. γ Firmamenti cæli.] *S. Aug. q.* 102. Saphiro autem significatur vita cælestis, maxime, quia dictum est, sicut aspectus firmamenti. Firmamentum autem cælum appellari quis nesciat? *Ex quibus verbis suspicari quis [illegible] S. Aug. non habuisse,* cæli. δ Non dissonuit.] *Ita S. Aug. quæst. eadem quod græce est, οὐ διεφώνησεν [illegible] Sed*
B *fortasse posset etiam reddi,* nemo detrimentum accepit. *Nam simili quadam notione videtur accipi 1. Reg. 30. οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς, itemque Ezech. 37. διαπεφωνήκαμεν.* ε Qui adstabat ei.] *Aquila, & Symm. ὁ λειτουργὸς αὐτοῦ,* minister, & famulus eius.

CAP. XXV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic filijs Israel: & α accipite primitias ab omnibus, quibuscumque visum fuerit cordi: & accipietis primitias meas. Et hæc est primitia, quam accipietis ab eis: aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccum duplex, & byssum
C tortam, & pilos caprinos, & pelles arietum rubricatas, & pelles β hyacinthinas, & ligna imputribilia, & lapides γ Sardij, & lapides in sculpturam ad superhumerale, & poderem. Et δ facies mihi sanctuarium, & apparebo in vobis. Et facies mihi secundum omnia, quæcumque tibi ostendo in monte, exemplum tabernaculi, & exemplum omnium vasorum eius. Sic facies. Et facies arcam testimonij ex lignis imputribilibus: duorum cubitorum & dimidij longitudo, & cubiti ac dimidij latitudo, & cubiti, ac dimidij altitudo. Et inaurabis illam auro puro: intrinsecus & extrinsecus inaurabis eam. Et facies ei ε cymacia aurea ζ tortilia in circuitu. Et fabricabis illi quatuor annulos aureos, & impones su-
D per quatuor η latera, duos annulos in latere vno, & duos annulos in latere secundo. Facies autem θ gestatoria, ι ligna imputribilia: & inaurabis ea auro. Et intro duces gestatoria in annulos, qui sunt in lateribus arcæ, ad portandum arcam in eis. In annulis arcæ erunt gestatoria immobilia. Et inijcies in arcā testimonia, quæ dedero tibi. Et facies propitiatorium, opertorium auri puri: duorum cubitorum & dimidij longitudo, & cubiti, ac dimidij latitudo. Et facies duos Cherubim aureos tornatiles, & impones eos ex vtrisque lateribus propitiatorij. Fient, cherub vnus e latere hoc, & cherub vnus e latere secundo propitiatorij. Et facies duos Cherubim super duo latera: erunt Cherubim κ extendentes alas
E desuper, λ obumbrantes in alis suis super propitiatorium: & facies eorum ad se inuicem: in propitiatorium erunt vultus ipsorum cherubim. Et impones propitiatorium super arcam desuper: & in arcam inijcies testimonia, quæ dedero tibi. Et μ innotescam tibi inde, & loquar tibi de sursum propitiatorij inter duos Cherubim existentes super arcam testimonij, ν & secundum omnia, quæcumque mandauero tibi ad filios Israel. Et facies mensam ξ auream auri puri: duorum cubitorum longitudo, & cubiti latitudo, & cubiti ac dimidij altitudo. Et facies ei tortilia cymacia aurea in circuitu. Et facies ei coronam palmi in circuitu. Et facies ο tortile cymacium coronæ in circuitu. Et facies quatuor annulos

aureos:

aureos: & impones quatuor annulos in quatuor partes pedum illius sub corona. A
Et erunt annuli in ϖ thecas ipsis gestatorijs, ad portandum in eis mensam. Et facies gestatoria de lignis imputribilibus: & inaurabis ea auro puro: & portabitur in eis mensa. Et facies catinos eius, & thuribula, & libatoria, & cyathos, in quibus ρ libabis in eis: ex auro puro facies ea. Et impones super mēsam panes σ præsentes coram me semper. Et facies candelabrum ex auro puro: tornatile facies cādelabrum. Hastile eius, & calamisci, & crateres, & sphærulæ, & lilia ex ipso existent. Sex autem calami exeuntes e lateribus, tres calami candelabri e latere vno eius, & tres calami candelabri e latere secundo: & tres crateres τ reddentes formam nucū: in vno calamo sphærula & lilium. Sic sex calamis exeuntibus e candelabro. Et in candelabro quatuor crateres reddentes formam nucum: in vno calamo sphærulæ, & υ lilia eius: sphærula sub duobus calamis ex eo: & sphærula sub φ quatuor calamis ex eo. Sic sex calamis exeuntibus e candelabro. χ Et in candelabro quatuor crateres formati in modum nucum: sphærulæ, & calami ex ipso existant. ψ Totum tornatile ex vno auro puro. Et facies lucernas eius septem: & impones lucernas: & lucebunt ab vna facie. Et emunctorium eius, & suppositoria eius ex auro puro facies. Omnia vasa hæc talētum auri puri. Vide: facies iuxta typum ostensum tibi in monte. B C

α Et accipite.] *In alijs libris est,* λάβετέ μοι, accipite mihi. *In alijs* καὶ λαβέτωσάν μοι & accipiant mihi. *quod respondet vulgatæ.* β Hyacinthinas.] *In alijs libris est,* πυρρωμένα, ignitas, & flammantes. *In vno peruetusto,* ἰάνθινα, ianthinas, *quomodo est in aliquo codice vulgata.* γ Sardij.] σαρδίου *In aliis fere omnibus est,* σαρδίους. Sardios: *& hæc proxime sequuntur,* καὶ ἔλαιον εἰς τὴν φαῦσιν, θυμιάματα εἰς τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν τοῦ θυμιάματος, oleum ad illuminationem, thymiamata ad oleum vnctionis, & ad compositionem thymiamatis. δ Facies.] *Int. Origenis homil* 9. facietis mihi sanctificationem: & inde videbor vobis. ε Cymacia.] S. *Aug. q.* 104. Cymacia dixit, quæ in quadratura extant per quatuor partes: sicut mensæ quadræ fieri solent. *Alij vndulas dixerunt.* ζ Tortilia.] *S. Augu. ibidem habebat versatilia: sed hæc addit.* Nec, quod ait versatilia, mobilia debemus accipere: (Fixa sunt enim, sicut dixi mensas habere solitas:) sed versatilia dixit tortilia, quæ græce dicuntur στρεπτά, vel canalibus, sicut sunt columnæ tortiles, aut implicatis duabus virgulis in modum restis, sicut etiam torques fieri solent. η Latera.] S. *Augu. ibidem* latera arcæ: *& in aliquo libro est,* κλίτη αὐτῆς. θ Gestatoria.] *Gestatoria, vel supportatoria dicit* S. *Augu. quod græce est,* ἀναφορεῦς. *Alij vectes dicunt.* ι Ligna imputribilia.] *In alijs libris est,* ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ex lignis imputribilibus. κ Extendentes alas.] *Schol* ἐκπετάζοντες, expandentes. λ Obumbrantes.] *Aquila,* σκεπάζοντες, tegentes. μ Innotescam.] *Schol.* Ce.eri, συντάξομαι, conueniam, constituam. ν Et secundum omnia.] καὶ κατὰ πάντα. *A Compl. abest illud,* κατὰ ξ Auream.] χρυσῆν. *Abest ista dictio ab aliquot codicibus. In aliis vero legitur,* τράπεζαν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, mensam ex lignis imputribilibus: *vbi vulgata,* de lignis Sethim. ο Tortile cymatium.] *Schol* στρεπτὰ κυμάτια χρυσᾶ tortilia cymatia aurea. ϖ In thecas.] εἰς θήκας. *S. Aug q.* 106. *habuit,* in thecis: *sed ita interpretatur.* Erunt quippe in thecis, ita dictum est, tanquam diceretur, erunt pro thecis. ρ Libabis.] σπείσεις. *S. Augu. in locut.* in quibus immolabunt in eis. σ Præsentes.] *fortasse hoc modo non inepte vertitur illud,* ἐνωπίους. *Aquila,* ἄρτους προσώπου, panes facierum. *Symm.* προθέσεως. propositionis, *atque ita vsus obtinuit, vt appellentur: & hoc modo à nobis posthac appellabuntur:* τ Reddentes formam nucum.] ἐκτετυπωμένοι καρυΐσκους, *aut, vt alij libri,* καρυΐσκοι. *Schol. refert ex Aquila,* ἐξημυγδαλωμένην, *& interpretatur,* ἐκτετορνευμένην ἀμύγδαλον, sculptum in modum amygdalæ. υ Lilia] *Symm.* ἄνθη, flores φ Sub quatuor.] *Alij codices habent,* ὑπὸ τοὺς δύο, sub duobus. *In alijs non est hæc geminatio, sed tantum legitur,* ὁ σφαιρωτὴρ ὑπὸ τοὺς δύο καλαμίσκους ἐξ αὐτῆς, sphærula sub duobus calamis ex eo. *quod in vulgata est,* sphærulæ sub duobus calamis per tria loca. χ Et in candelabro quatuor crateres formati in typum nucum.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata, ac videri possunt per errorem ex superiore loco huc irrepisse.* ψ Totum.] *Compl.* ὅλοι τορευτοί, toti ductiles. *Sed nostra propius ad hebræum.* D E

CAP. XXVI.

ET tabernaculum facies, decem α aulæa de bysso torta, & hyacintho & pur purpura & β cocco torto γ Cherubim: opere textoris facies ea. Longitudo aulæi vnius, octo & viginti cubitorum, & latitudo quatuor cubitorum

A torum aulæum vnum erit. Mēsura eadem erit omnibus aulæis. Quinque autem
aulea erunt ad inuicem coniuncta alterum ex altero: & quinq. aulæa erunt co-
hærentia alterum alteri. Et facies illis ansas hyacinthinas [d] super labium aulæi
vnius ex vna parte in commissuram. Et sic facies super labium aulæi exterioris
ad commissuram secundam. Quinquaginta ansas facies aulæo vni. & quinqua-
ginta ansas facies ex parte aulæi ad commissuram secundi, [e] faciem contra fa-
ciem cōcurrentes ad inuicem ad vnamquamque. Et facies circulos quinquagin
ta aureos: & coniunges aulæum alterum ad alterum circulis: & erit tabernacu-
lum vnum. Et facies [f] vela capillacea [g] tegmen super tabernaculum: vndecim
B vela facies ea. Longitudo veli vnius, triginta cubitorum: & quatuor cubitorum
latitudo veli vnius. Eadem mensura erit vndecim velis: & coniunges quinque
vela in se, & sex vela in se. Et duplicabis velum sextum secundum faciem taber-
naculi. Et facies ansas quinquaginta super labium veli vnius, quod est interme-
dium secundum commissuram. Et quinquaginta ansas facies super labium ve-
li, quod coniunctum est ad secundum. Et facies [h] circulos æreos quinquaginta,
& coniūges circulos ex ansis: & coniunges vela, & erit vnum. Et suppones quod
superauerit in velis tabernaculi: dimidium veli residuum subteges [i] in eo, quod
abundat de velis tabernaculi: subteges post tabernaculum, cubitum ex hoc, &
C cubitum ex hoc, ex eo quod superat de velis, de longitudine velorum taberna-
culi. Erit contegens super latera tabernaculi hinc, atque hinc, vt operiat. Et fa-
cies operimentum tabernaculo pelles arietum rubricatas, & coopercula pelles
hyacinthinas desuper. Et facies columnas tabernaculi ex lignis imputribilibus:
decem cubitorum facies columnam vnam: & cubiti vnius ac dimidij latitudi-
nem columnæ vnius: [k] duos anconiscos columnæ vni, contra cadentes vnū al-
teri. Sic facies [l] omnibus columnis tabernaculi. Et facies columnas taberna-
culo, viginti columnas ab latere, quod respicit ad Aquilonem. Et quadraginta
[m] bases argenteas facies viginti columnis, bases duas columnæ vni in ambas
D partes eius, & bases duas columnæ vni in ambas partes. Et latus secundū, quod
contra Austrum viginti columnas, & quadraginta bases earum argenteas: duas
bases columnæ vni in ambas partes eius, & duas bases columnæ vni in ambas
partes eius. Et retro tabernaculum secundum partem, quæ est contra mare, fa-
cies sex columnas Et duas columnas facies in angulis tabernaculi a posteriori-
bus: & erunt æquales deorsum versus, in se conuenientes erunt, æquales de capi
tibus in [n] commissuram vnam. Sic facies vtrisque angulis binis: æquales sint. Et
erunt octo columnæ, & bases earum argenteæ sedecim; duæ bases colūnæ vni
in ambas partes eius, & duæ bases [o] columnæ vni. Et facies seras de lignis im-
E putribilibus quinque vni columnæ ex vna parte tabernaculi, & quinque seras
columnæ vni lateri tabernaculi secundo, & quinque seras columnæ posteriori
lateri tabernaculi, quod est ad mare. Et sera media inter medias columnas
pertranseat ab vno latere in alterum latus. Et columnas inaurabis auro: & annu
los facies aureos; in quos induces seras. Et inaurabis seras auro. Et eriges taber-
naculum secundum speciem, quæ tibi monstrata est in monte. Et facies velamē
de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & bysso neta: opus textile facies il-
lud [p] Cherubim. Et superimpones illud super quatuor columnas imputribiles
inauratas auro, & capita earum aurea, & bases earum quatuor argenteæ. Et po-

nes velamen super columnas. Et induces illuc intra velamen arcam testimonij: A
Et diuidet vobis velamen inter medium sanctum, & inter medium sanctum sanctorum. Et cooperies velamine arcam testimonij in sancto sanctorum. Et impones mensam extra velamen: & candelabrum contra mensam in parte tabernaculi, quæ respicit ad austrum: & mensam pones in parte tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem. Et facies π adductorium ostio tabernaculi de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & bysso torta, opus variatoris. Et facies velamini quinque columnas, & inaurabis illas auro: & capita earum aurea: & conflabis eis quinque bases æreas.

B

α Aulea.] *S. Aug. q. vltima*, αὐλαίας quas græci appellant, latini aulæa perhibent, quas cortynas vulgo vocant. Non ergo decem atria fieri iussit, sicut quidam negligentes interpretati sunt. non enim aulas, sed aulæas dixit. *Interpres Orig. habet*, atria. β Cocco torto.] *Ita S. Aug non semel, præcipue in q. vltima in Exodum: quæ diligenter perlegenda est: græce est*, κοκκίνῳ κεκλωσμένῳ, *quod solet verti*, coccino retorto. *In vulgata est*, coccoq. bis tincto. γ Cherubim.] *S. Aug. q. 107 coniungit cum sequentibus*: Cherubim facies ea opere textoris, *& q. vltima*, opere ergo textili Cherubim iussit in aulæis fieri. *S. Hier. ad Marcellam*. In Exodo, ceterisque locis, vbi describuntur vestes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, idest varium atque depictum factum esse describitur, ita tamen, vt vau litteram Cherubim nó habeat: quia vbicumque cum hac littera scribitur, animalia magis, quam opera significat. δ Super labium.] ἐπὶ τὸ χεῖλος. *S. Aug. solet dicere*, ora summa. ε Faciem contra faciem.] ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην. S. Aug. ibidem, faciem contra faciem consistentia ex aduerso singula. *Ac de aulæis videtur accepisse: cum tamen commodissime de ansulis accipi queat. Schol.* Samariticus, διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπρόσωποι κατὰ τὸ πρόσωπον ἀλλήλαις. excipientes se commissuræ vna ad vnam, facie contra faciem, eo quod sibi inuicem cohæreant. C
ζ Vela capillacea] *Schol.* τρίχινα καλύμματα è capillis conserta opercula. η Tegmen.] σκέπην. *In alijs est*, σκέπας. *S. Aug quæst. 108* operire super tabernaculum, *& addit q. vltima*, id est, quæ venirent super, non à parte tecti, sed supercingendo: *quã interdum esse notionem istius dictionis*, super, *docet locut.* 110. θ Circulos.] *Ita S. Aug. quod græce est*, κρίκους. *alii vertunt*, fibulas. ι In eo, quod abundat.] εἰς τὸ πλεονάζον. *Ab alus libris abest illud*, εἰς. *S. Aug hunc locum, quem difficillimum iudicat, sic refert*: Et supponet in velis tabernaculi dimidium veli, quod superauerit, subteges, quod abundat de velis tabernaculi, subteges post tabernaculum, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, *&c.* κ Duos anconiscos.] *S. Aug. locis indicatis*: duos anconiscos, (*al.* anconicos) columnæ vni consistentes ex aduerso, *& addit q. 109*. Anconicos autem dicit, quos vulgo vocamus ancones: sicut sunt in columnis cellarum vinariarum, quibus incumbunt ligna, quæ cupas ferunt. Ducta est autem similitudo verbi à cubitis, vbi flectuntur manus, quibus incumbunt recumbentes, qui græce, ἀγκῶνες, vocantur. *Quare alii cubitulos sunt interpretati. Symm.* κατοχεῖς, retinacula. λ Omnibus columnis.] *S. Aug.* omnes columnas: *vtraque est non inusitata locut.* μ Bases.] *S. Aug. q.* 110. Bases non eas tantum videtur dicere scriptura, quibus columnæ ab imo fulciuntur; sed etiã superiores; quæ capitella nos dicimus. *Idem Origenes hom. 9.* ν Commissuram.] *Sic S. Aug. quod græce est*, σύμβλησιν, *aut, vt in aliis codicibus*, συμβολήν. *quæ dictio non semel in hoc capite est vsurpata, atque idem valet.* ξ Columnæ vni.] *Hic in aliquot codicibus sequitur*, εἰς ἀμφότερα τὰ μέρη αὐτοῦ, in ambas partes eius: *quæ geminatio habetur etiam paulo superius: & eam notat S. Aug. in locut. & q. vltima.* ο Cherubim.] *de hac locutione dictum est. In vulgata appellatur opus plumarium. S. Aug. hoc loco in q. vltima habet*, super Cherubim. π Adductorium.] *Ita S. Aug. græce est*, ἐπίσπαστρον, *& ab aliis solet dici tentorium.* D

CAP. XXVII.

ET facies altare ex lignis imputribilibus: quinque cubitorum longitudo, & quinque cubitorum latitudo: Quadrangulum erit altare: & quinq. cubitorũ altitudo eius: & facies cornua in quatuor angulos. Ex ipso erunt cornua: & teges illa ære. Et facies coronam altari: & operculum eius, & phialas eius, & fuscinulas eius, & focum eius, & omnia vasa eius facies ænea: & facies ei craticulam opere reticulato æneam. Et facies craticulæ quatuor annulos æneos ad quatuor latera: & suppones eos sub craticula altaris ab imo. Erit autem craticula vsque ad medium altaris. Et facies altari gestatoria ex lignis imputribilibus: & inærabis ea æramento. Et introduces gestatoria in annulos: & sint gestatoria secundum latera altaris in portando illud. Concauum tabulatum facies illud: secundum id, quod tibi demonstratum est in monte, sic E

A te, sic facies illud. Et facies atrium tabernaculo in latere, quod respicit ad ª Africum: tentoria atrij ex bysso torta; longitudo centum cubitorum ᵝ vni lateri: ᵞ & columnæ ᵟ eorum viginti: & bases earum æreæ viginti: & circuli earum, & ᵉ arcus argentei. Sic lateri, quod ad subsolanum, tentoria centum cubitorum longitudo, & columnæ eorum viginti, & bases earum æreæ viginti, & circuli, & arcus columnarum: & bases earum inargentatæ argento. Et latitudo atrij, ζ quæ ad mare, tentoria quinquaginta cubitorum: columnæ eorum decem, & bases earum decem. Et latitudo atrij, quod ad Austrum, tentoria quinquaginta cubitorum, columnæ eorum decem, & bases earum decem. Et
B quindecim cubitorum altitudo tentoriorum lateri vni: columnæ eorum tres, & bases earum tres. Et latus secundum, quindecim cubitorum tentoriorum altitudo: columnæ eorum tres, & bases earum tres. Et portæ atrij tegimen; viginti cubitorum altitudo ex hyacintho, & purpura, & cocco ⁿ torto, & bysso torta, varietate ᶿ acu picti: columnæ eorum quatuor, & bases earum quatuor: omnes columnæ atrij in circuitu inargentatæ argento: & capita earum argentea, & bases earum æreæ. Longitudo autem atrij centum per centum, & latitudo quinquaginta ad quinquaginta. Et altitudo quinq. cubitorũ ex bysso torta, & bases eorũ æreæ. Et omnis supellex, & omnia instrumenta, & puxilli alij sint ærei. Et
C tu præcipe filijs Israel: & sumant sibi oleum ι ex oliuis defecatum purum contusum ad lumen ᵏ accendendum; vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. Extra velamen, quod est super testamentum, accendet illud Aaron, & filij eius a vespera vsque ad mane ante Dominum, legitimum sempiternum in progenies vestras a filijs Israel.

ª Ad Africum.] *Describuntur quatuor atrij latera per quatuor has hemisperii partes, quæ sunt,* λίψ, ἀπηλιώτης θάλασσα, νότος, Atricus, subsolanus, mare. Auster. *In alijs codicibus sunt,* νότος, βοῤῥᾶς, θάλασσα, ἀνατολαί, auster, Aquilo, mare, oriens. *& ita apud S. Aug. quæst. vltima.* ᵝ Vni lateri.] *Schol.* Alius, τῇ γωνίᾳ, angulo. ᵞ Columnæ.] *Notat Theodoretus quæst. 60. quod hic est,* στῦλοι, *alios interpretes dixisse,* σανίδας, tabulas. ᵟ Eorum.] *videtur referri ad tentoria: græce est,* αὐτῶν *quod posset etiam verti,* earum, *vt habet hic S. Aug. quasi subintellexerit,* cortynarum, *aut quiddam eiusmodi: hebræus & chaldæus habent,* eius, *id est lateris & infra in similibus locis S. Aug. interdum habet,* eius, *interdum,* eorum. ᵉ Et arcus.] *In alijs libris est* καὶ αἱ ψαλίδες αὐτῶν, *Et apud S. Aug.* & arcus earum. *Alij autem pro circulis, & arcubus dixerunt fibulas, & forcipes.* ζ Quæ ad mare.] κατὰ θάλασσαν, *& videtur referri ad latitudinem, quæ græce est,* τὸ εὖρος, *Paulo post autem est,* τῆς αὐλῆς τῆς πρὸς νότον. *vt illud,* τῆς *referatur ad ipsum atrium. Sic apud S. Aug* latitudo atrij, quæ est ad mare, *&* latitudo atrij, quod est ad orientem. ⁿ Cocco torto] *S. Aug. habet,* cocco neto, & bysso torta, *in aliqua autem editione est,* κοκκίνου κεκλωσμένου καὶ βύσσου κεκλωσμένης, cocco torto, & bysso neta. ᶿ Acu picti.] τοῦ ῥαφιδευτοῦ. *S. Aug. habet,* acu picta. *Sed videtur intelligendum,* operis acu picti: *vt paulo post habet ipsemet S. Aug.* ι Ex oliuis.] *Schol.* ἐκ σπερμάτων, de seminibus. ᵏ Ad lumen accendendum.] εἰς φῶς καῦσαι. *Ab alijs libris abest illud,* καῦσαι.

E

CAP. XXVIII.

ET tu adduc ad te, & Aaron fratrem tuum, & filios eius, & de filijs Israel; vt sacerdotio fungãtur mihi Aaron, & Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar filij Aaron. Et facies stolam sanctam Aaron fratri tuo ad honorem & gloriã. Et tu loquere omnibus sapientibus mẽte, quos repleui spiritu ª sapiẽtiæ ᵝ & sensus. Et faciẽt stolam sanctam Aaron ᵞ ad sanctũ; in qua sacerdotio fungetur mihi. Et hæ sunt stolæ, quas faciẽt: pectorale & ᵟ superhumerale, & talarẽ & tunicã ᵉ cosymbotã, ζ & cidarim & zonam. Et facient stolas sanctas Aaron, &

filijs eius; vt sacerdotio fungantur mihi. Et ipsi sument aurum, & hyacinthum, A
& purpuram, & coccum, & byssum: & facient superhumerale de bysso torta,
opus textum variatoris: duo superhumeralia erunt ei continentia alterum alterum, in duabus partibus annexa. Et textura superhumeralium, quæ est in eo, secundum factionem ex eo, erit ex auro puro, & hyacintho, & purpura, & cocco
neto, & bysso torta. Et sumes duos lapides, lapides smaragdi: & sculpes in eis
nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex nomina reliqua in lapide secundo secundum generationes eorum, opus lapidariæ artis: sculpturam sigilli sculpes ambos lapides in nominibus filiorum Israel: & pones ambos lapides super humeros superhumeralis: lapides memorialis sunt filijs Israel. Et portabit Aaron nomina filiorum Israel ante Dominum super duos humeros suos, memoriale pro eis. Et facies aspidiscas ex auro puro: & facies B
duas catenulas ex auro puro admistas in floribus, opus plicaturæ Et impones
catenulas plicatas super aspidiscas secundum paromidas earum ex anterioribus. Et facies rationale iudiciorum, opus variatoris: iuxta modum superhumeralis facies illud ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco torto, & bysso torta. Facies ipsum quadrangulum: erit duplex: Spithami longitudo eius, & spithami latitudo. Et attexes in eo texturam lapidarem quadriordinem. Ordo lapidum eorum, sardius, topatius, & smaragdus ordo vnus: & ordo secundus, C
carbunculus, & saphirus & iaspis: & ordo tertius ligurius, achates, amethystus: & ordo quartus, chrysolitus, & beryllius, & onychinus: circumtecta auro,
colligata in auro. Sint secundum ordinem eorum. Et lapides sint ex nominibus
filiorum Israel duodecim secundum nomina eorum: sculpturæ sigillorũ, vnus
quisque iuxta nomen sint in duodecim tribus. Et facies super rationale fimbrias complectentes, opus catenatum ex auro puro. Et sumet Aaron nomina filiorum Israel super rationale iudicij super pectus, introeunti in sanctum,
memoriale coram Deo. Et pones super rationale iudicij fimbrias: catenata
super vtraque latera rationalis impones: & duas aspidiscas impones super vtrosque humeros superhumeralis ad faciem. Et impones super rationale iudicij, D
demonstrationem & veritatem. Et erit super pectus Aaron; quando ingredietur in sanctum ante Dominum. Et afferet Aaron iudicia filiorum Israel super
pectus ante Dominum semper. Et facies subuculam talarem totam hyacinthinam: & erit peristomium ex ea medium, oram habens in circuitu peristomij, opus textoris, commissuram contestam ex ipso, vt ne rumpatur. Et facies sub margine tunicæ deorsum, quasi florentis mali punici mala punica ex
hyacintho & purpura, & cocco neto, & bysso torta sub margine tunicæ in circuitu. Eadem specie mala punica aurea, & tintinnabula intermedium eorum in E
circuitu, iuxta malum punicum aureum tintinnabulum, & floridum super marginem subuculæ in circuitu. Et erit Aaron, dum sacerdotio fungitur, audibilis vox eius intranti in sanctum in conspectu Domini, & exeunti, vt non moriatur. Et facies laminam aureã puram: & formabis in ea, formatione sigilli sanctificationem Domini. Et impones eam super hyacinthũ tortam: & erit super
mitram: secundũ aspectũ mitræ erit: & erit supra frontẽ Aaron. Et auferet Aarõ
peccata sanctorum, quæcumq. sanctificabũt filij Israel omnis muneris sanctorũ
eorũ. Et erit super frontem Aarõ semper, acceptum illis in conspectu Domini.

Et

A Et ɩɩ nodi tunicarum ex byſſo. Et facies Cidarim byſsinam: & Zonam facies, opus variatoris. Et filijs Aaron facies tunicas, & zonas: & cidaras facies eis ad honorem & gloriam. Et indues illa Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo: & vnges eos, & implebis manus eorum, & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et facies eis femoralia linea, tegere turpitudinem corporis eorum: a lumbo vſque ad femora erit. Et habebit Aaron illa, & filij eius, quando ingredientur in tabernaculum teſtimonij, vel quando accedent miniſtrare ad altare ſancti. Et non adducent ad ſe peccatum, ne moriantur. Legitimum ſempiternum ei, & ſemini eius poſt ipſum.

B

α Sapientiæ.] *dictio* σοφίας *abeſt ab aliquot exemplaribus, nec refertur à S. Augu. q.* 114. β Senſus.] *fatetur ibidem S. Aug. hoc latine eſſe quod græce eſt,* αἰσθήσεως, *verum, quoniam ſcriptura de ſenſu interiore, quem intellectum vocamus, ſic loqui ſolet; propterea in latinis codicibus hic fuiſſe,* ſpiritu intellectus: *cum tamen alibi ſit,* ſenſus; *vt in epiſt. ad hebr. cap.* 5. γ Ad ſanctum.] εἰς τὸ ἅγιον, *quod interdum valet,* ad ſanctuarium: *quemadmodum paulo inferius in hoc eodem capite,* εἰσιόντι εἰς τὸ ἅγιον, *vbi S. Aug. in locut. habet,* in ſanctum, *quæſt. autem* 119. in ſanctuarium. *Sed poteſt etiam ſignificare,* ad ſanctitatem, vt ſanctificetur. δ Superhumerale.] *S. Hier. ad Fabiolam,* lxx. ἐπωμίδα, ideſt ſuperhumerale appellant. Aquila, ἐπένδυμα. nos Ephod ſuo ponimus nomine. *Int. Origenis. & S. Aug. dicunt,* humerale. ε Coſymbotam.] *Putauimus retinendam dictionem græcam, quam etiam retinet S. Hieronymus ad Marcellam. S. Aug. q.* 114. *habet,* cum cornibus, *& hæc addit:* Tunicam vero cum cornibus honeſtius putarunt latini interpretes dici quam ſi dicerent, cum cirris, qui bene diſpoſiti ornamento eſſe veſtibus ſolent. *Sed alii interpretantur ſtrictam &*

C *præcinctam: quæ interpretatio non videtur inepta; cum infra in hoc eodem capite coſymboti, vel coſymbi nodos ſignificent. Alii ex hebræo vertunt,* ocellatam. ζ Cidarim.] *Schol.* Apud Samariticum, πίλον, pileum: vel ſecundum aliam ſcripturam, μίτραν, mitram. *Theodoretus dictionem* μίτραν, *agnoſcit ex lxx. Sed ad ſignificandum tæniam, quæ frontem tegebat. S. Hier. ad Fabiolam:* hoc græci & noſtri, τιάραν, nonnulli galerum vocant. *Conferenda ſunt cum iis, quæ à S. Hier. ea quæ à Theodoreto quæſt.* 60. *& à S. Aug. hic quæſt* 123 *& in Leuit. quæſt.* 81. *afferuntur.* Zonam] *S. Hier. ad Fabiolam.* nos cingulum, vel baltheum, vel zonam poſſumus dicere. *S. Aug. vtitur vocabulo* zonæ. η Coccum.] *Notat S. Hier ad Fabiolam, pro cocco apud hebræos ſcribi vermiculum, & deputari igni, & æthéri, qui hebraice Sen appelletur, quod Aquila* διάφανον. *Sym.* διάφανον, *ideſt perſpicuum, & dilucidum ſit interpretatus.* θ De byſſo torta] *Schol. Alius,* ἐκ χρυσίου, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου νενησμένου, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & byſſo torta. ι Smaragdi] *S. Aug. q.* 115. *habet,* onychinos. *S. Hier* ad Fabiolam Qui hebraice dicuntur Soom, ab Aquila, & Symmacho, & Theodotione onychini, a lxx Smaragdi transferuntur. Ioſephus ſardonychas vocat, cum hebræo, Aquilaque conſentiens: vt vel colorem lapidum, vel patriam demon-

D ſtraret. κ Secundum generationes.] *S. Aug. ibidem.* iuxta ordinem natiuitatis eorum. λ Et pones.] *Schol. Alius,* περικεκυκλωμένους καὶ ὁμοίως τετορνευμένους χρυσίῳ ποιήσεις αὐτούς, καὶ θήσεις, circumdatos, & concluſos auro facies eos & pones. μ Aſpidiſcas.] *Ita S. Aug. ibidem, ac de etymologia nominis diſputat. Alii uncinos uerterunt.* ν Secundum paromidas earum ex anterioribus.] *hæc abſunt ab hebræo, & chaldæo. Complutenſis habet,* ſecundum ſuperhumeralia eorum, *recte, an ſecus, non auſim dicere. Non enim videtur eſſe idem,* παρωμίς *&* ἐπωμίς. ξ Spithami.] *S. Aug. ibidem,* Spithamus autem longitudo & ſpithamus latitudo, latini quidam interpretati ſunt menſuram extentæ palmæ a fine pollicis vſque ad finem digiti minimi. ο Saphirus.] *S. Hier. ibidem inquit Symm. pro ſmaragdo tranſtuliſſe* ceraunium. π Ligurius] *S. Hier. ingenue fatetur ſe ignorare, quis iſte lapis ſit; niſi ſi hyacinthus ſit. Apud Theophraſtum & Plinium fit mentio lyncurii.* ρ Vnuſquiſque.] ἕκαστος. *in aliis eſt,* ἑκάστου, vniuſcuiuſque. *ſed longius ab hebræo.* σ Fimbrias complectentes.] *Sic S. Aug. q.* 116. *quod græce eſt,* κροσσωτὰ συμπεπλεγμένα, *& alii vertunt,* catenas connexas. τ Catenatum.] *Symm.* σειρωτόν, laqueatum. υ Puto.] *hic in Complutenſi multa ſequuntur, quæ in collatis codicibus non ſunt inuenta, neq. ſignificantur à S. Aug. Reſpondent tamen ſatis vulgatæ.* φ Introeunti]

E *Sic manuſcripti, & S. Aug. in locutionibus bis in hoc capite notat hanc locutionem, quam inquit potius ſe credidiſſe notandam, quàm corrigendam: quod aliqui latini feciſſent. In Compl. eſt* εἰσιών, intrans. χ Et pones] *Hæc vicisſim hoc loco abſunt à Compl. vſque ad illud,* Et impones. *Atque idem S. Aug notat hanc locutionẽ,* fimbrias, catenata: *quorum loco in Compl. paulo ante videtur dictum,* καὶ ἐπιθήσεις τοὺς κροσσωτοὺς, καὶ τὰ ἁλυσιδωτά, *&c.* & impones fimbrias, & catenata, *&c.* ψ Subuculam.] *Sic S. Hier. ad Fabiolam:* ſubtunicalem, *ad Marcellam ſcribens: quod græce eſt,* ὑποδύτην ποδήρη. *S. Aug. quæſt.* 118. & facies tunicam talarem hyacinthinam. ω Periſtomium.] *S. Aug. ibidem,* ideſt, qua caput eijciatur. *S. Hier. ibidem,* quod vulgo capitium vocant. αα Ex ipſo.] ἐξ αὐτοῦ, *& videtur ſubintelligi,* periſtomio. *S. Aug. tamen ibidem habet,* ex ipſa, *& addit,* ideſt vt ex ſeipſa ſit ipſa ora contexta cum veſte. ββ Et erit Aaron.] *S. Aug q.* 119. *nec multo aliter in loc.* Et erit Aaron cum cœperit fungi ſacerdotio, audietur vox eius intranti, &c. *Theodotio,* ἐπὶ Ἀαρών *Aquila, & Symmac.* ἐπὶ τοῦ Ἀαρών, ſuper Aaron. γγ Tortam.] *S. Aug. q.* 120. hyacinthum duplicem tortam. δδ Super mitram.] *Aquila, & Theodotio,* ἐπὶ τῆς κιδάρεως, ſuper cidarim. εε Nodi.] οἱ κόσυμβωτοί, *aut, vt alii codices,* οἱ κόσυμβοι. *Schol. ceteri* αἱ περίζωσαι, conſtrictiones.

CAP. XXIX. A

ET hæc sunt, quæ facies eis. ᵃ Sanctificabis eos; vt ipsi sacerdotio fungantur mihi. Sumes autem vitulum de bobus vnum, & arietes immaculatos duos, & panes azymos conspersos in oleo, & ᵝ lagana azyma vncta in oleo. Similam ex tritico facies ea. Et impones ea in canistrum vnum: & offeres ea in canistro: & vitulum, & duos arietes. Et Aaron, & filios eius adduces ad ostium tabernaculi testimonij, & lauabis eos in aqua. Et sumens stolas, indues Aaron fratrem tuum, & tunicam γ talarem, & superhumerale, & rationale: & adnectes ei rationale ad superhumerale: & impones mitrā super caput eius: & B impones δ laminam, sanctificationem super mitram Et sumes de oleo vnctionis: & effundes illud super caput eius, & vnges eum. Et filios eius adduces: & indues eos tunicas, & cinges eos ε zonis, & circumdabis eis cidaras: & erit illis sacerdotium mihi in sempiternum. ζ Et consummabis ⁿ Aaron manus eius, & manus filiorum eius. Et adduces vitulum ad portas tabernaculi testimonij: & superimponent Aaron & filij eius manus suas super caput vituli in conspectu Domini apud portas tabernaculi testimonij: & iugulabis vitulum in conspectu Domini apud portas tabernaculi testimonij. Et sumes de sanguine vituli, & pones super cornua altaris digito tuo: reliquum autem omnem sanguinem effun- C des ad basim altaris. Et sumes omnem adipem, qui super ventrem, & θ pēnam iecoris, & duos renes, & adipem, qui super eos: & impones super altare: carnes autem vituli, & pellem, & fimum combures igni extra castra. ι Peccati enim est. Et arietem sumes vnum: & superimponent Aaron & filij eius manus suas super caput arietis: & iugulabis eum: & sumens sanguinem effundes ad altare in circuitu. Et arietem dissecabis per membra: & lauabis intestina & pedes aqua: & impones super segmenta cum capite. Et offeres totum arietem super altare: holocaustoma Domino in odorem ᵏ suauitatis. λ Thymiama Domino est. Et sumes arietem secundum: & superimponet Aaron & filij eius manus suas super D caput arietis: & iugulabis eum: & sumes de sanguine eius, & impones super pennam auris Aaron dexteræ, & super μ summitatē dexteræ manus, & super summitatem pedis dextri, & super pennas aurium filiorum eius dextrarum, & super summitatem manuum eorum dextrarum, & super summitates pedum eorum dextrorum. Et sumes de sanguine, ν qui ab altari, & de oleo vnctionis: & asperges super Aaron, & super stolam eius, & super filios eius, & super stolas filiorū eius cum eo. Et sanctificabitur ipse & stola eius, & filij eius, & stolæ filiorum eius cum eo. Sanguinem vero arietis effundes ad altare in circuitu. Et sumes de ariete ξ adipem eius, & adipem tegentem ventrem, & pennam iecoris, & duos E renes, & adipem, qui in ipsis, & ο brachium dextrum. Est enim consummatio hæc. Et panem vnum ex oleo, & laganum vnū de canistro azymorum propositorum in conspectu Domini. Et impones omnia super manus Aaron, & super manus filiorum eius: & separabis π illa, separationē coram Domino. Et sumes ea de manibus eorū: & offeres ea super altare holocaustosis in odorem suauitatis coram Domino. ρ Oblatio est Domino. Et sumes pectusculum de ariete consummationis, quod est σ Aaron: & separabis illud, separationem coram Domino: & erit tibi in portione. Et sanctificabis pectusculum separationem, & brachium

A chium demptionis, quod separatum est, & quod demptum est de ariete consummationis ab Aarō, & a filijs eius. Et erit Aaron, & filijs eius legitimum æternum a filijs Israel. Est enim separatio hoc. Et demptio erit a filijs Israel de sacrificijs salutarium filiorum Israel, demptio Domino Et stola sancti, quæ est Aaron, erit filijs eius post eum, vngere eos in ipsis, & consummare manus eorum. Septem diebus induet ea sacerdos, qui pro eo de filijs eius, qui intrabit in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis. Et arietem consummationis sumes: & coques carnes in loco sancto. Et edent Aaron & filij eius carnes arietis, & panes qui in canistro, apud portas tabernaculi testimonij: edent ea, in quibus

B sanctificati sunt in eis ad consummandum manus eorum, ad sanctificandū eos. Et alienigena non edet de eis. Sunt enim sancta. Si autem remanserit de carnibus sacrificij consummationis, & panibus vsque mane; combures reliquias igni: non comedentur. Sanctificatio enim est. Et facies Aaron, & filijs eius sic secundum omnia, quæcumque mandaui tibi. Septem diebus consummabis manus eorum. Et vitulum peccati facies die ι purificationis. Et purificabis altare in sanctificando te in eo: & vnges illud, ad sanctificandum ipsum: septem diebus ν purificabis altare, & sanctificabis illud. Et erit altare sanctū φ sancti. Omnis, tangens altare, sanctificabitur. Et hæc sunt, quæ facies super altare: agnos anni-

C culos immaculatos duos die super altare perpetuo, oblationem continuationis: agnum vnum facies mane: & agnum secundum facies vesperi: & decimam partem similæ conspersæ in oleo contuso quarta parte ipsius χ In: & libamen quartā partem In vini agno vni: & agnū secundū facies vespertinum iuxta sacrificiū matutinum, & libamen eius. Facies in odorem suauitatis, oblationem Domino, sacrificium continuationis in progenies vestras ad portas tabernaculi testimonij coram Domino. In quibus innotescam tibi inde, vt loquar tibi: & præcipiam illic filijs Israel, & sanctificabor in gloria mea: & sanctificabo tabernaculū testimonij, & altare: & Aaron & filios eius sanctificabo; vt sacerdotio fun-

D gantur mihi. Et inuocabor in filijs Israel: & ero eorum Deus: & cognoscent, quia ego sum Dominus Deus eorum; qui eduxi eos de terra Ægypti, vt inuocer eis, & sim eorum Deus.

α Sanctificabis eos.] *In alijs libris est,* ἁγιάσαι αὐτοὺς ad sanctificandum eos. β Lagana azyma.] *Schol.* κολλύρας ἀζύμους ἀναμεμιγμένας, placentas azymas permistas. γ Talarem.] καὶ τὸν χιτῶνα τὸν ποδήρη, *In aliquo codice est,* καὶ τὸν ποδήρη, & poderem, *id est,* tunicam talarem: *quod respondet hebræo, & vulgatæ. Theodotio,* τὸν χιτῶνα, καὶ τὸν ἐπενδύτην τῆς ἐπωμίδος, tunicam & pallium superhumeralis. *Symmac.* τὸν χιτῶνα, καὶ τὸ ἐπένδυμα τοῦ ἐπενδύματος, tunicam & superindumentum superindumenti, *id est tunicam illam hyacinthinam, quæ ad tunicam illam simplicem lineam intimam relata erat superindumentum; sed substernebatur alteri superindumento, nimirum superhumerali. Huc videtur spectasse Theodoretus; cum dixit,* ἐπενδύτην, *in scriptura vocari poderem, quòd ad pedes vsque perueniret. Superiore tamen capite vocata est,* ὑποδύτης, *quòd, vt diximus, sub-*

E *sternitur superhumerali.* δ Laminam.] *Symm.* ἀφόρισμα, separationem, *id est eximium illud insigne. Schol. Alius,* τὸ ἅγιον, sanctitatem. *Fortasse autem hæc varietas pertinet ad illud quod sequitur.* τὸ ἁγίασμα, sanctificationem. ε Zonis.] *Theodotio,* ζώνῃ ἀαρὼν, zona Aaron, *Aquila,* διὰ ζώνης ἀαρὼν, per zonam Aaron. *Vulgata conuenit cū Theodotione.* ζ Et consummabis.] *Ita S. Aug. q. 125. quod græce est,* τελειώσεις, *& sic solet vertere plerumque hoc verbum, quod alij dicunt,* consecrare: *superiore capite eadem vox hebræa reddita est,* καὶ ἐμπλήσεις, & implebis. η Aaron.] *In alijs libris est,* τὰς χεῖρας ἀαρὼν καὶ τὰς χεῖρας τῶν υἱῶν αὐτοῦ. *& S. Aug.* manus Aaron, & manus filiorum eius. θ Pennam.] τὸν λοβόν. *Sic S. Aug. in Leuit q. 22. quod in vulgata est,* reticulum. *Theodoretus q. 61. testatur alios interpretes dixisse,* περιττόν. quod excedit. ι Peccati.] *Alij codices,* ἁμαρτία, peccatum, *id est sacrificium pro peccato.* κ Suauitatis.] *Theodoretus q. 62.* Alij quidem interpretes pro εὐωδίας posuerunt, εὐαρεστήσεως, acceptationis. λ Thymiama.] *quasi incensum: nam huiusmodi sacrificium hebræus vocat ignitionem. Diximus etiam superius de ista dictione. In alijs libris est,* θυσίασμα, sacrificium. μ Summitatem.] *Schol.* τὸν ἀντίχειρα, pollicem. ν Qui ab altari.] τὸ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. *Alij codices,*

codices, τὸ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, qui ſuper altare, *alii*, ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ θυσιαστηρίου, de ſanguine altaris. ξ Adipẽ eius.] *Schol.* Alius interpres addit ex hebræo, καὶ τὴν κέρκον, & caudam. ο Brachiu.n.] *Schol.* Ceteri, τὴν κνήμην, femur. π Illa.] αὐτά. *Alii codices*, αὐτοῖς, illos. ρ Oblatio.] *græce eſt*, κάρπωμα. *hebraice autem eſt eadem dictio, quæ paulo ante dicta eſt Thymiama.* σ Aaron] *S. Augu. q.* 128. ideſt ipſius Aaron: hoc enim pertinere voluit ad ſummum ſacerdotem. τ Purificationis.] τοῦ καθαρισμοῦ. *Aquila, Symm. & Theodotio*, ἐξιλασμοῦ expiationis, aut depropitiationis. *Ita enim vertit S. Aug. q.* 133. υ Purificabis.] *Schol.* Ceteri. ἐξιλάσῃ expiabis. φ Sancti.] *Ita S. Augu. q.* 130. *vbi de hoc loco diſputat. In aliis codicibus eſt*, τῶν ἁγίων, ſanctorum. χ In.] *Theodoretus q.*64. Genus eſt menſuræ vini, & olei apud hebræos; continet autem vt ait Ioſephus, duas choas atticas. A

CAP. XXX.

ET facies altare incenſi ex lignis α imputribilibus, & facies illud cubiti lon gitudinem, & cubiti latitudinem: quadrangulum erit & duorum cubitorum altitudo: ex ipſo erunt cornua eius. Et inaurabis auro puro craticulã eius, & parietes eius in circuitu, & cornua eius. Et facies ei tortilem coronã auream in circuitu: & duos annulos aureos puros facies ſub tortili corona eius in duo latera facies in β duobus lateribus. Et erunt γ arcus amitibus, ita vt tollatur illud in eis: & facies amites de lignis imputribilibus, & inaurabis eos auro. Et pones illud contra velum, quod eſt ſuper arcam δ teſtimoniorum, in quibus innoteſcam tibi inde. Et incendet ſuper illud Aaron incenſum compoſitũ ſubtile mane mane. Et cum accendet Aaron lucernas ε ſero incendet ſuper illud: incenſum continuationis ζ ſemper in conſpectu Domini in progenies eorum. η Et nõ offeres ſuper, illud incenſum aliud: oblationem, ſacrificium, & libamen non libabis ſuper illud. Et depropitiabit θ ſuper illud Aaron ſuper cornua eius ſemel in anno: de ſanguine purificationis ι purificabit illud in progenies eorum. Sanctum ſanctorum eſt Domino. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Si acceperis computationem filiorũ Iſrael in viſitatione eorum; & dabunt vnuſquiſq. κ redemptiones animæ ſuæ Domino: & non erit in eis ruina in viſitatione eorum. Et hoc eſt quod dabunt, λ quicumq. tranſibunt ad viſitationem: dimidium didrachmatis, quod eſt iuxta didrachma ſanctũ: viginti oboli ipſum didrachma: dimidiũ autem didrachmatis oblatio Domino. μ Omnis qui tranſit ad viſitationem a vigeſimo anno & ſupra, dabunt oblationem Domino. Diues non adijciet. & pauper non minuet a dimidio didrachmatis in dando oblationem Domino ad depropiciandum pro animabus veſtris. Et accipies argentum oblationis a filijs Iſrael: & dabis illud ad opus tabernaculi teſtimonij. Et erit filijs Iſrael memoriale coram Domino, ad depropiciandum pro animabus veſtris Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Fac labrum æneum, & baſim ei æneam ad lauandum: & pones illud inter tabernaculum teſtimonij, & inter altare. Et effundes in illud aquam. Et lauabit Aaron & filij eius ex eo manus, & pedes aqua. Cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij, lauabunt aqua: & non morientur, cum ν accedent ad altare miniſtrare, & offerre holocauſta Domino: lauabunt manus & pedes aqua: ξ cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij; lauabunt aqua, vt non moriantur. Et erit eis legitimum ſempiternum, ei, & generationibus eius poſt eum. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens. Et tu ſume ο ſuauitates, florem myrrhæ electæ, quingentos ſiclos, & cinnamomi beneolentis dimidium iſtius, ducentos quinquaginta, & calami beneolentis, ducẽtos quinquaginta, & iridis quingentos ſiclos ipſius ſancti, & oleum

B C D E

ex oliuis

A ex oliuis In. Et facies ipsum oleum, chrisma sanctum; vnguentum vnguentarium arte vnguentarij. Oleum chrisma sanctum erit. Et vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam tabernaculi testimonij, & omnia vasa eius, & candelabrum, & omnia vasa eius, & altare incensi, & altare holocaustomatum, & omnia eius vasa, & mensam, & omnia vasa eius, & labrum. Et sanctificabis ea: & erunt sancta sanctorum: omnis tangens ea, sanctificabitur. Et Aaron, & filios eius vnges: & sanctificabis eos ad sacerdotio fungendum mihi. Et filijs Israel loqueris dicens: Oleū, linitio vnctionis, sanctum erit hoc vobis in progenies vestras: super carnem hominis non linietur: & secundum compositionem hanc nō facietis
B vobis ipsis similiter. Sanctum est, & sanctificatio erit vobis. Quicumque fecerit similiter, & quicumque dederit de eo alienigenæ; exterminabitur de populo suo. Et dixit Dominus ad Moysem: Sume tibi suauitates, stacten, onychen, galbanum boni odoris, & thus pellucidum. Æquale æquali erit. Et facient in eo incensum vnguentarium, opus vnguētarij mistum: purum opus sanctum. Et concides de illis minutim: & pones contra testimonia in tabernaculo testimonij, vnde innotescam tibi inde. Sanctum sanctorum erit vobis incensum. Secundum compositionem hanc π non facietis vobis ipsis. Sāctificatio erit vobis Domino. Quicumque fecerit similiter, vt olfaciat in eo; peribit de populo suo.
C

α Imputribilibus; & facies illud cubiti longitudinem.] *In Complutensi est*, ἀσήπτων ποιήσεις αὐτὸ, πήχεως τὸ μῆκος; imputribilibus facies illud. Cubiti longitudo, &c. β Duobus lateribus.] *Ita S. Aug. q. 131. vbi de hoc loco disputat. Posset tamen dici*, ad duo latera facies in duabus costis: *nam græce est*, εἰς τὰ δύο πλίτη ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ πλευροῖς. γ Arcus amitibus.] *Sic idem q. 132 & addit*: Quos annulos dixerat, arcus dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et quid est aliud annulus, vel circulus, nisi vndique arcu? Ideo quidam nolentes arcus dicere thecas interpretati sunt, quibus amites inducerentur, dicentes, & erunt thecæ amitibus, quasi græcus hoc non posset dicere, cum etiam thecæ græcum verbum sit. Dixit autem, ψαλίδας, quod arcus interpretatur. *Eodem modo reddita inuenitur dictio ista apud* S. *Augu supra cap.* 27. *Quod autem pertinet ad amites, alij habent*, vectes, *quemadmodum & c. 27. Ibi tamen græce est*, ἀναφορεῖς;
D *hic autem est*, σκυτάλαις. *quamuis in hebræo eadem sit dictio.* δ Testimoniorum.] *In Complutensi est*, τοῦ μαρτυρίου, testimonij. *Alij codices manuscripti addunt*, κατὰ πρόσωπον ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, ad faciem propitiatorij, quod est super testimonia: *quæ respondent vulgatæ.* ε Sero.] ὀψέ. *Abest ab aliquot codicibus.* S. *Aug. in locutionibus habet, & coniungit cum sequentibus*, sero incendet super illud. *Notat etiam*, sero, *dictum esse pro vespere.* ζ Semper.] *abest ista dictio a S. Aug. q. 133. &* ἐνδελεχισμοῦ, *&*, διαπαντὸς, *videri possunt duæ eiusdem hebraicæ dictionis interpretationes.* η Eorum.] *Ita etiam S. Aug. In Compl. est*, ὑμῶν, vestras: *quæ varietas est etiam paulo inferius.* θ Super illud.] *Alij codices*, καὶ ἐξιλάσεται ἀαρὼν ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν. *Et S. Aug. ibid.* Et depropitiabit Aaron, (vel exorabit) super cornua eius semel in anno de sanguine, purificationis delictorum. *Alij codices, vt etiā Compl. post verbum*, ἁμαρτιῶν *addunt*, τοῦ ἐξιλασμοῦ, depropiciationis. *quæ est altera interpretatio. Nam Aquila pro*, τοῦ καθαρισμοῦ *dixit*, ἐξιλασμοῦ. ι Purificabit illud.] *In alijs libris est*, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ καθαριεῖ αὐτό. *& apud S. Aug.* semel in anno purificabit illud. κ Redemptiones.] λύτρα. *idest*, pretia pro redemptione. S. *Aug. in locut.* dabunt singuli redemptionem. *Schol. Alius*, ἐξίλασμα, (*al.* ἐξιλασμὸν,) expiationem. λ Quicum-
E que transibunt ad visitationem.] *Schol.* ὁ πορευόμενος ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, qui vadit in numeris, *vel*, ad numeros. S. *Aug. q. 134.* Quid est, quod ait, si acceperis computationem filiorum Israel in visitatione eorum; nisi quia iubet eos aliquando visitari, & computari, idest numerari? Quod in Dauid propterea vindicatum intelligendum est; quia Deus non iusserat. *De constructione huius periodi disputat in locut.* μ Omnis, qui transit ad visitationem.] *Schol.* Alius, πᾶς ὁ πορευόμενος ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, omnis, qui vadit ad numeros. *Et est vocabulum castrense.* ν Cum accedent.] *In alijs libris est*, ἢ ὅταν προσπορεύωνται, vel quando accedent. ξ Cum ingredientur in tabernaculum testimonij; lauabunt aqua.] *hæc absunt ab alijs codibus: ab alijs quibusdam tantum illa*, lauabunt aqua. ο Suauitates.] ἡδύσματα. *Aquila*, ἀρώματα, aromata, *vt vulgata. De hedysmatis Plinius, & alij.* π Non facietis.] *Schol.* Ceteri, οὐ ποιηθήσεται, non fiet.

CAP.

CAP. XXXI.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce reuocaui ex nomine Beseleel filiũ Vrij ª qui Or, de tribu Iuda: & impleui eum spiritu diuino sapientiæ, & intellectus, & scientiæ in omni opere, excogitare, & architectonari, operari aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccum ᵝ netum, & ᵞ lapidaria: & ad opera fabrilia lignorum; ad operandum secundum omnia opera. Et ego dedi illum, & Eliab filium Achisamach de tribu Dan: & omni intelligenti corde dedi intellectum: & ᵟ elaborabunt omnia, quæcumque præcepi tibi, tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, & propitiatorium, quod super eam, & apparatum tabernaculi, & altaria, & mensam, & B
omnia vasa eius, & candelabrũ purũ, & omnia vasa eius, & labrũ, & basim eius, & stolas ministratorias Aaron, & stolas filiorũ eius ad sacerdotium fungendum mihi, & oleum vnctionis, & incensum compositionis sancti. Secundum omnia, quæcumq. mandaui tibi, facient. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et tu præcipe filijs Israel, dicens: Videte, & Sabbata mea custodite. Signum est apud me, & in vobis in progenies vestras: vt cogoscatis quia ego Dominus sanctificans vos. Et custodite sabbata: quia sanctum hoc est ᵋ Domino vobis. Polluens illud nece necabitur. Omnis qui faciet in eo opus; exterminabitur anima illa de medio populi sui. Sex diebus facies opera: die autem septimo sabbata, re C
quies sancta Domino. Omnis qui faciet opus die septimo, morti tradetur. Et custodient filij Israel sabbata, facere ea in progenies suas. Testamentum æternum in me & ᶻ filijs Israel: signum est in me æternum quia sex diebus fecit Dominus cælum, & terram: & die septimo requieuit, & cessauit. Et dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eum in monte Sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei.

ª Qui Or.] *τὸν ὤρ. nisi legendum sit, τοῦ ὤρ. In alijs quidem libris est, υἱοῦ ὤρ,* filij or. ᵝ Netum.] *In aliis codicibus sequitur, καὶ τὴν βύσσον τὴν κεκλωσμένην* & byssum tortã. *Ab hebræo autem & hæc, & alia ex præcedẽtibus absunt.* ᵞ Et lapidaria.] *In aliis libris partim est, καὶ εἰς τὰ λιθουργικὰ ἔργα, καὶ εἰς τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων,* D
& ad lapidaria opera, & ad fabrilia lignorum: *partim, καὶ τὰ λιθουργικὰ εἰς τὰ ἔργα, καὶ τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων,* & lapidaria ad opera, & fabrilia lignorum. ᵟ Et elaborabunt.] *καὶ ποιήσουσι. alij libri, καὶ ποιήσουσι,* & facient. ᵋ Domino vobis.] *A Compl. abest illud, κυρίῳ* Domino, *quemadmodum & a vulgata. In aliqua editione est, κυρίῳ καὶ ὑμῖν,* Domino, & vobis. ᶻ Et filijs Israel.] *disputat de hoc loco S. Aug. q. 139. & dubitat, an ita interpungendum sit,* æternum in me, & filijs Israel signum, *&c.*

CAP. XXXII.

ET videns populus, quia tardauit Moyses descendere de monte; ª conuenit populus in Aaron: & dicunt ei: Surge & fac nobis Deos, qui præcedent nos. Moyses enim hic homo, qui eduxit nos de terra Ægypti, non E
scimus, quid factum sit ei. Et dicit eis Aaron: Demite inaures aureas, quæ in auribus vxorum vestrarum, & filiarum: & afferte ad me. Et abstulerunt omnis populus inaures aureas, quæ in auribus earum: & attulerunt ad Aaron. Et accepit de manibus eorum, & formauit illas: & formauit eas in ᵝ stylo: & ᵞ fecit eas vitulum conflatilem, & dixit: Hi Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et videns Aaron ædificauit altare in conspectu eius. Et præconis voce clamauit Aaron, dicens: Festiuitas Domini cras. Et surgens mane die crastino, ascendere fecit holocaustomata: & obtulit sacrificium salutaris. Et sedit populus

A edere,& bibere:& surrexerunt ludere. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Vade celeriter: descende hinc. Iniquitatem enim fecit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti: trangressi sunt cito de via, quam mandasti eis. Fecerunt sibi vitulum,& adorauerunt eum,& sacrificauerunt ei, & dixerunt: hi Dij tui Israel; qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et nunc sine me: & indignatus ira in eos atteram eos,& faciam te in gentem magnā. Et orauit Moyses coram Domino Deo, & dixit: Vt quid Domine indignaris ira in populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio tuo excelso? Ne quando dicant Ægyptij dicentes: cum malignitate eduxit eos ad occidendum
B in montibus,& delendos eos de terra. Cessa ab ira furoris tui: & propitius esto super malitia populi tui, recordatus Abraham, & Isaac, & Iacob famulorum tuorum: quibus iurasti per te ipsum,& locutus es ad eos, dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut astra cæli multitudine:& omnem terram hāc, quam dixisti dare eis,& obtinebunt eam in seculum. Et propiciatus est Dominus ad seruandum populum suum. Et conuersus Moyses descendit de monte:& duæ tabulæ testimonij in manibus eius, tabulæ lapideæ inscriptæ ex vtrisque partibus earum: hinc & hinc erant scriptæ. Et tabulæ opus Dei erant:& scriptura, scriptura Dei, sculpta in tabulis. Et audiens Iesus vocem populi clamantium, ait ad Moy
C sem: Vox belli in castris. Et ait: Non est vox præcinentium secundum fortitudinem, neque vox præcinentium fugam: sed vocem præcinentium vinum ego audio. Et statim vt appropinquauit castris; videt vitulum,& choros. Et iratus furore Moyses proiecit de manibus suis ambas tabulas,& contriuit eas sub monte. Et sumens vitulum quem fecerant, combussit eū in igni; & contriuit eum minutim, & sparsit eum sub aqua; & potauit ea filios Israel. Et dixit Moyses ad Aaron. Quid fecit tibi populus hic, quia induxisti super eos pecatum magnum? Et dixit Aaron ad Moysem: Ne irascaris domine. Tu enim nosti impetum populi huius. Dicunt enim mihi: Fac nobis Deos, qui præcedent nos. Etenim Moy
D ses, homo iste, qui eduxit nos de Ægypto, nescimus, quid factum sit ei. Et dixi eis: Si cui sunt aurea, auferte:& dederūt mihi:& proieci in ignem:& exijt vitulus hic. Et cum vidisset populum Moyses, quia dissipatus est, dissipauit enim eos Aaron gaudium aduersarijs eorum; stetit autem Moyses super portam castrorum, & dixit: Quis ad Dominum, veniat ad me. Conuenerunt igitur ad eum omnes filij Leui. Et dicit eis. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponite vnusquisq. gladium suum super femur, & pertransite, & redite a porta ad portam per ipsa castra:& interficite vnusquisque fratrem suum, & vnusquisq. proximum suum, & vnusquisque intimum suum. Et fecerunt filij Leui, prout locutus est eis Moy
E ses. Et ceciderunt de populo in die illa ad ter mille viros. Et dixit eis Moyses: Impleuistis manus vestras hodie Domino, vnusquisq. in filio, vel in fratre suo, vt detur super vos benedictio. Et factum est post crastinum, dixit Moyses ad populum: Vos peccastis peccatum magnum: & nunc ascendam ad Deum; vt depropiciem pro peccato vestro. Reuertit autem Moyses ad Dominum, & dixit: Precor Domine: peccauit populus iste peccatum magnum: & fecerūt sibi Deos aureos. Et nunc, siquidem remittis eis peccatum eorum; remitte: sin autem, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysem: Si quis peccauit coram me; delebo eum de libro meo. Nunc autem vade, descende, &

deduc

deduc populum istum in locum; quem dixi tibi. Ecce angelus meus præcedet ante faciem tuam. Qua autem die visitabo; inducam in eos peccatum eorum. Et percussit Dominus populum propter facturam vituli, quem fecit Aaron. A

α Conuenit.] συνέστη. *Schol.* Alius, συνηθροίσθη, ἢ ἐπανέστη, congregatus est, vel insurrexit. S. *Aug. in locut.* consurrexit. β Stylo [γραφίδι. *Schol.* Alius, ἐν τέχνῃ, in arte. γ Fecit eas vitulum conflatilem, & dixit.] *Alij codices,* ἐποίησαν, & εἶπαν fecerunt, & dixerunt. δ Mandasti.] *In Complut. est,* ἐνετειλα, mandaui. ε Date eis.] *Alij codices,* δοῦναι τῷ σπέρματι αὐτῶν, dare semini eorum. ζ Ad seruandum.] διατηρῆσαι. *In alijs libris est,* περὶ τῆς κακίας, ἧς εἶπε ποιῆσαι *& apud S. Aug. q.* 143. de malitia, quam dixit facere populo suo. *In alijs,* ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ εἶπε ποιῆσαι, super malitia, quam dixit facere. η Non est vox.] *Schol.* Pro eo, ac si diceret, neque vincentium, neque fugientium. Samariticus, οὐκ ἔστι φωνὴ ἀποκρίσεως ἀνδρείας. οὐδὲ ἔστι φωνὴ ἀποκρίσεως ἥττης. ἀλλὰ φωνὴν ἁμαρτιῶν ἐγὼ ἀκούω. non iam vox responsionis fortitudinis *(idest respondens, ac præ se ferens fortitudinem)* & non iam vox responsionis cladis; sed voce delictorum ego audio. θ Et cum vidisset.] *Ita S. Aug. q.* 146. *Videtur autem sumi pro eo, ac si diceret,* & vidit: *quamuis, si paulo post, vbi nos habemus,* stetit autem Moyses, *abesset illud,* autem, *sicut abest ab alijs editionibus; plana esset constructio.* ι Gaudium.] ἐπίχαρμα, *quod potest etiam verti,* ludibrium. *S. Augu. videtur legisse,* ὅτι χάρμα. *inquit enim q.* 146. vt in gaudium venirent. κ Quis ad Dominum] *Sic S. Aug. in locut. & posset accipi quasi dictum interrogando. In Compl. est,* εἴ τις πρὸς κύριον, si quis a Domino. λ Impleuistis.] *Dictum est supra verbum hoc locis huiusmodi valere idem, ac consecrare: & est phrasis hebraica.* μ Sinaitem.] *Ita S. Aug. q.* 147. *& S. Cyprianus de lapsis, & alibi, quod græce est,* [illegible], *& vetustiores latini dicebant,* [illegible]. B

CAP. XXXIII.

ET dixit Dominus ad Moysē: α Procede, ascende hinc tu, & populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, & Isaac, & Iacob, dicēs: semini vestro dabo eā. Et simul mittam angelū meum ante faciem tuā: & eijciet Amorrhæum, & Chettæū, & Pherezæum, & Gergesæū, & Euæū, & Iebusæum & Chananæum: β & introducam te in terrā fluentem lac, & mel. Non enim simul ascendam tecū, quia populus duræ ceruice es; vt non deleā te in via. Et audiens populus verbū malum hoc, luxit in lugubribus. Et dixit Dominus filijs Israel: Vos populus duræ ceruicis. Videte ne plagam aliam inducam ego super vos, & deleam vos. Nunc igitur deponite stolas gloriarum vestrarum, & cultum: & ostendam tibi, quæ faciam tibi. Et deposuerunt filij Israel cultum suum, & ornatum stolæ a monte Choreb. Et sumens Moyses tabernaculum suum, fixit extra castra longe a castris. Et vocatum est tabernaculum testimonij. Et factum est, omnis qui quærebat Dominum, egrediebatur ad tabernaculum, quod extra castra. Quando autem ingrediebatur Moyses in tabernaculum extra castra; stabat omnis populus considerantes vnusquisque apud ianuas tabernaculi sui: & aspiciebant abeuntem Moysem; quoad ille intraret in tabernaculum. Vt autem intrauerat Moyses in tabernaculū; descendebat columna nubis, & stabat ad ostium tabernaculi. Et loquebatur Moysi: & videbat omnis populus columnam nubis stantem super ostium tabernaculi. Et stantes omnis populus, adorabant vnusquisque ab ostio tabernaculi sui. Et loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem; velut si quis loquatur ad suū ipsius amicū. Et reuertebatur ad castra: minister autem Iesus filius Naue iuuenis non egrediebatur de tabernaculo. Et dixit Moyses ad Dominum: Ecce tu mihi dicis: deduc populū hunc: tu autem non demonstrasti mihi; quem simul mittas mecum. Tu autem dixisti mihi: scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo; ostende mihi temetipsum; γ manifeste vt videam te, vt sim δ inueniens gratiam ante te, & vt sciā, quia populus tuus gens ε magna hæc. C D E

Et ait:

A Et ait: Ipse antecedam te, & requiem dabo tibi. Et ait ad eum: Si non tu ipse simul ζ veneris, ne me educas hinc. Et quomodo notum erit vere, quia inueni gratiam apud te & ego, & populus tuus; nisi simul incedente te nobiscum? Et glorificabor & ego, & populus tuus præter omnes gentes, quæcumque super terram sunt. Et dixit Dominus ad Moysem: Et hoc tibi verbum, quod dixisti, faciam. Inuenisti enim gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus. Et ait: Ostende mihi η teipsum. Et dixit: Ego transibo θ prior te gloria mea, & vocabo ι nomine meo, Dominus ante te: & miserebor, cui misertus ero: & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. Et dixit: Non
B poteris videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Et dixit Dominus: Ecce locus penes me: stabis κ supra petram. Statim vero, vt transiet gloria mea; & ponam te in λ cauerna petræ: & tegam manu mea super te; donec transeam: & auferam manum meam: & tunc videbis posteriora mea: facies autem mea non videbitur tibi.

α Procede.] πρόπορευου. *In Compl. est,* πορεύου καὶ ἀνάβηθι, *& apud S. Aug q.149.* Vade, & ascende. β Introducam.] *In alijs libris,* εἰσάξω. *& S. Aug. q.* 150. & introducet. γ Manifeste.] *S. Aug. q.* 151. *videtur hoc modo interpungere,* ostende mihi temetipsum; manifeste vt videam te. *Nam de illa dictione hæc ad ait.* Quod habet græcus, γνωστῶς, hoc quidam latini interpretati sunt, manifeste, cum scriptura non dixerit, φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius dici, si inueni gratiam in conspectu tuo; ostende mihi temetipsum, vt
C scienter videam te. δ Sum inuentens.] *Ita S. August. græce est,* ὅπως ἂν ὦ εὑρηκώς, vt sim ille, qui inueni. ε Magna.] *Abest hæc dictio ab aliquot codicibus, & a S. Augustino.* ζ Veneris.] *In aliis libris additur,* μεθ᾽ ἡμῶν. *& S. Aug. q.* 154. si non tu ipse simul veneris nobiscum. η Teipsum.] *Alii codices,* δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν. *& S. Aug* ostende mihi gloriam tuam. θ Prior te gloria mea.] *S. August.* ante te in gloria mea. ι Et vocabo in nomine meo Dominus ante te.] *In aliqua editione loco istorum verborum legitur,* τῷ ὀνόματί κυρίου ἐναντίον σου. *Et S. Aug. ibidem,* & vocabo nomine Domini in conspectu tuo. *In Compl. est* τῷ ὀνόματί μου, κύριος ἐναντίον σου, in nomine meo, Dominus in conspectu tuo. *Quid autem sibi velit istud,* vocabo nomine; *disputat ibidem S. Aug.* κ Stabis supra petram. Statim vero.] *In aliis libris est,* καὶ στήσῃ, & stabis. *itemque apud S. Aug. à quo tamen abest illud,* vero: *& interpretatur,* id est, statim vt transiet gloria mea; stabis supra petram. λ Cauerna petræ.] *S. Aug. ibidem,* Munitionem firmamentum significat. Alij autem interpretati sunt in spelunca petræ. Sed græcus habet, ὀπήν. hoc enim foramen, vel cauernam rectius interpretamur.

D

CAP. XXXIV.

ET dixit Dominus ad Moysem: α Excide tibi duas tabulas lapideas, β sicut & primæ: & ascende ad me in montem: & scribam super tabulas verba, quæ erant in tabulis primis, quas cõtriuisti. Et esto paratus in mane: & ascendes in montem Sina: & stabis mihi illic super summitatem montis: & nemo ascendat tecum, neque compareat in omni monte: & oues, & boues non pascant prope montem illum. Et excidit duas tabulas lapideas, sicut & primæ. Et
E mane surgens Moyses ascendit in montem Sina, sicut præcepit ei Dominus. Et sumpsit Moyses duas tabulas lapideas. Et descendit Dominus in nube: & adstitit ei illic: & γ vocauit nomine Domini. Et transijt Dominus ante faciem eius, & vocauit: δ Dominus Deus misericors, & miserator, longanimis, & multæ misericordiæ, & verax, & iustitiam seruans, & ε misericordiam in millia, auferens iniquitates & iniustitias, & peccata. Et reum non purificabit, inducens iniquitates patrum super filios, & super filios filiorum in tertiam, & quartam progeniem. Et festinans Moyses procumbens in terram adorauit, & dixit: Si inueni gratiam in conspectu tuo; simul ambulet Dominus meus nobiscum.

scum. Populus enim duræ ceruicis est. Et auferes tu peccata nostra, & iniqui- A
tates nostras: & erimus tibi. Et dixit Dominus ad Moysem. Ecce ego pono tibi
testamentũ corã omni populo tuo, faciam gloriosa, quæ facta sunt in omni ter
ra, & omni natione. Et videbit omnis populus, in quibus es tu, opera Domini:
quia mirabilia sunt, quæ ego faciam tibi. Attẽde tu omnia, quæcumq. ego man
dem tibi. Ecce ego eijcio ante faciem vestram Amorræum, & Chananæum, &
Pherezæum, & Chettæum, & Gergesæum, & Iebusæum. Attende tibi, nequan-
do ς ponas testamentum ijs, qui sedent super terram, in quam ingredieris in eã:
* ne tibi fiat offendiculum in vobis. Aras eorum destruetis, & statuas eorum
conteretis, & lucos eorum excidetis: & ⁰ sculptilia Deorum eorum comburetis B
in igni. Non enim adorabitis ' Deos alios. Dominus enim Deus * zelans nomen
Deus zelator est: Ne forte ponas testamentum ijs, qui sedent super terram, &
fornicentur post Deos eorum, & immolent Dijs eorum, & vocent te, & come-
das ^ de eis, & accipias de filiabus eorum filijs tuis, & de filiabus tuis des filijs
eorum, & fornicentur filiæ " tuæ post Deos eorum: & ' fornicẽtur filij tui post
Deos eorum. Et Deos futiles ne feceris tibi. Et solemnitatem azymorum serua-
bis. Septem diebus comedes azyma, sicut mandaui tibi, in tempore, in mense
nouorum. Nam in mense nouorum existi de Ægypto. Omne adaperiens vul-
uam, mihi masculina, omne primitiuum vituli, et primitiuum ouis: et primi- C
tiuum subiugalis redimes oue: si autem non redemeris illud; preciũ dabis. Om-
ne primogenitum filiorum tuorum redimes. Non apparebis in conspectu meo
inanis. Sex diebus operaberis: septimo autem requiesces: ξ sationi, et messi re-
quies. Et solemnitatem hebdomadarum facies mihi, * principium messionis
tritici. Et solemnitatem collectionis, mediante anno. Tribus temporibus anni
apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei Israel. Cum enim
eiecero gentes ante faciem tuam, et dilatauero fines tuos; non concupiscet quis-
quam * terram tuam, cum ascendes videri in conspectu Domini Dei tui per
tria tempora anni. Non mactabis super fermentum sanguinem ' incensorum D
meorum: et non dormient in mane , sacrificia solennitatis paschæ. Primitias
terræ tuæ pones in domo Domini Dei tui. Non coques agnum in lacte matris
suæ. Et dixit Dominus ad Moysem: Scribe tibi verba hæc. Nam super sermoni-
bus his posui tibi testamentum, & ipsi Israel. Et fuit ibi Moyses ante Dominum
quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: panem non manducauit, & aquã
non bibit. Et scripsit in tabulis verba hæc testamenti, istos decem sermones. Vt
autem descendebat Moyses de monte; & duæ tabulæ in manibus Moysi. Descẽ
dente autem ipso de monte, Moyses non sciebat, quia glorificatus est aspectus
, cutis faciei suæ, in loquendo eum sibi. Et vidit Aaron & omnes seniores Israel
Moysem: & erat glorificatus aspectus cutis faciei eius: & timuerunt appropin- E
quare ei. Et vocauit eos Moyses: & conuersi sunt ad eum Aaron, & omnes prin-
cipes synagogæ. Et locutus est eis Moyses. Et post hæc accesserunt ad eum om-
nes filij Israel. Et mandauit eis omnia; quæcumque mandauerat Dominus ad
eum in monte Sina. Et postquam cessauit loqui ad eos; imposuit super faciem
suam velamen. Quando autem ingrediebatur Moyses ante Dominum, vt
loqueretur ei; demebat velamen; quoadusque egrederetur. Et egressus loque-
batur omnibus filijs Israel, quæcumque mandauerat ei Dominus. Et videbant
filij Israel

A filij Iſrael faciem Moyſis, quia glorificata eſt. Et circumponebat Moyſes velamen ſuper faciem ſuam, quoaduſque ingrederetur colloqui cum eo.

α Excide.] *Ita S. Aug. in extremo q. 154 quod græce eſt,* λάξευσον. *S. Hier. in epiſt. ad Suniam in extremo docet,* λαξευτήριον, *dolatorium dici poſſe.* β Sicut & primæ.] S. *Aug. in locut.* ſubauditur, fuerunt: vnde hoc verbum noſtri interpretes etiam addendum putauerunt. *In extremo q.* 154. *habet,* ſicut & primas. γ Et vocauit nomine Domini.] *hebraiſmus pro,* vocauit nomen Domini. *Euſebius Cæſarienſis,* ἐλάλησε, locutus eſt. δ Dominus Deus.] *Alij codices,* κύριος κύριος ὁ θεός, Dominus, Dominus Deus. *Euſebius Cæſar.* κύριε κύριε, Domine, Domine. *Vulgata,* Dominator Domine Deus. ε Et miſericordiam.] *In alijs libris,* καὶ ποιῶν ἔλεος & faciens miſericordiam. ζ Ponas.] *In alijs,* θῇς. *S. Aug. in locut.* ne quando ponat. *& q.* 157. *teſtatur ſic habuiſſe græcum, paulo tamē inferius & ipſe habet,* ne forte ponas. *quod conſtat ex q.*

B 158. η Ne tibi.] *Alij,* μήποτε γένηται, ne forte fiat. θ Et ſculptilia Deorum eorum comburetis in igni.] *Hæc abſunt ab hæbreo, & vulgata.* ι Deos alios.] *Alij libri,* θεῷ ἑτέρῳ, Deum alterum. κ Zelans nomen.] S. *Aug. q.* 158. id eſt ipſum nomen, quod Dominus Deus dicitur, Zelans eſt, quia Deus Zelator eſt. *In vno peruetuſto codice eſt,* ζηλωτὸν ὄνομα αὐτοῦ, Zeli plenum nomen eius. λ Et comedas de eis.] *Alii libri,* καὶ φάγῃς τῶν θυσιῶν αὐτῶν, & comedas de ſacrificijs eorum. μ Tuæ.] *hæbræus habet,* eius, *id eſt* populi ſedentis ſuper terram: *& hanc ſententiam reddit vulgata.* ν Fornicentur filij tui.] *Alij libri,* καὶ ἐκπορνεύσωσι τοὺς υἱούς σου, & fornicari faciant filios tuos: *quod optime conueniret, ſi ſupra legeretur,* eius. ξ Sationi, & meſſi requies.] τῷ σπόρῳ καὶ τῷ ἀμητῷ καταπαύσεις. *Alij libri,* καταπαύσεις. *Et S. Aug. q.* 160. de ſatione, & meſſe requieſces. ο Principium meſſionis tritici.] *Alij codices,* ἀρχὴν τῶν πρωτογεννημάτων, principium primorum fructuum. *In vulgata videtur vtrumque fere coniungi,* in primitijs frugum meſſis tuæ triticeæ. π Terram tuam.] S. *Aug. quæſt.* 161. de terra tua. *Sed eodem ſenſu.* ρ Incenſorum.] θυμιαμάτων *In alijs partim,* θυσιασμάτων *partim,* θυμάτων. *S. Aug. in locut. & q.* 162. non occides ſuper fermentum ſanguinem immolatorum meorum. *De hac dictione dictum eſt ſupra cap.* 23. σ Sacrificia.] θύματα. *In aliquo libro eſt,* θῦμα.

C *& apud S. Aug. in locut. & q.* 163. Et non dormiet in mane (*al.* vſque in mane) immolatio ſolennitatis Paſchæ. τ Cutis] χρώματος, *& poteſt etiam verti,* coloris. *In alijs libris eſt,* χρωτός, *quod aut idem ſignificat aut,* corporis. *Int. Origenis hom.* 12. & erat glorificata facies eius, & color vultus eius.

CAP. XXXV.

ET congregauit Moyſes omnem ſynagogam filiorum Iſrael, & dixit. Hæc verba, quæ dixit Dominus facere ea. Sex diebus facies opera: die autem ſeptimo requies. Sancta ſabbata, requies Domino. Omnis faciēs opus in eo moriatur. Non accendetis ignē in omni habitaculo veſtro in die ſabbatorū. Ego Dominus. Et ait Moyſes ad omnem ſynagogam filiorū Iſrael, dicens. Hoc

D eſt verbū, quod præcepit Dominus dicens. Sumite a vobis ipſis dēptionem Domino: omnis ſuſcipiens corde ferent primitias Domino, aurum, argentum, æs, hyacinthum, purpuram, coccum duplex netum, & byſſum tortā, & pilos caprinos, & pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, & ligna imputribilia, & lapides ſardij, & lapides in ſculpturam ad ſuperhumerale, α & tunicā talarem. Et omnis ſapiens corde in vobis veniens operetur omnia, quæcumq. præcepit Dominus, tabernaculū, & propugnacula, & β operimenta, & circulos, & vectes, & columnas, & arcam teſtimonij & geſtatoria eius, & propitiatorium eius, & velū, & tentoria atrij, & columnas eius, & lapides ſmaragdi, & incenſum, & oleum vn

E ctionis, & menſam, & omnia vaſa eius, & candelabrum luminis, & omnia vaſa eius, & altare, & omnia vaſa eius, & ſtolas ſanctas Aaron ſacerdotis, & ſtolas, in quibus miniſtrabūt in γ eis, & tunicas filijs Aaron ſacerdotij, & oleū chriſmatis, & incenſum compoſitionis. Et exiuit omnis ſynagoga filiorū Iſrael a Moyſe. Et attulerūt vnuſquiſque, quorū ferebat cor eorū, & δ quibus viſum eſt animæ eorū, demptionē. Et obtulerunt dēptionē Domino ad omnia opera tabernaculi teſtimonij, & ad omnia miniſteria eius, & ad omnes ſtolas ſancti. Et attulerunt viri ab vxoribus, omnis, cui viſum eſt menti: attulerunt ſigilla & inaures, & annulos, & torques, & dextralia, omne vas aureum: & omnes quicumque attulerunt

demptiones auri Domino, & apud quem inuenta est byssus. Et pelles hyacinthinas, & [ε] pelles arietum rubricatas attulerunt. Et omnis [ζ] demens demptionem, attulerunt argentum & æs, demptiones Domino: & apud quos inuenta sunt ligna imputribilia, & ad omnia opera fabricationis attulerunt. Et omnis mulier sapiēs mente, manibus nere, attulerunt neta, hyacinthum & purpuram, & coccum, & byssum. Et omnes mulieres, quibus visum est [η] menti earum, in sapientia nerunt pilos caprinos. Et principes attulerunt lapides smaragdi, & lapides plenitudinis ad superhumerale, & rationale, & [θ] compositiones, & ad oleum vnctionis, & compositionem incensi. Et omnis vir, & mulier, quorum ferebat mens eorum, vt intrantes facerent omnia opera, quæcumque præcepit Dominus facere ea per Moysem, attulerunt filij Israel demptionem Domino. Et dixit Moyses filijs Israel: Ecce reuocauit Deus ex nomine Beseleel filium Vrij, qui Or, de tribu Iuda: & impleuit eum spiritu diuino sapientiæ, & intellectus, & scientiæ omnium ad fabricandum secundum omnia opera architectonicæ, ad faciendum aurum, & argentum, & æs, & operandum lapides, & operandum ligna, & faciendum in omni opere sapientiæ. Et proficere dedit in mente & ei, & Eliab filio Achisamach de tribu Dan. Et impleuit eos sapientia, intellectu, mente, vt omnia scirent facere opera sancti, textilia, & varia, texere cocco, & bysso, facere omne opus architectonicum varietatis.

A B C

[α] Tunicam talarem] ποδήρη. In Compl. est, καὶ εἰς τὸ λόγιον, ad rationale. *Verum & in numero, & in ordine, & in qualitate rerum, quæ facienda commemorantur, multæ sunt codicum varietates: nec satis causæ visum est, cur omnes indicarentur. Possunt enim magnam partem peti ex vulgatis editionibus Complutenses eo spectarunt; vt græca vulgatæ latinæ responderet.* [β] Operimenta.] *κατακαλύμματα, aut, vt alij καλύμματα. Schol.* Ceteri, τὴν σκέπην αὐτῶν, tegmen eorum. [γ] In eis.] *In alijs codicibus additur*, ἐν τῷ ἁγίῳ, in sancto. [δ] Et quibus visum est anima eorum.] *Schol.* Alius, ἑκουσίου καρδίας, corde spontaneo. [ε] Et pelles arietum] *In aliquo codice est*, καὶ πᾶς ᾧ εὑρέθη παρ᾽ αὐτῷ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα, *& apud S. Augu. in locut.* Et omnis, cui inuentum est apud eum coria arietum rubricata. [ζ] Demens demptionem.] *S. Aug. in locut.* Omnis afferens redemptionem, argentum, & æs attulerunt redemptiones Domino *quæst. autem* 168. Omnis afferens demptionem argentum, & æs attulerunt, demptionem Domino: *atque hæc adiungit*, tanquam diceret, omnis qui attulit; attulit illud, atque illud, inter cetera, quæ dicebat, & argentum, & æs cōmemorans. Demptionem sane interpretati sunt latini, quod græcus habet, ἀφαίρεμα. Appellata est autem demptio, eo quod sibi demeret, qui Domino offerret. [η] Menti earum.] *S. Aug. in locut.* sensu suo: *itemque paulo inferius, vbi græce est eadem dictio*, διάνοια, *ipse habet*, quorum afferebat sensus eorum. *Sed tamen paulo superius, vbi græce est*, σοφὰ τῇ διανοίᾳ, *apud illum est*, sapiens mente: *atque ita videtur tutius verti.* [θ] Et compositiones.] *In aliquo codice est*. καὶ εἰς τὰς συνθέσεις, & ad compositiones. *In Compl.* καὶ τὰς συνθέσεις, καὶ τὸ ἔλαιον, & compositiones, & oleum, *& ita S. Aug. in locut.* D

CAP. XXXVI.

ET fecit Beseleel, & Eliab, & omnis sapiens mente, cui data est sapientia, & scientia in his ad sciendum, ad faciendum, omnia opera [α] pertinentia ad sancta, iuxta omnia, quæ præcepit Dominus. Et vocauit Moyses Beseleel, & Eliab, & omnes habentes sapientiam, cui dedit Deus scientiam in corde, & omnes, qui sponte vellent ire ad opera, vt consummarent ea. Et acceperunt a Moyse omnes [β] demptiones, quas attulerunt filij Israel ad omnia opera sancti, ad faciendum ea. Et ipsi recipiebant adhuc quæ offerebantur ab offerentibus [γ] mane. Et accesserunt omnes sapientes, facientes opera sancti, vnusquisque iuxta opus suum, quod ipsi operabantur. Et [δ] dixit ad Moysem, quia multum affert populus [ε] secundum opera, quæcumq. præcepit Dominus facere. Et constituit Moyses, & per præconē pronunciauit in castris, dicens: Vir, & mulier E

non

A non vltra operentur in primitias sancti. Et prohibitus est populus vltra offerre: & opera erant eis sufficientia ad fabricationem ad faciendum: & superfuerunt. Et fecit omnis sapiens in ijs, qui operabantur, stolas ς sanctorum, quæ sunt Aaron sacerdoti; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecit superhumerale ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta. Et sectæ sunt laminæ, auri capilli, vt contexerentur cum hyacintho, & purpura, & cum cocco neto, & bysso torta: opus textile fecerunt illud: superhumeralia continentia ex vtrisque ᵃ partibus, opus textile adinuicem ᵝ complicata ad seipsum. Ex eo fecerunt illud secundum ipsius facturam, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto,
B & bysso torta; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt vtrosque lapides smaragdi, constrictos, & conclusos auro. Sculptos, & excusos excusione sigilli ex nominibus filiorum Israel. Et imposuit eos super humeros superhumeralis, lapides memorialis filiorum Israel; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt rationale, opus textile varietate, iuxta opus superhumeralis, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta. Quadrangulum duplex fecerunt rationale: spithami longitudo: & spithami latitudo duplex. Et contexta est in eo textura lapidaria quatuor ordinum: ordo lapidum, sardius, & topazius, & smaragdus, ordo vnus: & ordo secundus, carbunculus, & saphirus, & iaspis. & ordo
C tertius, ligurius, & Achates, & amethystus: & ordo quartus, chrysolithus, & beryllus, & onychinus, circundati auro, & colligati auro. Et lapides erant ex nominibus filiorum Israel duodecim, ex nominibus eorum ᵞ exculpta in sigillis, vnusquisq. ex suo ipsius nomine in duodecim tribus. Et fecerunt super rationale catenulas complicatas, opus complicationis ex auro puro. Et fecerunt duas aspidiscas ᵡ aureas, & duos annulos aureos: & imposuerunt duos annulos aureos ad vtraque principia rationalis: & imposuerunt complicationes ex auro in ^ annulos super vtrasque partes rationalis, & in duas commissuras duas complicationes: ᵘ & imposuerunt in duas aspidiscas & imposuerunt in duos humeros super-
D humeralis ex aduerso secundum faciem. Et fecerunt duos annulos aureos, & imposuerunt ad duas alas ᵛ super summitatem rationalis, & ad summitatem dorsi ipsius superhumeralis ab intus. Et fecerunt duos annulos aureos: & imposuerũt ad vtrosque humeros superhumeralis ab imo eius secundum faciem ad comissuram desuper contexturæ superhumeralis. Et constrinxit rationale ab annulis qui super ipsum, ad annulos superhumeralis continentes ex hyacintho complicatos ad contexturam superhumeralis, vt non diffluat rationale a superhumerali: sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt subuculam sub superhumerali, opus textile totum hyacinthinum. Peristomium autem subuculæ in medio per-
E textum complicatum, oram habens in circuitu, peristomium indissolubile. Et fecerunt super marginem subuculæ ab imo, quasi florentis mali punici corymbos ex hyacintho, & purpura, et cocco neto, et bysso torta. Et fecerunt tintinnabula aurea: et imposuerunt tintinnabula ad marginem subuculæ in circuitu inter mala punica; tintinnabulum aureum, et malum punicum super marginem subuculæ in circuitu ad ministrandum; sicut constituit Dominus Moysi. Et fecerunt tunicas byssinas, opus textile, Aaron, et filijs eius, et cydaras ex bysso, et mitram ex bysso, et feminalia ex bysso torta, et zonas eorum ex bysso, et hyacintho, et purpura, et cocco neto, opus variatoris; quemadmodum præcepit Do-

minus Moysi. Et fecerunt laminam auream, separationem sanctitatis auri, puri. A
Et scripsit super eam litteras figuratas sigillo, sanctificationem Domino. Et im-
posuerunt [ξ] super marginem hyacinthinum; vt supercaderet super mitram de-
super; quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

[α] Pertinentia ad sancta.] *aut*, ad sanctuarium, *vt Complutensis. græce est*, τὰ κατὰ τὰ ἅγια καθήκοντα. *& in vno peruetusto codice*. τὰ καθήκοντα, *ac posset fortasse etiam reddi*, ea, quæ secundu sancta officia. [β] Demptiones.] *In multis codicibus S. Aug. q. 170. pro demptiones, corrupte videtur legi*, demptum æs. [γ] Mane.] *Aliquot codices*, τὸ πρωὶ πρωί, mane, mane. [δ] Et dixit] *Alij codices*, καὶ εἶπαν. *& S. Aug q. 171. ita refert*, & dixerunt Moysi. [ε] Secundum opera.] *Alii codices*, πλὴν τὰ ἔργα, præter opera. [ζ] Stolas sanctorum.] *Ita vetusti codices collati, & hunc eumdem ordinem præ se fert S. Aug. In Complutensi autem, quemadmodum & in vulgata, hæc, quæ ad vestes sacerdotales pertinent, reijciuntur in caput 39. hic autem subijciuntur, quæ ad tabernaculi constructionem.* [η] Partibus.] *In aliquot codicibus additur* αὐτοῦ *& apud S. Aug. in locut.* partibus eius. [θ] Complicata.] *In Compl.* συμπεπηγμένον, complicatum. [ι] Exculpta.] ἐγγεγλυμμένα. *Alii codices*, ἐγκεχαραγμένα, inscripta. *Complutensis*, ἐγγεγλυμμένας σφραγῖδος, insculpta sigilli. [κ] Aspidiscas] *De hoc vocabulo dictum est supra. Scholion insertum quasi Theodoreti*, Hæ maiores quidé erant numismatis, rotundæ autem sicut numisma, & scutum. Vtraque enim orbicularia sunt. [λ] Annulos.] *Alii codices addunt*, duos, ἐπὶ τοὺς δύο δακτυλίους. [μ] Et imposuerunt in duos humeros.] *Pro his in Compl. legitur*, καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὰς δύο ἀσπιδίσκας τοὺς ὤμους, & imposuerunt super duobus vncinis humeros, *&c.* [ν] Super summitatem.] ἐπ' ἄκρου. *Alii libri*, ἀπ' ἄκρου, à summitate: *& à Complutensi abest sequens*, &, [ξ] Super marginem.] ἐπὶ τὸ λῶμα. *In aliis libris est*, καὶ ἐπέθηκαν ἐπ' αὐτῷ λῶμα, & super eam imposuerunt marginem. B

CAP. XXXVII. C

ET fecerunt tabernaculo decem aulæa: octo & viginti cubitorum longitu-
do aulæi vnius: eadem erat omnibus: & quatuor cubitorum latitudo au-
læi [α] vnius. Et fecerunt velamen ex hyacintho, & purpura, & cocco neto
& bysso torta, opus textile Cherubim. Et imposuerunt illud super quatuor co-
lumnas imputribiles inauratas in auro. Et capita earum aurea: & bases earum
quatuor argenteæ. Et fecerunt velamen ostij tabernaculi testimonij ex hyacin-
tho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta, opus textile Cherubim. Et colum
nas [β] eorum quinque: & circulos, & capita earum, & arcus earum inaurauerunt
auro. Et bases earum quinque æreæ. [γ] Et fecerunt atrium, qua ad [δ] Africum, té D
toria atrij de bysso torta [ε] centum per centum. Et columnæ eorum viginti, &
bases earum viginti. [ζ] Et latus quod est ad Aquilonem, centum per centum. Et
[η] latus quod ad austrum, centum per centum. Et columnæ eorũ viginti, & bases
earũ viginti. Et latus, quod est ad mare: [θ] aulæa quinquaginta cubitorũ. Colum
næ eorum decé, & bases earum decé. Et latus quod est ad orienté, quinquaginta
cubitorum tentoria: [ι] Quindecim cubitorum, quod est a dorso. Et columnæ eo
rum tres, & bases earum tres. Et a dorso secundo hinc & hinc secundum por-
tam atrij, aulæa [κ] quindecim cubitorum. Columnæ eorũ tres, & bases earũ tres.
Omnia aulæa tabernaculi, ex bysso torta. Et bases columnarum eorum æreæ, & E
ansæ earum argenteæ: & capita earũ inargentata argento, & columnæ inargenta
tæ argento, omnes columnæ atrij. Et velamé portæ atrij opus variatoris de hya
cintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta: viginti cubitorum longitudo,
& altitudo, & latitudo quinq. cubitorum, exæquatum tentorijs atrij. Et colum-
næ eorum quatuor, & bases earum quatuor æreæ, & ansæ earum argenteæ, & ca
pita earum inargentata argento. Et omnes pali atrij in circuitu ærei, & ipsi inar-
gentati argento. Et hæc est constructio tabernaculi testimonij, sicut præceptum

fuerat

A fuerat Moysi ministerium esse Leuitarũ per Ithamã filium Aaron sacerdotis. Et Beseleel filius Vrij de tribu Iuda fecit, sicut præcepit Dominus Moysi: Et Eliab filius Achisamach de tribu Dan: qui architectonatus est textilia, & consutilia, & diuersi coloris λ texere de cocco, & bysso.

α Vnius] *Hæc in Compl. & vulgata, habentur cap. 36. & adnectuntur ea, quæ pertinent ad constructionem ipsius tabernaculi. In extremo autem capite 36. ponuntur ea, quæ in nostra hoc loco sequuntur*, Et fecerunt velamen, *&c. vsque ad illud.* Et fecerunt atrium, *nec sine aliqua varietate in verbis ipsis.* β Eorum.] *Alii codices* αὐτοῦ. eius. γ Et fecerunt atrium] *Hæc in Compl. & vulgata habentur cap. 38. non longe ab initio.* δ Atricum.] λίβα. *In alijs quibusdam*, νότον, Austrum : *& ita S. Aug. in vltima illa diligenter perlegenda quæstione.* ε Centum per centum.] *S. Aug. ibidem*, idest centum cubita tentoriorum per centum
B cubita spacij quod tenebant viginti columnæ. ζ Viginti.] *S. Aug. addit*, æreæ: *quod etiam repetit in latere ad Aquilonem.* η Et latus, quod est ad Austrum, centum per centum.] *Hæc absunt ab omnibus fere libris, & videntur esse ex alia interpretatione. Idem enim latus est, quod pertinet ad Africum, atque ad Austrum.* θ Aulæa.] *S. Aug. ibidem.* Eadem dicit aulæa, quæ tentoria, *idest*, αὐλαίας, *&* ἱστία ι Quindecim cubitorũ, quod est a dorso.] *Ita interpungit S. Aug & addit.* Dorsum appellat, quia posteriora tabernaculi erant: idest à parte occidentis: *& paulo post* Manifestum est certe eadem duo dorsa dici hoc loco, cũ commemorantur omnia, quemadmodum facta sunt; quæ latera dicebantur, quando præcipiebatur, vt fierent. κ Tabernaculi.] *Ita etiam Compl. Ac potest nomine tabernaculi significari atrium. S. quidem Aug. habet*, omnia aulæa atrij. λ Texere de cocco, & bysso] *Ita S. Aug. in locut. Complut.* ὑφᾶναι τῷ ὑακίνθῳ, καὶ πορφύρᾳ, καὶ κοκκίνῳ νενησμένῳ καὶ βύσσῳ, texuit hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso.

CAP. XXXVIII.

C

ET α fecit Beseleel β arcam, & deaurauit eam auro puro intus, & γ extra: & fudit ei quatuor annulos aureos, duos ad latus vnum, & duos ad latus secundum, capaces vectibus ad portandum eã in eis. Et fecit propitiatoriũ desuper arcæ ex auro puro, & duos Cherubim aureos, cherub vnum ad summitatem propitiatorij vnam, & Cherub vnum ad summitatem propitiatorij secundam, obumbrantes alis suis super propitiatorium. Et fecit mensam ipsam propositam ex auro puro: & fudit ei quatuor annulos, duos super latus vnũ, & duos super latus secundum, capaces vectibus ad portandum eam in eis. Et duos ve-
D ctes arcæ, & mensæ fecit. & deaurauit eos auro. Et fecit vasa mensæ, catinos, & mortariola, & cyathos, & libatoria, in quibus libabit in eis, aurea. Et fecit candelabrum, quod illuminat, aureum solidũ stipite, & calamos, ex vtrisque partibus eius: e calamis eius germina extãtia, tria ex hoc, & tria ex hoc, exæquata inuicẽ & lãpades eorum, quæ sunt super summitates in modum nucis, ex eis, & δ enthemia ex eis; vt sint lucernæ super ea. Et enthemiũ septimum, quod est super summitatem lampadis super verticem desuper, solidum totum aureum. Et septem lucernas super illud aureas, & forcipes eius aureos, & emunctoria eorum aurea. Hic inargentauit columnas & fudit columnæ annulos aureos, & deaurauit ve-
E ctes auro. Et deaurauit columnas velaminis auro: & fecit ansulas aureas. Hic fecit & circulos tabernaculi aureos, & circulos atrij, & circulos ad extendendum velamen desuper æreos. Hic fudit capita argentea tabernaculi, & capita ærea ostij tabernaculi, & ostium atrij. Et ansulas fecit columnis argenteas super columnas. Hic inargentauit eas. Hic fecit palos tabernaculi & palos atrij æreos. Hic fecit altare æreũ, ex thuribulis æreis, qui fuerunt viris illis, qui mouerunt seditionem cum synagoga Core. Hic fecit omnia vasa altaris, & focum eius, & basim, & phialas, & fuscinulas æreas. Hic fecit altari additamentum, opus reticulatum ab imo foci sub ipso vsque ad dimidium eius. Et imposuit ei

quatuor

quatuor annulos è quatuor partibus additamenti altaris æreos, capaces vecti- A
bus ad portãdum in eis altare. Hic fecit oleum vnctionis sanctum,& compositionem incensi, purum, opus vnguentarij. Hic fecit labrum æreum, & basim eius æream ex speculis earum,quæ ieiunauerunt apud porta, tabernaculi testimonij,in qua die fixit illud. Et fecit labrum; vt lauent ex eo Moyses, & Aaron, & filij eius manus suas,& pedes,ingredientibus ipsis in tabernaculum testimonij, vel quando accedent ad altare ad ministrandum,lauabuntur ex eo; sicut præcepit Dominus Moysi.

α Et fecit.] *Hæc in vulgata,& Compl. habentur cap. 37. & aliqua ex parte ad initium 38. Et res, quæ commemorantur,& ordo idem in vtraque. Verba etiam, quibus exponuntur in Compl. propius accedunt ad vulgatam & hebræum, quàm nostra. Veruntamen pleraque illa in collatis codicibus non sunt inventa:* β Arca n.] *Aquila,* γλωσσόκομον, *quasi loculum & thecam rerum sanctarum.* γ Extra] *Hic in aliquot codicibus additur,* καὶ ἐποίησεν αὐτῇ κυμάτιον χρυσοῦν κύκλῳ, & fecit ei vndulam auream in circuitu. δ Et enthemia.] καὶ τὰ ἐνθέμια, *& paulo post,* καὶ τὸ ἐνθέμιον. *Ita in alio etiã codice peruetusto. In aliis est,* ἀνθέμια & ἀνθέμιον. *quibus item vocabulis significantur ea,quæ ornamenti causa adiunguntur.* B

CAP. XXXIX.

OMne α aurum, quod elaboratum est ad opera secundum omnem operationem sanctorum, fuit, auri eius, quod primitiarum, nouem & C
viginti talenta, & septingenti β viginti sicli iuxta siclum sanctum: & argenti demptio a visitatis viris synagogæ centũ talenta, & mille septingenti septuagintaquinque sicli: drachma vna capiti,dimidium sicli, iuxta siclum sanctum. Omnis transiens ad visitationem a vigesimo anno & supra, ad sexaginta myriadas,& ter mille quingenti,& quinquaginta. Et facta sunt centum talenta argenti in conflationem centum capitellorum tabernaculi,& in capitella velaminis: centum capitella ad centum talenta,talentum capitello. Et mille illos septingentos septuaginta quinque siclos fecit in ansulas columnis: & inaurauit capitella earum,& ornauit eas. Et æs demptionis, γ septuaginta talenta,& mil D
le quingenti sicli. Et fecerunt ex eo bases ostij tabernaculi testimonij, & bases atrij in circuitu,& bases portæ atrij,& palos tabernaculi,& palos atrij in circuitu,& additamentum æreum altaris,& omnia vasa altaris,& omnia instrumenta tabernaculi testimonij. Et fecerũt filij Israel,sicut præcepit Dominus Moysi:ita fecerunt. δ Reliquum vero aurũ demptionis fecerunt vasa ad ministrandũ in eis corã Domino. Et ε reliquam hyacinthum,& purpuram,& coccũ fecerunt stolas ministratorias Aarõ,ad ministrandũ in eis in sancto. Et attulerũt stolas ad Moysem,& tabernaculũ,& vasa eius,bases,& vectes eius,& colũnas,& arcã testamẽti,& vectes eius,& altare,& omnia vasa eius,& oleũ vnctionis, & incensum cõ- E
positionis,& candelabrum purum,& lucernas eius,lucernas incensionis,& oleũ luminis,& mensam propositionis,& omnia vasa eius,& panes ipsos propositos, & stolas sancti, quæ sunt Aaron,& stolas filiorum eius ad sacerdotiũ,& tentoria atrij,& colũnas,& velamen ostij tabernaculi,& portæ atrij,& omnia vasa tabernaculi,& omnia instrumenta eius,& opercula pelles arietũ rubricatas,& operimenta hyacinthina & ceterorum superoperimenta, & palos, & omnia instrumenta, quæ ad opera tabernaculi testimonij. Quæcunque præcepit Dominus Moysi, sic fecerunt filij Israel omnem apparatum. Et vidit Moyses omnia opera. Et

A ra. Et fecerant ea, quemadmodum præceperat Dominus Moyſi · ſic fecerant ea. Et benedixit eos Moyſes.

α Omne aurum.] *hæc in vulgata, & Complutenſi habentur partim in cap. 38. & partim in 39.* β Viginti.] *In Compl. vt in vulgata, eſt* triginta. γ Septuaginta.] *Alij libri,* τετρακόσια καὶ ἑβδομήκοντα τάλαντα, καὶ δισχίλιοι. quadringenta, & ſeptuaginta talenta, & bis mille. *Compl* τετρακόσια, ἑβδομήκοντα τάλαντα, καὶ δισχίλιοι, καὶ τετρακόσιοι σίκλοι, trecenta ſeptuaginta talenta, & bis mille, & quadringenti ſicli, *& hoc loco ſunt etiam quædam varietates inter vulgatam, & Complutenſem.* δ Reliquum.] *hæc vſque ad,* & reliquam, *abſunt à Compl. & vulgata.* ε Et reliquam.] *Ita videtur vertendum illud,* καὶ τὴν καταλειφθεῖσαν, *quamuis Compl. verterint,* & receptam, *eodem tamen fortaſſe ſenſu. Nam &* reliquum aurum, *&* reliquam hyacinthum, *hoc videtur ſignificare,* aurum, & hyacinthum, quæ recepta, *aut,* oblata ſunt præter cetera iam memorata.

B

CAP. XL.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: In die vna menſis primi, in neomenia ſtatues tabernaculum teſtimonij: & pones arcam teſtimonij: & teges arcam velamine: & inferes menſam, & α propones propoſitionem eius. Et inferes candelabrum, & impones lucernas eius. Et pones altare aureum, ad incenſandum coram arca. Et impones operimentum velaminis ſuper oſtium tabernaculi teſtimonij. Et altare β holocauſtomatum pones apud ianuas tabernaculi teſtimonij. Et γ circumpones tabernaculum: & omnia eius ſancti-
C ficabis in circuitu. Et ſumes oleum vnctionis, & vnges tabernaculum, & omnia, quæ in eo, & ſanctificabis illud, & omnia vaſa eius: & erunt ſancta. Et vnges altare holocauſtomatum, & omnia vaſa eius. Et ſanctificabis altare: & erit altare ſanctum ſanctorum. Et adduces Aaron, & filios eius ad ianuas tabernaculi teſtimonij, & lauabis eos aqua. Et indues Aaron ſtolas ſanctas, & vnges eum, & ſanctificabis eum: & ſacerdotio fungetur mihi. Et filios eius adduces, & indues eos tunicas: & linies eos, quemadmodum liniuiſti patrem eorum: & ſacerdotio fungentur mihi. Et erit, vt ſit ipſis chriſma ſacerdotij in ſeculũm progenies eorum. Et fecit Moyſes omnia, quæ præcepit ei Dominus: ita fecit. Et factum eſt in men-
D ſe primo, anno ſecundo, egredientibus ipſis de Ægypto in neomenia conſtitutum eſt tabernaculum. Et ſtatuit Moyſes tabernaculum: & impoſuit capitella, & iniecit vectes, & ſtatuit columnas, & extendit aulæa ſuper δ tabernaculum, & impoſuit cooperimentum tabernaculi ſuper illud deſuper; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et ſumens teſtimonia iniecit in arcam: & ſuppoſuit vectes ε ſub arca: & intulit arcam in tabernaculum. Et impoſuit cooperimentum velaminis: & texit arcam teſtimonij; quemadmodum præceperat Dominus Moyſi. Et impoſuit menſam in tabernaculo, qua ad Aquilonem, extra velamen tabernaculi: & appoſuit in ea panes propoſitionis ante Dominum, quemadmodum præce-
E perat Dominus Moyſi. Et poſuit candelabrum in tabernaculo teſtimonij ad latus tabernaculi, quod ad Auſtrum: et impoſuit lucernas eius ante Dominum; quemadmodum præceperat Dominus Moyſi. Et poſuit altare aureum in tabernaculo teſtimonij e regione velaminis: et ſuper illud incenſauit incenſum compoſitionis; quemadmodum præceperat Dominus ζ Moyſi. Et altare holocauſtorum poſuit apud ianuas η tabernaculi. Et θ ſtatuit atrium in circuitu tabernaculi, et altaris. Et conſummauit Moyſes omnia opera. Et operuit nubes tabernaculum teſtimonij: et gloria Domini impletũ eſt tabernaculum. Et non potuit Moyſes ingredi in tabernaculum teſtimonij, quia obumbrabat ſuper ipſum nubes, &

bes,& gloria Domini inpletum erat tabernaculum. Quando autem ascendebat A
nubes a tabernaculo; ι disiungebant filij Israel cum sarcinis suis. Si autem non
ascendebat nubes; non disiungebant vsque ad diem, qua ascendebat nubes. Nu-
bes enim erat super tabernaculum die: & ignis erat super ipsum nocte coram
omni Israel in omnibus disiunctionibus eorum.

α Propones.] προθήσεις. *In Compl. est,* παραθήσεις, appones. β Holocaustomatum.] *Ita S. Aug. q. 172. & 173. quod græce est,* καρπωμάτων. γ Et circumpones tabernaculum,& omnia eius sanctificabis in circuitu.] *Hæc non sunt in Compl. sed horum loco ista, quæ respondent vulgatæ,* καὶ θήσεις τὸν λουτῆρα ἀναμέσον τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ θήσεις ἐν αὐτῷ ὕδωρ. καὶ θήσεις τὴν αὐλὴν κύκλῳ καὶ θήσεις τὸ καταπέτασμα τῆς πύλης τῆς αὐλῆς. Et pones labrum inter tabernaculum testimonij,& altare:& pones in eo aquam. Et pones B
atrium in circuitu:& pones velamen portæ tabernaculi. δ Super tabernaculum.] *S. Aug. q. 173.* non vtique desuper tectum, sed cingens columnas: quia de columnis dixerat quod statuerit tabernaculum. ε Sub arca.] *In Compl. vt in vulgata additur,* καὶ ἐπέθηκεν τὸ ἱλαστήριον ἐπάνω τῆς κιβωτοῦ, & imposuit propitiatorium super arcam. ζ Moysi.] *In Compl. additur, vt in vulgata,* καὶ ἔθηκε τὸ ἐπίσπαστρον τῆς θύρας τῆς σκηνῆς, & posuit tentorium portæ tabernaculi. η Tabernaculi.] *Et hic in Compl. & vulgata interijciuntur multa de oblatione, & labro, & de lotione Moysis, & Aaron, quorum nonnulla habentur in nostra in extremo capitis* 38. θ Statuit.] *S. Aug. ibidem videtur legisse.* Et super atrium. ι Disiungebant.] ἀνεζεύγνυσαν. *S. Aug. ibidem.* Quando quidem non remouebatur; nisi cum eis hoc signum dabatur disiungendi, hoc est castra mouendi ex eo loco, vbi erant.

LEVITICVS

CAP. I.

ET α reuocauit Moysem: & locutus est Dominus ei ex tabernaculo testimonij, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Homo ex vobis, si afferat munera Domino; de pecoribus, & de bobus, & de ouibus offeretis munera vestra. Si β holocaustoma, munus eius; de bobus masculum immaculatum adducet ad ostium tabernaculi testimonij: offeret illud acceptabile ante Dominum. Et imponet manum super caput holocausti, acceptabile ei, ad depropitiandum pro ipso. Et iugulabunt vitulum ante Dominum: & offerent filij Aaron γ sacerdotes sanguinem: & effundent sanguinem ad altare in circuitu, quod est super ianuas tabernaculi testimonij. Et decoriantes holocaustoma, membratim diuident illud per membra. Et imponēt filij Aaron sacerdotes ignem super altare: & constipabunt ligna super ignem. Et δ constipabunt filij Aaron sacerdotes membra diuisa & caput & ε adipem super ligna, quæ super ignem, quæ sunt super altare. ζ Interanea vero, & pedes lauabunt aqua. η Et imponent sacerdotes omnia super altare. Holocaustum est, θ sacrificium, odor suauitatis Domino. Si autem de ouibus munus eius Domino, & de agnis, & de hœdis in holocaustomata; masculum immaculatum adducet illud. Et imponet manum super caput eius: et iugulabunt illud a latere altaris ad Aquilonem ante Dominum. Et effundent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius super altare in circuitu. Et diuident illud per membra, et caput, et adipem. Et constipabunt sacerdotes ea super ligna, quæ super ignem, quæ super altare. Et intestina, et pedes lauabunt aqua. Et offeret sacerdos omnia, et imponet super altare. Holocaustum est, sacrificium, odor suauitatis Domino. Si autem de volatilibus holocaustum offert munus suum Domino; et offeret de turturibus, vel de columbis munus suum. Et offeret illud sacerdos ad altare: et ι retorquebit caput: et imponet sacerdos super altare: et extillabit sanguinem ad basim altaris: et auferet κ vesiculam gutturis cum plumis: et proijciet eam apud altare ad orientem in locum cineris. Et effringet eam ab alis, et non λ diuidet. Et μ imponet eam sacerdos super altare, super ligna, quæ super ignem. Holocaustum est, sacrificium, odor suauitatis Domino.

α Et reuocauit.] *καὶ ἀνεκάλεσε. Ita libri veteres. In aliis,* καὶ ἐκάλεσε κύριος Et vocauit Dominus. *& ita interpres Orig. hom. 1. Isychius presbyter in comm. in hunc librum,* iuxta lxx. non vocari, sed reuocari Moysem scriptum est: *atque hunc locum diligenter tractat: notatque similem locutionem Exo. 35. sicut etiam est Exo. 31.* β Si holocaustoma.] *Ita libri veteres, & Cyrillus de adoratione in spiritu, &c. In aliis est,* ὁλοκαυτώματα, holocau-

holocaustomata. γ Sacerdotes.] *Origenes videtur legisse*, ἱερέως. Sacerdotis. δ Constituent.] *Alii libri*, ἐπιθήσουσι, *& Int. Origenis*, imponent. ε Adipem.] *Int. Origenis*, adipes, *& ita testatur Isychius esse apud lxx. cũ ipse antea esset interpretatus*, & quæ adhærent iecori. ζ Intestina.] *Ita Int. Origenis, quod græce est*, τὰ δὲ ἐγκοίλια. *Cyrillus habet*, τὰς δὲ κοιλίας, ventres autem. *Compl.* [illegible], quæ autem in ventre. *Isychius, cum in textu haberet*, intestina autem, & pedibus lauet aqua, *addit hæc*: Quod lxx. edunt, ea, quæ sunt in ventre, et pedes aqua lauent. η Et imponent Sacerdotes. *In aliis libris est*, [illegible] ἱερεὺς, *& Int. Origenis*, & imponet sacerdos. θ Sacrificium.] *Int. Origenis*, hostia est, & sacrificium. *Compl. paulo inferius*, [illegible] oblatio sacrificij. *Nostra respondet hebræo.* ι Retorquebit.] *Schol.* Samariticus. [illegible], & refringet. κ Vesiculam gutturis.] *Ita Isychius, & vulgata, quod græce est*, τὸν πρόλοβον, *Theodotio*, [illegible], folliculum eius cum languinibus. *Aquila*, [illegible], (*quamuis Isychius habeat* [illegible],) *tamquam partem illam, vt ait Theodoretus q. 1. quæ cibum recipit, & aliis partibus suppeditat.* λ Non diuidet.] *Schol.* Samariticus, [illegible], nec quam...bit, decortecabit. μ Imponet.] [illegible] *Compl.* [illegible], sacrificabit. *Et hanc sententiam ita semper in hoc capite affert Isychius*, & adolebit super altare.

A

B

CAP. II.

SI vero anima offerat munus, sacrificium Domino; simila erit munus eius, & effundet oleum super illud, & imponet thus super illud: α sacrificium est. Et afferet ad filios Aaron sacerdotes, & faciens de ea β plenũ pugillum de simila cum oleo, & omne thus eius, & imponet sacerdos memoriale eius super altare: sacrificium, odor suauitatis Domino. Et reliquum de sacrificio, est Aarõ, & filijs eius, sanctum sanctorum de sacrificijs Domini. Si autem offerat sacrificium coctum γ ex clibano, munus Domino; ex simila panes azymos conspersos in oleo, & lagana azyma peruncta in oleo. Si autem sacrificium de sartagine munus tuum; simila conspersa in oleo azyma est: & comminues ea in frusta: & effundes super ea oleum: sacrificium est Domino. Si autem sacrificium de craticula munus tuum; simila in oleo fiet. Et δ offeret sacrificium, quodcumque fecerit de his Domino: & afferet ad sacerdotem. Et accedens ad altare, auferet sacerdos de sacrificio memoriale eius: & imponet sacerdos super altare holocaustum: odor suauitatis Domino. Quod autem remansit de sacrificio; Aaron, & filijs eius: sancta sanctorum de holocaustis Domini. Omne sacrificium, quodcũque offeratis Domino, non facietis fermentatum. Omne enim fermentum, & omne mel non offeretis de eo ad offerendum Domino munus. De primitijs offeretis ea Domino: super altare autem non importabuntur in odorem suauitatis Domino. Et omne munus sacrificij vestri sale salietur: non omittetis sales testamenti Domini a sacrificijs vestris. Super omne munus vestrum offeretis Domino Deo vestro sales. Si autem offeras sacrificium primarum frugum; ε nouas torre factas spicas vigentes, comminutas Domino. Et offeres sacrificium primarum frugum, & effundes oleum super illud: & impones thus super illud: sacrificium est. Et offeret sacerdos memoriale eius, de farribus cum oleo, & omne thus eius: hostia est Domino.

C

D

E

α Sacrificium est.] *hæc absunt ab hebræo, & vulgata, sicut etiam paulo inferius: & notat Isychius additum esse a lxx.* β Plenum.] [illegible] *libri*, [illegible], [illegible]bit. *Isychius in textu*, et deferet ad filios Aaron sacerdotes, quorum vnus [illegible] pugillum plenum simila, *&c. nec multo aliter vulgata. Idem autem in comm. notat apud lxx. non dici, quis sit, qui in pugillo tollat, vt absolute offerentem significarent.* γ Ex clibano, munus Domino, ex simila.] *Alii libri*, ἐν κλιβάνῳ ἐκ σεμιδάλεως, *& Isychius*, in clibano de simila. *Interp. Origenis habet*, ex clibano. δ Offeret.] *Complut.* καὶ προσοίσεις [illegible], & offeres sacrificium, quodcumque feceris. ε Nouas torrefactas spicas vigentes comminutas.] [illegible] ἐρικτὰ, *Isychius*. [illegible], inquit, quando quis frumentum de virentibus spicis, conterit manibus, quasi molens, ἐρικτὰ, olera [illegible], & quæ in mola sunt pista, et quæ corticem abiecerunt. *In Compl.* [illegible] ἐρικτὰ, *redduntur*,

facta

A farra comminuta. *Isychius, & vulgata hoc modo faciunt mentionem farris*, & confringes eas in modũ farris. *Aquila, ἁπαλὰ λάχανα ἐσπριάδων*, tenera olera ex leguminibus. *Theodotio, πιονα ἄλφιτα* pingues farinas *Int. Origenis hæc habet ad hunc locum pertinentia.* Si autem sacrificium offerat primitiarum de primitijs frugum. vt simila sit recens, idest noua, igni quoque eam torreri vult, & medio fractam esse (ne multum minutatum sit, quoniam primitiæ sunt) & bene purgata sit: *atque has easdem conditiones perpendit in anagoge.*

CAP. III.

SI autem sacrificium salutaris munus eius Domino; siquidem ex bobus illud α adduxerit, siue masculinum siue fœmininum; immaculatum adducet
B illud ante Dominum. Et imponet manum super caput muneris: & iugulabit illud β ante Dominũ apud ianuas tabernaculi testimonij. Et effundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare γ holocaustomatum in circuitu. Et offerent de sacrificio salutaris oblationem Domino, adipem qui cooperit δ ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem. Et duos renes, & adipem qui super ipsos, qui super femora, & ε pennam, quæ super iecur, cum renibus auferet. Et offerent ea filij Aaron sacerdotes super altare super holocaustomata super ligna, quæ super ignem ζ super altare: hostia, odor suauitatis Domino. Si autem η de ouibus munus eius, sacrificium salutaris Domino; masculinum siue
C fœmininum, immaculatum offeret illud. Si agnum adduxerit munus suum; adducet illud ante Dominum: & imponet manum super caput muneris sui: & iugulabit illud apud ianuas tabernaculi testimonij. Et profundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare in circuitu. Et offeret de sacrificio salutaris hostiam Domino adipem, & θ lumbum immaculatum: cum ilibus auferet illum, & omnem adipem qui cooperit ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem, & vtrosque renes, & adipem qui super ipsos, cum qui super femora, & pennam, quæ super iecur, cum renibus auferens, offeret sacerdos super altare: odor suauitatis, hostia Domino. Si autem de capris munus eius; & adducet ante Domi-
D num: & imponet manus super caput eius: & iugulabunt illud ante Dominum apud ianuas tabernaculi testimonij. Et effundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare in circuitu. Et offeret de eo hostiã Domino adipem, qui cooperit ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem & vtrosque renes, & omnem adipem, qui super eos, qui super femora, & pennam iecoris cum renibus auferet, & offeret sacerdos super altare: hostia, odor suauitatis Domino. Omnis adeps Domino legitimum in seculum in progenies vestras in omni habitatione vestra: omnem adipem, & omnem saguinem non comedetis.

E α Adduxerit] *προσαγάγῃ. Ita libri veteres, & Cyrillus pro eo, quod in alijs est, προσάγῃ.* β Ante Dominum.] *Hæc absunt ab alijs codicibus, vt etiam a vulgata.* γ Holocaustomatum in circuitu] *Sic etiam Compl. Ab alijs codicibus græcis absunt: ab hebræo, & vulgata illud* holocaustomatum, *non autem illud* in circuitu. δ Ventrem.] *Isychius cum haberet in textu,* vitalia, *sicut vulgata; hæc addit.* lxx. ventrem, idest cor: cuius secundo facit mentionem iuxta lxx. quia duplicem habet operationem, *&c.* ε Pennam.] *Hoc agnoscit ex lxx. Isychius.* ζ Super altare.] *Hæc absunt à multis codicibus, vt etiam a vulgata.* η De ouibus.] *Isychius*, lxx. vero si ab ouibus munus eius, ab agnis, & hœdis immaculatum offeret. Ouis enim & agnorum, & hœdorum genus esse videtur, *&c.* θ Et lumbum.] *Isychius*, & caudam, vel etiam secundũ lxx. lumbum immaculatum. *Idem vero refert pro immaculato Symmachum dixisse integrum, Aquilam vero perfectum. Theodoretus quæst. 1. testatur ceteros interpretes dixisse, pro ὀσφὺν, ἡ κέρκος,* pro lumbus, cauda.

CAP. IV. A

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad filios Israel, dicens: Anima si peccauerit ante Dominum * non sponte de omnibus præceptis Domini, quæ non oportet facere, & fecerit vnum aliquid de eis; siquidem princeps sacerdotum qui vnctus est, peccauerit, vt populus peccaret; & adducet pro peccato suo quod peccauit, vitulum è bobus immaculatum Domino pro peccato. Et adducet vitulum apud ostium tabernaculi testimonij ante Dominum: et imponet manum suam super caput vituli ante Dominum: & iugulabit vitulum coram Domino. Et sumens sacerdos qui vnctus, qui con summatus manus, de sanguine vituli, & inferet illum in tabernaculum testimonij. B Et intinget sacerdos digitum in sanguine: & asperget de sanguine septies ante Dominum contra velum sanctum. Et imponet sacerdos de sanguine vituli super cornua altaris incensi compositionis, quod est ante Dominum, quod est in tabernaculo testimonij. Et omnem sanguinem vituli effundet ad basim altaris holocaustomatum, quod est apud ianuas tabernaculi testimonij. Et omnem adipem vituli, qui peccati, auferet ab eo, adipem operientem intestina, et omnem adipem, qui super intestina, & duos renes, & adipem, qui super ipsos, qui est super femora, & pennam, quæ super iecur, cum renibus auferet ipsum; quemadmodum aufertur a vitulo sacrificij salutaris. Et C offeret sacerdos super altare holocausti, & pellem vituli, & omnem eius carnem cum sanguine, & extremitatibus, & * ventre, & fimo. Et efferent totum vitulum extra castra in locum mundum; vbi effundũt cinerem: & comburent eum super ligna in igni: super effusione cineris cremabitur. Si autem omnis synagoga Israel ignorauerit * non sponte, * & latuerit verbum ab oculis synagogæ, & fecerint vnum de omnibus mãdatis Domini, * quod non fiet, & deliquerint, & innotuerit eis peccatũ, quod peccauerunt in eo; & adducet synagoga vitulum ex bobus immaculatũ pro peccato: & adducet eũ apud ianuas tabernaculi testimonij: & imponent seniores synagogæ manus suas super caput vituli ante Dominũ: D & iugulabunt vitulũ ante Dominum. Et inferet * sacerdos qui vnctus, de sanguine vituli in tabernaculum testimonij: & tinget sacerdos digitum de sanguine vituli, et asperget septies ante Dominũ ad faciem velaminis sancti. Et de sanguine imponet sacerdos super cornua altaris * incensorum compositionis, quod est corã Domino, quod est in tabernaculo testimonij. Et omnẽ sanguinem effundet ad * basim altaris holocaustorũ, quod est apud ostium tabernaculi testimonij. Et omnẽ adipem auferet ab eo, et offeret super altare: et faciet vitulũ, quemadmodum fecerat vitulum, qui peccati: sic fiet. Et depropiciabit pro eis sacerdos: et dimittetur eis peccatum. Et efferent vitulum totum extra castra, E et comburent vitulum; quemadmodum cõbusserunt vitulum priorem. Peccatum synagogæ est. Si autem princeps peccauerit, et fecerit vnum de omnibus mandatis Domini, quod non fiet, non sponte, et peccauerit, et deliquerit, et innotuerit ei peccatum, quod peccauit in eo; et offeret munus suum hircum ex capris masculum immaculatum. Et imponet manum super caput hirci: et iugulabunt illum in loco, vbi iugulant holocaustomata coram Domino. Peccatum est. Et imponet sacerdos de sanguine, qui peccati, digito super cornua altaris holocaustomatum: & omnem sanguinem eius effundet ad

basim

A basim altaris holocaustomatum:& omnem adipem eius offeret super altare, sicut adipem sacrificij salutaris. Et depropitiabit pro eo sacerdos de peccato eius:& dimittetur ei. Si autem anima vna peccauerit non sponte de populo terræ, in faciendo vnum de mandatis Domini, quod non fiet, & deliquerit, & innotuerit ei peccatum, quod peccauit in eo; & feret capellam ex capris: fœminam immaculatam feret pro peccato, quod peccauit. Et imponet manũ super caput peccati sui:& iugulabunt capellam, quæ peccati, in loco, vbi iugulant holocaustomata. Et sumet sacerdos de sanguine eius digito, & imponet super cornua altaris holocaustomatum: & omnem sanguinem eius effundet apud basim
B altaris: & omnem adipem auferet; quemadmodum aufertur adeps a sacrificio salutaris. Et offeret sacerdos super altare in odorem suauitatis Domino. Et depropitiabit pro eo sacerdos: & dimittetur ei. Si autem ouem obtulerit munus suum pro peccato, fœminam immaculatã offeret illud: & imponet manum super caput eius, quæ peccati:& iugulabũt eam in loco; vbi iugulant holocaustomata. Et sumens sacerdos de sanguine eius, quæ peccati, digito, imponet super cornua altaris holocaustionis; & omnem eius sanguinem effundet apud basim altaris holocaustionis: & omnem eius adipem auferet; quemadmodum aufertur adeps ouis de sacrificio salutaris. Et imponet eum sacerdos super altare super holocaustoma Domini. Et depropitiabit pro eo sacerdos de peccato, quod
C peccauit:& dimittetur ei.

α Non sponte.] *ἀκουσίως. Aquila, ἐν ἀγνοίᾳ, & vulgata,* per ignorantiã. β Ventre, & fimo.] *Isychius,* Cum intestinis & fimo. lxx. cum ventre & stercore. γ Non sponte.] *Hoc loco abest dictio, ἀκουσίως. ab aliquot codicibus græcis, & ab interprete Origenis hom. 2. sicut etiam à vulgata.* δ Et latuerit.] *Schol. παροραθῇ λόγος,* despectus fuerit sermo. ε Quod non fiet.] *Ita Interpres Origenis; quod græce est, ὃ οὐ ποιηθήσεται: & respondet hebræo; & ita paulo post etiam in Compl. in qua tamen hoc loco est, ἃ οὐ δεῖ ποιεῖν,* quæ non oportet facere. ζ Sacerdos.] *Compl. ἀρχιερεύς: & confunduntur sæpe istæ voces.* η Incensorum.] *θυμιαμάτων. Schol.* Alius, *τῶν ἀρωμάτων,* aromatum. θ Basim.] *Schol.* Alius, *εἰς τὸ θεμέλιον,* ad fundamentum.

D

CAP. V.

SI autem anima peccauerit, & audierit vocem iurationis, & ipse testis vel vidit, vel conscius fuit; si non annunciauerit; accipiet α peccatum. Anima illa quæcumque tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum, aut a bestia captum β immundum, aut morticina γ abominationum immundarum, aut morticina δ pecorum ε immundorum, aut tetigerit de immunditia hominis, ab omni immunditia eius, quamcumque tangẽs ζ inquinatus fuerit, & latuit eum, post hoc autem cognouerit; etiam deliquerit: η Anima iniqua distinguẽs
E labijs malefacere, aut benefacere, secundum omnia quæcumque distinxerit homo cũ iureiurando, & latuerit eum θ ante oculos, & id cognouerit, & peccauerit vnum quiddam ex his; ι & confitebitur peccatum, pro quibus peccauit κ aduersus ipsum:& offeret pro ijs quæ deliquit Domino, pro peccato, quod peccauit, fœminã ab ouibus agnam; aut capellã de capris pro peccato:& exorabit pro eo sacerdos pro peccato; & remittetur illi peccatum. Si autem non valet manus eius, quod satis est in ouẽ; offeret pro peccato suo, quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbarũ Domino, vnum pro peccato, & vnũ pro holocaustomate Et afferet ea ad sacerdotẽ: & adducet sacerdos, quod pro peccato,

prius. Et retorquebit sacerdos caput eius a vertebra, & non diuidet. Et asperget A
de sanguine eius, quod pro peccato, super parietem altaris. Reliquum autem
sanguinis destillabit ad basim altaris. Peccatum enim est. Et secundum faciet ho
locaustoma, sicut decet. Et exorabit sacerdos pro eius peccato, quod peccauit:
& dimittetur ei. Si autem non inueniat manus eius par turturum, vel duos pul-
los columbarum; & feret munus suum pro quo peccauit decimam partem œphi
similæ pro peccato. Non effundet oleum super illud, neque super illud impo-
net thus; quia pro peccato est. Et afferet illud ad sacerdotem. Et faciens sacer-
dos de ea plenum pugillum memoriale eius, imponet super altare holocausto-
matum Domino. Peccatum est. Et exorabit pro eo sacerdos pro peccato eius, B
quod peccauit de vno horum: & dimittetur ei. Reliquum autem erit sacerdoti,
vt sacrificium similæ. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Anima quæ-
cumque latuerit eum λ obliuio, & peccauerit non μ sponte a sanctis Domini;
& afferet delicti sui Domino arietem immaculatum de ouibus, pretio argenti si
clorum, ν siclo sanctorum, pro quo deliquit: & quod peccauit a sanctis, reddet
illud, & quintas adijciet super illud, & dabit eas sacerdoti. Et sacerdos exorabit
pro eo in ariete delicti: & dimittetur ei. Et anima quæcumque peccauerit, & fe-
cerit vnum ab omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, & non agno-
uerit, & deliquerit, & acceperit ξ peccatum; & afferet arietem immaculatum C
de ouibus precio argenti ο in delictum ad sacerdotem. Et exorabit pro eo sa-
cerdos, propter eius ignorãtiam quam ignorauit, & ipse non sciuit, & remitte-
tur illi. π Deliquit enim delicto ante Dominum.

α Peccatum.] *In alijs libris & Compl. additur,* αὐτοῦ. suum. *& vulgata,* iniquitatem suam. S. *Aug. quæst.* 1. & accipiet peccatum: *notatq. abundare illud & locutione vsitata in scripturis: ac sane in aliquot libris est,* καὶ λήψεται *quod respondet hebreo. Int. Orig.* & ipsa accipiet peccatum eius. β Immundum.] Isychius, lxx. addiderunt immundum. γ Abominationum immundarum.] *Idem notat has esse canes, & simias, quæ ab infidelibus colebantur, vel quodcumq. reptile; quomodo quidem verterint Aquila, & Symmachus.* δ Pecorum.] *Disputat S. Aug. q. 2 sic melius verti* κτηνῶν, *quàm dicendo,* iumentorum, *quod tamen haberët codices Latini.* ε Immundorum.] *Ita S. Aug. In multis codicibus sequitur,* καὶ μεμίανται, *in aliquibus,* καὶ λάθῃ ἀπ' αὐτοῦ καὶ μιανθῇ, & latuerit ab eo, & inquinatus est. ζ Inquinatus fuerit.] S. *Aug.* ab omni immundicia cuiusquam si tetigerit, & inquinabitur: & si latuerit eum, post hoc autem cognouerit, etiam deliquerit: *& de horum verborũ constructione disputat in extremo quæst. 3. Ac fortasse tota oratio pendet vsque ad illud,* Et confitebitur. *aut ad illud,* Et offeret. η Iniqua distinguens.] ἢ ἀνομεῖ ἢ διαστέλλων. *In Compl.* ἢ ἂν ὀμόσῃ διαστέλλων. *& S August quæst.* 3. quæcumque iurauerit, distinguens. *Et Int Origenis hom.* 3. quæ iurauerit pronuncians. *Et respondet vulgatæ & hebræo.* θ Ante oculos.] *Alius liber,* ἀπ' ὀφθαλμῶν, ab oculis. *Ab alijs libris, & S. August. & interprete Origenis vtrumque abest.* ι Et confitebitur peccatum, pro quibus.] καὶ ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ὧν. *Compl.* καὶ ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ἧς. *S. August.* Et confessus fuerit peccatum, quod peccauit. *Int. Origenis,* pronuntiet peccatum quod peccauit. *Illud quidem* περὶ ἧς, *est in plerisque codicibus.* κ Aduersus ipsum.] κατ' αὐτῆς. *Hoc non refertur ab Int. Origenis. S. Aug.* Quod autem addit aduersus ipsum; quid intelligitur, nisi aduersus ipsum peccatum confessus fuerit, idest confitendo peccatum accusauerit? λ Obliuio.] ἐὰν λάθῃ αὐτὸν λήθη. *Apud Theodoretum quæst.* 2 *& in Compl. est,* ἐὰν λάθῃ αὐτὴν λήθη, si latuerit eam obliuione. *S. Aug. quæst.* 5. Anima, si latuerit, cum obliuio est ei, idest si obliuione factum fuerit, vt lateat eum, vel eam. *quæst. autem* 20. si latuerit eum obliuione. *Int. Origenis,* si qua latuerit. *Schol.* Alius, ἀδικῶν ἀδικίαν, iniuste faciet iniustitiam. Vel ἐὰν παραβῇ παράβασιν, præuaricatus fuerit præuaricationem. μ Non sponte.] *Int. Origenis,* non volens. *S. Aug.* nolens, *qui addit,* hoc esse a sanctis obliuione peccare, aliquid per obliuionem vsurpare, quod debetur sanctis, siue sacerdotibus, siue oblationibus, *&c. De hac re etiam Origenes & Theodoretus.* ν Siclorum siclo sanctorum.] *Schol.* σταθμὸν ἐν σταθμῷ ἁγίων, pondus in pondere sanctorum. *Alij codices,* σίκλῳ τῷ ἁγίῳ, siclo sancto. ξ Peccatum.] *Hic etiam in aliquot codicibus additur,* αὐτοῦ. *S. Aug. quæst.* 2. *deprauate vt videtur,* & non cognouerit peccatum suum: *nam quæst* 20. *habet.* & acceperit peccatum suum. ο In delictum.] *Schol.* εἰς λύτρωσιν, in redemptionem. π Deliquit enim delicto.] *S. Aug ibidem,* deliquit enim delictum ante Deum. *Isychius ex lxx.* deliquit enim delictum ante Dominum. *In alijs codicibus est.* ἐπλημμέλησε γὰρ πλημμέλειαν ἔναντι κυρίου: *& apud S. Aug. ibidem paulo inferius, & quæst.* 20. deliquit enim delicto delictum ante Dominum. *Compl. cetera eodem modo: sed pro* πλημμέλειαν, *habet,* πλημμέλησιν.

CAP.

A CAP. VI.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Anima quæcumque peccauerit, & despiciens despexerit mandata Domini, & mentitus fuerit, ᵃ quæ sunt ad proximum, ᵝ in deposito aut de ᵞ societate, aut de ᵟ rapina, aut ᵋ iniuriam fecerit aliquam proximo, aut inuenit ζ perditionem, & mentitus fuerit de ea, & iurauerit iniuste de vno ab omnibus, quæcumque fecerit homo, ita vt peccet in his, & erit cum peccauerit, & deliquerit; & ᵑ reddat rapinam, quam rapuit, aut nocumentum, quod nocuit, aut depositum, quod depositum
B est apud eum, aut perditionem, quam inuenit, ab omni re, pro qua iurauit de ea iniuste: & restituet ipsum caput; & quintas adijciet super illud: cuius est, ipsi reddet, qua die cõuictus ᶿ fuerit. Et delicti sui offeret Domino arietẽ de ouibus sine macula precio, in quod deliquit. Et exorabit pro eo sacerdos ante Dominũ: & remittetur illi de vno ab omnibus, quæ fecit, & deliquit in eo. Et locutus est Dominus ad Moysem dicens: Præcipe Aaron, & filijs eius, dicens: Ista lex holocausti. Ista holocaustosis super incensionem eius, super altare totam noctem vsque in mane: & ignis altaris ardebit super illud: non extinguetur. Et induet sacerdos tunicam lineam: & feminale lineum induet circa corpus suũ. Et auferet ᵏ cata-
C carposim, quam consumpserit ignis, illam ᴧ holocaustosim ab altari: & apponet illud iuxta altare. Et exuet stolam suam: & induet stolam aliam: & abijciet catacarposim extra castra in locum mundum. Et ignis super altare ardebit ᵘ ab eo, & non extinguetur. Et exuret super illud sacerdos ligna ᵛ mane mane: & stipabit super illud holocaustosim: & superponet super illud adipem salutaris: & ignis semper ardebit super altare: nõ extinguetur. Ista lex sacrificij: quod adducent illud filij Israel ante Dominum coram altari. Et ab eo auferet pugillo de simila sacrificij cum oleo eius, & cum omni thure eius, quæ sunt super sacrificium: & offeret super altare hostiam, odorem suauitatis, memoriale eius Domi
D no. Residuum autem eius manducabit Aaron, & filij eius: azyma comedetur in loco sancto: in atrio tabernaculi testimonij manducabunt eam: non coquetur fermentata. Partem hanc dedi eis ab hostijs Domini. Sancta sanctorum sunt, sicut quod peccati, & sicut quod delicti. Omne masculinum sacerdotum comedent eam. Legitimum æternum in progenies vestras ab hostijs Domini. Omnis qui tetigerit eas, sanctificabitur. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Istud donum Aaron, & filiorum eius, quod offerent Domino, in die, quacumque vnxeris eum, decimam partem œphi similaginis in sacrificium semper: dimidium eius mane, & dimidium eius vesperi. Super sartaginem in oleo fiet: con-
E spersam afferet eam, ξ circũuoluta, sacrificium de fragmẽtis, sacrificium in odorem suauitatis Domino. Sacerdos vnctus, qui pro eo ex filijs eius, faciet eam. Lex æterna: omne consummabitur. Et omne sacrificium sacerdotis, holocaustum erit: & non edetur. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad Aaron, & filios eius, dicens: Hæc lex peccati. In loco, vbi iugulant holocaustoma, iugulabunt, quæ pro peccato ante Dominum. Sancta sanctorum sunt. Sacerdos qui offert illud; manducabit illud: in loco sancto comedetur, in atrio tabernaculi testimonij. Omnis tangens carnes eius, sanctificabitur. Et cuicumque aspersum fuerit de sanguine eius super vestimentum, ᵩ quicumque aspersus fue-

sus fuerit super illud; lauabitur in loco sancto. Et vas testaceum, in quocumque A
fuerit coctum in eo; conteretur. Si autem in vase æreo coctum fuerit; defricabit illud, & diluet aqua. Omnis masculus in sacerdotibus comedet ea. Sancta sanctorum sunt Domino. Et omnia, quæ pro peccato sunt; quorumcumq. illatum fuerit a sanguine eorum in tabernaculum testimonij exorari in sancto; non edetur: in igni cremabitur. Et ista est lex arietis, qui pro delicto. Sancta sanctorum sunt. In loco, in quo iugulant holocaustum, iugulabunt arietem delicti ante Dominum. Et sanguinem effundet ad basim altaris in circuitu. Et omnem adipē eius offeret ex eo, & lumbum, & omnem adipem operientem intestina, & omnem adipem, qui super intestina, & duos renes, & adipem qui super eos, qui su- B
per femora, & pennam, quæ super iecur, cum renibus auferet ea. Et offeret ea sacerdos super altare, hostiam Domino. Pro delicto est. Omnis masculus ex sacerdotibus comedet ea: in loco sancto comedent ea. Sancta sanctorum sunt. Quomodo quod pro peccato; ita &, quod delicti: Lex vna est eorum. Sacerdos quicumque exorabit in eo; ipsi erit. Et sacerdos adducens holocaustoma hominis, pellis holocausti, quod ipse offert, ipsi erit. Et omne sacrificium quodcumque fiet in clibano, & omne quodcumque fiet super craticulam, vel super sartaginem sacerdotis offerentis illud; ipsi erit. Et omne sacrificium refectum in
oleo, & non refectum omnibus filijs Aaron erit cuique æquale. C

α Quæ sunt ad proximum.] *Ita S. Aug. quæst. 20. quod Græce est,* τὰ περὶ τὸν πλησίον. *ab aliquot codicibus abest illud* τὰ *& Interpres Origenis hom.4.* & mentietur proximo. β In deposito.] ἐν παραθήκῃ *Int. Orig.* super deposito. *S. Aug.* de commendatione. γ Societate.] *Schol.* ἐν κοινωνίᾳ χειρός, in eo, quod creditum est manui. δ De rapina.] *Schol.* ἐν ἁρπαγῇ, in violentia. ε Aut iniuriam fecerit aliquam proximo.] *Sic S. Aug. ibidem. Int. Origenis,* aut nocuit aliquid proximo. *Schol.* ἐκακοποίησε. *& paulo post pro* ἀδίκημα ἀδικίας. *Isychius.* Ceteri interpretes, Aquila, & Theodotio, & Symmachus, vbi dixerunt lxx. si nocuit aliquid proximum suum, isti, si calumniatus est aliquid. ζ Perditionem.] *Ita S. Aug. & Int. Orig. quod Græce est,* ἀπώλειαν *& est hebraismus, significatque rem ipsam amissam.* η Et reddat.] *Int. Orig.* & reddet. *S. Aug.* reddet. *Isychius totum hunc locum sic refert.* Erit cum peccauerit, & pænituerit, & reddiderit rapinam, quam rapuit, vel iniustitiam, quam iniuste egit, aut depositum, quod depositum est ei, siue perditum, quod inuenit. θ Fuerit] *Ita interpungit Int. Origenis: & S. Aug. quæst. 9. eodem modo videtur interpungere. Idem vero quæst. 20. sic habet,* Et qua die conuictus fuerit delicti sui; offeret Domino, *&c.* ι Ista holocaustosis.] *Ita S. August. quæst. 10 & putat, quod sequitur* & ignis, *redundare illud,* &. *Sed Int. Orig.* Hoc holocaustum in crematione sua erit super altare, *&c.* κ Catacarposim.] *S. Aug. in suo codice latino habebat,* & auferet holocarpoma, quod consumpserit ignis: *sed addit quæst. 9.* Nisi forte illud est verũ, quod in quodam græco inuenimus. Non enim ait, auferet holocarposim, sed, auferet catacarposim, hoc est reliquias holocausti, quod ignis consumpsit. Has autem reliquias, veluti est cinis & carbo, appellauit [illam holocaustosim] eius rei nomine, quæ consumpta est, reliquias ipsius consumptionis appellans. *Notat autem idem esse holocarpoma, quod holocaustosis: cur autem dicatur holocarpoma, rationem reddit ipse Origenes hom. 5.* λ Holocaustoma.] *Sic S. Aug vt diximus. Int. Orig.* & holocaustum. *In Compl. est,* holocarposim. μ Ab eo.] *S. Aug. quæst. 12.* Et ignis altaris semper ardebit ab eo. *In alijs libris est non* ἀπ' αὐτοῦ, *sed,* ἐπ' αὐτοῦ. *Et Int. Orig.* & ignis altaris ardebit super illud. ν Mane, mane.] *S. Aug. & Int. Orig. semel tantum habent.* ξ Circumuoluta.] ἑλικτά. *Ita libri vetustiores. In alijs est,* ἐρικτά. *& fortasse legendum,* ἐρικτά, *vt supra cap. 2. Isychius.* Quod lxx. sic ediderunt, conspersam offeret eam, buccellas, sacrificium boni odoris Domino, ordinem ..... conspersam eamdem dicentes buccellas. Et buccellas quidem dixisse intelliguntur, vtpote multipliciter procedentem propter passiones per partes prouenientes: cōspersam autem, vtpote in vnum collectam. vnde pro buccellis Symmachus dilatatam edidit. Quædam autem antigrapha, electa (*videtur legendum,* ἑλικτά) habent, idest complexa; quia inuicem sibi cohærent passiones Domini. *Ex quibus verbis, vt cumque se habeant, in mentem nobis interdum veniebat suspicari,* ἑλικτά, *&* ἐν κλασμάτων, *duas apud Isychium esse eiusdem rei interpretationes. S. Aug. q. 15. in codice græco, quo vsus est, habuit,* ἑλικτά, *sed in latina interpretatione,* in sartagine in oleo fiet conspersa, offeret eam, fresa. *quod videtur magis conuenire vocabulo* ἐρικτά *Int Orig.* In sartagine ex oleo fiet conspersa: offeret eam teneram. ο Holocaustum erit.] *Refert Isychius Aquilam edidisse,* integrū erit idest non diuidetur dentibus, non māndetur. π Quicumque aspersus] *In alijs codicibus, partim est,* ὃ ἐὰν ῥαντισθῇ ἐπ' αὐτό. quod aspersum fuerit super illud, (*& fortasse est hebraismus, vt intelligatur,* illud super quod aspersus est) *partim,* ᾧ ἂν ῥαντισθῇ ἐπ' αὐτῷ, cuicumque respersus fuerit super illud. D E

CAP.

A CAP. VII.

HÆc est lex sacrificij a salutaris, quod offerent Domino. Si quidem b pro laudatione offerat illud; & offeret super sacrificium laudationis γ panes ex simila factos in oleo, & lagana azyma vncta in oleo, & similam δ conspersam in oleo: super panes fermentatos offeret munera sua ε super sacrificio laudationis salutaris: & offeret vnum de omnibus muneribus suis, ζ demptionem Domino: sacerdoti, qui effundit sanguinem salutaris, ipsi erit: & carnes sacrificij laudationis salutaris ipsi erunt: & in qua die donum offertur; man-
B ducabitur: non derelinquent ex eo vsque in mane. Quod si votum fuerit, aut voluntarium sacrificauerit munus suum; quacumque die obtulerit sacrificium suum, edetur, & crastina die: & quod superfuerit de carnibus sacrificij vsque in diem tertium; in igne cremabitur. Si autem manducans manducauerit ex carnibus die tertia; η non erit acceptum ei, qui offert illud: θ non reputabitur ei: inquinatio est. Anima autem, si qua manducauerit ex eo; peccatum accipiet. Et carnes, ι quæcumque tetigerint omne immundum; non manducabuntur: in igni cremabuntur. Omnis mundus manducabit carnes. Anima autem, quæcunque manducauerit de carnibus sacrificij salutaris, quod est κ Domini, & im-
C munditia eius super ipsum; peribit anima illa de populo suo. Et anima, quæcumque tetigerit omnem rem immundam, vel ab immunditia hominis, vel quadrupedum immundorum, vel omnis abominationis immundæ, & manducauerit ex carnibus sacrificij salutaris, quod est Domini; peribit anima illa de populo suo. Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicēs: Omnem adipem boum, & ouium, & caprarum non edetis. Et adeps morticinorū, & a fera captorum λ fiet in omne opus: & in escam non edetur: Omnis, qui adipem edit, adipem ex pecoribus, ex quibus μ offeret de eis hostiā Domino; peribit anima illa de populo suo. Omnem sanguinem non edetis in om-
D ni habitatione vestra, & a pecoribus, & a volatilibus. Omnis anima, quæcumque manducauerit sanguinem, peribit anima illa de populo suo. Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et filijs Israel loqueris, dicens: Qui offert ν sacrificium salutaris; afferet munus suum Domino & de sacrificio salutaris: manus eius offerent hostiam Domino, adipem, qui super pectusculum, & pennam iecoris offeret ea, ita vt imponatur donum ante Dominum. Et offeret sacerdos ξ adipem super altare: & erit pectusculum Aaron, & filijs eius. Et brachium dextrum dabitis demptionē sacerdoti de sacrificijs ο salutaris vestri. Qui offert sanguinem salutaris, & adipem ex filijs Aaron; ipsi erit brachium dextrū in par-
E te. Pectusculum enim impositionis, & brachium demptionis accepi a filijs Israel de sacrificijs salutaris vestri; & dedi ea Aaron sacerdoti, & filijs eius, legitimum æternum a filijs Israel. Hæc vnctio Aaron, & vnctio filiorum eius ab hostijs Domini; in qua die applicuit eos sacerdotio fungi Domino: sicut præcepit Dominus dare illis, qua die vnxit illos, a filijs Israel, legitimum æternū in progenies eorum. Hæc lex est holocaustorum, & sacrificij, & pro peccato, & delicto, & consummatione, & sacrificio salutaris; sicut mandauit Dominus Moysi in monte Sina; qua die præcepit filijs Israel offerre munera sua ante Dominum in deserto Sina.

α Salutaris.] σωτηρίου. *ſic vetuſtiores codices*, *& Int.Orig. In aliquibus alijs eſt*, εἰρηνικῶν : *quæ varietas & in hoc*, *& in alijs capitibus ſæpe notari poteſt. Iſychius quidem lib.2. non longe ab initio admonet,quem alij adipem pacificorum dixerant, lxx. edidiſſe ſalutare.* β Pro laudatione.] *Schol.* περὶ εὐχαριστίας, pro gratiarum actione,*quod habet vulgata.* γ Panes ex ſimila.] *Alij libri habent*, ἄρτους ἀζύμους ἐν σεμιδάλει, panes azymos ex ſimila. *Int.Orig.* & offerent ad ſacrificium panes laudationis ex ſimila: *ſed videtur mendum*, *ac legendum eſſe*, ad ſacrificium laudationis panes ex ſimila. *Schol.* Alius inquit collyridas : *quod habet etiam vulgata,ſed paulo poſt.* δ Conſperſam.] *Schol.* Alius inquit, ζέουσαν,coctam,ferueſcentem. ε Super ſacrificio laudationis ſalutaris.] ὅτι θυσία αἰνέσεως σωτηρίου. *Int. Orig.* Quia ſacrificium laudationis ſalutaris eius eſt. *Quare primum videtur legiſſe*, ὅτι ἡ θυσία, *quod in nullo codice eſt inuentum ; deinde habuiſſe*, σωτηρίου αὐτοῦ, *quod eſt in multis codicibus:& videtur agnoſci a S.Aug.quæſt.22.vbi etiã dubitat,an aliud ſit* ſalutaris, *aliud* ſalutaris ſui. ζ Demptionem.] *Sic enim ſolet S.Aug. vertere*, ἀφαίρεμα. *Int. Orig.* ſeparationem. *Schol.* idem eſt ἀφαίρεμα, καὶ ἀφόρισμα, καὶ ἐπίθεμα, καὶ καρπώματα, demptio, & ſeparatio,& impoſitio,& hoſtiæ, quæ de ſacrificijs ſegregantur Deo: quæ quidem fiunt partes ſacerdotis. *Vnde quidem dictum ſit pectuſculum impoſitionis,docet S.Aug.quæſt.23.* η Non erit acceptum ei.] *Ita Int. Orig.quod Græce eſt*, οὐ δεχθήσεται αὐτῷ, *ſignificat autem*, non erit, *ideſt*, non proderit ei tanquam acceptum. θ Non reputabitur ei.] *Theodotio*, φέγγους δεῖται, eget lumine. ι Quæcumque tetigerint omne immundum.] *Int.Orig.* quæcumq. tactæ fuerint ab omni immundo. κ Domini.] *In alijs libris eſt*, κυρίῳ, *& Int. Orig.* Domino. λ Fiet in omne opus.] *Ita collati codices,& S.Aug.quæſt.21. Int.Orig.* non erit ad omne opus. μ Offeret.] *Ita libri vetuſtiores. In alijs eſt*, προσάξετε. *& Int.Orig.* ex quibus offeretis ab eis. *Apud S.Aug.quæſt. 21. in aliqua editione eſt*, ex quibus Domino offeretur, *in aliqua*, offeretis. ν Sacrificium ſalutaris.] *In ceteris libris partim eſt*, θυσίας τῶν εἰρηνικῶν αὐτοῦ, ſacrificium pacificorum ſuorum, *partim*, θυσίας σωτηρίου αὐτοῦ, *& Int.Orig.* ſacrificiũ ſalutaris ſui. *Sic etiam haberi apud S.Auguſt quæſt.22.paulo ante admonuimus.* ξ Adipem ſuper altare.] *Alij*, τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τοῦ στηθυνίου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. *& Int Orig.* adipem, qui eſt ſuper pectuſculum, ſuper altare. ο Salutaris veſtri.] *Ita collati codices.In editionibus vulgatis eſt*, τῶν σωτηρίων. *& Int.Orig.* à ſacrificijs ſalutaribus veſtris.

A

B

CAP. VIII.

C

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Sume Aaron, & filios eius, & ſtolas α eius, & oleum vnctionis, & vitulum, qui pro peccato, & duos arietes, & caniſtrum azymorum : & omnem ſynagogam conuoca ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Et fecit Moyſes, ſicut præcepit ei Dominus. Et euocauit ſynagogam ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Et dixit Moyſes ſynagogæ: Hoc eſt verbum, quod mandauit Dominus facere. Et applicuit Moyſes Aaron, & filios eius, & lauit eos aqua : & veſtiuit eum tunica, & cinxit eum zona, & induit eum ſubuculam, & impoſuit ſuper eum ſuperhumerale, & præcinxit illum ſecundum facturam ſuperhumeralis: & conſtrinxit eum in ipſo: & impoſuit ſuper eum rationale: & impoſuit ſuper rationale β manifeſtationem, & veritatem: & impoſuit mitram ſuper caput eius: & impoſuit ſuper mitram ſecundum faciem eius laminam auream illam ſanctificatam ſanctam; ſicut præceperat Dominus Moyſi. Et ſumpſit Moyſes de oleo vnctionis: & aſperſit de eo ſuper altare ſepties. Et vnxit altare, & ſanctificauit illud, & omnia eius, & labrum, & baſim eius: & ſanctificauit ea. Et vnxit tabernaculũ, & omnia vaſa eius: & ſanctificauit illud. Et effudit Moyſes de oleo vnctionis ſuper caput Aaron, & vnxit eum, & ſanctificauit eum. Et applicuit Moyſes filios Aaron, & induit eos γ tunicas, & cinxit eos zonis, & circumpoſuit eis cidaras; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et adduxit Moyſes vitulum, qui pro peccato. Et impoſuit Aaron, & filij eius manum ſuper caput vituli, qui pro peccato. Et iugulauit eum. Et ſumpſit Moyſes de ſanguine, & impoſuit ſuper cornua altaris in circuitu digito, δ & mundauit altare: & ſanguinem effudit ad baſim altaris, & ſanctificauit illud ad exorandum ſuper illud. Et ſumpſit Moyſes omnem adipem, qui ſuper inteſtina, & pennam, quæ ſuper iecur, & vtroſque renes, & adipem, qui ſuper eos: & obtulit Moyſes ſuper altare. Et vitulum, & pellem eius, & carnes eius, & fimum eius

D

E

A eius combuſſit ea igni extra caſtra; quemadmodum præcepit Dominus Moyſi.
Et adduxit Moyſes arietem, qui in holocauſtum. Et impoſuit Aaron, & filij eius
manus ſuas ſuper caput arietis. Et iugulauit Moyſes arietem. Et effudit Moyſes
ſanguinem ſuper altare in circuitu: & arietem in fruſta concidit membratim. Et
obtulit Moyſes caput, & membra, & adipem: & ventrem, & pedes lauit aqua.
Et obtulit Moyſes totum arietem ſuper altare. Holocauſtoma eſt in odorem
ſuauitatis: hoſtia eſt Domino; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et adduxit Moy
ſes arietem, arietē illum ſecundum conſummationis. Et impoſuit Aaron, & filij
eius, manus ſuas ſuper caput arietis. Et iugulauit eū. Et ſumpſit Moyſes de ſangui
B ne eius: & impoſuit ſuper pennam auris dextræ Aaron, & ſuper ſummitatē ma-
nus dexteræ, & ſuper ſummitatem pedis dexteri. Et applicuit Moyſes filios Aa-
ron: & impoſuit Moyſes de ſanguine ſuper pennas aurium dexterarum, & ſuper
ſummitatem manuum eorum dexterarum, & ſuper ſummitates pedum eorum
dexterorum. Et effudit Moyſes ſanguinem ſuper altare in circuitu. Et ſumpſit
adipem, & lumbum, & adipem qui ſuper ventrem, & pennam iecoris, & ambos
renes, & adipem qui ſuper eos, & brachium dextrum. Et de caniſtro conſumma
tionis, quod eſt ante Dominum, ſumpſit panem vnum azymum, & panem ex
oleo vnum, & laganum vnum, & impoſuit ſuper adipem, & brachium dextrum.
C Et impoſuit omnia ſuper manus Aaron, & ſuper manus filiorum eius: & obtulit
ea demptionem ante Dominum. Et ſumpſit Moyſes ex manibus eorum: & obtu
lit ea Moyſes ſuper altare, ſuper holocauſtoma conſummationis: quod eſt odor
ſuauitatis: hoſtia eſt Domino. Et ſumens Moyſes pectuſculum, abſtulit illud in
poſitionem ante Dominum de ariete conſummationis. Et factum eſt Moyſi in
parte, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Et ſumpſit Moyſes de oleo vnctionis,
& de ſanguine qui ſuper altare: & aſperſit ſuper Aarō, & ſtolas eius, & filios eius,
& ſtolas filiorum eius cum eo. Et ſanctificauit Aaron, & ſtolas eius, & filios eius,
& ſtolas filiorum eius cum eo. Et dixit Moyſes ad Aaron, & filios eius: Coquite
D carnes in ζ atrio tabernaculi teſtimonij in loco ſanto: & ibi comedetis eas, & pa
nes qui in caniſtro conſummationis: quemadmodum præceptum eſt mihi, di-
cens: Aaron, & filij eius comedent ea. Et reſiduum carnium, & panum in igni
comburite. Et ex oſtio tabernaculi teſtimonij non egrediemini ſeptē dies; * do-
nec dies impleatur, dies conſummationis veſtræ. Septē enim diebus conſum-
mabit manus veſtras: ſicut fecit in die hac, qua præcepit Dominus ad faciēdum
ad depropiciandum pro vobis. Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij ſedebitis ſe-
ptem dies, die, ac nocte: cuſtodietis cuſtodias Domini, vt non moriamini. Ita
enim mandauit mihi Dominus Deus. Et fecit Aaron, & filij eius, omnia verba,
E quæ præcepit Dominus Moyſi.

α Eius.] *Abeſt a Compl. & Int. Origenis.* β Manifeſtationem & veritatem.] *Aquila, & Theodotio,* τὰς φωτισμούς, καὶ τελειώσεις, illuminationes, & conſummationes, *ſiue* conſecrationes. γ Tunicas.] *Aquila, & Theodotio,* ὑποδύτας, ſubuculas. δ Mundauit.] *Schol.* Samariticus habet, καὶ ἱλάσατο & propitiauit. Alia autem editio, ἐκαθάρισε, expiauit, *& quaſi vndique aptum reddidit ad peccatum delendum.* ε E [illegible] nem ex oleo vnam.] *Schol.* Alius, collyram. *In Compl. totus hic locus ſic habet,* ἔλαβε κολλύραν ἄζυμον μίαν, καὶ κολλύραν ἄρτου ἐξ ἐλαίου μίαν, ſumpſit collyrā azymam vnam, & collyram panis ex oleo vnam. ζ In a[illegible].] *Compl.* παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς. apud oſtium tabernaculi. * Donec dies impleatur.] *Alij codices.* ἕως ἡμέρας πληρώσεως ἡμερῶν τελειώσεως ὑμῶν, vſque ad diem plenitudinis dierum conſummationis veſtræ.

CAP.

CAP. IX. A

ET factum est die octauo, vocauit Moyses Aaron, & filios eius, & [a] seniores Israel. Et dixit Moyses ad Aaron: Sume tibi vitulum ex bobus pro peccato, & arietem in holocaustum, sine macula: & offer ea ante Dominum. Et senioribus Israel loquere, dicens: Accipite hircum ex capris vnum pro peccato, [b] & vitulum, & agnum anniculum in holocarposim, sine macula, & vitulum, & arietem in sacrificium salutaris, ante Dominum, & similam conspersam in oleo; quoniam hodie Dominus videbitur in vobis. Et sumpserunt, sicut mandauit Dominus, ante tabernaculum testimonij. Et accessit omnis synagoga: & B
steterunt ante Dominum. Et dixit Moyses: Hoc est verbum, quod dixit Dominus. Facite, & videbitur in vobis gloria Domini. Et dixit Moyses ad Aaron: Accede ad altare: & fac, quod pro peccato tuo, & holocaustum tuum: & exora pro te, & pro domo tua. Et fac munera populi, & exora pro eis; sicut mandauit Dominus Moysi. Et accessit Aaron ad altare, & iugulauit vitulum illum pro peccato suo. Et attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum: & tinxit digitum in sanguine: & imposuit super cornua altaris: & sanguinem effudit ad basim altaris: & adipem, & renes, & pennam iecoris, eius, qui pro peccato, obtulit super altare, quemadmodum mandauit Dominus Moysi. Et carnes, & pellem combus- C
sit ea igni extra castra. Et iugulauit holocaustoma: & attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum: & effudit super altare in circuitu. Et holocaustoma obtulerunt [γ] illud secundum membra: ea, & caput imposuit super altare. Et lauit ventrem, & pedes aqua: & imposuit super holocaustoma super altare. Et obtulit munus populi: & sumpsit hircum pro peccato populi: & iugulauit eum: & mundauit eũ sicut & primum. Et obtulit holocaustoma, & fecit illud, sicut decet. Et obtulit sacrificium: & impleuit manus de eo: & imposuit super altare absque holocausto matutino. Et iugulauit vitulum, & arietem sacrificij salutaris, eius, qui populi. Et attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum. Et effudit ad altare in circuitu. D
Et adipem, qui de vitulo, & ariete, lumbum, & adipem qui operit super ventrẽ & ambos renes, & adipem qui super eos, & pennã quæ super iecur: & imposuit adipes super pectuscula. Et obtulit adipes super altare. Et pectusculũ, & brachium dextrum abstulit Aaron demptionem ante Dominum; quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et extollens Aaron manus super populum, benedixit eos: & descendit, cum fecisset illud pro peccato, & ipsum holocaustoma, & illa salutaris. Et intrauit Moyses, & Aaron in tabernaculum testimonij. Et exeuntes benedixerunt omnem populum. Et apparuit gloria Domini omni populo. Et exijt ignis a Domino, & deuorauit, quæ super altare, & holocaustomata, & E
adipes. Et vidit omnis populus & [δ] mente excessit: & ceciderunt in faciem.

[a] Seniores.] *Sic vertit S. Aug. quæst. 25. quod græce est,* γερουσίαν, *libet alij partim dixerint senatum, partim ordinem seniorum.* [b] Et vitulum.] *Sic etiam vulgata. & hebræus. Aliqui codices habent,* καὶ κριὸν, καὶ μοσχάριον *Et S. Aug. quæst. 26.* & arietem, & vitulum. [γ] Illud secundum membra ea, & caput] *In alijs codicibus partim Abest illud,* ea; *partim vero legitur,* αὐτοῦ καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ, καὶ τὴν κεφαλὴν, ei & membra ipsa, & caput. [δ] Mente excessit.] *Sic videtur subindicare. S. Aug. quæst. 29. vertendum esse illud,* ἐξέστη, *quod ipse habuit,* & amens factus est, *& alios inquit vertisse,* expauit.

CAP.

A CAP. X.

ET ſumentes duo filij Aaron, Nadab, & Abiud, vnuſquiſq. thuribulũ ſuum impoſuerunt ſuper illud ignem, & iniecerunt ſuper illud incenſum: & obtulerunt ante Dominum ignem alienum, quem non præceperat Dominus eis. Et exijt ignis a Domino, & deuorauit eos: & mortui ſunt ante Dominum. Et dixit Moyſes ad Aaron: Hoc eſt quod dixit Dominus, dicens: In ijs, qui mihi appropinquant, ſanctificabor: & in omni ſynagoga glorificabor. Et compunctus eſt Aaron. Et vocauit Moyſes Miſadae, & Eliſaphan, filios Oziel, α filios fratris patris Aaron, & dixit eis:
B Accedite, & tollite fratres veſtros a facie ſanctorum extra caſtra. Et acceſſerunt, & ſuſtulerunt eos in tunicis ſuis extra caſtra; quemadmodum dixit Moyſes. Et dixit Moyſes ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar, filios eius reliquos: Caput veſtrum cidara non denudabitis, & veſtimenta veſtra non diſcindetis; vt non moriamini: & ſuper omnem ſynagogam erit indignatio. Fratres autem veſtri, omnis domus Iſrael, plorabunt incendium, quo incenſi ſunt a Domino. Et ab oſtio tabernaculi teſtimonij non egrediemini; vt non moriamini. Oleum enim vnctionis, quod eſt a Domino, ſuper vos eſt. Et fecerunt iuxta verbum Moyſi. Et locutus eſt Dominus ad Aaron, di-
C cens: Vinum, & ſiceram non bibetis, tu, & filij tui tecum, cum intrabitis in tabernaculum teſtimonij, aut cum accedetis ad altare: & non moriemini. β Legitimum æternum in progenies veſtras: Diſtinguere inter medium ſanctorum, & contaminatorum, & inter medium immundorum, & mundorum, & γ inſtruere filios Iſrael omnia legitima, quæ locutus eſt Dominus ad eos, per manum Moyſi. Et dixit Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios Aaron reliquos. Sumite ſacrificium reſiduum ab hoſtijs Domini: & comedetis azyma iuxta altare. Sancta ſanctorum ſunt. Et comedetis illud in loco ſancto. Legitimum enim tibi eſt, & legitimũ filijs tuis hoc ab hoſtijs Domini. Sic enim mandatum eſt mihi.
D Et pectuſculũ ſegregationis, & brachium demptionis manducabitis in loco ſancto, tu, & filij tui, & domus tua tecum. Legitimum enim tibi, & legitimum filijs tuis de ſacrificijs δ ſalutaris filiorum Iſrael. Brachium demptionis, & pectuſculum ſegregationis ſuper hoſtias adipum offerent ad ſegregandum ſegregationem ante Dominum. Et erit tibi, & filijs tuis, & filiabus tuis tecum legitimum æternum, quemadmodum præcepit Dominus Moyſi. Et caprum, qui pro peccato, querens quæſiuit Moyſes. Ille vero incenſus fuerat. Et indignatus eſt Moyſes in Eleazar, & Ithamar, filios Aaron, dicẽs: Quare non comediſtis illud, quod fuit pro peccato, in loco ſancto? Quoniam enim ſancta ſanctorũ ſunt; hoc dedit
E vobis edere; vt auferatis peccatum ſynagogæ, & exoretis pro eis ante Dominũ. Non enim illatum eſt de ſanguine eius ante faciem intus. Edetis illud in loco ſancto; quomodo mihi conſtituit Dominus. Et locutus eſt Aaron ad Moyſem, dicens: Si hodie obtulerunt, quæ pro peccato illorum ſunt, & holocauſta ſua ante Dominum, & contigerunt mihi talia, & comedam quæ pro peccato hodie; nunquid placitum erit Deo? Et audiuit Moyſes, & placuit ei.

α Filios.] *Abeſt dictio iſta a Compl. vt etiam a vulgata.* β Legitimum æternum in progenies veſtras.] S. *Aug. quæſt.* 33. Ambiguum eſt, vtrum ſuperiori ſenſui connectatur, id eſt ad vinum non bibendum pertineat, an inferiori, vbi ſequitur. *Diſtinguere, &c. Int. quidem Orig. hom. 7. cum inferiore coniungit.* γ Inſtruere.]

ftiue c] *Schol* Alius, φωτίζειν, illuminare. ꝺ Salutaris.] *In alijs libris est*, σωτηρίου. *Int Orig.* sacrificijs salutaribus S. *Aug.quæst.*35. sacrificijs salutarium; *quam is dubitet, an sit vertendum potius*, salutatum, *multaque excogitet, quamobrem hoc loco* σωτήριον *idem valeat, ac* σωτηρία. A

CAP. XI.

ET locutus est Dominus ad Moysem, et Aaron, dicens: Loquimini filijs Israel, dicentes: Hæc sunt pecora, quæ comedetis de omnibus pecoribus, quæ super terram. Omne pecus, quod vngulam diuidit, et ᵃ fissuras findit duarum vngularum, et reducit ruminationem in pecoribus; hæc manducabitis. Tantum ab his non manducabitis, ab ijs, quæ reducunt ruminationem, B
et ab ijs, ᵝ quæ diuidunt vngulas, et findunt fissuras vnguium, camelum, quoniam reducit ruminationem hic, vngulam autem non diuidit: immundũ hoc vobis: & ᵞ leporem, ᵟ quia reducit ruminationem hoc, & vngulã non diuidit: immundum hoc vobis: & Chirogryllum, quoniam non reducit ruminationem hoc, & vngulam non diuidit: immundum hoc vobis: & suem, quoniam hoc diuidit vngulam, & findit fissuras vngulæ, & hoc non reducit ruminationem: immundum hoc vobis. De carnibus eorum non comedetis: & morticina eorum non tangetis. Immunda hæc vobis. Et hæc sunt, quæ comedetis ex omnibus, quæ in aqua. Omnia, quibuscumque sunt eis alæ, & squamæ in aquis, & in maribus, & in torrentibus, hæc comedetis. Et omnia, quibuscumque non sunt eis alæ, neque squamæ in aqua, vel in maribus, & in torrentibus, de omnibus, quæ eructant aquæ, & de omni anima viuente in aqua, abominatio est, & abominationes erunt vobis. De carnibus eorum nõ comedetis: & morticina eorum abominabimini: & omnia, quibuscumque non sunt eis alæ, neque squamæ ex ijs, quæ in aqua; hoc abominatio est vobis. Et hæc sunt, quæ abominabimini de volatilibus, & non comedentur: abominatio est: aquilam, & gryphum, & halietũ, & vulturem, & miluum, & similia ei, & struthionem, & noctuam, & larũ, C
& similia ei, & omnem coruum, & similia ei, & accipitrem, & similia ei, & nycticoracem, & mergulum, et ibin, et porphyrionem, et pelecanem, et cycnum, et herodionem, et charadrion, et similia ei, et vpupam, et vespertilionem, et omnia reptilia volatilium, quæ gradiuntur super quatuor: abominationes erunt vobis. Sed ista comedetis de reptilibus volatilium, quæ gradiuntur super quatuor, quæ habent crura desuper pedes suos, ad saltandum in ipsis super terram: et hæc comedetis de eis. Bruchum, et similia ei, et attacũ, et similia ei, & ophimacũ, & similia ei, et locustã, et similia ei: omne reptile de volatilibus, quibus sunt quatuor pedes, abominationes sunt vobis, et in his polluemini. Omnis qui tangit morticina eorum; immundus erit vsque ad vesperam: & omnis qui D
tollit morticina eorum; lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam. Et in omnibus pecoribus, quod est diuidens vngulam, et findit fissuras vngularum, et non ruminat ruminationem; immunda erũt vobis. Omnis, qui tangit morticina eorum; immundus erit vsque ad vesperam. Et omnis gradiens super manus in omnibus bestijs, quæ gradiuntur super manus; immunda sunt vobis. Omnis, qui tangit morticina eorum; immundus erit vsque ad vesperam. Et qui tollit morticina eorum, lauabit vestimenta sua, et immundus erit vsque ad vesperam. Immunda hæc sunt vobis. Et hæc vobis immunda E

exre-

A ex reptilibus, quæ ſuper terrã, muſtela, & mus, & crocodilus terreſtris, mygale,
& chamæleon, & ε chalabotes, & lacerta, & talpa. Hæc immũda vobis ex omni-
bus reptilibus, quæ ſuper terram: omnis tangens ea mortua immundus erit vſq.
ad veſperam. Et omne in quod inciderit de eis ſuper illud, de mortuis ipſis, im-
mundũ erit, de omni vaſe ligneo, vel veſte, vel pelle, vel ſacco Omne vas in quo
factũ fuerit opus in eo, in aqua mergetur, & immundum erit vſque ad veſp erã: &
mundum erit. Et omne vas teſtaceũ, in quod ceciderit ex eis intus, quæcunque
fueri nt intus, immũda erunt: & illud conteretur. Et omnis cibus, qui manduca-
B tur, in quemcumque venerit ſuper illũ aqua, immundus erit: & omne potabile,
quod bibitur in omni vaſe, immundũ erit. Et omne in quod inciderit de mortici
nis eorũ in illud, immundum erit: clibani & chytropodes deſtruẽtur. Immunda
hæc ſunt, & immunda hæc vobis erunt. Tantũ de fontibus aquarũ, & lacu, & cõ-
gregatione aquarũ erit mundum. Qui autẽ tangit morticina eorũ, mundus erit.
Si autẽ inciderit de morticinis eorum ſuper omne ſemen ſeminabile; quod ſemi
nabitur mundum eſt. Si autem effuſa fuerit aqua ſuper omne ſemen, & incide-
rit de morticinis eorum ſuper illud; immundum eſt vobis. Si autẽ mortuum fue
rit de pecoribus, quod eſt vobis comedere iſtud; qui tangit morticina eorũ, im-
C mundus erit vſque ad veſperam: & qui manducat de morticinis eorũ; lauabit ve
ſtes, & immundus erit vſq. ad veſperã: & qui tollit de morticinis eorum; lauabit
veſtes, & lauabitur aqua, & immũdus erit vſq. ad veſperã. Et omne reptile quod
repit ſuper terram, abominatio erit hoc vobis: non mãducabitur. Et omnis gra-
diens ſuper ventrem, & omnis gradiens ſuper quatuor ſemper, quod multipli-
cat pedibus, in omnibus reptilibus repentibus ſuper terram; non comedetis il-
lud, quoniã abominatio vobis eſt. Et non faciatis abominabiles animas veſtras
in omnibus reptilibus repentibus ſuper terram: & non polluemini in his, & non
immundi eritis in eis: quoniam ego ſum Dominus Deus veſter. Et ſanctificabi-
D mini, & ſancti eritis; quoniã ſanctus ſum ego Dominus Deus veſter. Et non pol-
luetis animas veſtras in omnibus reptilibus, quæ mouẽtur ſuper terram: quoniã
ego ſum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypto, vt eſſem Deus veſter. Et eri
tis ſancti; quia ſanctus ego Dominus. Hæc eſt lex de pecoribus, & volatilibus, &
omni anima, quæ mouetur in aqua, & omni anima repente ſuper terrã, ad diſtin
guendum inter immunda, & munda, ζ & inter viuificantia quæ manducantur,
& inter viuificantia quæ non manducantur.

α Et fiſſuras findit duarum vngularum.] *Sic viſum eſt ſatis apte, & congruenter etiam hebræo poſſe reddi, quod græce eſt, καὶ ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζον δύο χηλῶν. Int Orig.* & vngulas habet. β Quæ diuidut vngulas.] *Apud eumdẽ totus hic locus ſic habet*: Præterea ab his non manducabitis, quæ reducunt ruminationẽ, & non di-
E uidunt vngulas, & habent vngulas, Camelus, *&c. & ita fere vulgata. In aliqua Græca editione eſt,* πλὴν ἀπὸ τούτων οὐ φάγεσθε, ἀπὸ τῶν μὴ ἀναγόντων μηρυκισμὸν, καὶ ἀπὸ τῶν μὴ διχηλούντων τὰς ὁπλὰς, καὶ ὀνυχιζόντων ὀνυχιστῆρας. Tantũ ab his non comedetis, a non reducentibus ruminationem, & à non diuidentibus vngulas, & habentibus vngulas. *Sed collati codices manuſcripti græci omnes eodẽ modo, ac noſter: & reſpondent hebræo & chaldæo* Intelligen*dũ enim ita eſt, ab ijs, quæ ruminant, & diuidunt vngulã, excipi camelum, & cetera, quæ alterutra iſtarũ conditionũ carent.* γ Et leporem.] *Hunc ordinẽ ſeruant collati codices, & Int Orig. In Compl quemadmodum & in vulgata, prius memoratur Chirogryllus (quẽ Int. Orig. erinaciũ vocat) quàm lepus. Eadem varietas eſt paulo poſt in commemoratione aliorũ animaliũ.* δ Reducit.] *In quoſdã libros græcos per errorẽ irrepſit* οὐ. *Nam abeſt ab exemplari vaticano, vt etiã a Compl. tam in lepore, quã in Chirogryllo: itemq. ab Or. g Et Theodoretus in codicib. manuſcriptis (nã verſio eſt deprauata) q. 11. inquit Camelũ, & leporem ruminare quidem, ſed vngulam non diuidere.* ε Chalabotes.] χαλαβώτης. *Alij,* ἀσκαλαβώτης, ſtellio. ζ Et inter viuificantia.] *In aliquot codicib. legitur,* καὶ συμβιβάζειν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀναμέσον τῶν ζωογονούντων, *&c. S. Aug. q. 38.* Inſtrue (*fortaſſe legendũ inſtruere*) filios Iſrael inter viuificantia, *&c. Quod autem pertinet ad illud* viuificantia, *S. Aug. putat græco verbo ſignificari, non quæ viuere faciunt, ſed quæ viuos fœtus gignunt. Nobis tamen non conſtat, præſertim ſi hebræum conſulamus, an idem ſignificet, quod viuentia.*

CAP. XII.

A

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Mulier, quæcumque conceperit semen, & pepererit masculum; & immunda erit septem dies, secundum dies secessionis [a] purgationis eius immunda erit. Et in die octauo circuncidet carnem preputij eius: & triginta tres dies sedebit in sanguine suo [b] immundo. Omne quod sanctum est, non continget, & in sanctuarium non intrabit, donec impleti fuerint dies purificationis eius. Si autem fœminam pepererit; & immunda erit bis septem dies secundum purgationẽ eius: & sexaginta dies, & sex sedebit in sanguine suo immũdo. Et cũ impleti fuerint dies purificationis [c] eius pro filio, aut pro filia; offeret agnum anniculũ sine macula in holocaustũ, & pullum columbæ, [d] aut turturẽ pro peccato ad ostiũ tabernaculi testimonij ad sacerdotẽ: & offeret eũ ante Dominum. Et exorabit pro ea sacerdos: & purificabit eã a fonte sanguinis eius. Hæc est lex parientis masculũ, vel fœminã. Si autem non inuenerit manus eius quod satis est in agnũ; & accipiet duos turtures, aut duos pullos columbarũ, vnũ in holocaustũ, & vnũ pro peccato. Et exorabit pro ea sacerdos: & mundabitur. B

[a] Purgationis.] *Ita S. Aug. q. 40. quod Græce est*, τῆς ἀφέδρου, *& ab aliis solet verti*, menstrui: *posset etiã* puerperij. *Notat Isychius Symm. dixisse*, secundum dies separationis afflictionis, *Aquilam*, separationis miseriæ, *Theodotionẽ*, separationis, doloris eius. [b] Immundo.] ἀκαθάρτῳ. *Sic vetustiores codices. In alijs est*, καθαρῷ *Orig.* quia in sanguine immundo fecit septem dies, in sanguine autem mundo triginta, & tres dies. *S. Aug vtramq. lectionẽ agnoscit. Compl.* καθαρισμοῦ αὐτῆς. purificationis suæ, *quod habet vulgata. Isychius harum duarum lectionum mentionem facit*, in sanguine mundo, siue purificationis. [c] Pro filio, aut pro filia.] *Sic placet S. Aug. reddi illud*, ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρί. *potius, quam* super filio aut super filia, *quod nonnulli codices haberent.* [d] Aut turturem.] *Idem habet*, & turturem. *quamuis fateatur nonnullos codices habere*, aut turturem: *ac de ista varietate disputat.* C

CAP. XIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Homini si cui facta fuerit in cute corporis eius cicatrix signi [a] lucida & factus fuerit in [b] cute carnis eius [c] tactus lepræ; ducetur ad Aaron sacerdotẽ vel vnum filiorũ eius sacerdotũ: & videbit sacerdos tactum in cute carnis eius, & pilus in tactu mutatus fuerit albus, & aspectus ipsius tactus, [d] humilis a cute carnis; tactus lepræ est: & videbit sacerdos, & [e] inquinabit eum. Si autẽ & lucidus albus erit in cute carnis eius, & humilis non fuerit aspectus eius a cute, & pilus eius [f] nõ mutauit pilum albũ, ipse autẽ est obscurus; & segregabit sacerdos tactum septẽ diebus. Et videbit sacerdos tactum die septimo, & ecce tactus manet corã ipso, [g] nõ est cõmutatus tactus in cute; & segregabit illũ sacerdos septẽ diebus secundo, & videbit illũ sacerdos die septimo secũdo: & ecce obscurus tactus, nõ est conuersus; & purgabit eũ sacerdos: [h] significatio enim est. Et lauãs vestimẽta sua mũdus erit. Si autẽ [i] conuersa, mutata fuerit significatio in cute, postea quã vidit illum sacerdos, vt purgaret eum; & videbitur denuo a sacerdote, & videbit eum sacerdos; & ecce [k] cõmutata est significatio in cute; & inquinabit eũ sacerdos: lepra est. Et tactus lepræ si factus fuerit in homine; & ueniet ad sacerdotem: & uidebit sacerdos: & ecce cicatrix alba in cute: & hæc mutauit pilũ albũ, & a sano carnis uiuæ in cicatrice; lepra ueterascẽs est in cute carnis eius: & inquinabit eũ sacerdos, & [l] segregabit eũ, quia immundus est. Si autẽ florescẽs effloruerit lepra in cute, & operuerit lepra omnẽ cutẽ tactus a capite vsq. ad pedes, secundũ totũ aspectum

D E

A pectum sacerdotis; & videbit sacerdos, & ecce operuit lepra omnem cutem carnis: & mundabit eum sacerdos * in tactu: quoniam omne mutauit album, mundum est. Et quacumque die visa fuerit in eo caro viua, inquinabitur. Et videbit sacerdos, carnem sanam: & inquinabit eum caro sana; quoniam immundus est: lepra est. Si autem restituta fuerit caro sana, § & conuersus fuerit albus; & veniet ad sacerdotem: & videbit sacerdos: & ecce cõuersus est tactus in album: & purgabit sacerdos tactum; mundus est. Et caro, si facta fuerit in cute eius vlcus, & sanatũ fuerit, & facta fuerit in loco vlceris cicatrix alba, vel lucida albescens, vel rubescẽs; & videbitur a sacerdote: & videbit sacerdos: & ecce aspe
B ctus humilior cute, & pilus eius cõuersus est in album: & inquinabit eũ sacerdos; quoniã lepra est: in vlcere effloruit. Si autem viderit sacerdos, & ecce non est in eo pilus albus, & humilis nõ fuerit a cute carnis, & ipse fuerit obscurus; & segregabit eum sacerdos septẽ dies. Si autem diffusione diffundatur in cute; & inquinabit eũ sacerdos: tactus lepræ est: in vlcere effloruit. Si autem in loco mãserit luciditas, & nõ diffundatur, cicatrix vlceris est: & mundabit eũ sacerdos. Et caro, si facta fuerit in cute eius combustio ignis, & factum fuerit in cute eius, quod sanatũ est ex combustione, clarum, lucidum, album, subrubescens, vel exalbidũ; & videbit eum sacerdos: & ecce conuersus est pilus albus in splendidum, & aspe
C ctus eius humilis a cute: lepra est, in cõbustione effloruit. Et inquinabit eum sacerdos: tactus lepræ est. Si autem viderit sacerdos, & ecce non est in splendido pilus albus, & humile non fuerit a cute, ipsum autẽ obscurum; & segregabit eũ sacerdos septẽ dies: & videbit eum sacerdos die septimo. Si autẽ diffusione diffundatur in cute; & inquinabit eũ sacerdos: tactus lepræ est: in vlcere effloruit. Si autẽ in loco manserit splendidum, neq. fuerit diffusum in cute, ipse autem obscurus fuerit; cicatrix cõbustionis est: & mũdabit eum sacerdos: character enim combustionis est. Et viro, & mulieri si factus fuerit in eis tactus lepræ in capite vel in barba; & videbit sacerdos tactum: & ecce aspectus eius depressior cute, in
D ipso autẽ pilus flauescens subtilis: & inquinabit eũ sacerdos; vulnus est: lepra capitis, vel lepra barbæ est. Et si viderit sacerdos tactum vulneris, & ecce non est aspectus depressior cute, & pilus flauescens non est in eo; & segregabit sacerdos tactũ vulneris septem dies. Et videbit sacerdos tactum die septimo: & ecce non est diffusum * vulnus, & pilus flauescẽs non est in eo, & aspectus vulneris non est depressus a cute: & radetur cutis: vulnus autem non radetur. Et segregabit sacerdos vulnus septẽ dies secundo: & videbit sacerdos vulnus die septimo: & ecce non est diffusum vulnus, postquã ille rasus est, & aspectus vulneris non est depressus a cute: & mundabit eum sacerdos. Et lauãs vestes mundus erit. Si autem
E diffusione diffusum fuerit vulnus in cute, postquã ille mundatus fuit; & videbit sacerdos: et ecce diffusum est vulnus in cute; non cõsiderabit sacerdos de pilo flauo: quoniã immundus est. Si autẽ coram manserit in loco vulnus, et pilus niger repullulet in eo, sanatum est vulnus: mundus est; et mundabit eũ sacerdos. Et viro, vel mulieri si facti fuerint in cute carnis eius splendores splendentes albescẽtes; et videbit sacerdos: et ecce in cute carnis eius splẽdores splendẽtes albescentes; impetigo est: efflorescit in cute carnis eius: mundus est. Si autẽ alicui effluxerint pili e capite; caluus est. Si autem secundũ faciem glabrũ fuerit caput eius; recaluus est: mũdus est. Si autẽ factus fuerit in caluitie eius vel in recaluitie eius tactus albus, vel rubescens; * lepra est in caluitie eius, vel in recaluitie eius. Et

videbit eũ sacerdos: & ecce aspectus eius factus est albus, vel rubescẽs in caluitie A
eius, vel in recaluitie eius, sicut species lepræ in cute carnis eius; homo leprosus est: inquinatione inquinabit eũ sacerdos: in capite eius tactus eius. Et leprosus, in quo est tactus, vestimenta eius dissuta sint, & caput eius reuelatũ, & circa os eius contegatur: & immũdus vocabitur omnibus diebus, quibuscumq. fuerit super eum tactus: *ρ* immundus cum sit, immundus erit: separatus sedebit: extra castra erit cõuersatio eius. Et vestimento si factus fuerit tactus in eo lepræ, aut in vestimento laneo, aut in vestimento stupeo, aut in stamine, aut in subtegmine, aut in lineis, aut in laneis, vel in pelle, vel in omni operaria pelle, & factus fuerit
tactus virescens, vel rubescẽs in pelle, vel in vestimẽto, vel in stamine, vel in sub- B
tegmine, vel in omni vase operario pellis; tactus lepræ est & ostẽdet sacerdoti. Et videbit sacerdos tactũ: & segregabit sacerdos tactum septem dies & videbit sacerdos tactum in die septimo: si autẽ diffusus fuerit tactus in vestimẽto, vel in stamine, vel in subtegmine, vel in pelle, secundũ omnia, quæcumque factæ fuerint pelles in operatione; lepra *σ* permanens est ipse tactus; immũdus est. cõburet vestimẽta, vel stamen, vel subtegmen in laneis, vel in lineis, aut in omni vase pelliceo, in quocumq. fuerit in eo tactus: quoniam lepra permanens est: in igni comburetur. Si autem viderit sacerdos, & nõ diffundatur tactus in vestimento,
vel in stamine, vel in subtegmine, vel in omni vase pelliceo; & præcipiet sacer- C
dos, & lauabit, in quocumque fuerit in eo tactus: & segregabit sacerdos tactum septem dies secundo. Et aspiciet sacerdos, postquam lotũ fuerit ipsum in tactu, & ecce non commutauit tactus aspectum, & tactus non diffunditur; immundũ est: in igni comburetur. *τ* fixit se in vestimento, vel in stamine, vel in subtegmine. Et si viderit sacerdos, & fuerit obscurus tactus, postquam ipsum lotum fuerit; disrumpet illud a vestimento, vel a stamine, vel a subtegmine, vel a pelle. Si autem apparuerit adhuc in vestimento, vel in stamine, vel in subtegmine, vel in omni vase pelliceo; lepra efflorescens est: in igni comburetur id, in quo est ta-
ctus. Et vestimentum, vel stamen, vel subtegmen, vel omne vas pelliceũ, quod D
lauabitur, & abscedet ab eo tactus; & lauabitur secundo: & erit mundum. Hæc est lex tactus lepræ vestimenti lanei, vel stuppei, vel staminis, vel subtegminis, vel omnis vasis pelliceí, vt illud mundetur, vel illud inquinetur.

α Lucida] τηλαυγὴς *Ita libri veteres, & S. Aug. q. 41. & Isychius lib. 4. qui etiam interpretatur, quid sit* τηλαυγὴς *Alij habent,* ἢ τηλαυγὴς, vel lucida: *quam lectionem agnoscit S. Greg. Nazianz. in oratione de amore pauperum.* *β* Carnis.] χρωτὸς. *S. Aug. & Int. Orig. habẽt,* coloris *Alij vertunt,* corporis. *Sed visum est omnia melius respondere, si dicatur,* carnis. *γ* Tactus.] *S. Aug. ibid. & in locut.* [illegible] iam maculã tactum vocat: vnde nonnulli nostri non tactum, sed maculam interpretati sunt, *&c. Possemus etiam satis apte plagã dicere.* *δ* Humilis.] ταπεινή. *Sch.* Aquila, & Symm. κοῖλη, βαθυτέρα, cauus, profundior. *Dictio quidem* κοῖλη, *habetur etiã in nostro. & in alijs libris hoc eodẽ capite; sicut etiam* ἐγκοιλοτέρας, *aut,* κοιλοτέρας. *ε* Inquinabit.] *S. Aug. q. 42.* idest inquinatum pronunciabit. *ζ* Non mutauit pilum album.] *Est phrasis qua significatur,* non mutasse pilum in album. *Paulo quidẽ post ita dicitur,* μετέβαλε ἡ θρὶξ εἰς τὸ λευκόν. *η* Non est commutatus.] *Sic solet esse apud S. Aug. quod græce est,* οὐ μετέπεσεν. *& videtur significare,* non effluxit, *idest, vt alij vertunt,* non creuit. *θ* Significatio.] σημασία. *Aquila* ἐξανάδοσις, excrescẽtia, pustula. *Th.* ἐκβρασμα, eruptio, scabies. *S. Aug. interpretatur q. 44.* non est lepra, sed signum. *ι* Conuersa mutata fuerit.] *Aquila. & Symm.* ἐπιδόσει ἐπιδῷ τὸ ἐμφύσημα, procedendo processerit tumor. *κ* Commutata] *Ita S. Aug. q. 46 quod rursus est* μετέπεσεν. *& interpretatur,* idest nõ stetit in illa sanitate, in qua cum viderat, *&c. Aquila* ἐπέδωκεν, processit. *Sym.* ὑπερέβη, supergressa est. *Th.* διαχέχυται diffusa est. *Sch* Samariticus, ἐπλατύνθη dilatata est. *λ* Et segregabit] *Compl.* οὐκ ἀφοριεῖ, *& S. Aug. q. 47* non segregabit eũ *quod illi difficultatem fecit: ac tamen respondet vulgatæ & hebræo* *μ* In tactu] αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν, *idest,* secundũ tactum, *Et simili locutione infra habetur* μετὰ τὸ πλυθῆναι αὐτὸ τὴν ἁφὴν, *quod vertimus*, postquam lotum fuerit ipsum in tactu. *Alij codices, hic partim pro,* αὐτὸν, *habent,* αὐτοῦ, eius tactum, *partim neutrum habent, & ibi* αὐτοῦ postquam lotus fuerit ei tactus. *ν* Carnem sanam] τὸν χρῶτα τὸν ὑγιῆ, *Scholion.* τὴν σάρκα τὴν ζῶσαν, carnem viuam *ξ* Et conuersus fuerit] *Sæpe in huiusmodi locutionibus subintelligendum est*, tactus. *ο* Vulnus.] *Sic videtur*

trans-

E

A *transferre Int. Orig. quod est* θραῦσμα. *Schol.* Alius, διάσπασμα, scissura. *S. Aug. q 48. inquit, cum Moyses de lepra capitis loqueretur, eam etiam quassationem appellasse.* ᵅ Lepra.] *In quibusdam codicib. additur,* ἐξανθοῦσα, efflorescens. ᵝ Immundus cum sit.] *Sic S. Aug. in locut. quamuis fateatur non potuisse exprimi in latino, quod in græco est,* ἀκάθαρτος ὢν ἀκάθαρτος ἔσται. *Int. Orig. habet tantum,* immundus erit. ᵞ Permanens.] *Sch.* Samariticus, φιλόνεικος, obstinata. Superius autem παλαιουμένην, veterascentem ipsam dixit pro eo, quod est consenescentem corpori, & insanabilem. ᵟ Fixit se.] *Nimirum tactus, vel lepra. Schol.* Alius, σπαρίζουσα, *quasi corrosione rarefacientem.*

CAP. XIV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Hæc est lex leprosi. Quacũque die mundatus fuerit; & adducetur ad sacerdotem: & exibit sacerdos
B extra castra: & aspiciet sacerdos: & ecce sanatur tactus lepræ a leproso. Et præcipiet sacerdos: & sument ei, qui mundatus est, ᵅ duas auiculas viuentes mundas, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum. Et præcipiet sacerdos: & iugulabunt auiculam vnam in vase testaceo super aquam viuentem: & auiculã viuentem sumet illam, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum: & tinget ea, & auiculam viuentẽ in sanguine auiculæ iugulatæ super aquã viuentem: & asperget super mundatum a lepra septies: Et mundus erit. Et emittet auiculam viuentem in campum: & lauabit mundatus vestimenta sua, & radetur omnẽ pilum suum, & lauabitur in aqua: & mundus erit.
C Et posthæc ingredietur in castra, & manebit extra domũ suam septem dies. Et erit die septimo, radetur omnem pilum suum, caput suum, & barbam, & supercilia, & omnem pilum suum radetur: & lauabit vestimenta: & lauabitur corpus eius aqua: & mundus erit. Et die octauo sumet duos agnos sine macula anniculos, & ouẽ sine macula anniculam, & tres decimas similæ in sacrificium cõspersæ in oleo, & ᵝ cotylam olei vnam. Et sistet sacerdos mundans, hominem qui mundatur, & hæc ante Dominum ad ostium tabernaculi testimonij. Et sumet sacerdos agnum vnum: & offeret eum qui delicti, & cotylã olei: & separabit ea separationem ante Dominum. Et iugulabunt agnum in loco, in quo iugu-
D lant holocaustomata, & ea, quæ pro peccato, in loco sancto. Est enim illud pro peccato, sicut illud delicti, est sacerdoti. Sancta sanctorum sunt. Et sumet sacerdos de sanguine eius, qui delicti: & imponet sacerdos super pennã auris dexteræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus dextræ, & super summitatem pedis dextri: Et sumens sacerdos de cotyla olei, effundet super manum sacerdotis sinistram: et tinget digitum dextrum de oleo, quod est super manum suã sinistram. Et sparget digito septies ante Dominum. Residuum autem oleũ, quod est in manu, imponet sacerdos super pennã auris dextræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus dextræ, et super summitatẽ pedis dextri, et su-
E per locũ sanguinis eius, qui delicti. Residuum autem oleũ, quod in manu sacerdotis, imponet sacerdos super caput eius; qui mundatus est: et exorabit pro eo sacerdos ante Dominũ. Et faciet sacerdos illud quod pro peccato, et exorabit sacerdos pro eo, qui mundatur a peccato eius. Et post hoc iugulabit sacerdos holocaustũ, et offeret sacerdos holocaustum: et sacrificiũ super altare ante Dominũ: et exorabit pro eo sacerdos; et mundabitur. Si autẽ paupertate laboret, et manus eius non inueniat; sumet agnum vnum, in quod deliquit in demptionem, vt exoret pro eo, et decimã similæ conspersæ in oleo in sacrificiũ, et cotylam olei vnã, et duas turtures, vel duos pullos columbarum, quæcumque inuenit manus eius

& erit vnum pro peccato, & vnū in holocaustum: & afferet ea die octauo, vt ipse A
mundetur, ad sacerdotē, ad ostium tabernaculi testimonij ante Dominum. Et
sumens sacerdos agnum delicti, & cotylam olei, imponet ea impositionem ante Dominū: & iugulabit agnum, qui delicti: & sumet sacerdos de sanguine, qui delicti: & imponet super pennam auris dextræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus dextræ, & super summitatem pedis dextri: & de oleo effundet sacerdos in manum sacerdotis sinistram: & asperget sacerdos digito dextro de oleo, qui in manu eius, sinistra, septies ante Dominum: & imponet sacerdos de oleo, qui in manu eius super pennam auris dextræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus eius dextræ, & super summitatem pedis eius dextri, in locū B
sanguinis, eius qui delicti. Residuum autem de oleo, quod est in manu sacerdotis, imponet super caput mundati: & exorabit pro eo sacerdos ante Dominum. & faciet vnam de turturibus, vel de pullis columbarum, sicut inuenit eius manus, vnum pro peccato, & vnum in holocaustum simul cum sacrificio: & exorabit sacerdos pro eo, qui mundatur ante Dominum. Hæc lex eius, in quo est tactus lepræ, & non inuenit manu ad mundationem suam. Et locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: cum ingressi fueritis in terram Chananæorum, quam ego do vobis ʏ in possessione, & dabo tactum lepræ in domibus terræ possessæ vobis; & veniet cuius est ipsius domus, & adnunciabit sacerdoti, di- C
cens, quasi tactus visus est mihi in domo; & præcipiet sacerdos vasis vacuare domum, priusquam ingressus sacerdos videat tactum, & non fiant immunda, quæcumque fuerint in domo: & post hæc ingredietur sacerdos ad cognoscendam domum· & aspiciet tactum: & ecce tactus in parietibus domus, cauitates viridantes, vel rubescentes, & aspectus eorum humilior parietibus. Et egressus sacerdos è domo ad ostium domus, & segregabit sacerdos domum septem dies: & redibit sacerdos die septimo, & aspiciet domum: & ecce diffusus est tactus in parietibus domus: & præcipiet sacerdos, & eruent lapides, in quibus est tactus, & eijcient eos extra ciuitatem in locum immundum: & domum radent ab intus D
in circuitu, & effundēt puluerem rasum extra ciuitatem in locum immundum: & sument alios lapides rasos, & ponent pro lapidibus, & puluerē alium sument, & liniēt domum. Si autē redierit rursum tactus, & repullularit in domo, postquam eruti fuerunt lapides, & postquam domus fuerit rasa, & postquam linita; & ingredietur sacerdos, & aspiciet. Si diffusus est tactus in domo; lepra permanens est in domo: immunda est: & destruent domum, & ligna eius, & lapides eius, & omnem puluerem efferent extra ciuitatem in locum immundum. Et qui ingreditur in domum omnibus diebus, quibus segregata est, immundus erit vsque ad vesperam. Et qui dormit in domo, lauabit vestimenta sua, & immun- E
dus erit vsque ad vesperam: & qui manducat in domo; lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam. Si autem accedens intrauerit sacerdos, & viderit, & ecce diffusione diffusus nō est tactus in domo, postquam linita fuit domus; & mundabit sacerdos domum, quia sanatus est tactus: & sumet ad purificandam domum, duas auiculas viuentes mundas, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum: & iugulabit auiculam vnam in vase testaceo super aquam viuentem; & sumet lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum, & auiculam viuentem: & tinget ea in sanguine auiculæ iugulatæ super: & asperget

A in eis super domum septies, & purificabit domum in sanguine auiculæ, & in a-
qua viuente, & in auicula viuente, & in ligno cedrino, & in hyssopo, et in cocco
torto. Et emittet auiculam viuentem extra ciuitatem in campum: et exora-
bit pro domo: et munda erit. Hæc est lex secundum omnem tactum lepræ, et
vlceris, et lepræ vestimenti, et domus, et cicatricis, et significationis, et [δ] splé
dentis, et declarandi qua die immundum, et qua die mundabitur. Hæc est
lex lepræ.

α Duas auiculas.] *Int. Orig. interpretatur duas gallinas. græce est*, δύο ὄρνιθα. β Cotylam.] *S. Aug. in locut. habet*, heminam. *Alij vertunt*, sextarium. γ Possessione.] *Alij codd. habent*, ἐν κλήρῳ, in sorte.
B δ Splendentis] αὐγάζοντος. *Compl.* αὐγάσματος, splédoris.

CAP. XV.

ET locutus est Dominus ad Moysem & Aaron, dicens: Loquere filijs Israel
et dices eis: Viro, viro, cuicumque fuerit fluor ex corpore eius; fluor eius
immundus est; et hæc est lex immunditiæ eius. Fluens genituram e cor-
pore suo ex fluore, quo constitit corpus eius; per fluorem hæc immunditia eius
in eo: [α] omnes dies fluxionis corporis eius, qua constitit corpus eius, per fluxio
C nem, immunditia eius est. Omnis lectus, super quem dormierit super eũ, qui
fluorem seminis patitur, immundus est, & omne vas, super quod sederit super
illud, qui fluorem seminis patitur, immundum erit: & homo quicumque tetige
rit lectum eius, lauabit vestimenta sua, et lauabitur aqua, et immundus erit vs-
que ad vesperam. Et qui sedet super vas, super quod sederit, qui fluorem semi-
nis patitur; lauabit vestimenta sua, et lauabitur aqua, et immundus erit vsque ad
vesperam: et qui tangit carnem eius, qui fluorem seminis patitur, lauabit vesti-
menta, et lauabitur aqua, et immundus erit vsque ad vesperam. Si autem spue
rit is, qui fluorem seminis patitur, super mundum; lauabit vestimenta sua, et la-
D uabitur aqua, et immundus erit vsque ad vesperam. Et omne [β] stramen asini,
in quodcumque ascenderit super illud, qui fluorem seminis patitur, immũdum
erit vsque in vesperam: et omnis tangens, quæcumque fuerint sub eo, immun-
dus erit vsque in vesperam: et qui tollit ea; lauabit vestimenta sua, et lauabitur
aqua, et immundus erit vsque in vesperã: et quæcumq. tetigerit, qui fluorem se-
minis patitur, et manus non lauit aqua; lauabit vestimenta, et lauabit corpus a-
qua, et immundus erit vsque in vesperam: et vas testaceum, quodcumque teti-
gerit, qui fluorem seminis patitur, conteretur: et vas ligneum lauabitur aqua, et
mundum erit. Si autem mundatus fuerit is, qui fluorem seminis patitur, a flu-
E xu suo; et enumerabit sibi septem dies ad purificationem suam, et lauabit vesti-
menta sua, & [γ] lauabit corpus aqua, & mundus erit. Et die octauo sumet sibi
duos turtures, vel duos pullos columbarum, & feret ea ante Dominum ad ia-
nuas tabernaculi testimonij, & dabit ea sacerdoti. Et faciet ea sacerdos, vnum
pro peccato, & vnum in holocaustum: & exorabit pro eo sacerdos ante Domi-
num a fluxu eius. Et homo, cuicumque exierit ex eo concubitus seminis; & la-
uabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsque in vesperam: & omnis
vestis, & omnis pellis, super quam fuerit super eam concubitus seminis; et laua-
bitur aqua, et immunda erit vsque in vesperam. Et mulier, si cubuerit vir cum

ea con-

ea concubitum seminis; & lauabuntur aqua, & immundi erunt vsque in vesperã. A
Et mulier quæcumque fuerit fluens sanguine, & erit fluxus eius in corpore eius; septem dies erit in purgatione sua. Omnis tangens eam erit immundus vsque in vesperam: & omne super quodcumque cubuerit super illud in purgatione sua, immundũ erit: & omne, super quodcumque sederit super illud, immundum erit. Et omnis quicumque tetigerit lectum eius; lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque in vesperam. Et omnis tangens omne vas, in quo sederit super illud, lauabit vestimenta sua, & lauabitur aqua, & immundus erit vsque in vesperam. Si autem dum ea in lecto est vel in vase, in quo sederit super illud tangente eo illam; immundus erit vsque in vesperam. B
Si autem cubitu cubuerit quis cum ea, & facta fuerit immunditia eius super ipsum; immũdus erit septem dies. Et mulier, si fluat fluxu sanguinis plures dies, non in tempore purgationis suæ, si etiam fluat post purgationem suam; omnes dies fluoris immunditiæ eius, sicut dies purgationis eius, erit immũda. Et omnis lectus, super quem cubuerit super illum omnes dies fluoris, secundum lectum purgationis erit ei. Et omne vas, super quod sederit super illud, immundum erit secundum immunditiam purgationis. Omnis tangens eam immundus erit, & lauabit vestimenta, & lauabit corpus aqua, & immundus erit vsque in vesperam. Si autem mundata fuerit a fluore; & enumerabit sibi septem dies C
& post hæc mũdabitur. Et die octauo sumet hæc duos turtures, vel duos pullos columbarum, & feret ea ad sacerdotem ad ostium tabernaculi testimonij. Et faciet sacerdos vnum pro peccato, & vnum in holocaustum: & exorabit pro ea sacerdos ante Dominum a fluore immunditiæ eius. Et abstinentes facietis filios Israel ab immunditijs suis: & non morientur propter immunditiam suam, in eo, quod ipsi inquinent tabernaculum meum, quod in eis. Hæc est lex eius, qui patitur fluorem seminis; & si cui exeat ex eo concubitus seminis, vt inquinetur in eo, & ei quæ patitur fluorem sanguinis in purgatione sua, [δ] & qui patitur fluxum seminis, in fluxu suo, masculo, vel fœmina, & viro, quicumque dor- D
mierit cum mestruata.

α Omnes dies.] *Hæc vsque ad,* omnis lectus, *absunt a Compl. vt a vulgata. Ac sane apparet in his verbis coaceruatio quædam. S. Aug. in locut. hæc tantum refert.* Viro, viro, cuicumque fuerit fluor, & homo, cuicumque exierit ex eo concubitus seminis, & omne, super quodcumque dormit super illud, & omne, super quod sederit super illud, immundum erit. *Legendus accurate Isychius.* β Stramen at ni.] *ὀχύνσμα ὄντι Ita libri veteres. A quibusdam abest vox* ὄντι, *quam tamen esse lxx. interpretũ testatur Isychius.* γ Et lauabit corpus aqua.] *Alij codices habent,* τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι ζῶντι, corpus suũ aqua viua. δ Et qui patitur fluxum seminis in fluxu suo.] *καὶ ὁ γονοῤῥυὴς ἐν τῇ ῥύσει αὐτοῦ. In aliqua editione est, ὁ γονοῤῥυῶν.* & ei, qui effudit semen.

CAP. XVI. E

ET locutus est Dominus ad Moysem, postquam defuncti erãt duo filij Aaron, dum ipsi offerrent ignem alienum ante Dominum, & defuncti sunt. Et dixit Dominus ad Moysem: Loquere ad Aaron fratrem tuum: & non intret omni hora in sanctum interius velamine ad faciem propitiatorij, quod est super arcam testimonij, & non morietur. In nube enim videbor super propitiatorium. Sic intrabit Aaron in sanctum, in vitulo ex bobus pro peccato &

A * arietem in holocaustum; & tunicam lineam sanctificatam induet: & femorale * lineum erit super corpus eius, & zona linea cingetur, & cidarim lineam circumponet: vestimenta sancta sunt: & lauabit aqua omne corpus suum, & induet ea. Et a synagoga filiorum Israel accipiet duos hircos ex capris pro peccato, & arietem vnum in holocaustum. Et offeret Aaron vitulum, qui pro peccato suo, & exorabit pro se & domo sua. Et sumet duos illos hircos, & statuet eos ante Dominum apud ostium tabernaculi testimonij, & imponet Aaron super duos hircos sortes, sortem vnam Domino, & sortem vnam γ emissario. Et adducet Aaron hircum, super quem superuenit super eum sors Domino, & offeret pro
B peccato: & hircum super quem superuenit super eum sors emissarij, statuet eum viuentem ante Dominum, ad exorandum super eum, vt emittat eum in emissione & dimittet eum in desertum. Et adducet Aaron vitulũ qui pro peccato suo, & exorabit pro seipso, & domo: & iugulabit vitulum pro peccato suo: & sumet thuribulum plenum carbonum ignis de altari, quod est coram Domino: & implebit manus incenso compositionis subtilis, & inferet intra velum: & imponet incensum super ignem ante Dominum: & operiet vapor incensi propitiatorium, quod est super testimonia: & non morietur. Et sumet de sanguine vituli, & asperget digito super propitiatorium ad orientem: ad faciem propitiatorij
C asperget septies de sanguine digito: & iugulabit hircum, qui pro peccato, eum qui pro populo, ante Dominum, & inferet de sanguine eius intra velum, & faciet sanguinem eius, quemadmodum fecit sanguinem vituli: & asperget sanguinem eius super propitiatorium, secundũ faciem propitiatorij: & exorabit * sanctum ab immunditijs filiorum Israel, & ab iniustitijs eorum pro omnibus peccatis eorum. Et sic faciet tabernaculo testimonij, quod creatum est in eis in medio immunditiæ eorum. Et omnis homo non erit in tabernaculo testimonij, ingrediente eo ad exorandum in sancto, donec exierit. Et exorabit pro seipso, & domo sua, & pro omni synagoga filiorum Israel. Et egredietur ad altare, quod
D est ante Dominum, & exorabit super illud, & sumet de sanguine vituli, & de sanguine hirci, & imponet super cornua altaris in circuitu. Et asperget super illud de sanguine septies digito, & mũdabit illud, & sanctificabit illud ab immũditijs filiorum Israel. Et perficiet exorans sanctum, & tabernaculum testimonij & altare: & pro sacerdotibus mundabit. Et adducet hircum illum viuentem; & imponet Aaron manus suas super caput hirci viuentis & confitebitur super eo omnes iniquitates filiorum Israel, & omnes iniustitias eorum: & imponet eas super caput hirci viuentis: & emittet in manu hominis parati in eremum. Et tollet hircus super seipsum iniustitias eorum in terram inuiam. Et emittet hircum in
E eremum. Et egredietur Aaron in tabernaculum testimonij, & exuet stolam lineam quam induerat, ingrediente eo in sanctum: & deponet eam ibi: & lauabit corpus suum aqua in loco sancto, & induet stolam suam: & exiens faciet holocaustum suum, & holocarpoma populi: & exorabit pro se, & pro domo sua, & pro populo, sicut pro sacerdotibus: & adipem qui pro peccatis, offeret super altare. Et qui emittit hircum segregatum in dimissionem; lauabit vestimenta, & lauabit corpus suum aqua, & post hæc ingredietur in castra. Et vitulum qui pro peccato, & hircum qui pro peccato, quorum sanguis illatus est ad exorandum in sancto, efferent ea extra castra, & comburent ea in igni, & pelles

eorum,& carnes eorum,& fimum eorum. Qui autẽ combusserit ea; lauabit ve- A
stimenta,& lauabit corpus suum aqua;& post hæc ingredietur in castra. Et erit hoc vobis legitimum sempiternum in mense septimo,in decima mensis Humiliabitis animas vestras , & omne opus non facietis indigena , & proselytus,qui appositus est in vobis . In hac enim die exorabit pro vobis ad mundandum vos ab omnibus peccatis vestris ante Dominum,& mundabimini. Sabbata sabbatorum, ε requies hæc erit vobis:& humiliabitis animas vestras legitimum sempiternum. Exorabit sacerdos,quem vnxerint eum, & quem consummauerint manus eius ad fungendum sacerdotio post patrem eius : & induet stolam lineam ,
stolam sanctam:et exorabit sanctum sancti,et tabernaculum testimonij,et alta- B
re exorabit,et pro sacerdotibus,et pro omni synagoga exorabit. Et erit hoc vobis legitimum sempiternum ad exorandum pro filijs Israel ab omnibus pecatis eorum:semel in anno fiet.sicut præcepit Dominus Moysi.

α Et arietem.] καὶ κριὸν, *vt subintelligatur*, adducens. *Alij codices habent*, κριῷ, ariete. β Lineum.] *Sch.* τὸ λινοῦν, καὶ λινῆν (στολὴν ἄλλος φησὶ διπλοῦν, καὶ διπλῆν. lineum , & lineam stolam alius inquit duplex , & duplicem. γ Emissario.] *Sic B. Augus. Int. Orig. retinuit vocabulum græcum Apopompæi.* Aquila, κλῆρος εἷς, κεκρατημένος. καὶ εἷς, ἀπερχόμενος. sors vna, retentus, vna, abscendens. *Isychius autem in hunc locum hæc habet*, cuius autem rei gratia non immolatur, qui ad confirmatũ deputatus est, sicut Aquila edidit? Quis autem sit confirmatus, siue fortis, *&c. vt* κεκρατημένον *videatur accepisse, hircum, qui viuus relinquitur. Theodoretus q. 22. citans illa verba inferius posita*, & tollet hircus super seipsum, *&c. addit, Symm. ipsum apopompæum interpretatum esse*, εἰς τράγον ἀπερχόμενον ὥστε ἀποπέμψαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν, in hircum abscedentem , ad emittendum eum in emissionem: *Aquilam vero*, εἰς τράγον ἀπολυόμενον εἰς τὴν ἔρημον, in hircum qui soluitur in deserto. *In Scholio etiam Apollinaris refertur ex Symm.* τράγον ἀπερχόμενον. δ Et exorabit sanctum.] *B. Aug. q. 53. habet*, & exorabit pro sanctis, *testatur tamen in codice Græco, qui emendatior videbatur , se legisse ,* τὸ ἅγιον. *quomodo autem exoretur, ac propicietur sanctum, disputat in ea, ac duab. sequentib. quæstionibus, ac quæst. quidẽ 55. inquit*, An potius, exorabit, dictum est, exorando purgabit. ε Requies.] *Abest hæc dictio a Compl. & videtur esse ex alia interpretatione: habet tamen fortasse Theodoretus. Isychius in cap. 19.* Sicut vno existẽte speciali sabbato , septima videlicet die, omne aliud legitimum ocium sabbatum appellatur , sic cum generalis , *&c.*

CAP. XVII.

D

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicẽs: Loquere ad Aaron , et ad filios eius, et ad omnes filios Israel, et dices ad eos. Hoc est verbum, quod mandauit Dominus dicens. Homo, homo filiorum Israel , α vel proselytorum, qui appositi sunt in vobis, quicumque iugulauerit vitulum, aut ouem, aut capram in castris, et quicumque iugulauerit extra castra, et ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit, vt faciat illud in holocaustũ vel salutare Domino, acceptum in odorem suauitatis, Et quicumque iugulauerit extra, et ad ostium tabernaculi testimonij nõ attulerit illud, vt offerat munus Domino ante tabernaculum Domini; et imputabitur homini illi sanguis : sanguinem effudit, disper- E
detur anima illa ex populo suo. Vt offerãt filij Israel sacrificia sua, quæcumq. ipsi iugulauerint in campis : et ferent Domino ad ostia tabernaculi testimonij ad sacerdotẽ; et sacrificabunt sacrificium salutaris Domino ea; et effundet sacerdos sanguinem super altare in circuitu ante Dominũ apud ianuas tabernaculi testimonij, et offeret adipem in odorẽ suauitatis Domino. Et non sacrificabunt amplius sacrificia sua vanis, quibus exfornicãtur post eos. Legitimum sempiternum erit vobis in progenies vestras. Et dices ad eos: Homo, homo filiorum Israel, vel de filijs proselytorum, qui appositi sunt in vobis, quicumque fecerit ho-

locaustum

A locaustum vel sacrificium, et ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit, vt
faciat illud Domino; disperdetur homo ille de populo suo. Et homo, homo fi
liorum Israel, aut de proselytis, qui appositi sunt in vobis, quicumq. ederit om-
nem sanguinē; et statuam faciem meam super animā, quæ manducat sanguinē,
et perdam illam de populo suo: anima enim omnis carnis, sanguis eius est. Et
ego dedi illud vobis ad altare ad exorādum pro animabus vestris: sanguis enim
eius pro anima exorabit. Propterea dixi filijs Israel: omnis anima ex vobis non
edet sanguinem: et proselytus qui appositus est in vobis, non edet sanguinem. Et
homo homo filiorum Israel, vel proselytorum, qui appositi sunt in vobis, qui-
B cumque venatus fuerit venationem, bestiam vel volatile, quod comedet; et ef-
fundet sanguinem, et operiet eum terra. Anima enim omnis carnis sanguis eius
est. Et dixi filijs Israel. Sanguinē omnis carnis non manducabitis; quoniam
anima omnis carnis sanguis eius est: omnis qui comedit illum, exterminabitur.
Et omnis anima quæcumque comedet morticinum, vel a fera captum in indige
nis vel in proselytis; lauabit vestimenta sua, et lauabitur aqua, & immundus erit
vsque in vesperam, et mundus erit. Si autem non absterserit vestimenta, et cor
pus non lauerit aqua; et accipiet iniquitatem suam.

C a Vel proselytorum, qui appositi sunt in nobis.] *Hæc verba absunt ab aliquot exemplaribus.*

CAP. XVIII.

ET ait Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos.
Ego Dominus Deus uester. Secundum instituta Ægypti, in qua a habi-
tastis in ea, non facietis: & secundum instituta terræ Chanaan, in quam
ego induco uos illuc, non facietis, & in legitimis eorū non ambulabitis. Iudi-
cia mea facietis, & præcepta mea custodietis, & ambulabitis in eis. Ego Do-
D minus Deus vester. Et custodietis omnia præcepta mea, & omnia iudicia mea,
& facietis ea: b quæ si fecerit ea homo, viuet in eis. Ego Dominus Deus vester.
Homo, homo ad omnia domestica carnis suæ non ingredietur ad reuelandā tur-
pitudinem. Ego Dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris
tuæ non reuelabis: γ mater enim tua est: non reuelabis turpitudinem eius. Tur-
pitudinē vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo patris tui est. Turpitudinē
sororis tuæ ex patre tuo, aut ex matre tua, quæ domi nata est, vel quæ foris nata
est, nō reuelabis turpitudinē earum. Turpitudinem filiæ filij tui, vel filiæ filiæ
tuæ non reuelabis turpitudinem earum; quoniā turpitudo tua est. Turpitudi-
E nem filiæ vxoris patris tui non reuelabis: ex eodem patre soror tua est: non reue
labis turpitudinem eius. Turpitudinem sororis patris tui non reuelabis: dome
stica enim patris tui est. Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis: & ad v-
xorem eius non introibis: cognata enim tua est. Turpitudinem nurus tuæ non
reuelabis: vxor enim filij tui est: non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudi-
nem vxoris fratris tui non reuelabis: turpitudo fratris tui est: turpitudinem uxo
ris, & filiæ eius non reuelabis: filiam filii eius, & filiam filiæ eius non accipies ad
reuelandū turpitudinem earum: domesticæ enim tuæ sunt. impium factum est,
δ uxorem super sororem eius non accipies pellicem ad reuelandam turpitudi-
nem

nem eius ſuper eã, adhuc uiuente ea. Et ad mulierem in ſegregatione immun- A
diciæ eius non accedes reuelare turpitudinẽ eius. Et ad uxorem proximi tui
non dabis concubitum ſeminis tui, inquinari ad eam. Et a ſemine tuo non
dabis ſeruire ᵋ principi:& non prophanabis nomen ſanctum. Ego Dominus:
Et cum maſculo non cubabis concubitum muliebrẽ: ζ abominatio enim eſt:&
ad omne quadrupes non dabis concubitum tuum in ſeminationem, vt inquine-
ris ad illud:& mulier non ſtabit ad omne quadrupes, vt inſcendatur. Sceleſtum
enim eſt. Ne inquinemini in omnibus his. In omnibus enim his inquinatæ
ſunt gentes, quas ego emitto a facie veſtra:& inquinata eſt terra: & retribui iniu
ſtitiam ipſis propter eam:& exhorruit terra eos, qui inſident ſuper eam. Et cu- B
ſtodietis omnia legitima mea,& omnia præcepta mea, & non facietis de omni
bus abominationibus his, indigena,& additus proſelytus in vobis. Omnes enim
abominationes has fecerunt homines terræ, qui erant ante vos: & inquinata
eſt terra:& vt non exhorreſcat vos terra, dum vos illam inquinatis, quemadmo
dum exhorruit gentes, quæ ante vos; quoniam omnis, quicumque fecerit de o-
mnibus abominationibus his, exterminabuntur animæ, quæ faciunt, de popu-
lo ſuo. Et cuſtodietis præcepta mea, vt non faciatis de omnibus legitimis abo
minatis, quæ facta ſunt ante vos:& non inquinabimini in eis; quoniam ego Do-
minus Deus veſter. C

α Habitaſtis.] *κατῳκήσατε. Ita LL.VV. & Clemẽs Alex. l. 2. ſtromatum. in aliquot codd. eſt,* παρῳκήσατε, inco luiſtis. β Quæ ſi fecerit.] *ἃ ποιήσας αὐτά. Clemens Alex. habet,* ὁ ποιήσας αὐτά, qui fecerit ea. *Et ſic legitur in quibuſdam codd.* γ Mater enim tua eſt.] *S. Aug. q. 58. videtur legiſſe,* turpitudo enim eorum eſt. *& notat in matre eſſe utriuſq. turpitudinem, in nouerca tantum patris.* δ Vxorem ſuper ſororem.] *συνοικῆσαι ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ ἀντίζηλον. D. Aug. q. 63. ſic habet,* ſuper vxorem ſororem eius non accipies in zelum. ε Principi.] *ἄρχοντι, Theodoretus q. 25.* hebraicum habet Moloch, & ceteri interpretes ſic poſuerunt. *B. etiam Aug. q. 66. interpretatur,* principi, qui pro Deo colitur. ζ Abominatio.] *Teſtatur Iſychius Symmacum uertiſſe,* ineffabile, *Aquilam,* infectum. η Exhorruit.] *Sic S. Aug. in locut. Queſt. autem 57.* exhorrebit. *Græce eſt,* προσώχθισεν. *Theodotio,* ἀπέβαλεν abiecit. *Aquila,* ἐξῆρεν *ſuſtulit Symm.* ἐξέμεσεν, euomuit.

D

CAP. XIX.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere ſynagogæ filiorũ Iſ-
rael,& dices ad eos: Eſtote ſancti; quia ſanctus ego Dominus Deus veſter.
Vnuſquiſque patrem ſuum,& matrem ſuam timeat. Et ſabbata mea cu-
ſtodietis: Ego Dominus Deus veſter. Non ſequimini Idola, & Deos fuſiles non
facietis vobis: Ego Dominus Deus veſter. Et, ſi ſacrificetis ſacrificium ſaluta-
ris Domino; ᵃ acceptum veſtrum ſacrificabitis. Qua vtique die ſacrificabitis;
comedetur, & craſtina. Et ſi reſiduum fuerit vſque in diem tertiam; in igni cõ- E
buretur. Si autem manducatione manducatum fuerit die tertia; in ſacrifi-
cabile eſt: non acceptabitur. Qui autem manducat illud; peccatum accipiet:
quoniam ſancta Domini prophanauit: & diſperdentur animæ, quæ comede-
rint, de populo ſuo. Et permetentibus vobis meſſem terræ veſtræ, non perfi-
cietis meſſem veſtram agri tui per metere: & quæ de meſſione tua deciderint,
non colliges:& vineam tuam non reuindemiabis: neque grana vineæ tuæ colli-
ges: mendico, & proſelyto derelinques ea: Ego ſum Dominus Deus veſter.
Non furtum facietis: non mentiemini: neque calumniam faciet vnuſquiſque
pro-

A proximo suo. Non iurabitis nomine meo super iniusto: & non prophanabitis nomen sanctum Dei vestri: Ego sum Dominus Deus vester. Non nocebis proximo, & non rapies. Non dormiet merces mercenarij tui vsque mane. Non maledices surdum: & ante cæcum non appones scandalum. Et timebis Dominum Deum tuum: Ego sum Dominus Deus vester. Non facietis iniustum in iudicio: non sumes faciem mendici: γ neque admiraberis faciem potentis. In iustitia iudicabis proximum tuum: non ambulabis dolo in gente tua: non δ instabis in sanguinem proximi tui: ego sum Dominus Deus vester. Non odio
B habebis fratrem tuum animo tuo: arguendo argues proximum tuum: & non accipies propter istum, peccatum. Et non ε vindicabitur manus tua & non irasceris filijs populi tui. Et diliges proximum sicut teipsum. Ego sum Dominus: legem meam custodietis. Peçora tua non dabis in admissuram animali diuersi generis. Et vineam tuã non seminabis ζ differentem. Et vestimentũ ex duobus textum adulteratum non inijcies tibi ipsi. Et si quis cubuerit cũ muliere cubitum seminis, & hæc fuerit famula reseruata homini, & hæc redemptionibus redempta non est, libertas ei data non est; animaduersio erit eis: non morientur: quia in libertatem vindicata non est. Et adducet delicti sui Domino
C apud ostium tabernaculi testimonij arietem delicti. Et exorabit pro eo sacerdos in ariete delicti ante Dominum pro peccato, quod peccauit: & remittetur ei peccatum, quod peccauit. Quando autem ingressi fueritis in terram, quam Dominus Deus vester dat vobis, & plantaueritis omne lignum η manducabile; & θ circummundabitis immunditiam eius. Fructus eius tres annos erit vobis immundus: non comedetur. Et anno quarto erit omnis fructus eius sanctus laudabilis Domino. In anno autem quinto comedetis fructum: adiectio est vobis genimina eius. Ego sum Dominus Deus vester. ι Non edetis super mõtes, & non augurabimini, neque auspicabimini. Non facietis κ sisoem ex coma
D capitis vestri: neque corrumpetis λ aspectum barbæ vestræ. Et incisiones non facietis super μ animam in corpore vestro: Et ν litteras impressas non facietis in vobis. Ego sum Dominus Deus vester. Non prophanabis filiã tuam prostituẽdo eam, & non fornicabitur terra, & terra implebitur ξ iniquitate. Sabbata mea custodietis: & a sanctis meis timebitis. Ego sum Dominus. Non sequimini ο ventriloquos, & incantatoribus non adhærebitis, vt inquinemini in eis. Ego sum Dominus Deus vester. A facie cani exurges: & honorabis faciem senioris. Et timebis Deum tuum: Ego sum Dominus Deus vester. Si quis autem aduenerit vobis aduena in terra vestra; non affligetis eum: tanquam indigena erit in
E vobis proselytus accedens ad vos: & diliges eum sicut teipsum: quoniam proselyti fuistis in terra Ægypto. Ego sum Dominus Deus vester. Non facietis iniustum in iudicio, in mensuris, & in ponderibus, & in stateris. Stateræ iustæ & pondera iusta, & congius iustus erit in vobis. Ego sum Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti: & custodietis omnem legem meam, & omnia præcepta mea, & facietis ea. Ego sum Dominus Deus vester.

A eius. Eteritis sancti, quia sanctus ego Dominus Deus vester. Etcusto dietis præcepta mea, & facietis ea. Ego Dominus qui sanctifico vos. Homo, homo, quicumque [δ] maledixerit patrem suum, vel matrem suam, morte moriatur: patrem suum, vel matrem suam maledixit? reus erit. Homo quicumque adulterauerit vxorem viri, aut quicumque adulterauerit vxorem proximi; morte moriatur quæ adulterat, & qui adulteratur. Et si quis dormierit cum vxore patris sui; turpitudinem patris sui reuelauit: morte moriantur: vtrique rei sunt. Et si quis dormierit cum nuru sua, morte moriantur vtrique: im-
B pie enim egerunt: rei sunt. Et quicumque cubuerit cum masculo cubitum mulieris; abominationem fecerunt vtrique: morte moriantur: rei sunt. Quicumque acceperit mulierem, & matrem eius; iniquitas est: in igni comburent eum & eas: & non erit iniquitas in vobis. Et quicumque dederit concubitum suum in quadrupede; morte moriatur: & quadrupedem occidetis. Et mulier quæcumque accesserit ad omne pecus, ascendi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei sunt. Quicumque acceperit sororem suam ex patre suo, aut ex matre sua, & viderit turpitudinem eius, & ipsa viderit turpitudinem illius; improperium est: exterminabuntur in conspectu filiorum [ε] generis eo-
C rum: turpitudinem sororis suæ reuelauit: [ζ] peccatum accipient. Et vir quicúque dormierit cum muliere menstruata, & reuelauerit turpitudinem eius; fontē eius reuelauit, & ipsa reuelauit fluxum sanguinis sui: exterminabūtur vtrique de progenie ipsorum. Et turpitudinem sororis patris tui, & sororis matris tuæ non reuelabis: consanguinitatem enim reuelauit: peccatum reportabunt. Quicumque dormierit cum [a] cognata sua; turpitudinem cognationis suæ reuelauit; sine filijs morientur. Quicumque acceperit vxorem fratris sui; immunditia est: turpitudinem fratris sui reuelauit: sine filijs [β] morientur. Et custodite omnia præcepta mea, & iudicia mea: & facietis ea: [γ] & non exhorrescet vos
D terra; in quam ego introduco vos illuc ad habitandum super eam. Et non ambulate legitimis gentium, quos expello a vobis: quoniam hæc omnia fecerunt, & abominatus sum eos. Et dixi vobis: Vos hæreditabitis terram eorum: & ego dabo vobis eā in possessione, terram fluentē lac & mel. Ego Dominus Deus vester, qui distinxi vos ab omnibus gentibus. Et segregabitis vosmetipsos inter mediū pecorum mundorū, & inter medium pecorum immundorū, & inter mediū volucrum mundarū & immundarū. Et non execrabiles facietis animas vestras in pecoribus & in volucribus & in omnibus reptilibus terræ, quæ ego segregaui vobis in immunditiam. Et eritis mihi sancti: quia ego sanctus sum Domi-
E nus Deus vester: qui segregaui vos ex omnibus gentibus, vt sitis mihi. Et vir aut mulier, quicumque eorum fuerit ventriloquus, aut incantator; morte moriantur ambo: lapidibus lapidabitis eos: rei sunt.

[a] Principi.] *Isychius*, Olim ergo prohibens de semine suo Moloch, siue secundum lxx. principi dari. Erat autem hoc idoli cuiusdam, vel dæmonis nomen, secundū quod Stephanus Amos introduxit dicentē, & recepistis tabernaculum Moloch, *&c.* [β] Despectione.] *Schol.* Alius, *ἐὰν κρύψει κρύψωσιν οἱ λαοὶ τῆς γῆς*. si occultatione occultauerint populus terræ. [γ] Ipse.] *Alij libri*, *ὥστε ἐκπορνεύειν αὐτούς*, vt ipsi fornicarentur. *Nostra conuenit cum vulgata*, vt fornicarētur cum Moloch. *S. Aug. q.* 72. ita vt fornicentur principes, (*videtur legendum*, in principes) de populo suo: *&* *addit*, Non de populo suo principes, sed de populo suo fornicētur. Eos quippe principes vult hic intelligi, qui pro dijs colebantur: sicut Apostolus dicit, *&c.* *Ista*

tamen de populo suo, *videntur referenda ad verbum illud praecedens*, & perdam. ♪ Maledixerit.] [illegible] Scholion, Alius inquit, [illegible], execratus fuerit. ɛ Filiorum.] *Sic testatur Isychius dixisse lxx. S. Aug. q. 75.* in conspectu generis sui. ζ Peccatum.] *In aliquot codicibus est*, ἁμαρτίαν αὐτοῦ λήψεται, peccatum suum accipiet. S. *Aug. ibidem*, peccatum suum accipient: *quod conuenit cum vulgata.* ɳ Cognata.] *Vulgata*, cum vxore patrui, vel auunculi sui. *Legendus S. Aug. quaest 76.* θ Morientur.] *Scholion, pro eo, quod est*, non reputabitur semen eius in filios. *quod etiam est S. Aug. ibidem. Testatur Isychius Symmachū, & Theodotionem edidisse*, sine filijs erunt. ι Exhorrescet.] *Isychius*, Hoc est enim euomere, quod & Symmachus, similiter & Theodotion abijcere edidit. A

CAP. XXI.

B

ET dixit Dominus ad Moysem, dicens: Dic sacerdotibus filijs Aaron, & dices ad eos. In animabus non inquinabuntur in gente eorum, nisi in propinquo; qui proximus est eis: super patrē, & matrē, & filios, & filias, super fratrē & super sororem virginem, quae propinqua est ei, quae tradita non est viro. Super his inquinabitur. Non ᵃ inquinabitur subito in populo suo ad prophanationem suam. Et caluitium non rademini ᵇ caput super mortuum: & aspectum barbae non radent: & super carnes suas non secabunt sectiones. Sancti erunt Deo suo: & non prophanabunt nomen Dei sui. Sacrificia enim Domini munera Dei sui, ipsi offerunt, & erunt sancti. Mulierem meretricem, & prophanam non accipient, & mulierem eiectam a viro suo; quoniam sanctus est Domino Deo suo. Et sanctificabis eum: munera Domini Dei vestri iste offert: sanctus erit: quoniam sanctus ego Dominus, qui sanctifico eos. Et filia hominis sacerdotis si prophanata fuerit ad fornicandum; nomen patris sui ista prophanat: super ignē comburetur. Et sacerdos ᵞ magnus ex fratribus suis, cui fusum est super caput ex oleo ᵟ Christo, & qui ᵋ consummatus est ad induenda vestimenta, caput ᶻ non nudabit cidari, & vestimenta non scindet, & ad omnē animā mortuam non introibit: super patrē suum, & super matrem suam non inquinabitur: & de sanctis non exibit: & non prophanabit sanctificatum Dei sui: quoniam sanctum oleum Christum Dei super ipsum. Ego Dominus. Hic vxorem virginem de genere suo accipiet: viduam autem, & eiectam, & prophanatam, & meretricem, has non accipiet: sed virginem ex populo suo, accipiet vxorem: & non prophanabit semen suum in populo suo. Ego Dominus, qui sanctifico eum. Et locutus est Dominus ad Moysem dicens: Dic ad Aaron: Homo de genere tuo in progenies vestras, cuicumque fuerit in eo macula, non ingredietur ad offerendum munera Dei sui. Omnis homo, cui est in eo macula non ingredietur: homo caecus vel claudus, vel naso mutilato, vel auribus sectis vel homo, cuicumque fuerit in eo confractio manus, vel confractio pedis, vel gibbosus, vel ᵑ ephelus, vel ᶿ maculosus oculos, vel homo, cui fuerit in eo scabies agrestis, vel impetigo, vel vnicus testiculus, omnis homo, cui est in eo macula ex semine Aaron sacerdotis, non appropinquabit ad offerendum sacrificia Deo suo, quoniam macula est in eo: munera Dei non ingredietur offerre, munera Dei, sancta sanctorum, & de sanctis comedet. Tantummodo ad velamen non ingredietur, & ad altare non appropinquabit: quoniam maculam habet. Et non prophanabit sanctum Dei sui: quoniam ego sum Dominus, qui sanctifico eos. Et locutus est Moyses ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Israel.

A α Non inquinabitur subito.] *Hæc agnoscuntur ab Isychio esse ex lxx. pro quibus in vulgata est*, sed nec in principe populi sui contaminabitur. *A Compl. abest illud proxime præcedēs μιανθήσεται, & ita in ea legitur, ὅτι τόποις ὁ μιανθήσεται ἐξάπινα ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ*, super his non contaminabitur subito in populo suo, &c. β Caput.] *Non habet istam dictionem S. Aug. in locut. sed est hebraismus.* γ Ex fratribus suis.] *Sic Int. Orig. hom.* 12. *& Isychius ex lxx.* maximus de fratribus eius. *S. Aug. q.* 29. magnus corā fratribus suis. δ Christo.] *τῷ χριστῷ. Ita S. Aug. q. eadem, & addit*, ipsum oleum appellat scriptura Christum. *In Compl. est, τῷ χρίσματος, & Int. Orig.* cui infusum est super caput eius oleum christmatus. *Paulo post tamē vbi idem Interpres habet*, oleum christmatus, *etiam Compl. habet, ἐλαίου τὸ χριστόν.* ε Consummatus.] *Alij codices addunt. τὰς χεῖρας, & S. Aug. q.* 80. consummatus manus induere vestimenta. *Et Isychius*, & consecratas sui e manus, siue vt lxx. consummatas. *Compl. addit præterea αὐτοῦ, & Int. Orig.* & perfectas habet manus suas. ζ Non nudabit.] *vel vt S. Aug.* non reteget. *Schol.* Alius inquit, οὐκ ἀποκιδαρώσει, non nudabit mitra. η Ephelus.]
B ἔφηλος, *In Compl. additur ἔφηλος τοῖς ὀφθαλμοῖς, & vertitur*, lippus oculos. *Vulgata etiam habet*, lippus. *& ita videtur interpretari Isychius; inquit autem Aquilam pro hoc edidisse suffusionem. Schol.* Ephelus, morbus est, qui nouit denigrare faciem in summa cute, in ipsa se ostendens fronte & superciliis. θ Maculosus oculos.] *Schol.* πτίλος autem τοῖς ὀφθαλμοῖς est ille, qui parum quidem abest, quin cernat, sed id sane, atque integre facere non potest: cuiusmodi quidem sunt hæreticorum filij. *Isychius vt vulgata*, habens albuginem, *& non affert varietatem ex lxx.*

CAP. XXII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic Aaron, & filijs eius: &
C attendant a sanctis filiorum Israel: & non prophanabunt nomen sanctum
meum; quæcumque ipsi sanctificant mihi. Ego Dominus. Dices illis.
In progenies vestras omnis homo, quicumque accesserit ab omni semine vestro
ad sancta, quæcumque sanctificauerint filij Israel Domino, & fuerit immunditia
eius in illo, exterminabitur anima illa a me. Ego Dominus Deus vester. Et
homo ex semine Aaron sacerdotis, & hic laborat lepra, vel patitur fluorem seminis;
de sanctis non comedet; donec mundatus fuerit. Et quicumque tetigerit
omnem immunditiam animæ, vel homo cuicumque exierit ex eo cubitus
seminis, vel quicumque tetigerit omne reptile immundum, quod inqui-
D nabit eum, vel super hominem, in quo inquinabit ipsum secundum omnem
immunditiam eius; anima quæcumque tetigerit ea, immunda erit vsque ad
vesperam: non edet de sanctis; nisi lauerit corpus suum aqua, & occiderit sol:
& mundus erit: & tunc edet de sanctis, quoniam panis eius est. Morticinum,
& a fera captum non comedet ad inquinandum se in ijs. Ego Dominus.
Et custodient custodias meas; vt non accipiant propter eas peccatum,
& moriantur propter eas; si prophanauerint eas. Ego Dominus Deus, qui sanctifico
eos. Et omnis alienigena non comedet sancta. Inquilinus sacerdotis,
vel mercenarius non comedet sancta. Si autem sacerdos possederit animam
E emptam argento; hic edet de panibus eius. Et vernaculi eius, & hi edent de panibus
eius. Et filia hominis sacerdotis, si fuerit viro alienigenæ; hæc de primitijs
sancti non edet. Et filia sacerdotis si facta fuerit vidua, vel eiecta, semen
autem non fuerit ei; redibit in domum paternam secundum iuuentutē suam:
de panibus patris sui comedet. Et omnis alienigena non comedet de eis. Et
homo, quicumque comederit sancta per ignorationem; & addijciet quintas
illius super illud: & dabit sacerdoti sanctum. Et non prophanabunt sancta filiorum
Israel, quæ ipsi segregant Domino, & inducent super seipsos iniquitatē
delicti, dum ipsi comedunt sancta eorum: quia ego Dominus, qui sanctifico eos.
Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens. Loquere ad Aaron, & filijs eius, &

omni synagogæ Israel: & dices ad eos: Homo, homo de filijs Israel, vel de proselytis, qui adiecti sunt ad eos in Israel, quicumque obtulerit munera sua secundum confessionem suam, vel secundum omnem electionem ipsorum, quæcumque obtulerint Domino in holocaustoma; accepta vobis sine macula, masculina, ex armentis boum, vel ex ouibus, vel ex capris. Omnia, quæcumque habuerint maculam in se, non adducent Domino: propterea quod non acceptum erit vobis. Et homo, quicumque obtulerit sacrificium salutaris distinguens votum, vel secundum electionem, vel in festiuitatibus vestris ex armentis boum, vel ex ouibus; sine macula erit ad placitum. Omnis macula non erit in eo. Cæcum, vel confractum, vel sectum lingua, vel formiculosa, vel scabiosa, vel habentia impetigines, non adducent hæc Domino: & in hostiam nō dabitis de eis super altare Domino. Et vitulū, aut ouem sectam auribus, vel mutilatam cauda, iugulata facies ea tibi ipsi: in votum autem tuum non accipietur. Cui sunt testiculi contriti, & cui contusi, & execti, & auulsi, non offeres ea Domino. Et super terram vestram non facietis: & de manu alienigenæ non offeretis munera Dei vestri ex omnibus his: quoniam vitia sunt in eis, macula in eis: non accipientur hæc vobis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Vitulum, aut ouem, aut capram, cum natum fuerit; & erit septem diebus sub * matre: die autem octauo, & vltra, accipietur in munera, hostiam Domino. Et vitulum, & ouē ipsam, & filios eius non iugulabis in die vno. Si autē sacrificaueris sacrificiū votū gratiarum actionis Domino; ad placitum vobis sacrificabitis illud: illo ipso die comedetur: non relinquetis de carnibus in mane. Ego sum Dominus. Et custodietis mandata mea, & facietis ea. Et non prophanabitis nomen sancti: & sanctificabor in medio filiorum Israel. Ego Dominus, qui sanctifico vos, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt sim vester Deus. Ego Dominus.

A B C

* Matre.] *In quibusdam codicibus additur,* αὐτοῦ *&* *S. Aug. in locut.* sub matre sua.

D

CAP. XXIII.

ET dixit Dominus ad Moysem, dicēs. Loquere ad filios Israel: & dices ad eos Solemnia Domini, quæ vocabitis ea vocata sancta, ista sunt solemnia mea. Sex diebus facies opera: septimo autem die sabbata, requies vocata sancta Domino. Omne opus nō facies. Sabbata sunt Domino in omni habitatione vestra. Hæ sunt solemnitates Domino vocatæ sanctæ; quas vocabitis eas in tēporibus earū. In primo mense in quartadecima die mensis inter medium vesperarū, Pascha Domino. Et in quintadecima die mēsis huius solemnitas azymorū Domino. Septē diebus azyma comedetis: & dies prima vocata sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis. Et adducetis holocaustomata Domino septem dies. Et dies septima vocata sancta erit vobis: omne opus seruile non facietis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic filijs Israel: & dices ad eos: Cum intraueritis in terram, quam ego do vobis, & messueritis messem eius; & feretis manipulum primitiam messis vestræ ad sacerdotem. Et offeret manipulum coram Domino, acceptum vobis: crastina die a prima offeret illum sacerdos.

E

A Et facietis in die, in quacumque attuleritis manipulum, ouem sine macula anniculam in holocaustoma Domino: & sacrificium ipsius, duas decimas similæ refectæ in oleo: sacrificium Domino, odor suauitatis Domino: & libamen eius, quartã partem In vini. Et panem, & [a] fricta chidra noua non comedetis vsq. in hunc ipsum diem, quoadusque obtuleritis vos munera Deo vestro. Legitimum sempiternum in progenies vestras in omni habitatione vestra. Et numerabitis vobis a die crastino [b] sabbatorum, a die, quo obtuleritis [y] manipulum superpositionis, septem septimanas [d] integras: vsque ad crastinum vltimæ septimanæ numerabitis quinquaginta dies: & offeretis sacrificium nouum Domi-
B no. De habitatione vestra offeretis panes, super positionem, duos panes: ex duabus decimis similæ erunt: fermentati coquentur de primis frugibus Domino. Et adducetis cum panibus septem agnos sine macula anniculos, & vitulum vnum ex armento boum, & arietes duos sine macula: & erunt holocaustoma Domino: & sacrificia eorum, & libamina eorum, sacrificium odor suauitatis Domino. Et facient hircum ex capris vnum pro peccato, & duos agnos anniculos in sacrificium salutaris cum panibus primæ frugis. Et [e] imponet ea sacerdos cum panibus primæ frugis superpositionem ante Dominum cum duobus agnis. Sancta erunt Domino: sacerdoti offerenti illa, ei erunt. Et voca-
C bitis hanc diem [z] vocatam: sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea. Legitimum sempiternum in progenies vestras in omni habitatione vestra. Et cum messueritis messem terræ vestræ; non consummabitis residuum messis agri tui, dum tu metis: & quæ decidunt de messe tua, non colliges. Mendico, & proselyto relinques ea. Ego Dominus Deus vester. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Mensis septimi vna mensis erit vobis requies, memoriale [a] tubarum: vocata sancta erit vobis. Omne opus [b] seruile non facietis: & adducetis holocaustoma Domino. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et decima mensis septi-
D mi huius, dies propitiationis: vocata sancta erit vobis. Et humiliabitis animas vestras, & adducetis holocaustoma Domino. Omne opus non facietis in hac ipsa die. Est enim dies propitiationis hæc vobis, ad propitiandum pro vobis, ante Dominum Deum vestrum. Omnis anima, quæcumque non humiliabitur in hac ipsa die, exterminabitur de populo suo. Et omnis anima, quæcumq. faciet opus in hac ipsa die, peribit anima illa de populo suo. Omne opus non facietis. Legitimum sempiternũ in progenies vestras in omnibus habitationibus vestris. Sabbata sabbatorum erunt vobis: & humiliabitis animas vestras. A nona mensis a vespera vsque ad vesperam sabbatizabitis sabbata vestra. Et
E locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Quinta decima mensis septimi huius, solennitas tabernaculorum septem dies Domino. Et dies prima vocata sancta. Omne opus seruile non facietis. Septem diebus adducetis holocaustomata Domino. Et dies octaua vocata sancta erit vobis. Et adducetis holocaustomata Domino. [e] Exodium est. Omne opus seruile nõ facietis. Hæ solennitates Domino: quas vocabitis vocatas sanctas, ad offerendum hostias Domino, holocaustomata, & sacrificia eorum, & libamina eorum, quod secũdum diem, in diem, præter sabbata Domini, & præter munera vestra, & præter omnia vota vestra, & præter spontanea vestra, quæcumque dederitis

Domi-

Domino. Et in quintadecima die mensis septimi huius, cum consummaueritis A
genimina terræ, festum celebrabitis Domino septem dies. Die primo requies,
& die octauo requies. Et sumetis die primo, fructum ligni ^κ speciosum, & spa
tulas ^λ palmarum, & ramos ligni densos, & salices, & agni ramos de torrente ad
^μ lætandum ante Dominum Deum vestrum ^ν septem diebus anni. Legitimum
sempiternum in progenies vestras. In mense septimo solennitatem istam cele-
brabitis: in tabernaculis habitabitis septē dies. Omnis indigena in Israel, habi-
tabit in tabernaculis: vt sciant progenies vestræ; quod in tabernaculis habitare
feci filios Israel; cū educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.
Et locutus est Moyses solennitates Domini filijs Israel. B

α Fricta chidra.] *Isychius loquēs de Christo*, Et cibū nobis nouæ polentæ, & pultium, siue, vt lxx. cytrorū præstitit. Non enim noua solum, sed & citra Christi præcepta sunt, siue vt mollia, sic enim citra alij Interpretes ediderunt. *Vbi quamuis corrupte, apparet tamen esse, χίδρα, de quibus superius diximus. Paulo ante apud eumdem legitur*, siue secundum *lxx.* & tricta cedrinea. *Alij vertunt*, tosta farra. β Sabbatorum.] *S. Aug in locut.* sabbati: *vt intelligatur idem nonnunquam esse sabbata, ac sabbatum.* γ Manipulum superpositionis.] S. *Aug. ibidem*, grenaum (*fortasse legendum* crenaum) superpositionis. *Schol* Alius inquit, *ἀφορίσματα*, separationes. δ Integras] *Alij codices addunt, ἀριθμήσεις, & S. Aug. ibidem*, integras numerabis. ε Et imponet] *Isychius*, secundum lxx. autem sic. Et separabit ea sacerdos separatione cum panibus primitiarum ante Dominum, *&c.* ζ Vocatam: sancta.] *Alij codices, κλητὴ ἁγία*, vocata sancta, *quomodo sæpe in hoc ipso capite dicitur. Apud Isychiū paulo inferius ex lxx. dicitur dies vocalis sanctus. Videtur enim significare diē conuocationis & celebrationis.* η Tubarum.] *Sch.* vel scenopegia. θ Seruile.] *λατρευτόν. Sch.* Alius inquit, *δουλευτόν*, quod est expressius. ι Exodium.] *Vulgata*, cœtus, atq. collectæ. *Isychius*, Vel secundū lxx. Egressus est: quia hinc exitus, illic habitatio est. *Theodoretus q. 32.* Exodiū indicat finem solēnitatum. κ Speciosum.] *ὡραῖον. Schol.* Alij, *ἔνδοξον*, nobilem. λ Spatulas.] *κάλλυνθρα. Schol.* Alius inquit, *βαΐα*, ramos, *& proprie palmarum.* μ Ad lætandum] *Alij codices, καὶ εὐφρανθήσεσθε*, & lætabimini, *vt vulgata.* ν Septem diebus anni.] *Alij libri, ἑπτὰ ἡμέρας: ἑορτάσατε αὐτὴν ἑορτὴν τῷ κυρίῳ ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ.* septem diebus: celebrate ipsam celebritātem Domino septem diebus anni.

CAP. XXIV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & sumant
tibi oleum de oliuis mundum expressum ad lumen: vt ardeat lucerna sem- D
per extra velum in tabernaculo testimonij: & accendent ^α illud filij Aarō,
& filij eius a vespera vsque in mane coram Domino indesinenter. Legitimum
sempiternum in progenies vestras. Super candelabrum mundum accendetis
lucernas ante Dominum vsque in mane. Et sumetis similaginem; & facietis eā
duodecim panes: de duabus decimis erit vnus panis: & imponetis eos duas po-
sitiones: sex panes vnam positionem super mensam mundam ante Dominum:
& imponetis super positionem thus mundum, ^β & sal: & erunt in ^γ panes ad re-
memorationem proposita Domino. Die sabbatorum apponentur ante Domi
num semper ^δ coram filijs Israel, ^ε testamentum sempiternum. Et erunt Aa- E
ron, & filijs eius: & edent ea in loco sancto. Sunt enim sancta sanctorum. Hoc
erit ^ζ eorum, de ijs, quæ offeruntur Domino, legitimum sempiternum. Et e-
xijt filius mulieris Israelitidis: & hic erat filius Ægyptij inter filios Israel. Et ri
xati sunt in castris is, qui erat ex israelitide, & homo israelita. Et cum nominas-
set filius mulieris israelitidis, ^η nomen, maledixit: & adduxerunt eum ad Moy-
sem. Et nomen matris erat Salomith filia Dabri de tribu Dan. Et deposuerūt
eum in custodiam, vt iudicaretur de illo per præceptum Domini. Et locutus
est Dominus ad Moysem, dicens: Ejce illum, qui maledixit, extra castra: & im

ponent

A ponent omnes qui audierunt, manus suas super caput eius: & lapidabunt eum omnis synagoga. Et filijs Israel loquere: & dices ad eos. ^θ Homo, quicumq. maledixerit Deum, peccatum accipiet: nominans autem nomen Domini, morte moriatur: lapidibus lapidet eũ omnis synagoga Israel: siue proselytus, siue indigena, cũ ipse nominat nomen Domini, moriatur. Et homo quicumq. percusserit animã hominis, & mortuus fuerit; morte moriatur. Et quicumq. percusserit pecus, & mortuũ fuerit; reddat animam pro anima. Et si quis dederit maculã proximo; sicut fecit ei, ita vicissim fiet ipsi: contritionem pro contritione, oculum pro oculo, dentem pro dente: quemad modum vtique dederit maculam
B homini; ita dabitur ei. Quicumque percusserit hominem, & mortuus fuerit; morte moriatur. ^ι Iustificatio vna erit proselyto, & indigenæ: quoniam ego sum Dominus Deus vester. Et locutus est Moyses filijs Israel. Et eduxerunt eum, qui maledixit, extra castra: & lapidauerunt illum in lapidibus. Et filij Israel fecerunt, sicut præceperat Dominus Moysi.

α Illud.] *ἀυτό. id est lumen. Compl,* αὐτόν. *vt referatur ad* λύχνον, lucernam. *& Int. Orig.* & accendent illam.
β Et sal.] *Hoc abest ab hebræo, & vulgata, sed notat Isychius positum esse a lxx.* γ In panes] *Est hebraismus. Alii codices, & Cyrillus lib 9. de adorat.* καὶ ἔσονται οἱ ἄρτοι εἰς ἀνάμνησιν προκείμενοι τῷ κυρίῳ. *Et Int. Orig hom.* 13. Et erunt panes in commemoratione appositi Domino. δ Coram filijs Israel.] *In aliis codicibus, &*
C *apud Cyrillum eodem lib. 9. & 10. est,* παρὰ τῶν υἱῶν. *& Int. Orig.* a filijs Israel. ε Testamentum sempiternum.] διαθήκην αἰώνιον. *& subintelligitur præpositio, quam supplet* Int. Orig. in testamentum. *Alii libri pro illo,* προσθήσονται apponentur, *quod paulo ante præcedit, habent,* προθήσετε, proponetis. *aut,* προσθήσετε, apponetis. *Compl. hoc loco habet,* διαθήκη αἰώνιος. ζ Eorum.] αὐτῶν. *Int. Orig.* illis. *Alii libri,* αὐτῷ, ei. *& respondet hebræo.* η Nomen.] S. *Aug in locut.* Manifestum est nomen Dei esse intelligendum, cui maledixit.
θ Homo.] *Sic etiam Int. Orig & Philo 2. de vita Moysis, & Theodoretus q 33. Alii codices habent,* ἄνθρωπος, ἄνθρωπος, ὃς ἂν καταράσηται θεὸν αὐτοῦ. *& S. Aug. in locut.* Homo, homo si maledixerit Deum suum. *q. tamen 87. semel tantum habet,* homo. *Isychius ex lxx.* Homo, homo quicunque maledixerit Deo, peccatum accipiet. *Paulo inferius ex Symmacho,* homo, qui detraxerit Deo suo *Et rursus ex Aquila,* Vir, quando blasphemauerit Deum suum, & acceperit iniquitatem sibi, & denominans nomen Domini, morte moriatur: *docetq. cur dixerit,* denominans. *Legenda sunt, quæ & ipse, & S. Aug. & Theodoretus in hunc locum afferunt, itemque Origenes.* ι Iustificatio.] δικαίωσις. *Notat Orig. hom. 11 hoc modo appellari, quando indicatur, qua pœna quis sit afficiendus.*

D

CAP. XXV.

ET locutus est Dominus ad Moysem in monte Sina, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos. Cum introieritis in terram, quam ego do vobis; & ^α requiescet terra, quam ego do vobis. Sabbata Domino. Sex annis seminabis agrum tuum: & sex annis putabis vineam tuam: & congregabis fructum eius. Anno autem septimo sabbata: requies erit terræ. Sabbata Domino. Agrum tuum non seminabis, & vineam tuam non putabis: & quæ ab se surgunt de
E agro tuo, non metes: & vuam ^β sanctificationis tuæ non vindemiabis. Annus requietis erit terræ. Et erunt sabbata terræ ^γ escæ tibi, & puero tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino, qui applicatus est ad te: & pecoribus tuis, & bestijs, quæ sunt in terra tua, erit omnis fructus eius in escam. Et enumerabis tibipsi septem requietes annorum, septem annos septies. Et erunt tibi septem septimanæ annorum, nouem, & quadraginta anni. Annunciabitis tubæ voce in omni terra vestra in mẽse septimo, decima mensis. Die propitiationis annunciabitis tuba in omni terra vestra. Et sanctificabitis annum, quinquagesimum annum: & acclamabitis remissionem super terram omnibus inhabitantibus eam

A tuum. Ego Dominus. Argentum tuum non dabis ei pro vſura: & pro excre-
ſcentia non dabis ei eſcas tuas. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de
terra Ægypto ad dandum vobis terram Chanaan, vt ſim Deus veſter. Si autẽ
humiliatus fuerit frater tuus apud te, & venditus fuerit tibi; non ſeruiet tibi ſer-
uitutem famuli: tanquam mercenarius, vel incola erit tibi: vſque ad annum re-
miſsionis operabitur apud te: & egredietur ° remiſsione, & filij eius cum eo:
& redibit ad progeniem ſuam: ad poſſeſſionem paternam recurret: propterea
quod famuli mei ſunt iſti, quos eduxi de terra Ægypto. Non vendetur in ven-
ditione famuli: non diſtendes eum in labore: & timebis Dominum Deum tuũ.
B Et puer, & ancilla quicumque fuerint tibi ex gentibus, quicumque in circuitu
tuo ſunt; ex eis emetis ſeruum, & ſeruam, & ex filijs incolarum, qui ſunt in vo-
bis: & ex cognatis eorum, quicumque facti fuerint in terra veſtra, ſint vobis in
poſſeſsionẽ: & diſtribuetis eos filijs veſtris poſt vos: & erunt vobis ρ poſſeſsi in
æternum. Ex fratribus autem veſtris filijs Iſrael, vnuſquiſque fratrem ſuum,
non σ diſtendet eum in laboribus. Si autem inuenerit manus proſelyti vel in-
colæ, qui apud te, & ad inopiã redactus frater tuus venditus fuerit proſelyto, vel
incolæ, qui apud te, vel ex ſtirpe proſelyto; poſtquam venditus ei fuerit; redẽ-
ptio erit eius. Vnus fratrum eius redimet eum: frater patris eius, vel filius fra-
C tris patris redimet eum: vel ex propinquis carnium eius de tribu eius redimet
eum. Si autem abundans factus manibus redimat ſeipſum; & τ cõputabit cum
eo qui emit eum, ab anno quo vendidit ſeipſum ei, vſque ad annum remiſſionis.
Et erit argentum venditionis eius, tãquam υ mercenarij: annum ex anno erit cũ
eo. Si cui autem plus annorum fuerit; ad hæc reddet redemptionem ſuam de ar
gento venditionis ſuæ. Si autem parum reſtet de annis ad annum remiſſionis;
& computabit ei ſecundum annos eius, & reddet redemptionem ſuam, tãquam
mercenarius. Si autem non redimatur per hæc; egredietur in anno remiſſionis
ipſe & filij eius cum eo: quia mihi filij Iſrael famuli ſunt: pueri mei hi ſunt, quos
D eduxi de terra Ægypti.

α Et requieſcet.] S. *Aug q.89. habuit*, & requieuerit: idque ei magnam exhibuit moleſtiam. β Sancti-
ficationis tuæ.] *S. Aug.* vineam ſanctificationis tuæ. *Schol.* Alius inquit, περαζισμάτων, ſeparationis, (*flexit
enim dictionem hebræam ad græcam declinationem*) *Samariticus*, τῶν χέρσων, ſolitudinum: *videtur autem idem
ſignificare, ideſt, quam ſepoſuiſti Deo eique ſoli dicaſti. Iſychius*, vuas primitiarum, ſiue, *vt lxx.* vuam ſan-
ctificationis. γ Eſcæ.] *Apud S. Aug legitur*, ſancta. *ſed ex ea, quam affert, explanatione apparet erratum
eſſe librarij. In editione Plantiniana ad marginem eſt*, eſca. δ Requietes.] *Iſychius*, Sabbata autem pro
requie, reliqui interpretum ediderunt, ε Familiam.] εἰς τὴν πατριὰν αὐτοῦ. *Sic vetuſti codices, & Cyrillus.
Alij libri habent*, εἰς τὴν πατρίδα, in patriam. *Iſychius*, vel ſicut, *lxx.* ad patriam ſuam. ζ Redibit rurſus.]
ἐπανελεύσεται, *In alijs additur*, ἕκαστος, vnuſquiſque. *In aliquo eſt*, ἐπανελεύσεσθε ἕκαστος, redibitis vnuſquiſque.
η Si autẽ vendideris.] ἐὰν δὲ ἀποδῷ, *& valet idem atque* ἀποδῷς, *quod in Compl.* θ Sic vendet.] οὕτως ἀποδώ-
σεται, *vt quod proxime antecedit*, numerum fructuum ſuorum, *videatur valere*, iuxta numerum. *In alijs li-
bris eſt*, ὧδε, hic, *in alijs*, αὐτός, ipſe. ι In confirmationem.] εἰς βεβαίωσιν, *S. Aug. q. 90 hanc etiam lectio-
nem agnoſcit; ſed ipſe illam primo attulit* in prophanationem, *quaſi græce legeretur* βεβήλωσιν. *& vtranque le-
ctionẽ explanat.* κ Redemptionem.] *Idem q.91 & 92. hanc lectionem teſtatur itẽ in alijs codd haberi; licet
in ſuo fuerit*, mercedem. λ Inopia laboret.] *Iſychius*, Aquila, ſi exciderit, Symmachus, ſi humiliatus fue-
rit, ediderunt. μ Propinquus.] ὁ ἀγχιστεύων, *Schol.* Samariticus, λυτρωτής, redemptor. ν Redemptio e-
ius.] *Iſychius videtur legiſſe ex lxx.* Diurna erit redemptio eius. ξ Ipſarum.] *vel* ipſorum, αὐτῶν. *quod ta-
men abeſt ab alijs libris. Teſtatur autem Iſychius, quod lxx. dixerunt*, & quicumque redimerit a Leuitis, *Sym-
machum, & Aquilam dicere*, quicumque affinis eſt de Leuitis. ο Paupertate.] *Iſychius ex Aquila*, S. ex-
ciderit frater tuus, & culpauerit manus eius tecum. π Remiſſione.] *Alii*, ἐν τῇ ἀφέσει, in remiſſione *in he-
bræo, & vulgata neutrum eſt.* ρ Poſſeſſi.] κατόχιμοι, *S. Aug in locut.* in poſſeſſione. σ Diſtendet,] *Schol.*
Alius inquit, οὐ παιδεύσει ἐν αὐτῷ ἐμπαιγμῷ, non adhibebit diſciplinam in eum ludibrio. τ Computabit.]
Iſychius ex Aquila, ſupputabit cum eo, qui poſſedit eum. *ex Teodotione*, tractabit cum eo, qui acquiſiuit

E

cum

cdm. v Mercenarij.] *Schol. Alius inquit, καθάπερ μισθὸς τοῦ μισθωτοῦ,* sicut merces mercenarij. *Verum in aliis libris est, ὡς ἡμέρα μισθοῦ, seu, μισθωτοῦ,* sicut dies mercenarij. *Et Isychius,* siue secundum lxx. erit pecunia venditionis eius, anno sicut dies mercenarij erit cũ eo. A

CAP. XXVI.

EGo Dominus Deus vester. Non facietis vobisipsis manufacta neque sculptilia: neq. titulum erigetis vobis: neque lapidem signum ponetis in terra vestra ad adorandum illum. Ego sum Dominus Deus vester. Sabbata mea custodietis: & a sanctis meis timebitis. Ego sum Dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea; & da B
bo pluuiam vobis in tempore suo: & terra dabit genimina sua: & ligna camporum reddent fructum suum: & comprehendet vobis trituratio vindemia: & vindemia comprehendet sationem: & manducabitis panem vestrum ad saturitatem: & habitabitis cum securitate super terram vestram: α & bellũ non pertransibit per terram vestram: & dabo pacem in terra vestra: & dormietis; & non erit qui vos exterreat. Et exterminabo bestias malas de terra vestra. Et persequemini inimicos vestros: & cadent in conspectu vestro cæde. Et persequentur ex vobis β quinque centum: & centum ex vobis persequentur decem millia: & cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Et respiciam super vos: & C
augebo vos: & multiplicabo vos. Et statuam testamentum meum vobiscum: & manducabitis vetera, & vetera veterum: & eijcietis vetera a conspectu nouorum. γ Et ponam tabernaculũ meum in vobis: & non abominabitur anima mea vos: & inambulabo inter vos. Et ero Deus vester: & vos eritis mihi populus. Ego sum Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægypti, cum essetis serui: & contriui vinculum iugi vestri: & duxi vos cum fiducia. Si autem non obedieritis mihi, neque feceritis præcepta mea hæc, sed increduli fueritis illis, & iudicia mea exhorruerit anima vestra, δ vt non faciatis omnia mandata mea, vt dissipetis testamentum meum; & ego faciam sic vobis: & obfirmabo super ε vos ege- D
statem, & scabiem, & morbum regium ζ consumentem oculos vestros, & animam vestram liquefacientem. Et seminabitis frustra semina vestra: & comedent aduersarij vestri. Et obfirmabo faciem meam in vos: & cadetis ante inimicos vestros: η & persequentur vos, qui oderunt vos: & fugietis nemine persequente vos. Et si vsque adhuc non obedieritis mihi; & apponã castigare θ vos septies in peccatis vestris: & conterã contumeliã superbiæ vestræ: & ponam cælũ vobis ferreum, & terram vestrã tanquam æneam: & erit frustra fortitudo vestra. Et non dabit terra vestra semen suum: & lignum agri vestri non dabit fructum suum. Et si post hæc ambulaueritis obliqui, & nolueritis obedire mihi; adijciã E
vobis plagas septem secundum peccata vestra. Et ι mitto in vos bestias agrestes terræ: & comedent vos, & consumẽt pecora vestra. κ Et paucos faciam vos & desertæ fient viæ vestræ. Et in his si non eritis castigati, sed ambulaueritis erga me obliqui; ambulabo & ego vobiscum λ furore obliquo: & percutiam vos & ego septies pro peccatis vestris: & inducam super vos gladium vindicantem vindictam testamenti: & confugietis in ciuitates vestras, & emittam mortem in vos: & trademini in manus inimicorum: in tribulando vos penuria panum & coquent decem mulieres panes vestros in clibano vno: & reddẽt panes vestros

in pon-

A in pondere:& comedetis,& non saturabimini. Si autem in his non obedieritis
mihi,& ambulaueritis erga me obliqui; & ipse ambulabo vobiscum in furore
obliquo:& castigabo ego vos septies secũdum peccata vestra:& comedetis car-
nes filiorum vestrorum,& carnes filiarum vestrarum comedetis:& dosolabo ti-
tulos vestros : & disperdam lignea manufacta vestra:& ponam cadauera vestra
super cadauera idolorum vestrorum : & exhorrescet anima mea vos : & ponam
vrbes vestras desertas·& desolabo sancta vestra:& non olfaciam odorem sacrifi
ciorum vestrorum . Et desolabo ego terram vestram:& mirabuntur super eam
inimici vestri, inhabitantes in ea. Et dispergam vos in gentes:& consumet vos
B perambulans gladius:& erit terra vestra deserta: & ciuitates vestræ erunt deser-
tæ . Tunc μ bene sentiet terra sabbata sua omnes dies desolationis suæ : & vos
eritis in terra inimicorum vestrorum. Tunc sabbatizabit terra : & bene sentiet
terra sabbata sua:omnes dies desolationis suæ sabbatizabit, quæ non sabbatiza-
uit in sabbatis vestris, quãdo inhabitabatis eã. Et eis qui residui fuerint ex vobis
superducam ν seruitutem in cor eorum in terra inimicorũ suorũ:& persequetur
eos ξ vox folij volantis:& fugient, sicut fugiẽtes de bello:& cadent nemine per-
sequente: & despiciet frater fratrem: sicut in bello nemine incurrente. & non po
teritis resistere inimicis vestris:& peribitis inter gentes:& comedet vos terra ini
C micorum vestrorum. Et qui residui fuerint ex vobis; corrumpẽtur propter pec
cata sua,& propter peccata patrum suorum. In terra inimicorum suorum tabe-
scent:& confitebuntur peccata sua,& peccata patrum suorum, quoniam præua-
ricati sunt,& despexerunt me : & quoniam ambulauerunt coram me obliqui ; &
ego ambulaui cum eis in furore obliquo: & perdam eos in terra inimicorum eo
rum. Tunc confundetur cor eorum ο incircuncisum : & tunc π bene sentient
peccata sua. Et recordabor testamenti Iacob,& testamenti Isaac, & testamen-
ti Abraham recordabor:& terræ recordabor: & terra derelinquetur ab eis. Tunc
accipiet terra sabbata sua, cum ipsa desolata fuerit propter eos:& ipsi ρ accipient
D iniquitates suas pro eo quod iudicia mea despexerunt,& præcepta mea exhor-
ruerunt animo suo. Veruntamen neque cum essent in terra inimicorum suo-
rum; despexi eos:neque exhorrui eos, vt delerem illos dissipando testamentum
meum quod erga illos. Ego enim sum Dominus Deus eorum. Et recordabor
testamenti eorum prioris: cum eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis
coram gentibus, vt sim eorum Deus. Ego sum Dominus. Hæc sunt iudicia mea
& præcepta mea, & lex, quam dedit Dominus inter se, & inter filios Israel in
monte Sina in manu Moysis.

α Et bellum non pertransibit per terram vestram.] *Origenes, & Compl. hæc habent paulo inferius, nimi-*
E *rum post illa*; & exterminabo bestias malas de terra vestra, *quemadmodum & vulgata. Isychius apud lxx.*
eundem ordinem agnoscit, quem habet nostra editio. β Quinque centum.] *Isychius*, siue vt lxx. quinqua-
ginta, centum quinquaginta. γ Ponam tabernaculum.] *Sic Int. Orig. & S. Aug. Isychius autem*, Vel,
sicut lxx. constituam testamentum meum vobiscum. δ Non faciatis.] *Isychius*, Planius Aquila, &
Theodotio, & Symmac. edidisse inueniuntur. Nam ille quidem ait, si constituta mea reprobaueritis. illi
autem, si subtilitates meas, id est agri viam, (*legendum est, ἀκριβείας*) renueritis. ε Super vos.] *In Comp.*
additur ταχὺ, velociter: *sicut habet vulgata.* ζ Consumentem.] *In Compl. est, σφακελίζοντα & Isychius*
ex lxx Scabiem & morbum regium consumentes oculos vestros. *Sed idem paulo post*, & ardorem, siue
ἴκτερον, conficientem oculos eorum, & animas consumentem eis dedit. *Schol. Alius inquit*, συντήκουσαν,
ἀποβλέπουσαν, conficientem, obcæcantem. η Persequentur.] *Isychius ex Symm.* in seruitutem redigent
vos. *ex Theodotione non sine mendo*, erudiunt à vobis. θ Castigare vos.] *Compl. addit*, plagis; *Sed non S.*
Aug. in locut. ι Mitto.] ἀποστέλλω. *Alij* ἀποστελῶ. mittam. κ Faciam.] *Compl.* ποιῶν facient. λ Furo-
re obliquo.] *Schol. Alius* ἐναντίως. ex aduerso. *Samariticus* ἰσχυρογνώμως, dure, & pertinaciter. μ Bene
sentiet.]

sentiet.] *Ita S. Aug. q. 94. quod græce est* εὐδοκήσει, *id est*, chara habebit: *multa enim intelliget carendo, quæ fruendo non intelligebat.* γ Seruitutem.] δουλείας. *Alij codices* δειλίας, *& S. August. ibidem* formidinem. A
ξ Vox.] S. *Aug.* sonus. ο Incircuncisum.] *Schol. Samariticus*, ὁ ἀκρόβυστος, præputiatum. π Bene sentient.] *Hsychius, siue, vt lxx.* & peccata sua placita habebunt, idest pœnas, quas patiuntur pro peccatis. ρ Accipient.] *Schol.* Samariticus, ἱλάσονται, expiabunt.

CAP. XXVII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices
eis: Quicumque vouerit votum ª tanquam pretium animæ suæ Domi-
no; erit pretium masculi, a viginti annis vsque ad sexaginta annos, erit B
eius pretiũ quinquaginta didrachma argenti pondere ipso sancto: fœminæ autẽ
erit æstimatio triginta didrachma. Si autem a quinq. annis vsque ad viginti an
nos; erit pretiũ masculi viginti didrachma, fœminæ autem decem didrachma.
Ab vno autem mense vsque ad quinque annos; erit pretium masculi quinque di
drachma: fœminæ autem tria didrachma argenti. Si autẽ a sexaginta annis, & su
pra; siquidem masculus fuerit; erit pretium eius quindecim didrachma argenti:
si autem fœmina; decem didrachma. Si autem humilis fuerit pretio; stabit an-
te sacerdotem: & æstimabit eum sacerdos: Sicut valet manus eius, qui vouit;
æstimabit eum sacerdos. Si autem de pecoribus, quæ offeruntur de eis munus C
Domino; quicumque dederit de eis Domino; erit sanctũ: non permutabit illud
bonum malo, neque malum bono. Si autem permutans permutauerit illud;
ipsum, & permutatio erunt sancta. Si autem omne pecus immundum, de qui-
bus non offertur de eis munus Domino; statuet pecus ante sacerdotem, & æsti-
mabit illud sacerdos inter bonum, & inter malum: & prout æstimauerit illud sa
cerdos; sic statuetur. Si autem redimens redemerit illud; adijciet quintas ad pre
tium eius. Et homo, quicumque sanctificauerit domum suam sanctam Domino;
& æstimabit eam sacerdos ᵇ inter bonam, & malam: quomodocumque æstima
uerit eam sacerdos, sic constabit. Si autẽ qui ᵞ sanctificauit eam, redimat domũ D
suam; adijciet super illud quintas argenti pretij: & erit ei. Si autem de agro pos-
sessionis suæ sanctificauerit homo Domino; & erit pretium secundum sementẽ
eius: pro coro hordei quinquaginta didrachma argenti. Si autẽ ab ᵟ anno remis
sionis sanctificauerit agrum suum, secundum pretium eius statuetur. Si autẽ vl-
timo post remissionem sanctificauerit agrum suum; computabit ei sacerdos ar-
gentum ad annos, qui restant vsque ad annum remissionis: & subducetur ab æsti
matione illius. Si autem redimat agrũ is qui sanctificauit eum; adijciet quintas
argenti ad pretium eius: & erit ipsi. Si autem non redimat agrum, & vendat agrũ
homini alteri; non vltra redimet eum: sed erit ager postquam exierit remissio, E
sanctus Domino, tanquã terra, quæ segregata est sacerdoti erit, possessio eius. Si
autem de agro quem acquisiuit, qui non est de agro possessionis suæ, sanctifi-
cauerit Domino; supputabit erga eum sacerdos finem pretij ex anno remissio-
nis: & reddet pretium in die illa sanctum Domino: & in anno remissionis redde
tur ager homini, a quo acquisiuit eum, cuius erat possessio terræ. Et omne pre-
tiũ erit põderibus sanctis. Viginti oboli erit didrachma. Et omne primogenitũ,
quodcumque natum fuerit in pecoribus tuis, erit Domino: & nemo sanctifica-
bit, illud siue vitulum, siue ouem; Domino erit. Si autem quadrupedum im-
mundo-

A mundorum; permutabit iuxta pretium eius: & adijciet quintas ad illud: & erit ipsi. Si autem non redimat; vendetur secundum æstimationem eius. Omnis autem ε consecratio, quæcumque consecrauerit homo Domino de omnibus, quæ ipsi sunt, ab homine vsque ad pecus, & de agro possessionis suæ; non vendetur, neque redimetur. Omnis consecratio, sanctum sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio, quæ consecrata fuerit ab hominibus; non redimetur: sed morte morietur. Omnis decima de semine terræ, & fructu ligneo, Domino est, sanctum Domino. Si autem redimat redemptione homo decimam suam; quintam adijciet ad illud: & erit ipsi. Et omnis decima boum, & ouium, & quodcum

B que venerit in numerum sub virga; decimum quodque erit sanctum Domino: non permutabis bonum malo, neque malum bono. Si autem permutans permutaueris illud; & permutatio eius erit sancta: non redimetur. Hæc sunt mandata, quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sina.

α Tanquam pretium.] ὥστε τιμῆς. *Compl.* εἰς τιμὴν. in pretium. *Theodoretus q.38.* ὥστε δοῦναι τιμὴν, ad dandum pretium. *Isychius, vel sicut lxx.* honorem animæ suæ Domino. *Testatur autem pro eo, quod dictum est,* votum fecerit, *Aquilam, & Theodotionem edidisse,* si superauerit. *Alij ex hebræo vertunt,* separauerit. β Inter bonam, & malam.] *Schol.* Samariticus, καὶ διατιμήσεται αὐτὴν ὁ ἱερεύς, εἴτε καλή, εἴτε σαπρά & æstimabit eam sacerdos, siue bona, siue putris. γ Sanctificauit eam.] *Isychius ex Aquila,* si sanctificans ad finem fecerit. δ Ab anno remissionis.] *Est notanda ista locutio, itemque ea, quæ paulo post sequitur,* vltimo post

C remissionem: *nam hæc significat,* ab inchoatione anni remissionis, *sequens autem,* post remissionem: *vt illud* ἔσχατον *nihil faciat ad sensum, sed efficacius exprimat.* ε Consecratio.] *Alij retinent verbum græcum anathema. Docet autem Isychius differre anathema à sanctificatione. Nam, quæ sanctificata sunt; redimi possunt: quæ autem anathemati subiecta; non possunt. Sunt tamen, qui multum differre credant,* ἀνάθεμα *&* ἀνάθημα. *Sed in codice Vaticano idem est* ἀνάθεμα, *atque* ἀνάθημα.

 A

NVMERI

CAP. I.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem in deſerto Sina, in ta-
bernaculo teſtimonij in vna menſis ſecundi, anno ſecundo,
egreſsis ipſis de terra Ægypti, dicẽs: Sumite * principi- B
um omnis ſynagogæ Iſrael ſecundum cognationes, ſecun-
dum domos patriarum eorum, ſecundum numerum ex no-
mine eorum, ſecundum caput eorum. Omnis maſculus a
viginti annis, & ſupra, omnis egrediens in virtute Iſrael: re-
cognoſcite eos cum virtute eorum: tu, & Aarõ recognoſcite eos. Et vobiſcum
erunt vnuſquiſq. ſecundum tribum vniuſcuiuſq. principum: ſecundum domos
patriarum erunt. Et hæc ſunt nomina virorum, qui quidẽ aſſiſtent vobiſcum. Ex
ijs, qui Ruben, Eliſur filius Sediur: Ex ijs, qui Symeõ, Salamiel filius Suriſadæ:
ex ijs, qui Iuda, Naaſſon filius Aminadab: ex ijs, qui Iſſachar, Nathanael filius C
Sogar: ex ijs, qui Zabulon, Eliab filius Chælon: ex filij Ioſeph, qui Ephræm,
Eliſama filius Emiud: ex ijs, qui Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſur: ex ijs, qui Be
niamin, Abidan filius Gadeoni. Ex ijs, qui Dan, Achiezer filius Amiſadai: ex ijs,
qui Aſer, Phagaiel filius Echran: ex ijs, qui Gad, Eliſaph filius Raguel: ex ijs, qui
Nephthali, Achire filius Ænan. Hi * euocati ſynagogæ, principes tribuũ ſecun-
dum familias eorum, [d] chiliarchi Iſrael ſunt. Et ſumpſit Moyſes, & Aaron vi-
ros hos euocatos ex nomine. Et omnem ſynagogã congregauerunt in vna menſis
anni ſecundi: & [e] recenſuerunt ſecundum progenies eorum, ſecundum familias
eorum, ſecundum numerum nominum eorũ a viginti annis, & ſupra, omne ma- D
ſculinum ſecundum caput eorum: quemadmodum præcepit Dominus Moyſi.
Et recogniti ſunt in deſerto ipſius Sina. Et fuerunt filij Ruben primogeniti Iſrael
ſecundum propinquitates eorum, ſecundum populos eorũ, ſecundum domos
familiarum eorum, ſecundum numerum nominum eorũ, ſecundum caput eo-
rum, omnia maſculina a viginti annis, & ſupra, omnis egrediens in virtute, reco
gnitio eorum de tribu Ruben, ſex & quadraginta millia, & quingenti. [f] Filijs Sy
meon ſecundum propinquitates eorum, ſecundum populos eorum, ſecundum
domos familiarum eorum, ſecundum numerum nominum eorum, ſecundum
caput eorum, omnia maſculina a viginti annis, & ſupra, omnis procedens in vir E
tute recognitio eorum de tribu Symeon nouẽ, & quinquaginta millia & trecẽti.
* Filijs Iuda ſecundum propinquitates eorum, ſecundum populos eorum, ſe-
cundum domos familiarum eorum, ſecundum numerum nominum eorum,
ſecundum caput eorum, omnia maſculina a viginti annis & ſupra, omnis pro-
cedens in virtute, recognitio eorum de tribu Iuda quatuor & ſeptuaginta mil-
lia, & ſexcenti. Filijs Iſſachar ſecundum propinquitates eorum, ſecundum po-
pulos eorum, ſecundum domos familiarum eorum, ſecundum numerum no-
minum eorũ, ſecundum caput eorũ, omnia maſculina a viginti annis, & ſupra,

omnis

A omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Issachar quatuor, & quinquaginta millia, & quadringenti. Filijs Zabulon secundũ propinquitates eorũ, secundũ populos eorum, secundum domos familiarũ eorum secundum numerũ nominũ eorum, secũdum caput eorũ, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Zabulon septẽ, & quinquaginta millia, & quadringenti. Filijs Ioseph, filijs Ephræm secundũ propinquitates eorum, secundũ populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secundum numerũ nominum eorum, secundum caput eorũ, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorum de tribu Ephræm quadraginta millia, & quingenti. Filijs Manasse secundũ propinquitates eorũ, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominũ eorum, secundũ caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorum de tribu Manasse duo, & viginti millia, & ducenti. Filijs Beniamin secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti
C annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Beniamin, quinque & triginta millia, & quadringenti. Filijs Gad secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominũ eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorũ, de tribu Gad, quinque, & quadraginta millia, & sexcenti, & quinquaginta. Filijs Dan secundũ propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ
D de tribu Dan duo, & sexaginta millia, & septingenti. Filijs Aser secundum propinquitates eorum, secundũ populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorum, de tribu Aser vnum & quadraginta millia, & quingenti. Filijs Nephthali secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ, de tribu Nephthali tria & quinquaginta millia, & quadringenti. Hæc est recognitio, quã recognouerunt Moyses, & Aaron, & principes Israel duodecim viri: vir vnus secundum tribum vnã: secundum tribum domorum ipsius familiæ fuerũt. Et fuit omnis recognitio filiorum Israel cum vir-
E tute eorum a viginti annis, & supra, omnis procedẽs ad stãdum in acie in Israel, sexcẽta millia, & ter mille, & quingẽti, & quinquaginta. Leuitæ autẽ de tribu familiæ eorũ nõ fuerunt recogniti in filijs Israel. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicẽs: Vide, tribum Leui ne simul recognoscas, & numerum eorum ne sumas in medio filiorum Israel. Et tu cõstitue Leuitas super tabernaculum testimonij, & super omnia vasa eius, & super omnia, quæcumque sunt in eo. Leuabunt ipsi tabernaculum, & omnia vasa eius: & ipsi ministrabunt in eo: & in circuitu tabernaculi castrametabutur. Et in promouẽdo tabernaculũ deponẽt ipsum,

Leuitæ, & in collocando tabernaculum, erigent. Et alienigena, qui accesserit mortatur. Et castrametabuntur filij Israel, vir in suo ipsius ordine, & vir secundum suum ipsius principatum cum virtute ipsorum. Leuitæ autem castrametentur aduersi in circuitu tabernaculi testimonij. Et non erit peccatum in filijs Israel. Et custodient Leuitæ ipsi custodiam tabernaculi testimonij. Et fecerunt filij Israel secundum omnia, quæ mandauit Dominus Moysi, & Aaron, ita fecerunt. A

α Principium.] *ἀρχαί quo nomine significatur etiam summa: sicut apud hebræos eodem nomine significatur caput, & summa.* β Secundum caput eorum Omnis masculus.] *In Compl. est, πᾶν ἀρσεν κατὰ κεφαλὴν αὐτῶν,* omne masculinum per caput ipsorum: *& respondet hebræo.* γ Euocati] *ἐπίλεκτοι, quod etiam significat electos, & nobiles: ac similis multiplicitas notionis est etiam in dictione hebræa.* δ Chiliarchi.] *Notat S. Aug. q. 1. hos ab alijs esse vocatos tribunos, non eosdem autem plane esse, atque eos, quorum mentio fit in Exodo. Nam illorum vnusquisque erat mille hominum princeps: istorum autem vnusquisque millium princeps.* ε Recensuerunt.] *ἐπηξονοῦσαν. ἄξονες, olim dicebantur tabulæ publicæ. vnde factum videtur, ἐπαξονεῖν atque idem valere, ac censere, & referre numerum, censumque in publicas tabulas. Dictum est autem ἐπηξονοῦσαν eodẽ modo, quo Gen. 6 [illegible]. Alij codices partim habent ἐπεσκέψαντο* recognouerunt, *partim, ἐπεσκέπησαν,* recogniti sunt. *Recognitionis nomine vtitur S. Aug. pro ἐπισκέψει, quæ solet etiã verti visitatio, & numeratio, vt apud Int. Orig.* ζ Filijs Symeon.] *De hac locut. S. Aug. in locut.* η Filijs Iuda.] *In Compl. ponuntur filij Gad ante filios Iuda, vt respondeat hebræo.* B

CAP. II. C

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Homo contiguus secundũ ordinem suũ, secundum signa, secundũ domos familiarum suarũ, castrametentur filij Israel ex aduerso: in circuitu tabernaculi testimonij castrametabuntur filij Israel. Et castrametantes primi ad orientem: ordo castrorum Iuda cum virtute eorum: & princeps filiorum Iuda, Naasson filius Aminadab. Virtus eius, ij, qui recogniti, quatuor, & septuaginta millia & sexcenti. Et castrametantes iuxta de tribu Issachar, & princeps filiorum Issachar Nathanael filius Sogar: virtus eius, ij, qui recogniti, quatuor, & quinquaginta millia, & quadringenti. Et castrametantes iuxta de tribu Zabulon; & princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Chelon: virtus eius, ij, qui recogniti, septẽ, quinquaginta millia, & quadringenti: omnes recogniti de castris Iuda, centum octuaginta millia, & sex mille, & quadringenti: Cum virtute sua primi promouebunt. α Ordines castrorum Rubem ad Africum virtus eorum: & princeps filiorum Rubem Elisur filius Seduir: virtus eorum, ij, qui recogniti, sex & quadraginta millia, & quingenti. Et castrametantes iuxta eum de tribu Symeon: & princeps filiorum Symeon, Salamiel filius Surisadæ: virtus eius, ij, qui recogniti, nouem & quinquaginta millia, & trecenti. Et castrametãtes iuxta eum tribus Gad: & princeps filiorum Gad, Helisaph filius Raguel: virtus eius, ij, qui recogniti, quinque & quadraginta millia, & sexcenti, & quinquaginta. Omnes recogniti de castris Ruben, centum quinquaginta vnum millia, & quadringenti, & quinquaginta: Cum virtute sua secundi promouebunt. Et leuabitur tabernaculum testimonij. Et castra Leuitarum medium castrorum. Et sicut castrametabuntur; ita & promouebunt vnusquisq. iuxta, secundũ principatus. Ordo castrorum Ephræm apud mare cum virtute eorum: & princeps filiorum Ephræm, Elisama filius Emiud: virtus eorum, ij, qui recogniti, quadraginta millia, &

D

E

A lia,& quingenti. Et castrametantes iuxta de tribu Manasse: & princeps filiorũ
Manasse, Gamaliel filius Phadassur: virtus eius, ij, qui recogniti, duo & triginta
millia,& ducẽti. Et castrametantes iuxta de tribu Beniamin: & princeps filiorũ
Beniamin, Abidan filius Gadeoni: virtus eius, ij, qui recogniti, quinque & triginta
millia,& quadringenti. Omnes qui recogniti de castris Ephræm, centum
millia,& octo mille, & centũ: Cum virtute sua tertij promouebũt. Ordo castrorũ
Dan ad Aquilonẽ cum virtute eorũ: & princeps filiorũ Dan, Achiezer filius
Amisadæ: virtus eius, ij, qui recogniti, duo & sexaginta millia,& septingẽti. Et
castrametãtes iuxta eũ tribus Aser: & princeps filiorũ Aser, Phageel filius Echrã:
B virtus eius, ij, qui recogniti, vnum & quadraginta millia, & quingenti. Et castrametantes
iuxta, de tribu Nephtali: & princeps filiorum Nephtali, Achire filius
Ænan: virtus eius, ij, qui recogniti, tria & quinquaginta millia, & quadringenti.
Omnes recogniti, de castris Dan, centum & quinquaginta septem millia, & sexcenti.
Vltimi promouebunt secundum ordinem suum. Hæc est recognitio filiorum
Israel secundum domos familiarum eorum. Omnis recognitio castrorũ
cum virtutibus eorũ sexcenta millia, & ter mille quingenti quinquaginta. Leuitæ
autẽ non fuerunt simul recogniti in eis; sicut mãdauit Dominus Moysi. Et fecerunt
filij Israel omnia, quæcumque præcepit Dominus Moysi. Sic castrametati
C tati sunt secundum ordinem suum: & sic promouerunt vnusquisque iuxta, secundum
populos suos, secundum domos familiarum suarum.

a Ordines.] τάξματα. Compl. τάξμα, ordo.

CAP. III.

ET hæ sunt generationes Aaron, & Moysi; in qua die locutus est Dominus
Moysi in monte Sina. Et hæc sunt nomina filiorum Aaron. Primo-
D genitus Nadab, & Abiud, Eleazar, & Ithamar. Hæc sunt nomina filiorum
Aaron sacerdotes, qui vncti sunt, quorum consummauerunt manus eorum
sacerdotio fungi. Et mortuus est Nadab, & Abiud, ante Dominum offerentibus
ipsis ignem alienum ante Dominum in deserto Sina. Et filij non fuerunt
eis. Et sacerdotio functus est Eleazar & Ithamar, cum Aaron patre suo. Et
locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Accipe tribum Leui: & constitues eos
in conspectu Aaron sacerdotis: & ministrabunt ei: & custodiẽt a custodias eius,
& custodias filiorum Israel ante tabernaculum testimonij ad operandum opera
tabernaculi: & custodient omnia vasa tabernaculi testimonij, & custodias filio-
E rum Israel secundum omnia opera tabernaculi. Et dabis Leuitas Aaron, & filijs
eius sacerdotibus. Dati munus hi mihi sunt ex omnibus filijs Israel. Et
Aaron, & filios eius constitues super tabernaculum testimonij. Et custodient
sacerdotium suum, & omnia, quæ ad altare, & intra velum. Et b alienigena qui
tetigerit, morietur. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et ecce ego
assumpsi Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito adaperiente
vuluam a filijs Israel. Redemptiones eorum erunt: & erunt mihi Leuitæ. Mihi
enim omne primogenitum. In qua die percussi omne primogenitum in terra
Ægypti; sanctificaui mihi omne primogenitum in Israel: ab homine vsque ad

pecus

pecus mihi erunt. Ego Dominus. Et locutus est Dominus ad Moysem in deser A
to Sina, dicēs: Recognosce filios Leui secundum domos familiarū eorum, secun
dum populos eorum. Omne masculinum ab vno mense, & supra, recognoscite
eos. Et recognouerunt eos Moyses, & Aaron per vocem Domini; quemadmo-
dum præcepit eis Dominus. Et fuerunt hi filij Leui ex nominibus eorū, Ged-
son, Caath, & Merari. Et hæc sunt nomina filiorum Gedson secundum popu-
los eorum, Lobeni, & Semei. Et filij Caath secundum populos eorum, Amram,
& Issaar, Chebron, & Oziel. Et filij Merari secundum populos eorum, Mooli,
& Musi. Hi sunt populi Leuitarum secundum domos familiarum eorum. Ipsi
Gedson populus ipsius Lobeni, & populus ipsius Semei. Hi populi Gedson: B
recognitio eorum secundum numerum omnis masculini ab vno mense, & su-
pra recognitio eorum septem mille, & quingenti. Et filij Gedson post taberna
culum castrametabuntur ad mare. Et princeps domus familiæ populi ipsius
Gedson, Helisaph filius Dael. Et custodia filiorum Gedson in tabernaculo te-
stimonij, ipsum tabernaculum & operimentum, & cooperimentum ostij taber
naculi testimonij, & tentoria atrij, & velamen portæ atrij, quod est super taber-
naculum, & reliqua omnium operum eius. Ipsi Caath populus, qui Amram, v-
nus; & populus, qui Issaar, vnus; & populus qui Chebron, vnus; & populus, qui
Oziel, vnus. Hi sunt populi ipsius Caath, secundū numerum. Omne masculi- C
num ab vno mense, & supra, octo mille & sexcenti custodientes custodias sancto
rum. Populi filiorum Caath castrametabuntur a latere tabernaculi ad Afri-
cum. Et princeps domus familiarum populorum ipsius Chaat, Helisaphan fi-
lius Oziel. Et custodia eorum, arca, & mensa, & candelabrum, & altaria, & va-
sa sancti, quibusque ministrabunt in ipsis, & cooperimentum, & omnia opera
eorum. Et princeps super principes Leuitarum, Eleazar filius Aaron sa-
cerdotis, constitutus custodire custodias sanctorum. Ipsi Merari populus,
qui Mooli, & populus, qui Musi. Hi sunt populi ipsius Merari. Recogni-
tio eorum secundum numerum, omne masculinum ab vno mense, & supra, D
sex mille, & quinguaginta. Et princeps domus familiarum populi Merari
Suriel filius Abichæl. A latere tabernaculi castrametabuntur ad Aquilonem.
Recognitio custodiæ filiorum Merari; capita tabernaculi, & vectes eius, & co-
lumnas eius & basas eius, & omnia vasa eorū, & opera eorū & columnas atrij in
circuitu, & bases earū, & puxillos, & funes earū. Castrametātes ad faciē taberna
culi testimonij ab oriente, Moyses, & Aaron, & filij eius, custodientes custodias
sancti ad custodias filiorū Israel. Et alienigena, qui tetigerit, morietur. Omnis
recoguitio Leuitarum, quos recognouit Moyses, & Aaron per vocem Domini
secundum populos eorum, omne masculinum ab vno mense, & supra, duo & vi E
giati millia. Et dixit Dominus ad Moysem, dicens: Recognosce omne primo-
genitum masculinum filiorum Israel ab vno mense, & supra: et accipite nume-
rum ex nomine. Et sumes Leuitas mihi, Ego Dominus, pro omnibus primoge
nitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro omnibus primogenitis in pecori-
bus filiorum Israel. Et recognouit Moyses, quemadmodum mandauit Domi-
nus omne primogenitum in filijs Israel. Et fuerunt omnia primogenita mascu
lina secundum numerum ex nomine ab vno mense & supra, ex recognitione eo
rum, duo & viginti millia & tres, & septuaginta, & ducenti. Et locutus est Do-
minus

A minus ad Moysem, dicens: Sume Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum. Et erunt mihi Leuitæ, Ego Dominus, Et redemptiones trium, & septuaginta, & ducentorum, qui superant ad Leuitas ex primogenitis filiorum Israel. Et accipies quinque siclos secundũ caput, iuxta didrachmum sanctum accipies, viginti obolos ipsius sicli. Et dabis argentum Aaron, & filijs eius; redemptiones superantium in eis. Et accepit Moyses argentum, redemptiones superantium ad redemptionem Leuitarum a primogenitis filiorum Israel accepit argentum mille trecentos sexaginta quinque siclos iuxta siclum sanctum. Et dedit Moyses redemptiones eorum qui su-
B perabant, Aaron, & filijs eius, per vocem Domini; quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

α Custodias.] *Testatur S. Aug. q. 4. verbum græcum, φυλακάς. quosdam ita esse interpretatos, quosdam vero excubias: ipse putat recte verti vigilias: ibique de hac re disputat.* *β* Alienigena.] *Quis sit intelligendus, ἀλλογενής. S. Aug. q. 3. & 5.* *γ* Gedion.] *Alii codices, γηρσών, & Int. Orig. Gerson, vt vulgata.*

CAP. IV.

ET locutus est Dominus ad Moysem & Aaron, dicens: *α* Sume caput filiorũ
C Chaat de medio filiorum Leui, secundũ populos eorum, secundũ domos familiarum eorum a *β* vinginti, & quinque annis, & supra vsque ad quinquaginta annos: omnis ingrediens ministrare, facere omnia opera in tabernaculo testimonij. Et hæc sunt opera filiorum *γ* Chaat in tabernaculo testimonij. Sanctum sanctorum. Et ingredietur Aaron, & filij eius, cum promouebunt castra: & deponent velum obumbrans, & cooperient in eo arcam testimonij: & super illud imponent cooperimentum, pellem hyacinthinam: & injicient super eam vestimentum totum hyacinthinum desuper, & traijcient gestatoria. Et super mensam propositam injicient super eam vestimentum totum purpureum
D & patellas, & cochlearia, & cyathos, & libatoria, in quibus libat, & panes, qui semper super eã erunt Et injicient super eã vestimentum coccineum: & operiẽt eam operimento pelliceo hyacinthino; *δ* & traijciẽt per eã gestatoria. Et sument vestimentum hyacinthinum: & operient candelabrũ, quod lucet, & lucernas eius & forcipes eius, & receptacula eius, & omnia vasa olei, quibus ministrant in eis Et injicient illud & omnia vasa eius in operimentum pelliceum hyacinthinum. & imponent illud super gestatatoria. Et super altare aureum *ε* adoperient vestimentum hyacinthinum: & operient illud operimento pelliceo hyacinthino: & traijcient gestatoria eius. Et sument omnia vasa ministratoria, quibus ministrãt in ipsis in sanctis: & injicient in vestimentum hyacinthinum: & operient ea
E operimento pelliceo hyacinthino: & imponent super gestatoria. Et *ζ* opertoriũ imponet super altare, & adoperient super illud, vestem totam purpuream. Et imponent super illud omnia vasa, quibus ministrant super illud in eis, & igniũ receptacula, & fuscinulas, & phialas, & opertoriũ, & omnia vasa altaris. Et injicient super illud operimentum pelliceum hyacinthinum: & traijcient gestatoria eius. Et *η* sument vestimentum purpureum, & cooperient labrum, & basim eius: & injicient illud in operimentum pelliceum hyacinthinum: & imponent super gestatoria. Et consummabunt Aaron, & filij eius operientes sancta, & omnia va-

nia vasa sancta in promouendo castra. Et post hæc introibunt filij Caath, ad le uandũ: & non tangent sancta, vt non moriantur. Hæc leuabunt filij Chaath in tabernaculo testimonij. Visitator Eleazar filius Aaron sacerdotis; oleum luminis, & incensum compositionis, & sacrificium quotidianum, & oleum vnctionis, super intendentia totius tabernaculi, & quæcumque sunt in eo in sancto, in omnibus operibus. Et locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Ne exterminetis de [g] tribu populum Caath, de medio Leuitarum. Hoc facite eis & viuent, & non morientur, [i] accedentibus ipsis ad sancta sanctorum, Aaron, & filij eius accedant: & collocabunt eos vnumquemq. secundum gestationẽ suam, & non ingrediantur videre confestim sancta: & morientur. Et locutus est Domi- B
nus ad Moysem dicens: Accipe principium filiorum Gedson, & hos secundum domos familiarum eorum, secundum populos eorum: a quinque & viginti annis & supra vsque ad quinquaginta annos recognosce eos: omnis ingrediens ministrare, facere opera eius in tabernaculo testimonij. Hoc est ministerium populi Gedson, ministrare, & leuare. Et leuabit pelles tabernaculi, & tabernaculum testimonij, & operimentum eius, & [m] cooperimentum hyacinthinum, quod est super ipsum desuper, & [n] operimentum ostij tabernaculi testimonij, & tentoria atrij, quæcumque super tabernaculum testimonij; & quæ superant, & omnia vasa ministratoria, quæcumque ministrant in eis, facient. Iuxta C
os Aaron, & filiorum eius erit ministerium filiorum Gedson, secundum omnia ministeria eorum, & secundum omnia opera eorum. Et recognosces eos ex nomine, omnia, quæ leuanda sunt ab eis. Hoc est ministerium filiorum Gedson in tabernaculo testimonij. Et custodia eorum in manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filij Merari secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum recognoscite eos: a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos recognoscite eos: omnis ingrediens ministrare opera tabernaculi testimonij. Et hæ sunt obseruationes eorum, quæ leuantur ab eis secundum omnia opera eorum in tabernaculo testimonij: [u] capitella tabernaculi, & vectes & D
columnas eius, & bases eius: [r] & cooperimentum & bases eorum, & columnæ eorum, & cooperimentum ostij tabernaculi, & columnas atrij in circuitu, & bases earum, & columnas veli portæ atrij, & bases earũ, & paxillos earum, & funes earum, & omnia vasa earũ, & omnia ministeria earum: ex nomine recognoscite eos, & omnia vasa custodiæ eorum, quæ leuantur ab eis. Hoc est ministerium populi filiorum Merari in omnibus operibus eorum in tabernaculo testimonij in manu Ithamar filij Aarõ sacerdotis. Et recognouit Moyses & Aaron, & principes Israel, filios Chaath secundũ populos eorum, secũdum domos familiarum eorũ a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos: omnis ingrediens ministrare, & facere in tabernaculo testimonij. Et fuit recognitio eorum E
secundum populos eorum bis mille septingenti quinquaginta. Hæc est recognitio populi Chaath: omnis qui ministrat in tabernaculo testimonij: sicut recognouit Moyses, & Aaron, per vocem Domini in manu Moysis. Et recogniti sunt filij Gedson secundum populos eorum secundum domos familiarum eorũ a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos, omnis ingrediens ministrare & facere opera in tabernaculo testimonij. Et fuit recognitio eorum secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum bis mille sexcenti tri-

ti tri-

A ti triginta. Hæc est recognitio populi filiorum Gedson: omnis ministrans in
tabernaculo testimonij: quos recognouit Moyses, & Aaron, per vocem Domi-
ni in manu Moysis. Recogniti autem sunt & populus filiorum Merari secun-
dum populos eorum, secundum domos familiarum eorum a quinque, & vigin-
ti annis, & supra, vsque ad quinquaginta annos, omnis ingrediens ministrare ad
opera tabernaculi testimonij. Et fuit recognitio eorum secundum populos
eorum, secundum domos familiarum eorum ter mille, & ducenti. Hæc est re-
cognitio populi filiorum Merari: quos recognouit Moyses, & Aaron, per vocē
Domini in manu Moysi. Omnes recogniti, quos recognouit Moyses, & Aaron,
B & principes Israel Leuitas secundum populos, & secundum domos familiarum
eorum, a quinque, & viginti annis, & supra, vsque ad quinquaginta annos: om-
nis ingrediens ad opus operum, & opera quæ leuantur in tabernaculo testimo-
nij. Et fuerunt qui recogniti sunt, octo mille quingenti octuaginta. Per vocem
Domini recognouit eos in manu Moysi, virum ad virum super opera eorum, &
super illa, quæ ipsi leuant. Et recogniti sunt; quemadmodum præcepit Do-
minus Moysi.

α Sume caput.] λάβε τὸ κεφάλαιον. *Int. Origenis hom.* 5. accipiat numerum. *Alij vertunt,* accipe sum-
mam. *Nam quod diximus de vocabulo* ἀρχὴ, *idem dicendum est de* κεφάλαιον. β A viginti, & quinque.] *Ita*
C *etiam Origenes. Vulgata vt hebræus, & chaldæus,* à trigesimo. γ Caath.] *Ita & alius liber vetus, & Cy-
rillus de ador. & Compl. & respondet hebræo. In alijs additur* ἐκ μέσου υἱῶν λευὶ κατ' δήμους αὐτῶν κατ' οἴκους πατριῶν
αὐτῶν. *Int. Orig.* Post hæc dicitur, quæ sint opera filiorum Caath in medio filiorum Leui secundum plebes
suas in tabernaculo testimonij. δ Trajcient per eam.] *Ita alius liber vetus, & Cyrillus. In alijs est,*
καὶ διεμβαλοῦσι τοὺς ἀναφορεῖς αὐτῆς. & traijcient gestatoria eius. ε Adoperient.] ἐπικαλύψουσι. *Alij, & Compl.*
ἐπιβαλοῦσιν. *Sed S. Aug. q.* 8. *habet, vt nostra: eamque locutionem interpretatur.* ζ Opertorium.] *Etiam
Compl. hoc loco habet,* τὸ καλυμμα, *sed non post tres abhinc lineas. Vulgata hic habet,* & altare mundabunt
cinere, *ibi autem,* vncinos, & batylla. η Et sument.] *Hæc vsque ad,* & consummabunt, *absunt à Compl. vt
à vulgata. Sed Origenes,* septimo in loco operitur labrum, *&c.* θ De tribu] *Int. Orig. eadem hom.* 5. *&
6.* nolite exterminare de tribu sua plebem Caath: *sed exterminare de tribu videtur idem significare, ac si di-
ceretur, facere, vt non sit tribus, id est perdere ipsam: quo fere modo habet vulgata.* ι Accedentibus ipsis
ad sancta sanctorum] *Hæc ab Int. Orig. videntur coniungi cum superioribus, quemadmodum & in vulgata.
D Alij præponunt punctum, & coniungunt cum sequentibus.* κ Cooperimentum.] *Schol* καὶ δέρματα ὑακίνθινα,
& pelles hyacinthinas. λ Operimentum.] *Schol.* Samariticus ἐπίσπαστρον, *quæ dictio in aliquot editiones
vulgatas irrepsit, & valet* velum, *vel* tentorium: *in quibus etiam, vt in vulgata antecedit, quod in nostra sequi
tur,* καὶ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς & tentoria atrij. μ Capitella.] κεφαλίδας. *vbi vulgata* tabulas. ν Et cooperimen-
tum, & bases earum, & columnæ earum & cooperimentū ostij tabernaculi.] *Hæc, vt à vulgata, ita absunt
à Compl. & certe apparet coaceruatio quædam.*

CAP. V.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & emit-
tant e castris omnem leprosum, & omnem, qui patitur fluorem sangui-
nis, & omnem immundum super anima: a masculino vsque ad fœmini-
E num, emittite extra castra: & nō inquinabūt castra ipsorum; in quibus ego ver-
sor in eis. Et fecerunt sic filij Israel: & emiserunt eos extra castra: sicut locutus
est Dominus Moysi; sic fecerunt filij Israel. Et locutus est Dominus ad Moy-
sem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Vir, aut mulier, quicumque fecerit
ab α omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit, & deliquerit β anima
illa; annunciabit peccatum, quod fecit: & reddet delictum: caput, & quintas
eius adijciet super illud: & reddet, cui deliquit ei. Si autem non fuerit homini
γ proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum; delictum, quod redditur Do-
mino,

mino, sacerdoti erit, excepto ariete propitiationis; per quem depropiciabit in A
illo pro eo. Et omnes primitiæ secundum omnia, quæ sanctificantur in filijs
Israel, quæcumque offerant Domino, sacerdoti ipsi erunt: & cuiusque sanctificata ipsius erunt: & vir, qui dederit sacerdoti, ei erit. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos. Viri, viri si præuaricata fuerit vxor eius, & despiciens despexerit eum, & cubuerit quis cum ea concubitum seminis, & latuerit ab oculis viri sui, & absconderit, ipsa autem sit inquinata, & testis non sit cum ea, & ipsa non sit deprehensa, & superuenerit ei spiritus zelandi, & zelet vxorem suam, ipsa autem inquinata est, vel superuenerit
ei spiritus zelandi, & zelet vxorem suam, ipsa autem non sit inquinata; & addu- B
cet homo vxorem suam ad sacerdotem: & offeret munus pro ea, decimã oephi farinam hordeaceam: non effundet super ipsam oleum: neque imponet super eam thus. Est enim sacrificium zelotypiæ, sacrificium memorialis, rememorans peccatum. Et adducet eam sacerdos, & statuet eam ante Dominum. Et sumet sacerdos aquam mundam viuentem in vase testaceo, & de terra quæ est super pauimentum tabernaculi testimonij: & sumens sacerdos inijciet in aquam. Et statuet sacerdos mulierem ante Dominum: & reuelabit caput mulieris: & dabit super manus eius sacrificium memorialis, sacrificium zelotypiæ: in manu au
tem sacerdotis erit ♪ aqua argutionis, quæ maledicitur, huius. Et adiura- C
bit eam sacerdos: & dicet mulieri: si non concubuit quis tecum, si non præuaricata es, vt inquinateris sub viro tuo; innocens esto ab aqua argutionis, quæ maledicitur, huius. Si autem præuaricata es, cum sub viro sis, vel inquinata es, & dedit quis concubitum suum in te præter virum tuum; & adiurabit sacerdos mulierem in iuramentis maledictionis huius: & dicet sacerdos mulieri. Det te Dominus in maledictum, & • execramentum in medio populi tui, in dando Dominus femur tuum collapsum, & ventrem tuum diruptum. Et ingredietur aqua quæ maledicitur hæc in ventrem tuum, ad dirumpendum vterum, & fa-
ciendum cadere femur tuum. Et dicet mulier: Fiat, fiat. Et scribet sacerdos D
maledicta hæc in libro: & delebit in aqua argutionis, quæ maledicitur: & potabit mulierem de aqua argutionis, quæ maledicitur. Et intrabit in eam aqua, quæ maledicitur, argutionis. Et sumet sacerdos de manu mulieris sacrificium zelotypiæ: & imponet sacrificium ante Dominum: & offeret illud ad altare: & tollet pugillo sacerdos de sacrificio memoriale eius: & offeret illud super altare: & post hæc potabit mulierem de aqua. Et erit, si fuerit inquinata, & latendo latuerit virum suum: & intrabit in eam aqua maledicta redargutionis: & ☾ inflabitur ventrem, & decidet femur eius: & erit mulier in maledictum popu
lo suo. Si autem non fuerit inquinata mulier, & munda fuerit; & innocens erit, E
& seminare faciet semen. Hæc est lex zelotypiæ, cuicumque præuaricata fuerit mulier, quæ sub viro est, & inquinata fuerit, aut homo, cui superuenerit super eum spiritus zelandi, & zelauerit vxorem suam. Et statuet vxorem suam ante Dominum: & faciet ei sacerdos omnem legem hanc: & innocens erit homo a peccato: & mulier illa accipiet peccatum suum.

• Ab om-

A *a* Ab omnibus peccatis humanis.] *Ita S. Aug. in locut. & q. 10. vbi etiam explicat, quid sit peccatum humanum; quemadmodũ & Theodoretus q. 9.* *β* Anima illa.] *Optime possunt hæc coniungi cũ præcedentibus, & congruenter hebræo. S. Aug. tamen ibidem coniungit cum sequentibus.* *γ* Proximus.] *Ita S. Aug. q. 9. græce est* ὁ ἀγχιστεύων, *ac valet etiam redimens, & qui habet ius persequendi · quales sunt propinqui. Legendus Theodoretus q. eadem.* *δ* Aqua argutionis.] τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικαταρωμένου τούτου *Ita & alius liber vetus, & Theodoretus q. 10. Alij codices,* τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο. *Et S. Aug in locut.* erit aqua argutionis, quæ maledicitur hæc · *& inquit ita potuisse vsitate dici,* erit aqua argutionis hæc, quæ maledicitur. *Verum in hoc eodem capite non semel in omnibus codicibus vterq. locutionis modus repetitur; vt dicatur & aqua maledicta, & argutio maledicta.* *ε* Execramentum.] S. *Aug. q. 11. in execramentum, & habet, vt etiam Theodoretus,* ἐνόρκιον, *eamque dictionem explanat. Compl.* ἐν ὅρκῳ in iuramentum. *ζ* Inflabitur.] *Sic S. Aug. in locut. Posset autem verti etiam, vt paulo superius fecimus,* dirumpetur.

B

CAP. VI.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Vir aut mulier, quicumque *a* magne vouerit votum, purificandi puritatem Domino; a vino, & sicera temperabit: & acetum ex vino, & & acetum ex sicera non bibet: & quæcumque conficiuntur ex vua, non bibet: & vuam recentem & vuam passam non comedet omnibus diebus voti sui. Ab omnibus quæcumque fiunt ex vite, vinum a corticibus vuæ, vsque ad acinum nõ comedet omnibus diebus purificationis. Nouacula non superueniet super caput
C eius, donec impleantur dies, quoscumque vouit Domino. Sanctus erit nutriens comam capillum capitis omnibus diebus voti Domino. Super omnem animã mortuam non ingredietur: super patrem, & matrẽ, & super fratrem, & super sororem, non inquinabitur in eis; cum illi mortui fuerint: quoniam votũ Dei eius in eo super caput eius: omnibus diebus voti sui sanctus erit Domino. Si quis autẽ mortuus fuerit super eũ repente; statim inquinabitur caput voti eius; & radetur caput suum, qua die mundabitur: die septimo radetur: & die octauo feret duos turtures, vel duos pullos columbarum ad sacerdotem ad ianuas tabernaculi testimonij. Et faciet sacerdos vnum pro peccato: & vnum in holocaustum. Et de-
D propitiabit pro eo sacerdos, de quibus peccauit pro anima: & sanctificabit caput suum in die illa, qua sanctificatus est Domino, dies voti. Et adducet agnũ anniculum in delictum. Et priores dies innumerati erunt: quoniam inquinatũ fuit caput voti eius. Et hæc est lex eius qui vouit. Quacumq die impleuerit dies voti sui; offeret ipse ad ianuas tabernaculi testimonij: & offeret munus suum Domino agnũ anniculũ sine vitio vnũ in holocaustoma, & agnã anniculã vnam sine vitio in peccatũ, & arietem vnũ sine vitio in salutare, & canistrum azymorũ similæ panes refectos in oleo, & lagana azyma vncta in oleo, & sacrificium eorum, & libamẽ eorum. Et offeret sacerdos ante Dominũ: & faciet quod pro peccato eius
E & holocaustum eius: & arietem faciet sacrificium salutaris Domino super canistro azymorum: & faciet sacerdos sacrificium eius, & libamen eius. Et radetur, qui vouit, ad ianuas tabernaculi testimonij caput voti sui, & imponet capillos super ignem, qui est sub sacrificio salutaris. Et sumet sacerdos brachium coctum de ariete, & panem vnum azymum de canistro, & laganum azymum vnũ: & imponet super manus eius, qui vouit: postquam ipse rasus fuerit *β* votum suũ. Et offeret ea sacerdos impositionem ante Dominum. Sanctum erit sacerdoti super pectusculum impositionis, & super brachium ablationis. Et post hæc bibet, qui vouit, vinum. Hæc est lex eius qui vouit, quicumque vouerit munus suum Domino

mino pro voto, absque ijs, quæ inuenerit manus eius, secundum potentiam voti A
sui, quod vtique vouerit iuxta legem puritatis. Et locutus est Dominus ad Moy
sem dicens. Loquere Aaron, & filijs eius, dicens. Sic benedicetis filios Israel, dicē
tes eis. Benedicat te Dominus, & custodiat te: illuminet Dominus faciem tuam
super te, & misereatur tui: eleuet Dominus faciem suam super te & det tibi pa
cē. Et imponent nomen meum super filios Israel, Et ego Dominus benedicā eos.

a Magne vouerit.] *Sic S. Augu. in locut. Alij ex hebræo vertunt*, cum mirificauerit vouendo votum. b Votum suum] *Alij codices, & Compl.* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, caput suum. *Sed nostra retinuit hebraismum. Nā in hebræo est*, postquam ratus fuerit Nazareatus eius.

CAP. VII. B

ET factum est qua die consummauit Moyses, vt erigeret tabernaculum; & vnxit illud, & sanctificauit illud, & omnia vasa eius, & altare, & omnia va sa eius: & vnxit ea, & sanctificauit ea. Et obtulerunt principes Israel, duodecim principes domorum familiarum suarum. Hi sunt principes tribuum, hi assistentes super a recognitione. Et tulerunt munus suum ante Dominum sex ve hicula b lampenica, & duodecim boues: vehiculum a duobus principibus, & vi tulum ab vnoquoque. Et adduxerūt ante tabernaculū. Et ait Dominus ad Moy
sem, dicens: Accipe ab eis, & erunt ad opera ministratoria tabernaculi testimo- C
nij: & dabis ea Leuitis, vnicuique secundum ministerium eius. Et sumens Moyses vehicula, & boues, dedit ea Leuitis. Et duo vehicula, & quatuor boues dedit filijs Gedson secūdum ministeria eorum: & quatuor vehicula, & octo boues dedit filijs Merari secundum ministeria eorum, per Ithamar filium Aaron sacerdotis. Et filijs Caath non dedit: quoniam ministeria ipsius sancti habent: super humeros leuabunt. Et obtulerunt principes in dedicationē altaris in die qua vnxit illud: & obtulerunt principes munera sua e regione altaris. Et dixit Dominus ad Moysem: Princeps vnus c quotidie, princeps quotidie offerent dona sua in de-
dicationem altaris. Et fuit offerens in die prima donum suū Naasson filius Ami- D
nadab, princeps tribus Iuda. Et obtulit donum suum patellam argenteam vnā, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arie tem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Naasson filij Aminadab. Die se-cunda obtulit Nathanael filius Sogar, princeps tribus Issachar: & obtulit do-
num suum patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phia- E
lam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo in sacrificium, mortariolum vnum decē aureorum ple num incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem unum, agnum unum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris unum pro peccato, & in sacrificiū salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donū Nathanael filij Sogar. Die tertia princeps filiorū Zabulon, Heliab filius Chælon, donū suum patellā argenteam unā, triginta & centū pōdus eius, phialā unā argēteam septuaginta siclorū iuxta siclū sanctū, utraq. plena similæ refectæ

in oleo

A in oleo in sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustū, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificiū salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque Hoc est donum Heliab filij Chælon. Die quarta princeps filiorum Ruben Helisur filius Sediur donū suū, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argēteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustū,
B & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donū Helisur filij Sediur. Die quinta princeps filiorum Symeon Salamiel filius Surisadæ donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decē aureorum plenū incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est
C donum Salamiel filij Surisadæ. Die sexta princeps filiorum Gad, Elisaph filius Raguel, donum suum, patellā argenteā vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctū, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Elisaph filij Raguel. Die septima princeps filiorum Ephræm, Elisama filius Emiud donum suum patellam argenteam vnam, triginta & cen-
D tum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnū, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Elisama filij Emiud. Die octaua princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad
E sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Gamaliel filij Phadassur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gadeoni donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anni-

culum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium A
salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinq;.
Hoc est donum Abidan filij Gadeoni. Die decima princeps filiorũ Dan, Achiezer filius Amisadæ donum suum patellam argenteam vnã, triginta & centum põdus eius, phialam vnam argenteam, septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnũ vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnũ pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinq;.
Hoc est donum Achiezer filij Amisadæ. Die vndecima princeps filiorum Aser, B
Phageel filius Echran donum suum, patellam argenteam vnam, triginta, & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnũ decem aureorum plenum incẽsi, vitulũ vnum ex bobus, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque; agnas anniculas quinque. Hoc est donũ Phageel filij Echran. Die duodecima princeps filiorũ Nephthali, Achire filius Ænan, munus suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta C
siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donũ Achire filij Ænan. Hæc est dedicatio altaris qua die vnxit illud, a principibus filiorũ Israel, patellæ argenteæ duodecim phialæ argẽteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, triginta & centũ siclorũ patella vna, & septuaginta siclorum phiala vna, omne argentum vasorũ bis mille, & quadringenti sicli. Sicli in siclo sancto. Mortariola aurea duodecim plena D
incensi. Omne aurum mortariolorum, viginti & centũ aurei. Omnes boues quæ in holocaustorum, vituli duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & sacrificia eorum, & libamina eorum & hirci ex capris duodecim pro peccato. Omnes boues in sacrificium salutaris, vitulæ viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta [δ] anniculi, agnæ sexaginta anniculæ immaculatæ. Hæc est dedicatio altaris, [ε] postquam impleuit manus suas, & postquam vnxit eum. In ingrediendo Moyses in tabernaculum testimonij ad loquendum ei, & audiebat vocẽ Domini loquentis ad se desuper propitiatorio, quod est super arcam testimonij inter duos Cherubim. Et loquebatur ad eum. E

α Recognitione.] *De hac dictione iam notatum est. Schol.* Alius, ἐπισκέψει τοῦ λαοῦ, numeratione populi. β Vehicula lampenica] ἁμάξας λαμπηνικάς. *Schol.* Alius interpretatur, κατεσκευασμένας ædificatas, & apparatas, Aquila σκεπαστάς, tecta. Samariticus autem habet δυνατάς, valida. Euseb. Emis. ἁμάξας λαμπηνικάς dicit τὰς διαδρόμους, quæ rotis ad discurrendum aguntur, quæ nonnulli vocant ζευγάρια. *S. Aug. in locut.* vehicula tecta. *Vulgata,* plaustra tecta. γ Princeps vnus quotidie, princeps quotidie] *S. Aug. in locut.* pro eo, vt diceret, singulis diebus singuli principes. *Ac sane, quod græce est* καθ' ἡμέραν *potest etiam verti* in diẽ, *aut* per diem. δ Anniculi.] *Abest hac dictio a Compl. sed in hebræo est dictio, cui possit respondere: a quo hebræo potius abest illud, quod sequitur,* immaculatæ. ε Postquam impleuit manus suas, & postquam vnxit eum.] *In Compl. tantum est* μετὰ τὸ χρῖσαι αὐτό, postquam vnxit illud. *Sed potuit dici* αὐτόν, *pro* αὐτό, *quoniam altare in hebræo est masculini generis, vt alibi notatum est.*

CAP.

A CAP. VIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad Aaron, & dices ad eum: Cum imposueris lucernas; a parte secundum faciem candelabri lucebunt septem lucernæ. Et fecit sic Aaron. Ab vna parte secundum faciem candelabri accendit lucernas eius; sicut præcepit Dominus Moysi. Et hæc est structura candelabri: solidum aureum, stipes eius, & lilia eius, solidum totū: secundum speciem, quam ostendit Dominus Moysi, sic fecit candelabrum. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Sume Leuitas de medio filiorū Israel: & purificabis eos. Et sic facies eis purificationem eorum. Asperges eos aqua pu-
B rificationis: & superueniet nouacula super omne corpus eorum: & lauabunt vestimenta sua: & mundi erunt. Et sument vitulum vnum ex bobus, & huius sacrificium similam refectam in oleo. Et vitulum anniculum, ex bobus sume pro peccato. Et adduces Leuitas ante tabernaculum testimonij: & congregabis omnē synagogam filiorum Israel: & adduces Leuitas ante Dominum: & imponent filij Israel manus suas super Leuitas. Et segregabit Aaron Leuitas, munus ante Dominum a filijs Israel: & erunt, vt operentur opera Domini. Leuitæ autem imponent manus super capita vitulorum: & facies vnum pro peccato, & vnum in holocaustum Domino ad exorandum pro eis. Et statues Leuitas ante Dominum:
C & ante Aarō, & ante filios eius: & donabis illos donū ante Dominū: & distingues Leuitas de medio filiorum Israel: & erunt mihi. Et post hæc ingrediētur Leuitæ ad operandū opera tabernaculi testimonij: & mundabis eos: & donabis eos ante Dominum: quoniam donum, donati hi mihi sunt de medio filiorum Israel: pro adaperientibus omnem vuluā primogenitis omnibus sumpsi eos mihi: quoniā mihi omne primogenitum in filijs Israel ab hominibus vsque ad pecus Qua die percussi omne primogenitum in terra Ægypti; sanctificaui eos mihi: & sumpsi Leuitas pro omni primogenito in filijs Israel: & donaui Leuitas donum, donatos Aaron, & filijs eius de medio filiorum Israel ad operandum opera filiorum
D Israel in tabernaculo testimonij, & propitiandum pro filijs Israel. Et non erit in filijs Israel [α] accedens ad sancta. Et fecit Moyses, & Aaron, & omnis synagoga filiorum Israel Leuitis: secundum quæ præcepit Dominus Moysi de Leuitis, ita fecerunt eis filij Israel. Et purificati sunt Leuitæ: & lauerunt vestimenta: & donauit eos Aaron donum ante Dominum: & exorauit pro eis Aaron, ad purificādos eos. Et post hæc intrarunt Leuitæ ad ministrandum ministerium suum in tabernaculo testimonij ante Aaron, & ante filios eius: sicut præcepit Dominus Moysi de Leuitis, sic fecerūt eis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicēs: Hoc [β] est, quod de Leuitis: a quinto, & vigesimo anno & supra introibunt [γ] operari in ta-
E bernaculo testimonij: & a quinquagenario recedet a ministratione, & non operabitur vltra: & ministrabit frater eius, in tabernaculo testimonij [δ] custodire custodias, opera autem non operabitur. Sic facies Leuitis in custodijs eorum.

[α] Accedens.] *Ita plerique libri veteres. In alijs quibusdam additur τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Et S. Augu. in locut.* Et non erit in filijs Israel accedens filiorum Israel ad sancta. [β] Hoc est, quod de Leuitis.] *S. Aug. q. 13.* Hoc est de Leuitis, Hoc alij interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Leuitis, *&c.* [γ] Operari.] *Alij codices, & Cyrillus lib. 5. de adoratione λειτουργεῖν λειτουργίαν ἐν ἔργοις. & S. Aug. q. 14.* ministrare in ministerium in operibus. [δ] Custodire.] *Ita S. Aug. ibidem: notatque hæc esse intelligenda de quinquagenario, illa autem proxime antecedentia,* & ministrabit frater eius, *per hyperbaton esse interiecta. Sed Compl. habet,* καὶ λειτουργήσει μετὰ ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου φυλάσσειν φυλακάς & ministrabit cum fratribus suis in tabernaculo testimonij custodiendo custodias: *quod respondet hebræo.*

CAP. IX.

ET locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sina in anno secundo egres- A
sis ipsis de terra Ægypti in mense primo, dicens: Dic & faciant filij Israel
Pascha iuxta tempus eius, quarta & decima die mensis primi ad vesperã.
Facies illud secundum tempora: secundum legem eius, & secundum constitutio
nem eius facies illud. Et locutus est Moyses filijs Israel, vt facerent Pascha inci-
piẽte quarta & decima die mensis in deserto Sina: sicut præcepit Dominus Moy
si, ita fecerunt filij Israel. Et affuerunt viri, qui erant immundi super animam
hominis, & non poterant facere Pascha in die illa. Et accesserunt ante Moy-
sem, & Aaron in die illa: & dixerunt viri illi ad eum: Nos immundi super ani- B
mam hominis. Nunquid igitur fraudandi erimus offerre donum Domino iu-
xta tempus suum in medio filiorum Israel? Et dixit ad eos Moyses: State istic,
& audiam quid præcipiet Dominus de vobis. Et locutus est Dominus ad Moy
sem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Homo, homo, quicumque fuerit
immundus super animam hominis, vel in via longe a vobis, vel in generationi-
bus vestris, & faciet Pascha Domino in mense secundo in quarta & decima die:
ad vesperam facient illud: super azyma, & picridas comedent illud: non re-
linquent de eo in mane, & os non confringent de eo: secundum legem ipsius Pa
scha facient illud. Et [α] homo quicumque mundus fuerit, & in via longe non C
est, & defuerit facere Pascha; exterminabitur anima illa de populo suo: quia
donum Domino non obtulit iuxta tempus eius: peccatum suum accipiet homo
ille. Si autem accesserit ad vos proselytus in terra vestra, & fecerit Pascha Do
mino; secundum legem ipsius Pascha, & secundum constitutionem eius faciet
illud. Lex vna erit vobis, & proselyto, & indigenæ terræ. Et die qua statu-
tum est tabernaculum, texit nubes tabernaculum, [β] domum testimonij: & ve-
spere erat super tabernaculum velut species ignis vsque mane. Ita fiebat sem-
per: nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes a
tabernaculo; & postea promouebant filij Israel: & in loco vbicumque steterat D
nubes; ibi castra collocabant filij Israel. Per præceptum Domini castra [γ] col-
locabunt filij Israel: & per præceptum Domini promouebunt. Omnes dies,
in quibus obumbrat nubes super tabernaculum; in castris erunt filij Israel. Et
quando [δ] protraxerit nubes super tabernaculum dies plures; & custodient filij
Israel custodiam Dei, & non promouebunt. Et erit cum texerit nubes dies nu-
mero super tabernaculum, per vocem Domini in castris erunt: & per præceptũ
Domini promouebunt. Et erit, cum fuerit nubes a vespera vsque ad mane, &
ascenderit nubes mane; & promouebunt die, vel nocte: [ε] mense diei, abundan
te nube obumbrante super illud, in castris erunt filij Israel, non promouebunt: E
quoniam per præceptum Domini promouebunt. Custodiam Domini custo-
dierunt, per præceptum Domini in manu Moysi.

[α] Homo.] S. *Aug. in locut.* homo, homo. [β] Domum testimonij.] *Ita & alius liber vetus, & Cyril-lus lib. 5. de adoratione, & S. Aug. q. 16. Nonnulli* καὶ τὸν οἶκον, & domum. [γ] Collocabunt.] *Notat S. Aug. ibidem hanc locutionem: in qua narrator rerum gestarum vtitur verbis temporis futuri.* [δ] Protraxerit.] S. *Aug* protexerit. [ε] Mente diei.] *Sic plerique libri. In Compl. est* vel mente. *In nonnullis, & apud Cyrillum lib. 5. Sic legitur,* [illegible] *S. Aug.* & cum sic ascenderit nubes; promo-uebunt die, vel mente, *&c. Legenda diligenter sunt, quæ in hoc loco afferuntur à S. Augu. quamuis subesse possit mendum aliquod, quod ex collatione cum hebræo, & alia interpunctione tolli posset.*

CAP.

A CAP. X.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas; ductiles facies eas: & erunt tibi ad reuocandam synagogam, & promouenda castra. Et clanges in illis: & congregabitur omnis [a] synagoga ad ostium tabernaculi testimonij. Si autem in [b] vna clangent; accedent ad te omnes principes [y] Duces Israel. Et clangetis significationem: & promouebunt castra applicantia ad orientem. Et clangetis significationem secundam: & promouebunt castra applicantia ad Africum. Et clangetis significationem tertiam: & promouebunt castra applicantia iuxta mare. Et clangetis significa-
B tionem quartam: & promouebunt castra applicantia ad Aquilonem. Significatione clangent in promotione eorum. Et quando [d] congregabitis synagogam; clangetis, & non significatione. Et filij Aaron sacerdotes clangent tubis. Et erit vobis legitimum sempiternum in progenies vestras. Si autem exibitis in bellum in terra vestra erga aduersarios, qui steterunt contra vos; & significabitis tubis: & erit recordatio vestri coram Domino; & saluabimini de inimicis vestris. Et in diebus lætitiæ vestræ, & in solemnitatibus vestris, & in Neomenijs vestris clangetis tubis super holocaustomata, & super sacrificia salutarium vestrorum. Et erit vobis rememoratio coram Deo vestro. Ego Dominus Deus
C vester. Et factum est in anno secundo, in mense secundo, vigesima mensis ascendit nubes a tabernaculo testimonij. Et promouerunt filij Israel cum vasis suis, in deserto Sina. Et stetit nubes in deserto Pharan. Et promouerunt primi per vocem Domini in manu Moysi. Et promouerunt ordo castrorum filiorum Iuda primi cum virtute sua: & super virtutem eorum Naasson filius Aminadab. Et super virtutem tribus filiorum Issachar, Nathanael filius Sogar. Et super virtutem tribus filiorum Zabulon, Eliab filius Chelon. Et deponent tabernaculum. Et promouebunt filij Gedson, & filij Merari, qui sunt leuantes tabernaculum. Et promouerunt ordo castrorũ Ruben cum virtute sua: & super virtu-
D tem eorum Elisur filius Sediur. Et super virtutem tribus filiorum Symeon, Salamiel filius Surisadæ. Et super virtutẽ tribus filiorũ Gad Helisaph filius Raguel. Et promouebunt filij Caath, leuantes sancta: & stare facient tabernaculũ, quoadusque accesserint. Et promouebunt ordo castrorum Ephræm cum virtute sua: & super virtutem eorum Elisama, filius Semiud. Et super virtutem tribus filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur. Et super virtutem tribus filiorum Beniamin, Abidan filius Gadeoni. Et promouebunt ordo castrorum filiorum Dan, vltimi omnium castrorum cum virtute sua: & super virtutem eorum Achiezer filius Amisadai. Et super virtutem tribus filiorum Aser, Phageel filius Echran. Et super virtutem tribus filiorum Nephtali, Achire filius Ænan.
E Hæ sunt acies filiorum Israel: & promouerunt cum virtute sua. Et dixit Moyses ipsi • Obab filio Raguel Madianiti socero Moysi. Promouemus nos in locum, quem dixit Dominus: hunc dabo vobis. Veni nobiscum: & bene tibi faciemus, quoniam Dominus locutus est bona de Israel. Et dixit ad eum: Non ibo: sed ad terram meam & ad progeniem meam. Et dixit: Ne derelinquas nos, quoniam fuisti nobiscum in deserto: & eris in nobis presbyter. Et erit, si iueris nobiscum, & erunt bona illa, quæcumque benefaciet nobis Dominus; & bene tibi faciemus. Et promouerunt a monte Domini viam trium dierum: Et arca

testamenti Domini præcedebat prior eis viam trium dierum ad explorandum A
eis requietem. Et factum est in promouendo arcam, & dixit Moyses: Exurge
Domine, & dissipentur inimici tui: fugiant omnes qui odio habent te. Et in re-
quiete dixit: ε euertere Domine, millia, decem millia in Israel. Et ζ nubes fuit
obumbrans super eos die; dum promouerent ipsi e castris.

α Synagoga.] *Ita etiam alius liber vetus, & Cyrillus. In aliis additur,* πρὸς σὲ, ad te. β In vna.] *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus in 5. de adoratione. Alii* μιᾷ σάλπιγγι σαλπίσωσι, vna tuba cecinerint. γ Duces.] ἀρχηγοί. *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus. Alii* καὶ χιλίαρχοι, & chiliarchi. δ Congregabitis] *Sic visum est satis aptam reddi sententiam; quamuis S. Aug. q. 17. habeat* Et cum congregaueritis synagogam; tuba canetis, & non in signo, *easque verba ingeniose interpretetur. Omnino* σημασία, *videtur significare certam soni speciem, quam alii ex hebræo dixerunt ouationem, alii vlulationem. Legendus Theodor. q. 15.* ε Obab.] *S. Aug. in locut.* Obeth filio Raguel Madianitæ genero Moysi. *Theodoretus q. 16 putat Iobab fuisse filium Raguelis, qui idem sit, ac Iothor.* ζ Et nubes.] *Hæc vsque in finem in Compl. habentur paulo superius, nimirum, vbi in vulgata.* B

CAP. XI.

ET erat populus murmurans mala ante Dominum. Et audiuit Dominus,
& indignatus est ira. Et accensus est in eis ignis a Domino: & deuorauit
partem quandam castrorum. Et clamauit populus ad Moysem. Et ora-
uit Moyses ad Dominum: & cessauit ignis. Et vocatum est nomen loci illius, C
incendium: quia accensus est in eis a Domino. Et promiscuus, qui erat in eis,
concupiuit concupiscentiam: & sedentes flebant, & filij Israel, & dicebant: Quis
nos cibabit carnibus? Recordati sumus pisciū, quos edebamus in Ægypto gra-
tis, & cucumerum, & peponum, & porrorum, & ceparum, & alliorum. Nunc au
tem anima nostra arida. Nihil præter in Manna, oculi nostri. Manna autē quasi
semen α coriandri est: & species eius, species chrystalli. Et perambulabat po-
pulus, & colligebant, & molebant illud in mola, & conterebant in mortario, &
coquebant illud in olla, & faciebant illud subcineritia: & erat suauitas eius, tan-
quam quod gustatur, laganum β ex oleo. Et quando descendebat ros super ca- D
stra nocte; descendebat manna super ea. Et audiuit Moyses plorantes illos se-
cundum populos suos, vnumquenque ad ostium suum: Et indignatus est ira Do
minus valde. Et coram Moyse fuit malum. Et dixit Moyses ad Dominum. Vt
quid afflixisti seruum tuum, & quare non inueni gratiam coram te, imponendo
impetum populi huius super me? Nunquid ego in vtero concepi omnem po-
pulum hunc? aut ego peperi eos? quoniam dicis mihi, accipe illum in sinum
tuum, quasi tollat nutrix lactentem, in terram quam iurasti patribus eorum?
Vnde mihi carnes ad dandum omni populo huic? quoniam plorant super me,
dicentes: da nobis carnes, vt edamus. Non potero ego solus ferre populū hunc: E
quia γ grauius est mihi verbum hoc. Si autem sic tu facis mihi; occide me inte-
remptione, si inueni misericordiam apud te, vt non videam afflictionem meā.
Et dixit Dominus ad Moysem: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus
Israel, quos tu ipse nosti, quod hi sunt seniores populi, & scribæ eorum: & addu
ces eos ad tabernaculum testimonij: & stabunt illic tecum. Et descendam, & lo-
quar ibi tecum: & auferam de spiritu, qui est in te, & superponam super eos: & su
stinebunt tecum impetum populi: & non portabis eos tu solus. Et populo di-
ces: Purificamini in crastinum: & comedetis carnes: quoniam plorastis ante Do

minum,

A minum, dicentes, quis nos cibabit carnibus? quia bonum est nobis in Ægypto. Et dabit vobis Dominus carnes ad edendum: & edetis carnes: non diem vnum edetis, neque duos, neque quinque dies, neque decem dies, neque viginti dies: vsque ad mensem dierum edetis; donec exeat e naribus vestris: & erit vobis in ᵟ choleram; quoniam increduli fuistis Domino, qui est in vobis: & plorastis ante eum, dicentes: vtquid nobis exire de Ægypto? Et dixit Moyses: Sexcenta millia peditū populus, in quibus sum in eis: & tu dixisti, carnes dabo eis comedere: & comedent mensem dierum. Nunquid oues, & boues occidentur illis, & sufficient illis? Aut omne ᵉ edulium maris congregabitur eis, & sufficiet eis? Et
B dixit Dominus ad Moysem: Nunquid manus Domini non sufficiet? Iam cognosces, si ᶻ super comprehendet te verbum meum, an non. Et egressus est Moyses, & locutus est ad populum verba Domini. Et congregauit septuaginta viros de senioribus populi: & statuit eos in circuitu tabernaculi. Et descendit Dominus in nube, & locutus est ad eū: & abstulit de spiritu, qui super ipsum, & superposuit super septuaginta viros seniores. Vt autem requieuit spiritus super eos; prophetarunt, & non vltra ᵑ adiecerunt. Et remanserunt duo viri in castris, nomē vni Heldad, & nomen secundo Modad: & requieuit super eos spiritus. & hi erāt ex descriptis: & non venerant ad tabernaculum: & prophetarunt in castris. Et
C accurrens adolescens annunciauit Moysi: & dixit dicens: Heldad, & Modad prophetant in castris. Et respondens Iesus Naue, qui astabat Moysi ᶿ electus ille dixit: ᶥ Domine Moyses prohibe eos. Et dixit Moyses ei. Nunquid ᵏ æmularis me? Et quis det omnem populum Domini prophetas; cum dederit Dominus spiritum suum super eos? Et abijt Moyses in castra, ipse & seniores Israel. Et spiritus exijt a Domino: & ᵡ transtulit coturnicem a mari: & iniecit super castra, viam diei hinc, & viam diei hinc, in circuitu castrorum, quasi bicubitum a terra. Et exurgens populus totam diem, & totam noctem, & totam diem crastinam; & congregauit coturnicem: qui parum, congregauit decem coros: & re-
D frigerauerunt sibi refrigeria in circuitu castrorum. Carnes adhuc erant in dentibus eorum, antequam deficerent: & Dominus indignatus est in populum: & percussit ᵘ Dominus plagam magnam valde. Et vocatum est nomen loci illius, sepulchra concupiscentiæ: quia illic sepelierunt populum concupitorem. A sepulchris concupiscentiæ promouit populus in Aseroth.

α Coriandri] κορίου. *Schol.* Ceteri βδελλίου. Bdellij, *quamuis putem hanc varietatem potius pertinere ad illud sequens,* chrystalli. *Nam & eo loco habet vulgata, & ceteri, qui ex hebræo.* β Ex oleo.] *Schol.* Alius ἐκ μέλιτος, ex melle. *Aquila, & Symm.* μαστοὶ ἐλαίου, μαστοὶ εἰς λίπος, mammæ oleum (*id est recens, vt puto*) mammæ in pinguedine. γ Grauius est mihi.] *idest, graue est præ me, & facultate mea, quod habet hebræus. In alijs libris est* βαρύ μοι, graue mihi. δ In choleram] *Theodoretus q.* 19. Vel, vt Symm. εἰς ἀπεψίαν, cruditatem. Nam edacitas morbum attulit, & multis mortem diuinitus illata plaga. ε Omne edulium.] πᾶν τὸ ὄψος, *aut* ὄψον, *vt alij. S. Aug. q.* 19. omnis piscis. ζ Si supercomprehendet.] εἰ ἐπικαταλήψεται, *Ita & alius liber vetus, & Theodoretus: ac posset etiam reddi,* si ante vertet. *In alijs codicibus est,* ὅτι καταλήψεταί σε, quoniam comprehendet te, quoniam continget tibi. η Adiecerunt.] *Ita fere vertit Sanctes ex hebræo: & de hac sententia disputat Theodoretus q.* 20. *Vulgata, & Chaldæus,* nec vltra cessauerunt. θ Electus ille.] ὁ ἐκλεκτός. *Ita etiam Theodoretus. Plerique codices habent,* ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ, electus eius. ι Domine Moyses.] *Ita etiam Theodoretus. Alij* κύριέ μου, Domine mi. κ Nunquid æmularis me?] μὴ ζηλοῖς σὺ ἐμέ. *In alijs, & apud Theodoretum est* σύ μοι, *& sine interrogatione:* ne æmuleris tu mihi, *idest,* pro me. λ Transtulit coturnicem.] ἐξεπέρασεν ὀρτυγομήτραν. *In nonnullis codicibus est,* ἐξεπέτασεν, euolare fecit. *De ortygometra autem alibi notatum est.* μ Dominus plagam.] *Sic S. Aug. in locut. In alijs libris partim est* κύριος ἐν τῷ λαῷ πληγήν, *partim* τὸν λαόν, Dominus in populo plagam, *aut* populum plaga.

CAP.

CAP. XII. A

ET locuta est Maria, & Aaron contra Moysem propter vxorem Æthiopis-
sam, quam sumpsit Moyses; quoniam vxorem Æthiopissam sumpsit.
Et dixerunt: Nunquid soli Moysi locutus est Dominus? Nonne & nobis
locutus est? Et audiuit Dominus. Et homo Moyses mansuetus valde præter
omnes homines, qui essent super terram. Et dixit Dominus statim ad Moysem,
& Aaron, & Mariam: Exite vos tres ad tabernaculum testimonij. Et exierunt
ipsi tres ad tabernaculum testimonij. Et descendit Dominus in columna nubis:
& stetit super ostium tabernaculi testimonij: & vocati sunt Aaron, & Maria: &
exierunt ambo. Et dixit ad eos: Audite verba mea. Si fuerit propheta ex vobis B
Domino; in visione ei agnoscar, & in somno loquar ei. Non sic famulus meus
Moyses: in tota domo mea fidelis est: os ad os loquar ei, in specie, & non per
ænigmata: & gloriam Domini vidit. Et quare non timuistis detrahere seruo
meo Moysi? Et ira [a] furoris Domini super eos: & abijt. Et nubes discessit a ta-
bernaculo: & ecce Maria leprosa, sicut nix. Et respexit Aaron super Mariam: &
ecce leprosa. Et ait Aaron ad Moysem: Precor Domine, ne imposueris Domi-
ne peccatum; quoniam ignorauimus, quoniam peccauimus. Ne fiat tanquam
æquale morti, vt abortus eiectus de vulua matris: & comedit dimidium carniũ
eius. Et clamauit Moyses ad Dominum, dicens: Deus precor te, sana eam. Et C
dixit Dominus ad Moysem. Si pater eius expuens expuisset in faciem eius; non
confundetur septem dies? Segregetur septem diebus extra castra: & post hæc in-
gredietur. Et segregata est Maria extra castra septem diebus. Et populus non
promouit; quoadusque mundata est Maria.

a Furoris.] *Sic Int. Origenis, quod græce est θυμοῦ. S. Aug. in locut.* animationis: *quæ dictio familiaris est etiam S. Cypriano. Quod autem sequitur,* & abijt, *longe melius est, quàm quod apud Int. Orig. & in Compl. & alijs,* καὶ ἀπῆλθον, & abierunt.

CAP. XIII. D

ET post hæc promouit populus ex Aseroth: & castrametati sunt in deserto
Pharan: Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Mitte tibi viros:
& considerent terram Chananæorum, quam ego do filijs Israel in posses-
sionem: virum vnum per tribum, secundum populos familiarum eorum mittes
eos, omnem ducem ex eis. Et emisit eos Moyses e deserto Pharan per vocem
Domini. Omnes viri duces filiorum Israel hi. Et hæc nomina eorum: de tribu
Ruben, Samuel filius Zachur: de tribu Symeon, Saphat filius Suri: de tribu Iuda
Chaleb filius Iephonne: de tribu Issachar, Ilaal filius Ioseph: de tribu Ephræm E
Ause filius Naue: de tribu Beniamin Phalti filius Raphu: de tribu Zabulon,
Gudiel filius Sudi: de tribu Dan, Amiel filius Gamali: de tribu Aser, Sathur fi-
lius Michael: de tribu Nephthali, Nabi filius Sabi: de tribu Gad, Gudiel filius
Macchi. Hæc nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram.
Et cognominauit Moyses Ause filium Naue, Iesum. Et misit eos Moyses ad ex-
plorandam terram Chanaan: & dixit ad eos: Ascendite ista eremo: & ascendetis
in montem: & uidebitis terram, quæ sit, & populum, qui insidet super eã, si for-
tis est, an infirmus, si pauci sunt, an multi: & quæ terra, in qua isti insident super

eam,

A eam, vtrum bona est, an mala: & quæ ciuitates, in quibus isti habitant in eis; si in
muratis, vel in non muratis: & quæ terra, vtrum pinguis, an macra; si sunt in ea
arbores, an non. Et constanter agentes, sumetis de fructibus terræ. Et dies erant
dies veris, præcursores vuæ. Et ascendentes considerauerunt terram a deserto
Sin vsque Roob, intrantibus Æmath. Et ascenderunt secundum desertum, &
abierunt vsq. Chebron. Et ibi Achiman, & Sesi, & Thelami, progenies Enach.
Et Chebron septem annis ædificata est ante Tani Ægypti. Et venerunt vsque
ad vallem botri: & considerauerunt eam: & absciderunt inde palmitem, & botrum
vuæ vnum super eum: & tulerunt illud super gestatoria: & de malis puni-
B cis, & de ficubus. Et locum illum cognominauerunt, vallis botri, propter bo-
trum, quem absciderunt inde filij Israel. Et reuerterunt inde, cum considerassent
terram, post quadraginta dies. Et profecti venerũt ad Moysem, & Aaron,
& ad omnem synagogam filiorum Israel in desertum Pharan Cades. Et responderunt
eis verbum, & omni synagogæ: & ostenderunt fructum terræ: & narraue-
runt ei, & dixerunt: Venimus in terram, in quam misisti nos, terram fluentem
lac, & mel: & hic fructus eius: nisi quod audax est gens, quæ habitat super eam:
& ciuitates munitæ muratæ, magnæ valde. Et progeniem Enach vidimus ibi.
Et Amalec habitat in terra, quæ ad Austrũ. Et Chettæus, & Euæus, & Iebusæus,
C & Amorræus habitat in mõtana. Et Chananæus habitat iuxta mare, & iuxta Ior
danem flumen. Et tacere fecit Chaleb populum erga Moysem: & dixit ei: Nequaquam:
sed ascendentes [a] ascendemus: & hæreditabimus eam: quoniam valentes
valebimus erga eos. Et homines, qui simul ascenderant cum eo, dixe-
runt: Non ascendemus: quoniam non poterimus ascendere ad gentem: quia for
tior est nobis magis. Et protulerunt [b] pauorem terræ, quam explorauerunt eã,
ad filios Israel, dicentes: Terram, quam transiuimus eam explorare terra co-
medens eos, qui habitant super eos, est. Et omnis populus, quem vidimus in
ea, viri prælongi. Et ibi vidimus gigantes: & eramus in conspectu [c] eorum, si-
D cut locustæ: sed & sic eramus coram illis.

[a] Ascendemus.] *ἀναβησόμεθα, καὶ κατακληρονομήσομεν. In alijs est, ἀναβησώμεθα καὶ κατακληρονομήσωμεν,* ascendamus, & possideamus: *quod habet vulgata. A qua etiam, sicut ab hebræo abest illud proxime præcedens*, nequaquam. [b] Pauorem.] *ἔκστασιν. S. Aug. q. 22.* Pauorem terræ dixit, non quod paueat eadem terra, sed quem ex ea terra conceperant. *Schol.* Samariticus *ὄνειδος κατὰ τῆς γῆς.* infamiam contra terram. [c] Eorum.] *Compl. αὐτῶν,* nostro: *quod respondet hebræo, & Chaldæo.*

CAP. XIV.

ET resumens omnis synagoga edidit vocem: & fleuit populus totam noctẽ
illam. Et murmurauerunt in Moysem, & Aaron omnes filij Israel: & di-
E xerunt ad eos omnis synagoga: Vtinam mortui essemus in terra Ægypto,
vel in deserto hoc: [a] si mortui essemus. Et vt quid Dominus introducit nos in
terram hanc ad cadendum in bello? Vxores nostræ, & paruuli erunt in direptio-
nem. Nunc igitur melius est reuerti in Ægyptum. Et dixerunt alter alteri: De-
mus ducem: & reuertamur in Ægyptum. Et cecidit Moyses, & Aaron in faciem
ante omnem synagogam filiorum Israel. Iesus autem filius Naue, & Chaleb fi-
lius Iephonne de ijs, qui explorauerant terram, disciderunt vestimenta sua: &
dixerunt ad omnem synagogam filiorum Israel, dicentes: Terra, quam explo-
rauimus

rauimus eam, bona est ualde ualde. Si eligit nos Dominus; introducet nos in ter A
ram hanc, & dabit eam nobis: terra, quæ quidem est fluens lac, & mel. Sed a Do-
mino nolite fieri apostatæ. Vos autē ne timueritis populum terræ: quoniam ci
bus nobis sunt. Abscessit enim tempus ab eis: Dominus autem in nobis: nolite
timere eos. Et ait omnis synagoga lapidare eos in lapidibus. Et gloria Domini
apparuit in nube super tabernaculum testimonij omnibus filijs Israel. Et dixit
Dominus ad Moysem: Quousque irritat me populus iste? & quousque non cre-
dent mihi in omnibus signis, quæ feci in eis? Percutiam eos morte, & perdam
eos: & faciam te, β & domum patris tui in gentem magnam, & multo magis
quam hæc. Et dixit Moyses ad Dominum: Et audiet Ægyptus, quod eduxisti B
fortitudine tua populum hunc ex eis. Sed & omnes qui habitant super terram
hanc, audierūt, quia tu es Dominus in populo hoc, qui quidem oculis ad ocu-
los aspiciaris Domine, & nubes tua stat super eos, & in columna nubis tu ince-
dis prior eis die, & in columna ignis nocte. Et conteres populum hunc, tanquā
hominem vnum. Et dicent gentes, quæcumque audierunt nomen tuum, dicen
tes; eo, quod non posset Dominus introducere populum hunc in terram, quam
iurauerat eis; prostrauit eos in deserto. Et nunc exaltetur fortitudo tua Domi-
ne, quemadmodum dixisti, dicens: Dominus longanimis, & multum miseri-
cors, & verax, auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata: & mundatione non C
mundabit reum, reddens peccata patrum super filios vsque ad tertiam, & quar-
tam progeniem. Dimitte peccatum populo huic secundum magnam misericor
diam tuam; sicut propitius fuisti eis ab Ægypto vsque nunc. Et dixit Dominus
ad Moysem: Propitius eis sum iuxta verbum tuum. Sed viuo ego: γ & viuens
nomen meum: & implebit gloria Domini omnem terram; quia omnes viri vi-
dentes gloriam meam, & signa, quæ feci in Ægypto, & in deserto, & tentauerūt
me iam decies, & non exaudierunt vocem meam; profecto non videbunt ter-
ram, quam iuraui patribus eorum: sed filij eorum, qui sunt mecum hic, quicum
que non nouerunt bonum, neque malum, omnis iunior inexpertus; his dabo ter D
ram. Omnes autem irritantes me, non videbunt eam. Puer autem meus Chaleb,
quoniam spiritus alius in eo, δ & obsecutus est mihi, inducam eum in terram, in
quam intrauit illuc: & semen eius hæreditabit eam. Amalec autem, & Chana-
næus habitant in conualle. Cras reuertimini, & promouete vos in desertum,
viam, ε mare rubrum. Et ait Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Quousq.
synagogam malam hanc? quæ ipsi murmurant contra me, murmurationem fi-
liorum Israel, quam murmurauerunt de vobis, audiui. Dic eis: Viuo ego, di-
cit Dominus; si non, quemadmodum locuti estis in aures meas, sic faciam vo-
bis. In eremo hac cadent cadauera vestra, & omnis recognitio vestra, & qui ex E
vobis enumerati sunt a vigesimo anno, & supra, quicumque murmurauerunt su-
per me: si vos ingrediemini in terram, super quam extendi manum meam ad
collocandum vos super eam. Sed Chaleb filius Iephonne, & Iesus filius Naue,
& paruuli, quos dixistis in direptionem futuros, inducam eos in ipsam terram:
& hæreditate possidebunt terram, ζ quam vos abscessistis ab ea. Et cadauera
vestra cadent in deserto hoc. Filij autem vestri erunt vagi in deserto quadragin-
ta annos: & η reportabunt fornicationem vestram; quoadusque consumpta fue-
runt cadauera vestra in deserto, iuxta numerum dierum, quibuscumque consi-
derastis

A derastis terram quadraginta diebus: diem ι anno, accipietis peccata vestra quadraginta annos: & cognoscetis furorē iræ meæ. Ego Dominus locutus sum. Si non sic fecero synagogæ malæ huic, quæ consurrexit super me. In deserto hoc absumentur, & illic morientur. Et homines quos miserat Moyses ad explorandā terrā, & cū aduenissent, murmurauerūt contra eam ad synagogam, proferendo verba mala de terra; & mortui sunt homines, qui oblocuti sunt mala cōtra terrā in plaga ante Dominum. Et Iesus filius Naue, & Chaleb filius Iephonne vixerunt ex hominibus illis, qui iuerunt explorare terrā. Et locutus est Moyses omnia verba hæc ad omnes filios Israel. Et luxit populus valde. Et surgentes mane
B ascenderunt in cacumen montis, dicentes: Ecce iam nos ascendemus in locum, quem dixit Dominus: quoniam peccauimus. Et dixit Moyses: Vt quid vos transgredimini verbum Domini? Non prospera erunt vobis. Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: & cadetis ante faciem inimicorum vestrorum: quoniam Amalec, & Chananæus illic aduersus vos: & cadetis gladio, eo quod auersi estis, increduli Domino: & non erit Dominus in vobis. Et vim facientes ascenderunt super cacumen montis. Arca autem testamenti Domini, & Moyses non se mouerūt de castris. Et descendit Amalec, & Chananæus, qui insidebat in monte illo; & fugauerunt eos, & conciderunt eos vsque Herman. Et reuersi
C sunt in castra.

α Si mortui.] *A Compl. abest illud εἰ, quod tamen vt alibi, valet idem atque vtinam; quod etiam in vulgata repetitur.* β Et domum patris tui.] *Ita etiam Interp. Origenis hom 8. Absunt autem à Complutensi, quemadmodum & a vulgata.* γ Et viuens nomen meum.] *Item ista. In aliquo autem libro est, καὶ ἀεὶ ζῶν,* & semper viuens. *Apud Theodoretum quæst. 27. καὶ ζῶ,* & viuit. *vbi etiam notat ceteros interpretes dixisse, ὅτι ἐμπλήσει,* quoniam implebit. δ Mare rubrum.] *Supplendum est, vt sæpe alibi,* iuxta, *aut huiusmodi quiddam. In Compl. est θαλάσσης ἐρυθρᾶς,* maris rubri. ε Et obsecutus est.] *S. August. in locut.* & assecutus est me, & inducam. *Et in aliquot quidem codicibus est, καὶ εἰσάξω.* ζ Quam vos.] *Notat istam locutionem S. Aug. in locut.* η Reportabunt.] *αἰροῦσιν. Schol.* Alius *βαστάζοντες,* portantes. θ Diem anno.] *Subintelligitur* pro, *sicut etiā in hebræo. Int. Orig.* pro die per annum. ι Et reuersi sunt in castra.] *Ista etiam absunt à Compl. vt à vulgata.*

D

CAP. XV.

ET ait Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos: Cum ingressi fueritis in terram habitationis vestræ, quam ego do vobis; & α facies holocaustomata Domino oblationem, vel sacrificium ad magnificandum votum, aut secundum voluntatem, aut in solennitatibus vestris ad faciendum odorem suauitatis Domino, siue de bobus, siue de pecoribus; & of-
E feret offerens munus suum Domino, sacrificium similæ decimam ipsius In, refectæ in oleo in quarta In; & vinum in libamen, quartam In facietis super holocaustosim, vel super sacrificium: agno vni β facies tantum, oblationem, odorem suauitatis Domino. Et arieti, cum feceritis eum in holocaustoma, vel in sacrificium, facies sacrificium, similæ duas decimas refectæ in oleo tertiam In: & vinum in libamen tertiam In offeretis in odorem suauitatis Domino. Si autem feceritis de bobus in holocaustosim, vel in sacrificium ad magnificandum votum, vel in salutare Domino; & offeret super vitulum, sacrificium, similæ tres decimas refectæ in oleo dimidium In, & vinum

in libamen, dimidium In, oblationem, odorem suauitatis Domino. Sic facies A
vitulo vni, aut arieti vni, aut agno vni ex ouibus, vel ex capris: iuxta numerū eorum, quæ feceritis, sic facietis vni iuxta numerum eorum. Omnis indigena faciet sic ista, offerendo oblationes in odorem suauitatis Domino. Si autem proselytus in vobis aduenerit in terra vestra, vel quicumque factus fuerit in vobis in generationibus vestris; & faciet oblationem, odorem suauitatis Domino; quemadmodum facitis vos, sic faciet. ? Synagoga Domino. Lex vna erit vobis, & proselytis, qui appositi sunt in vobis: Lex æterna in progenies vestras: sicut vos; etiam proselytus erit coram Domino. Lex vna erit, & iustificatio vna vobis, & proselyto apposito in vobis. Et locutus est Dominus ad Moysem, di- B
cens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos. In ingrediendo vos in terram, in quam ego induco vos illuc; & erit, quando comedetis vos de panibus terræ; demetis demptionem, segregationem Domino, primitias conspersionis vestræ: panem segregabitis, demptionem ipsum. Sicut demptionem ab area, sic demite ipsum, primitias conspersionis vestræ: & dabitis Domino demptionem in progenies vestras. Quando autem peccaueritis, & non feceritis omnia mandata hæc, quæ locutus est Dominus ad Moysem, sicut præcepit Dominus ad vos in manu Moysi, a die, qua præcepit Dominus ad vos, & vltra in progenies vestras; & erit, si ab oculis synagogæ factum fuerit aliquid non sponte, & faciet omnis sy- C
nagoga vitulum vnum ex bobus immaculatum in holocaustoma in odorem suauitatis Domino, & sacrificium huius, & libamen eius iuxta constitutionem: & hircum ex capris vnum pro peccato. Et exorabit sacerdos pro omni synagoga filiorum Israel: & remittetur eis: quoniam non spontaneum est: & ipsi obtulerunt munus suum, oblationem Domino pro peccato suo ante Dominum pro non spōtaneis suis. Et dimittetur ♂ per omnem synagogam filiorum Israel, & omni proselyto apposito ad vos: quoniam omni populo non spontaneum. Quod si anima vna peccauit non sponte; offeret capram vnam anniculam pro peccato. Et exorabit sacerdos pro anima, quæ non sponte egit, & peccauit D
non sponte ante Dominum, • exorare pro eo. Indigenæ in filijs Israel, & proselyto apposito in vobis, lex vna erit eis; quicumque fecerit non sponte. Et anima, quæcumque fecerit in manu ς superbiæ de indigenis, vel de proselytis; Deum hic ″ exacerbabit: exterminabitur anima illa de populo suo: quoniam verbum Domini contempsit, & mandata eius disperdidit: extritione exteretur anima illa: peccatum eius in ea. Et erant filij Israel in deserto: & inuenerunt hominem colligentem ligna die ♦ Sabbatorum: & adduxerunt eum illi, qui inuenerunt colligentē ligna die Sabbatorum, ad Moysem, & Aaron, & ad omnem synagogam filiorum Israel: & deposuerunt eum in custodia. Non enim E
decreuerant, quid facturi essent eum. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Morte moriatur homo: lapidate eum lapidibus omnis synagoga. Et eduxerunt eum omnis synagoga extra castra: & lapidauit eum omnis synagoga extra castra; sicut præcepit Dominus Moysi. Et ait Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos: Et faciant sibi fimbrias super alas vestimentorum suorum in progenies suas: & imponetis super fimbrias alarum vittam hyacinthinam. Et erit vobis in fimbrijs: & aspicietis eas: & recordabimini omnium mandatorum Domini, & facietis ea: &

non

A non peruertemini post cogitationes vestras, & oculos in quibus vos fornicamini post eos: vt recordemini, & faciatis omnia mandata mea. Et eritis sancti Deo vestro. Ego Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægypti; vt sim vester Deus. Ego Dominus Deus vester.

α Et facies holocaustomata.] *In alijs libris est,* καὶ ποιήσετε καρπώματα (*al.* κάρπωμα) κυρίῳ, ἢ ὁλοκαύτωμα ἢ θυσίαν. & facietis oblationes (*al.* oblationem) Domino, vel holocaustum, vel sacrificium. β Facies tantum.] *Hæc vsque ad* & *arietis absunt a Compl. vt a vulgata.* γ Synagoga Domino.] *Sic si interpungatur; visum est satis respondere hebræo.* δ Per omnem synagogam.] κατὰ πᾶσαν συναγωγήν. *In alijs est* πάσῃ συναγωγῇ omni synagogæ. ε Exorare pro eo.] *Alii libri addunt,* καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ. *Apud S. Aug. totus hic locus sic refertur in locut.* Si autem anima vna peccauerit non sponte; offeres capram vnam anniculam pro
B peccato: & exorabit sacerdos pro anima inuita, & quæ peccauerat nolenter ante Dominum, exorare pro eo, & remittetur ei, *vbi etiam diligenter eum explanat.* ζ Superbiæ.] *Ita etiam S. Aug. in locut. Theodoretus q. 30 habet* ὑπερηφανίας, superbiam. *Itemque Basilius de iudicio Dei: sed ex explanatione quam affert, satis apparet eum legisse,* ὑπερηφανίας. η Exacerbabit.] παροξυνεῖ. *Alii* παρώξυνε, καὶ. *Et S. Aug. q. 25.* exacerbat, &c. θ Sabbatorum.] *Alij* τῶν σαββάτων, Sabbati, *itemque paulo post.*

CAP. XVI.

ET locutus est Core filius Isaar filij Caath filij Leui, & Dathan, & Abiron, filij Heliab, & Ayn filius Phaleth filij Ruben. Et insurrexerũt contra Moy-
C sem, & viri de filijs Israel quinquaginta & ducenti: Duces synagogæ, senatores consilij, & viri nominati. Coiuerunt super Moysem, & Aaron, & α dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis synagoga, omnes sancti, & in ipsis Dominus. Et quare consurgitis super synagogam Domini? Et audiens Moyses cecidit in faciem. Et locutus est ad Core, & ad omnem illius synagogam, dicens: Considerauit, & β nouit Deus eos, qui ipsius sunt, & sanctos: & adduxit ad se, & quos elegit sibi, adduxit ad se. Hoc facite. Sumite vobis ipsis thuribula, Core, & omnis synagoga eius, & imponite super ea ignem ante Dominum cras: & erit ille vir quem elegit Dominus, hic sanctus. γ Sufficiat vobis filij Leui. Et dixit Moy-
D ses ad Core: Exaudite me filij Leui: Nunquid pusillum est hoc vobis, quod distinxit Deus Israel vos de synagoga Israel, & adduxit vos ad se ministrare ministeria tabernaculi Domini, & assistere ante δ tabernaculum ad ministrandum eis? Et adduxit te, & omnes fratres tuos filios Leui tecum: & quæritis etiam sacerdotio fungi? Sic tu, & omnis synagoga tua congregata erga Deum? Et Aaron quis est; quia obmurmuratis contra eum? Et misit Moyses vocare Dathan, & Abiron filios Heliab. Et dixerunt: Non ascendimus. Nunquid pusillum hoc, quoniam eduxisti nos in terram fluentem lac, & mel interficere nos in eremo, quoniam præes nobis? ε princeps es: & tu in terram fluentem lac, & mel indu-
E xisti nos: & dedisti nobis sortem agri, & vineas: oculos hominum illorum ζ vtique abscidisti: Non ascendimus. Et grauiter tulit Moyses valde: & dixit ad Dominum: Ne attendas ad sacrificium eorum. Non desiderium vllius eorum sumpsi, neque afflixi quenquam eorum. Et dixit Moyses ad Core: Sanctifica synagogam tuam: & sitis parati ante Dominum tu, & Aaron, & ipsi cras: & sumite vnusquisque thuribulum suum: & imponetis super ea incensum: & adducetis vnusquisq. ante Dominum thuribulum suum, quinquaginta & ducenta thuribula, & tu, & Aaron, vnusquisque thuribulum suum. Et sumpsit vnusquisque thuribulũ

suum:& imposuerunt super ea ignem;& iniecerunt in ea incensum. Et steterunt A
apud ianuas tabernaculi testimonij Moyses,& Aaron. Et coaceruauit aduersus
eos Core vniuersam suam synagogam apud ostium tabernaculi testimonij. Et
apparuit gloria Domini vniuersæ synagogæ. Et locutus est Dominus ad Moy-
sem,& Aaron,dicēs: Abscedite de medio synagogæ istius:& consumā eos * con
festim. Et ceciderunt in faciem suam,& dixerunt: Deus, Deus spirituū,&vni-
uersæ carnis: si homo vnus peccauit; super omnem synagogā ira Domini? Et lo-
cutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere synagogæ, dicens: Secedite in
circuitu a synagoga Core. Et surrexit Moyses,& iuit ad Dathan,& Abirō:& iue
runt simul cum eo omnes seniores Israel. Et locutus est ad synagogā, dicens: Se- B
paramini a tabernaculis hominum durorum istorum, & nolite tangere ab om-
nibus quæ sunt eis: ne simul pereatis in omni peccato eorum. Et secesserunt a ta
bernaculo Core in circuitu. Et Dathan,& Abiron egressi sunt,& steterunt ad ia
nuas tabernaculorum suorum,& vxores eorum,& filij eorum,& apparatus eorū.
Et dixit Moyses: In hoc cognoscetis quia Dominus misit me facere omnia ope-
ra hæc; quia non a meipso. Si secundum mortem omnium hominum morientur
hi, si & secundum visitationem omnium hominum, visitatio erit eorū, non Do-
minus misit me. Sed in * visione ostendet Dominus:& aperiens terra os suū ab-
sorbebit eos,& domos eorum, & tabernacula eorum, & omnia quæcumq. sunt C
eis:& descendent viuentes in infernum. Et cognoscetis, quia exacerbauerunt ho
mines isti Dominum. Vt autem cessauit loquens omnia verba hæc; disrupta est
terra de sub eis: & aperta est terra, & deglutiuit eos, & domos eorum,& omnes
homines, qui erant cum Core, & pecora eorum: & descenderunt ipsi, & quæ-
cumque sunt eorum, viuentia in infernum. Et operuit eos terra, & perierunt de
medio synagogæ. Et omnis Israel qui in circuitu eorum, fugerunt a voce eo-
rum: quia dicentes; ne forte absorbeat nos terra. Et ignis exijt a Domino &
deuorauit quinquaginta illos,& ducentos viros, qui offerebant incensum. Et
dixit Dominus ad Moysem, * & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem. D
Tollite thuribula ærea de medio exustorum: & ignem alienum hunc semi-
na ibi; quia sanctificauerunt thuribula peccatorum istorum in * animabus
suis: & fac eas laminas ductiles circumpositionem altari: quoniam oblata sunt
ante Dominum,& sanctificata sunt: & facta sunt in signum filijs Israel. Et sum-
psit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula ærea, quæcumque obtulerant ij,
qui sunt exusti: & addiderunt ea circumpositionem altari, memoriale filijs
Israel; vt non accedat vllus alienigena, qui non est de semine Aaron, impone-
re incensum ante Dominum: & * non erit, sicut Core, & conspiratio eius: sicut
locutus est Dominus in manu Moysi. Et murmurauerunt filij Israel postridie E
contra Moysem,& Aaron, dicentes: Vos occidistis populum Domini. Et factū
est, cum irrueret synagoga super Moysem,& Aaron; & cum impetu iuerunt ad
tabernaculum testimonij. Illud vero obtexit nubes: & apparuit gloria Domini.
Et intrauit Moyses,& Aaron ad faciē tabernaculi testimonij. Et locutus est Do
minus ad Moysem,& Aaron, dicēs: Discedite de medio synagogæ istius:& con
sumā eos confestim. Et ceciderunt in faciem suam. Et ait Moyses ad Aarō: Su
me thuribulū:& impone super illud ignē ab altari:& inijce super illud, incēsū: &
effer

A esser velociter in castra: & exora pro eis. Exijt enim ira a facie Domini: cœpit vulnerare populum. Et sumpsit Aaron, sicut locutus est ei Moyses: & cucurrit ad synagogam. Et iam inceperat ν vulneratio in populo. Et iniecit incensum, & exorauit pro populo: & stetit inter medium mortuorum, & viuorum: & cessauit plaga. Et fuerunt mortui in plaga quatuor, & decem millia, & septingenti præter eos, qui mortui erant propter Core. Et reuersus est Aaron ad Moysem ad ostium tabernaculi testimonij, & cessauit plaga.

α Et dixerunt. Sufficiat.] *In alijs est*, καὶ εἶπον πρὸς αὐτούς. ἱκανοῦσθω. & dixerunt ad eos. Sufficiat. *Aquila, & Theodotio pro* ἱκανοῦσθω *dixerunt* πολύ. multum, *idest satis, superque vobis sit.* β Nouit.] ἔγνω *Sic & alius liber vetus, & S. Paulus 2. Tim 2. In alijs est*, ἐπέγνω, recognouit. *Vulgata ex hebræo habet*, mane notum faciet.
B γ Sufficiat.] ἱκανούσθω. *Schol.* ἀρκείτω, *eodem sensu.* δ Ante tabernaculum.] *In alijs libris est* ἔναντι τῆς συναγωγῆς coram synagoga. *quod respondet vulgatæ.* ε Princeps es.] *S. Aug.q.26.* quoniam praes nobis princeps: & tu in terram, &c. ζ Vsque ab eiusdem] ἂν ἐξεκόψας *à Complut. abest illud* ἂν *S. Aug.ibid.* Oculos hominum illorum abscidisses. *& disputat quorum hominum.* η Confestim.] ἐξάπαξ. *Int. Orig.* Semel. *Sed significat subito, & funditus.* θ In visione.] *S. Aug q.28.* Quidam interpretati sunt, in hiatu ostendet Dominus, credo putantes dictum χάσματι, quod græce positum est φάσματι, quod pro eo dictũ est, ac si diceretur, in manifestatione, quod apertis oculis apparebit. *Illud* χάσματι *inuentum est in vno antiquo codice, & est in multis vulgatis editionibus.* ι Quia dicentes.] ὅτι λέγοντες. *In alijs codicibus partim abest illud* ὅτι. *partim est*, ὅτι εἶπαν λέγοντες, quoniam dixerunt dicentes. κ Et ad Eleazarum.] *Ita S. Aug.q. 30. In Compl. est*, λάλησον πρὸς Ἐλεάζαρ, loquere ad Eleazarum. *quod respondet vulgatæ.* λ Animabus tuis.] *S. Aug. ibidem*, manibus tuis, *itemque in locut.* (*vbi tamen ad marginem est*, animabus) *& explanatur locus iste. Posset tamen fortasse verti*, Sanctificauerunt se in animabus eorum. *Int. Orig. habet*, quia sanctificata
C sunt. μ Et non erit.] *Int. Orig.* ne fiat. *S. Cyprianus epist. 76.* vt non sit, sicut Core. ν Vulneratio.] θραῦσις. *Int. Orig.* vastatio, vel certe, vt verius habet se scripturæ sermo, confractio: *paulo post etiam huius exemplarium varietatis mentionem facit. ps. 106.* θραῦσις *vertitur* quassatio.

CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & accipe ab eis virgam, virgam secundum domos familiarum, ab omnibus principibus eorum, secundum domos familiarum eorum duodecim virgas. Et vniuscuiusque nomen eius scribe in virga: & nomen Aaron scribe in virga Leui.
D Est enim virga vna: secundum tribum domus familiarum suarum dabunt. Et pones eas in tabernaculo testimonij, e regione testimonij: in quibus agnoscar tibi illic. Et erit, homo, quem elegero eum, virga eius germinabit. Et α auferam a me murmurationem filiorum Israel; quæ ipsi murmurant super vos. Et locutus est Moyses filijs Israel. Et dederunt ei omnes principes eorum virgam, principi vni virgam secundum principem, secundum domos familiarum eorum duodecim virgas. Et virga Aaron inter virgas eorum. Et deposuit Moyses virgas ante Dominum in tabernaculo testimonij. Et factum est postridie: & intrauit Moyses, & Aaron in tabernaculũ testimonij. Et ecce germinauit virga Aaron, in β do-
E mũ Leui, & protulit germẽ, & effloruit flores, & germinauit γ nuces. Et protulit Moyses omnes virgas a facie Domini ad omnes filios Israel. Et viderunt & sumpserunt vnusquisque virgam suam. Et dixit Dominus ad Moysem: Depone virgam Aaron in conspectu testimoniorum in conseruationẽ, signum filijs inobedientium. Et cesset murmuratio eorum a me, & non moriantur. Et fecit Moyses, & Aaron: sicut præcepit Dominus Moysi; ita fecerunt. Et dixerunt filij Israel ad Moysem, dicentes: Ecce absumpti sumus, perijmus, consumpti sumus. Omnis tangens tabernaculum Domini moritur. Vsque in finem moriemur?

α A me.] *Ita etiam vulgata. In aliis codicibus eſt* ἀπὸ σοῦ. *& Int. Orig.* & auferam à te. β In domum.] A
Sic S. Aug. in locut. Int. Orig. in domo. γ Nuces.] *ſchol.* Ceteri amygdala.

CAP. XVIII.

ET ait Dominus ad Aaron, dicens: Tu, & filij tui, & domus patris α tui accipietis peccata ſanctorum: & tu, & filij tui acipietis peccata ſacerdotij veſtri. Et fratres tuos tribum Leui domum patris tui aſſume ad te: & adiungantur tibi, & miniſtrent tibi: & tu, & filij tui tecum coram tabernaculo teſtimonij: & β cuſtodient cuſtodias tuas, & cuſtodias tabernaculi. Tantummodo ad vaſa ſancta, & ad altare non accedent: & non morientur & hi, & vos. B
Et addentur ad te: & cuſtodient cuſtodias tabernaculi teſtimonij ſecundum omnia miniſteria tabernaculi. Et alienigena non accedet ad te: & cuſtodietis cuſtodias ſanctorum, & cuſtodias altaris. Et nō γ erit furor in filios Iſrael. Et ego accepi fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrael, δ dationem datam Domino, ad miniſtranda miniſteria tabernaculi teſtimonij. Et tu, & filij tui tecum conſeruabitis ſacerdotium veſtrum ad omnem modum altaris, & quod eſt intra velum: & miniſtrabitis miniſteria, ε dationem ſacerdotij veſtri: & alienigena accedens morietur. Et locutus eſt Dominus ad Aaron: Et ecce ego dedi vobis conſeruationem primitiarum, de omnibus quæ ſanctificata ſunt mihi a filijs Iſrael. tibi dedi ea in ζ honorem, & filijs tuis poſt te, legitimum ſempiternū. C
Et hoc ſit vobis de ſanctificatis ſanctis oblationibus, de omnibus muneribus eorum, & de omnibus ſacrificijs eorum, & de omni delicto eorum, & de omnibus peccatis eorum: quæcumq. reddunt mihi de omnibus ſanctis; tibi erunt, & filijs tuis. In ſancto ſanctorū comedetis ea: omne maſculinū comedet ea, tu, & filij tui. Sancta erunt tibi: & hoc erit vobis de primitijs dationu eorum, de omnibus impoſitionibus filiorum Iſrael: tibi dedi ea, & filijs tuis, & filiabus tuis tecū, legitimum ſempiternum. Omnis mundus in domo tua edet ea. Omnis primitia olei & omnis primitia vini, η tritici, primitia eorum, quæcumque dederint Domino; tibi dedi ea. θ Primogenita omnia, quæcumque in terra eorum, quæcumque attulerint Domino; tibi erunt. Omnis mundus in domo tua edet ea. Omne conſecratum in filijs Iſrael tibi erit. Et omne adaperiēs vuluam de omni carne, quæcumq. offerunt Domino ab homine vſq. ad pecus, tibi erit. Sed redemptionibus redimentur primogenita hominum: & primogenita pecorum immundorum redimes. Et redemptio eius, ab vno menſe æſtimatio quinque ſiclorum: iuxta ſiclum ſanctum viginti oboli ſunt. Verumtamen primogenita vitulorum & primogenita ouium, & primogenita caprarum non redimes. Sancta ſunt. Et ſanguinem eorum effundes ad altare: & adipem offeres oblationem in odorem ſuauitatis Domino: & carnes erunt tibi: ſicut etiam pectuſculum impoſitionis, & ad brachium dextrum, tibi erit. Omnis demptio ſanctorum, quæcumque dempſerint filij Iſrael Domino; dedi tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum, legitimum ſempiternum. Teſtamentum ι ſalis ſempiterni eſt ante Dominum, tibi & ſemini tuo poſt te. Et locutus eſt Dominus ad Aaron: In terra eorum non hæreditabis: & pars non erit tibi in eis: quoniam ego pars tua: & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Et filiis Leui ecce dedi omnem decimam in Iſrael in ſorte pro miniſteriis eorum, quæcumq. ipſi miniſtrant, miniſterium in tabernaculo teſtimo-

D and E margin letters: D beside "& omnis primitia vini… Domi-", E beside "ſuauitatis Domino".

A testimonii. Et nõ accedẽt vltra filii Israel in tabernaculũ testimonii ad accipiendum peccatum mortiferum. Et ministrabit Leuita ipse ministerium tabernaculi testimonii, & ipsi accipient peccata eorum, legitimum sempiternum in progenies eorum. Et in medio filiorum Israel non hæreditabunt hæreditatem: quoniam decimas filiorum Israel, quæcumque segregauerint Domino, demptionem dedi Leuitis in sorte. Propterea dixi eis: In medio filiorum Israel non hæreditabunt sortem. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et Leuitis loqueris: & dices ad eos: Si acceperitis a filiis Israel decimam, quam dedi vóbis ab eis in sorte, & demetis vos de ea demptionem Domino, decimam de de-
B cima: & computabuntur vobis demptiones vestræ: sicut triticum de area, & dẽptio a torculari; sic demetis [κ] eos & vos ab omnibus demptionibus Domini ab omnibus decimis vestris, quascumque acceperitis a filiis Israel. Et dabitis de eis demptionem Domino Aaron sacerdoti. Ab omnibus datis vestris demetis demptionem Domino, vel de omnibus primitiis quod [λ] sanctificatũ est, de eo. Et dices ad eos: Cum dempseritis primitiã de eo; & computabitur Leuitis tanquam genimen ab area, & tanquam genimen a torculari. Et comedetis illud in omni loco, vos, & domus vestræ: quoniam merces hæc vobis est pro ministeriis vestris in tabernaculo testimonii. Et propter hoc non accipietis peccatum;
C eo quod dempseritis primitiam ab eo. Et sancta filiorum Israel non prophanabitis; vt non moriamini.

[α] Patris tui.] *In aliis codd. sequitur μετ' σοῦ tecũ, & ita Int. Orig. & S. Aug. q. 31.* [β] Et custodient custodias tuas.] *Apud Origenem videtur ab esse illud καὶ, ac pro σοῦ habuisse αὐτοῦ. Ita enim habet interpres hom.* 10. Et tu, & filij tui tecum in conspectu tabernaculi testimonij obseruabunt custodias suas. [γ] Et non erit.] *In alijs, καὶ οὐκ ἔσται ἔτι,* & non erit vltra. [δ] Dationem.] *Sic S. Aug. in locut. vbi de hoc loco diligenter disputat.* [ε] Dationem sacerdotij] *Schol.* Samariticus sic habet, *καὶ δόματι δώσω τὰς ἱερατείας ὑμῶν,* & datione dabo sacerdotia vestra. [ζ] Honorem] *Sic Int. Orig. hom. 11. quod græce est γέρας. Est autem quasi munus quoddam honorarium.* [η] Tritici.] *Alij καὶ σίτου. & S. Aug. in locut.* & tritici. [θ] Primogenita.] *S. Aug q. 32. sic habet, quod græce est, πρωτογεννήματα, & interpretatur,* primi fructus de terra sumpti vel de
D arbore, vel de vite: *vbi etiam declarat; quid sint proprie πρωτότοκα, & ἀπαρχαί. Nam vbi paulo post sequitur,* primogenita hominum, *ibi est, πρωτότοκα.* [ι] Salis.] *Theodoretus q. 35.* Testamentum salis vocat communicationem, *&c.* [κ] Eos.] *Ab alus codicibus abest illud αὐτοί. quod videtur sententiam obscurare.* [λ] Quod sanctificatum est.] *Propius ad hebræum, quàm quod in Compl. legitur, τὸ ἡγιασμένον,* sanctificatus.

C A P. XIX.

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Hæc est distinctio legis, quæcumque constituit Dominus, dicens: Loquere filijs Israel, & [α] accipiant ad te iuuencam russam sine vitio, quæ non habet in se vitium, & cui non est superpositum super eam iugum. Et dabis eam ad Eleazarum sacer-
E dotem, & eijcient eam extra castra in locum mundum: & occident eam in conspectu eius. Et accipiet Eleazar de sanguine eius: & asperget contra faciem tabernaculi testimonij de [β] sanguine eius septies: & cremabunt eam in conspectu eius: & pellis & carnes eius, & sanguis eius cum stercore eius comburetur. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum, & [γ] immittent in medium conbustionis iuuencæ. Et lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra: & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam. Et qui comburit eam; lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus [δ] suum: & immundus erit vsque ad vesperam. Et congregabit homo

mundus cinerem iuuencæ, & reponet extra castra in locum mundum. Et erit synagogæ filiorum Israel in conseruationem. Aqua aspersionis purificatio est. Et qui congregat cinerem iuuencæ; lauabit vestimenta sua: & immundus erit vsque ad vesperam. Et erit filiis Israel, & proselytis, qui ε apponuntur, legitimũ æternum. Qui tetigerit mortuum de ζ omni anima hominis; immundus erit septem diebus. Hic purificabitur die tertio, & die septimo: & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio, & die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni anima hominis; si mortuus fuerit, & non fuerit purificatus; tabernaculum Domini polluit: exterminabitur anima illa ex Israel: quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum: immundus est: B
adhuc immunditia eius in eo est. Et hæc est lex. Homo si mortuus fuerit in domo; omnis ingrediens in domum, & quæcumque sunt in domo, immunda erunt septem diebus. Et omne vas apertum quæcumque non habent alligaturam alligatã super eo; immunda sunt. Et omnis qui tetigerit super faciem campi η vulneratum, aut mortuum, aut os hominis, aut monumentum; septem diebus immundus erit. Et sument θ immundo de cinere ι eius, quæ combusta est purificationis: & effundent super eam aquam viuentem in vase. Et sumet hyssopum, & tinget in aqua vir mundus: & circumasperget super domum, & super vasa, & super animas, quæcumque fuerint ibi, & super eum qui tetigit os hominis, aut cæsum, aut mortuum, aut monumentum. Et circumasperget mundus super immũdum in die tertio, & in die septimo. Et purificabitur die septimo, & lauabit vestimẽta sua, & lauabit aqua: & immundus erit vsque ad vesperam. Et homo, quicumque inquinatus fuerit, & non fuerit purificatus; exterminabitur anima illa de medio synagogæ: quoniam sancta Domini inquinauit: quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum; immundus est. Et erit vobis legitimum sempiternum. Et qui circumaspergit aquam aspersionis, lauabit vestimenta sua. Et qui tetigerit aquam aspersionis; immundus erit vsque ad vesperam. Et omne quodcumque tetigerit illud immundus, immundum erit: κ & anima quæ tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam. D

α Accipiant ad te.] *S. Aug. in locut. interpretatur* accipiant, & adducant ad te. β De sanguine.] *S. Aug. q. 33.* in sanguine; *vbi vulgata,* tingens digitum in sanguine. γ Immittent.] *S. Aug. ibidem,* immittet, *quod respondet vulgatæ.* δ Suum.] *In alijs libris additur* ὕδωρ, aqua: *& ita S. Aug.* ε Apponuntur.] *Ita etiam S. Aug. in Compl. additur.* ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio vestri. ζ De omni anima.] *S. Aug.* Omnis anima hominis immunda erit. η Vulneratum.] *S. Aug. q. 34* & vulneratum mortuum intelligamus, id est, vulnere peremptum. *Ac certe* τραυματίας *solet scriptura appellare, quos latini dicunt cæsos. Quare nos ea dictione plerumque vtimur.* θ Immundo.] *Est hebraismus, vt supra notatum est; atque intelligitur,* pro immundo. ι Eius, quæ combusta est, purificationis.] τοῦ κατακεκαυμένου τοῦ ἁγνισμοῦ. *videtur referendum ad iuuencam, non ad cinerem, quemadmodum alii faciunt.* κ Et anima, quæ tetigerit, immunda erit.] *Hæc absunt à Compl. sed non à S. Aug. q. 33. neque ab hebræo.* E

CAP. XX.

ET venerunt filii Israel, omnis synagoga in desertum Sin in mense primo: & permansit populus in Cades. Et mortua est ibi Maria: & sepulta est ibi. Et non erat aqua ipsi synagogæ. Et congregati sunt super Moysem & Aaron: & maledixit populus erga Moysem, dicentes: Vtinam mortui essemus in perditione fratrum nostrorum ante Dominum. Et vt quid eduxistis synagogã

Domini

A Domini in desertum hoc, ad occidendos nos, & pecora nostra? Et quare hoc?
Eduxistis nos de Ægypto, vt adueniremus in locum malum hunc: locus, vbi nõ
seminatur: neq. ficus, neq. vites, neq. mala punica, neq. aqua est ad bibendum.
Et venit Moyses, & Aaron a facie synagogæ super ostium tabernaculi testimo-
nij: & ceciderunt in faciẽ. Et apparuit gloria Domini ad eos Et locutus est Domi
nus ad Moysem, dicens: Sume virgã tuã: & conuoca synagogã; tu, & Aaron frater
tuus: & loquimini ad petram coram eis: & dabit aquas suas: & proferetis vobis
aquam de petra: & potabitis synagogam & pecora eorum. Et sumpsit Moyses
virgam quæ ante Dominum; sicut præcepit Dominus. Et euocauit Moyses, &
B Aaron synagogam ante petram: & dixit ad eos: Audite me increduli: Nunquid
ex petra hac educemus vobis aquam? Et extollens Moyses manum suam percus
sit petram virga bis. Et exijt aqua multa: & bibit synagoga, & pecora eorum. Et
dixit Dominus ad Moysem, & Aaron. Quia non credidistis sanctificare me in
conspectu filiorum Israel, propterea nõ inducetis vos synagogã hãc in terram,
quam dedi eis. Hæc aqua contradictionis: quia maledixerũt filii Israel ante Do
minũ: & sanctificatus est in ipsis. Et misit Moyses nuncios e Cades ad regẽ Edom,
dicens: Hæc ait frater tuus Israel. Tu nosti omnem laborẽ, qui inuenit nos. Et de
scenderunt patres nostri in Ægyptum: & incolæ fuimus in Ægypto dies plures:
C & afflixerunt nos Ægyptii, & patres nostros. Et exclamauimus ad Dominum: &
exaudiuit Dominus vocem nostram: & mittens angelũ eduxit nos de Ægypto.
Et nunc sumus in Cades ciuitate a parte finium tuorum. Transibimus per terram
tuam: non pertransibimus per agros, neque per vineas: neq. bibemus aquam
de lacu tuo. Via regia ibimus. Non declinabimus in dextera neque in sinistra;
quoadusq. præterierimus fines tuos. Et dixit ad eũ Edom. Non pertransibis per
me. Si autem non; in bello egrediar in occursum tibi. Et dicunt ei filii Israel.
Iuxta montem transibimus. Si autem de aqua tua biberimus & ego, & pecora
mea; dabo pretium tibi. Sed res nulla est: iuxta montem transibimus. At ille di-
D xit: Non pertransibis per me. Et exiit Edom obuiam ei in turba graui, & in
manu forti. Et non voluit Edom dare ipsi Israel transire per fines suos. Et decli-
nauit Israel ab eo. Et promouerunt e Cades. Et aduenerunt filii Israel, omnis sy-
nagoga in Or montẽ. Et dixit Dominus ad Moysem, & Aaron in Or monte su-
per fines terræ Edom, dicens: Apponatur Aaron ad populum suum. Et non in-
troibitis in terram, quam dedi filijs [α] Israel: quoniam exacerbastis me super aquã
maledictionis. Sume Aaron, & Eleazarum filium eius: & fac eos ascendere in Or
montem coram omni synagoga. Et exue Aaron stola eius, & indue Eleazarum,
filium eius. Et Aaron appositus moriatur ibi. Et fecit Moyses, sicut constituit Do
E minus ei. Et ascendere eum fecit in Or montem coram omni synagoga. Et exuit
Aaron vestimentis eius: & induit ea Eleazarum filium eius. Et mortuus est Aa-
ron super cacumen montis. Et descendit Moyses, & Eleazar de monte: & vidit
omnis synagoga; quia [β] dimissus est Aaron. Et fleuerũt Aaron triginta dies, om-
nis domus Israel.

α Israel.] *In aliquo libro additur* εἰς κατάσχεσιν *& S. Aug. quæst. 39. in possessionem.* β Dimissus est.] ἀπελύθη. *Notat S. Aug. in locut. hoc verbum magis sonare resolutionem, quàm dimissionem. Idem verbum est Gen. 15. & alibi.*

CAP.

CAP. XXI. A

ET audiuit Chananæus rex Arad, qui habitabat ad desertum; quia venit
Israel viam Atharin: & bellauit aduersus Israel: & prædatus est ex eis ca-
ptiuitatem. Et vouit Israel votum Domino, & dixit: Si mihi tradideris
populum istum subiectum; * anathemabo illum, & ciuitates eius. Et exaudiuit
Dominus vocem Israel: & tradidit Chananæum subiectum eius. Et anathema-
uit eum, & ciuitates eius: & vocatum est nomen loci illius, anathema. Et promo
uentes ex Or monte viam ad mare rubrum, circumierunt terram Edom. Et ani-
mum abiecit populus in via: & detrahebat populus ad Deum, & aduersus Moy-
sem, dicentes. Vt quid hoc? Eduxisti nos de Ægypto, ad occidendum in de- B
serto: quoniam non est panis, neque aqua. Anima autem nostra [β] exhorruit in
pane inani hoc. Et misit Dominus in populum serpentes mortẽ afferentes. Et
mordebant populum: & mortuus est populus multus de filijs Israel. Et adueni-
ens populus ad Moysem, dicebant: Quia peccauimus, quia male locuti sumus
contra Dominum, & contra te. Ora ergo ad Deum: & auferat a nobis serpentem.
Et orauit Moyses ad Dominum pro populo. Et dixit Dominus ad Moysem. Fac
tibi serpentem: & pone eum [γ] super signum. Et erit, si momorderit serpens ho-
minem; omnis qui morsus fuerit, aspiciens eum viuet. Et fecit Moyses serpen-
tem æneum: & statuit eum super signum. Et factum est, quando momordit ser- C
pens hominem, & aspexit in serpentem æneum; & viuebat. Et promouerunt fi-
lij Israel: & castrametati sunt in Oboth. Et eleuantes ex Oboth, [δ] & castra collo
cauerunt in Achalgai trans in eremo, quæ est ad faciem Moab ad ortum solis.
Et inde promouerunt: & castrametati sunt in conualle Zared. Et inde promo-
uentes castrametati sunt trans Arnon in * eremo, quod extat a limitibus Amor-
ræorum. Est enim Arnon limes [ζ] Moab inter Moab, & inter Amorræum. Prop-
terea dicitur in libro, * Bellum Domini ipsam Zoob inflammauit, & torrentes
Arnon, & torrentes constituit inhabitare Er. Et adiacet finibus Moab. Et inde
puteus. Hic est puteus, quem dixit Dominus ad Moysem: Congrega populũ, & D
dabo eis aquam bibere. Tunc cecinit Israel canticum hoc super puteum: [θ] præ-
cinite illi puteum: foderunt illum principes: excuderunt illum reges gentium
in regno ipsorum, dum dominarentur eis. Et a puteo in Manthanain. Et a Man-
thanain in Naaliel. Et a Naaliel in Bamoth. Et a Bamoth in [ι] Ianen, quæ est in
campo Moab a vertice excisi, quod spectat ad faciem deserti. Et misit Moyses
legatos ad Seon regem Amorræorum verbis pacificis, dicens: Transibimus per
terram tuam, via incedemus: non declinabimus neque in agrum, neque in vi-
neam. Non bibemus aquam de puteo tuo: via regia incedemus: quoadusque
transierimus fines tuos. Et non dedit Seon ipsi Israel transire per fines suos. Et
congregauit Seon omnem populum suum: & exiit congredi cum Israel in deser E
tum. Et venit in Iassa, & congressus est cũ Israel. Et percussit eum Israel nece gla
dij: & dominati sunt terræ eius ab Arnon vsq. Iaboc, vsque ad filios Amman:
quoniã Iazer termini filiorũ Ammon sunt. Et cepit Israel omnes ciuitates has.
Et habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorræorum, in Esebon, & in omni-
bus pertinentibus ad eam. Est enim Esebon ciuitas Seon regis Amorræorum est.
Et hic debellauerat regem Moab antea: & * ceperant omnem terram eius ab
Aroer vsque Arnon. Propterea dicent [λ] ænigmatistæ: Venite in Esebon, vt
ædificetur

A ædificetur, & construatur ciuitas Seon: quoniam ignis processit de Esebon, flamma de ciuitate Seon: & deuorauit vsque Moab: & absorbuit columnas Arnon: Veh tibi Moab: perijsti popule Chamos. Venditi sunt filij eorum, vt seruarentur: & filiæ eorum captiuæ regi Amorræorum Seon: & semen eorum peribit Esebon vsque Dæbon. Et mulieres adhuc succēderunt ignem in Moab. Habitauit autem Israel in omnibus ciuitatibus Amorræorum. Et misit Moyses ad considerandam Iazer: & ceperunt eam, & vicos eius: & eiecerunt Amorræum habitantem ibi. Et reuertentes, ascenderunt viam quæ in Basan. Et exijt Og rex Basan in occursum eis, & omnis populus eius in prælium in Edrain. Et dixit
B Dominus ad Moysem: Ne timueris eum: quoniam in manus tuas tradidi eum, & omnem populum eius, & omnem terram eius: & facies ei, sicut fecisti Seon regi Amorræorum, qui habitabat in Esebon. Et percussit eum, & filios eius, & omnem populum eius eousque, vt non relinqueretur de eo viuens. Et hæreditauerunt terram eius.

α Anathemabo.] *Sic S. Aug. q. 40. quod inquit vulgo solitum dici* deuotare, *sicut etiam anathema, denotationem. ac de etymologia istius dictionis accurate disputat.* β Exhorruit.] *Sic solet S. Aug. reddere illud* προσώχθισε. *Aquila,* ὠκχθίσε. fastidit, *Symm* ἐνεκάκησεν. male affecta est. γ Super signum.] ἐπὶ σημείου. *quod alij verterunt,* pro signo, *vt responderet vulgatæ: sicque etiam habet Chaldæus. Sed hebræus videtur significare, super vexillum, & perticam.* δ Et castra.] *S. Aug. in locut.* Castra collocauerunt in Gai
C trans in eremo hoc est in vlteriore eremo. *Et in aliquo codice pro* ἐν τῷ πέραν, *est* ἐν τῷ πέραν. *Compl.* παρενέβαλον ἐν αἰεβαρὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, *quod respondet vulgatæ,* fixere tentoria in Ieabarim in solitudine. ε Eremo.] *S. Aug. q. 42. habet,* Hermon: *sed videtur librarij erratum.* ζ Moab] *Ita etiam hebræus: neque aliter vulgata. A S. Aug. abest ista dictio. Compl.* ἔστι γὰρ ἀρνὼν ὅρια μωὰβ ἀναμέσον τοῦ ἀμοῤῥαίου, est enim Arnon fines Moab inter Amorræum. η Bellum Domini ipsam Zoob.] *S. Aug.* bellum Domini Moab inflammauit & torrentes Arnon, & torrentes constituit inhabitare.] *In aliquo libro est,* κατοικίαν ἤρ, habitationem Er: *In vulgata ex hebræo est,* in libro bellorū Domini: *& cetera etiam non eundē omnino sensum præ se ferunt.* θ Præcinite illi puteum.] *vertimus illud* ἐξάρχετε, *quomodo idem verbum redditur Exodi 32. & in ps. 146* Præcinite Domino in confessione, *& alibi. Int. Orig.* Initiate illi puteū, *& addit.* Hic est sensus, Initium ait, omniū puteū ponite. ι Manthanaim.] *Aliquot codices* μανθαναΐμ, *& Int. Orig. Mathanaim.* κ Ianen.] *Alij libri* νάπην. *& Int Orig.* in nemus quod est in campo Moab à vertice montis excelsi, qui respicit ad faciem deserti. κ Ceperant.] *In alijs,* ἔλαβε, cepit. λ Ænigmatistæ.] *De his Orig. hom, 15 & S. Aug. q. 45.*

D

CAP. XXII.

ET promouentes filij Israel castrametati sunt ᵅ ad occidentem Moab iuxta Iordanem contra Iericho. Et, vt vidit Balac filius Sephor omnia, quæcumque fecerat Israel Amorræo; & Moab timuit populum illum valde, quoniam multi erant: & exorruit Moab a facie filiorum Israel. Et dixit Moab senioribus Madiam: Nunc ablinget synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro, sicut ablingeret vitulus virentia de campo. Et Balac filius Sephor rex Moab erat in tempore illo. Et misit legatos ad Balaam filium Beor in Phatura, quod est
E super flumen terræ filiorum populi illius ad vocandum eum, dicens: Ecce populus exiuit de Ægypto: & ecce cooperuit aspectum terræ: & hic sedet iuxta me. Et nunc veni: maledic mihi populum; quoniam ᵝ præualet hic, quam nos. Si possimus percutere de eis; & eijciam eos de terra: quia scio, quoscumque benedixeris tu; benedicti sunt: & quoscumque maledixeris tu; maledicti sunt. Et iuerunt seniores Moab, & seniores Madiam: & ᵞ diuinationes in manibus eorum. Et venerunt ad Balaam: & dixerunt ei verba Balac. Et dixit ad eos. Quiescite hic nocte: & respondebo vobis res, quascumque locutus fuerit Dominus ad me.

ad me. Et manserunt principes Moab apud Balaam. Et venit Deus ad Balaam, & A
dixit ei: Quid homines isti, qui penes te? Et dixit Balaam ad Deum: Balac filius
Sephor rex Moab misit eos ad me, dicens: Ecce populus exijt de Ægypto: & co
operuit faciē terræ: & hic sedet iuxta me: Et nunc veni: & maledic mihi eū: Si for
te potero percutere eū: & eijciam eū de terra. Et dixit Deus ad Balaam: Non eas
cum illis: neq. maledicas populum: est enim benedictus. Et exurgēs Balaā mane
dixit principibus Balac: Reuertite ad [f] dominū vestrū: nō sinit me Deus ire vo-
biscum. Et exurgentes principes Moab venerunt ad Balac, & dixerunt: non vult
Balaam ire nobiscum. Et adiecit adhuc Balac mittere principes plures, & hono
ratiores istis. Et venerūt ad Balaam: & dicunt ei: Hæc dicit Balac filius Sephor: B
Oro te, ne cuncteris venire ad me. Honorate enim honorabo te: & quæcumque
dixeris, faciam tibi: & veni: maledic mihi populum hunc. Et respondit Balaam,
& dixit principibus Balac: Si dederit mihi Balac plenam domum suam argento
& auro; non potero præuaricare verbum Domini, faciendo illud pusillum vel
magnū in mente mea. Et nunc sustinete hic & vos nocte hac, & sciam quid adij-
ciet Deus loqui ad me. Et venit Deus ad Balaam nocte, & ait illi: Si vocare te ve
nerunt homines hi; exurgens sequere eos: sed verbum, quodcumque locutus fue
ro ad te, hoc facies. Et exurgens Balaam mane strauit asinam suam: & abijt cum
principibus Moab. Et iratus est animatione Deus, quia ibat ipse. Et insurrexit an C
gelus Dei [g] differre eū. Et ipse inscenderat super asinam suam: & duo pueri eius
cum eo. Et cum vidisset asina angelum Dei resistentem in via, & gladium euagi-
natum in manu eius; & declinauit asina de via, & ibat in campum. Et percussit asi
nam in virga [a] sua, vt corrigeret eam in via. Et stetit angelus Dei in sulcis vinea-
rum: maceria hinc, & maceria hinc. Et cum vidisset asina angelum Dei; com-
pressit se ad parietem: & compressit pedem Balaam ad parietem. Et adiecit ad-
huc cædere eam. Et apposuit angelus Dei: & abiens substitit in loco angusto: in
quo non fuit declinare in dexteram neque sinistram. Et cum vidisset asina ange-
lum Dei; concidit sub Balaā. Et iratus est Balaam: & percutiebat asinam virga. Et D
aperuit Deus os asinæ: & ait ad Balaam: Quid feci tibi, quia percusisti me tertio
hoc? Et ait Balaam asinæ. Quia illusisti mihi: & si habuissem gladiū in [b] manu:
iā transfixissem te. Et ait asina ad Balaam: Nonne ego sum asina tua; super quam
inscēdisti a iuuentute tua vsque ad hodiernam diē? Nunquid despectione despi-
ciens feci sic tibi? At ille dixit: Non. Reuelauit autem Deus oculos Balaam: & vi
det angelum Domini resistentem in via, & gladium euaginatū in manu eius: &
procumbens adorauit [c] facie sua. Et dixit ei angelus Dei: Cur percussisti asinam
tuam tertio hoc? Et ecce ego exij in dilationem tuam: quia non est [*] vrbana via
tua ante me. Et cum vidisset me asina; declinauit a me tertio hoc: & nisi declinas E
set, nunc sane te quidem interfecissem; illam vero incolumem conseruassem. Et
dixit Balaam angelo Domini: Peccaui: non enim sciebam, quia tu mihi resiste-
bas in via in occursum. Et nunc si tibi [^] non satisfaciet, reuertar. Et dixit ange-
lus Dei ad Balaam: Vade simul cum hominibus: tantummodo verbum, quod-
cumque dixero ad te, hoc obseruabis loqui. Et iuit Balaam cum principibus Ba-
lac. Et audiens Balac quia venit Balaam, exijt in occursum ei in ciuitatem Moab
quæ est super fines Arnon, quæ est a parte finium. Et dixit Balac ad Balaam: Nō-
ne misi ad te vocare te? Quare non veniebas ad me? Vere non potero honorare

te. Et

A te? Et ait Balaam ad Balac: Ecce venio ad te nunc. Potens ero loqui quippiam?
Verbum, quodcumq. iniecerit Deus in os meum; μ hoc loquar. Et profectus est
Balaam cum Balac: & venerunt in ciuitates ν platearum. Et sacrificauit Balac
oues, & vitulos: & misit ad Balaam, & ad principes, qui cum eo. Et factum est
mane: & assumens Balac ipsum Balaam, ascendere eum fecit ad ξ statuam Baal:
& inde ostendit ei partem quandam populi.

α Ad occidentem.] *Sic alii verterunt, quod græce est,* ἐπὶ δυσμῶν. *Int. Orig. hom.* 13. ab occidente. *Nos tamen suspicamur ex hebræo, hoc valere,* super loca demissa, & campestria. β Præualet hic, quam nos, si poterimus.] *est hebraismus vsitatus. In alijs libris est,* ὅτι ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, εἰ ἄρα δυνησόμεθα *Int. Orig* quia
B fortior est hic, quam nos: si forte possimus. γ Diuinationes.] *Int. Orig. diuinacula: græce est* τὰ μαντεῖα. *Vt pœna peccati dicitur peccatum; ita præmium diuinationis videtur appellata esse diuinatio. Multa de hac re Origenes, & S. Aug. q.* 47. δ Ad dominum vestrum.] *Alij* εἰς τὴν γῆν ὑμῶν, in terram vestram, *vt vulgata.* ε Faciendo.] *S. Aug* nec facere. ζ Differre.] διαβαλεῖν. *Alij* ἐνδιαβάλλειν, *S. Au. q.* 40 διαβάλλειν, *& habet,* differre in via: *disputatque, quomodo satis apte potuerit verti* differre, *& paulo post* διαβολήν, dilationem. η Sua.] *abest à multis codicibus, & à S. Aug. q.* 50. θ Manu.] *S. Aug.* manu mea *& in aliquot codicibus additur* μου. ι Facie sua.] *Respondet hebræo. Compl. non habet* αὐτοῦ. κ Vrbana.] ἀστεία. *Alij vertunt,* regalis. *Vulgata,* quia peruersa est via tua. λ Satis faciet.] ἀρέσει. *In alijs est* ἀρέσκει, placet. μ Hoc loquar.] *Respondet hebræo In Compl. est,* τοῦτο φυλάξω λαλῆσαι *hoc obseruabo loqui.* ν Platearum] *Ita multi reddunt dictionem hebræam: nec videtur abesse à notione dictionis græce* ἐπαύλεων. *Alij vertunt,* diuersoriolum.] *Vulgata,* vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. ξ Statuam.] τὴν στήλην. *Alij* columnam. *Vulgata,* excelsa. *Tertullianus vocat* staticulum.

C

C A P. XXIII.

ET dixit Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras: & para mihi hic se
ptem vitulos, & septem arietes. Et fecit Balac, quemadmodum dixit ei
Balaam: & obtulit vitulum, & arietem super aram. Et dixit Balaam ad Ba
lac? Assiste super sacrificium tuum: & ibo, si apparebit mihi Deus in occursu: &
verbum quodcumque mihi ostenderit, annunciabo tibi. Et α astitit Balac super
sacrificium suum. Et Balaam iuit interrogare Deum: & iuit recta. Et apparuit
Deus ipsi Balaam. Et dixit ad eum Balaam: Septem aras paraui: & ascen-
D dere feci vitulum, & arietem super aram. Et immisit Deus verbum in os Ba-
laam; & dixit: Reuersus ad Balac, sic loqueris. Et reuersus est ad eum. Et
ecce ille stabat super holocaustomata sua, & omnes principes Moab cum eo.
Et factus est spiritus Domini super illum. Et assumens parabolam suam dixit:
Ex Mesopotamia accersiuit me Balac rex Moab, ex montibus ab oriente, di-
cens: veni, maledic mihi Iacob: & veni, supermaledic mihi Israel. Quid ma
ledicam, quem non maledicit Dominus? vel quid supermaledicam, quem
non supermaledicit Deus? Quoniam de vertice montium intuebor eum: &
a collibus intelligam eum. Ecce populus solus habitabit, & in gentibus non
E reputabitur. Quis inuestigabit semen Iacob? & quis dinumerabit populos
Israel? Moriatur anima mea inter animas iustorum: & fiat semen meum, vt
semen β istorum. Et dixit Balac ad Balaam: Quid fecisti mihi? Ad maledictio
nē inimicorum meorū vocaui te, & ecce benedixisti benedictionē? Et dixit Ba-
laam ad Balac: Nōne quæcumq. miserit Deus in os meū, hoc obseruabo loqui?
Et dixit ad eum Balac: Veni adhuc mecum in locum alium: de quo non videbis
eum inde: sed partem quandam eius, omnes autem non videbis: & maledic mi-

A lati oculi eius. Quam bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel. Sicut
nemora vmbrantia, & sicut paradisi super flumen, & sicut tabernacula, quæ fi-
xit Dominus, & sicut cedri iuxta aquas. Exibit homo de semine eius: & do-
minabitur gentibus multis. Et β exaltabitur Gog regnum: & crescet regnum
eius. Deus deduxit eum ex Ægypto, sicut gloria vnicornis ei: come-
det gentes inimicorum suorum: & crassitudines eorum emedullabit: & iacu-
lis suis sagittabit inimicum. Recumbens requieuit vt leo; & vt catulus leo-
nis: quis excitabit eum? Qui benedicunt te; benedicti sunt: & qui maledi-
cunt te; maledicti sunt. Et iratus est Balac super Balaam; & plausum de-
B dit manibus suis. Et dixit Balac ad Balaam. Maledicere inimicum meum vo-
caui te: & ecce benedicens benedixisti iam tertio. Nunc ergo fuge in locum
tuum. Dixi, honorabo te: & nunc fraudauit te Dominus honore. Et dixit
Balaam ad Balac: Nonne & nuncijs tuis, quos misisti ad me, locutus sum,
dicens, Si mihi dederit Balac plenam domum suam argento, & auro; non po-
tero transgredi verbum Domini, facere illud bonum, aut malum apud meip-
sum, quæcumque dixerit Deus, hæc dicam? Et ecce nunc recurro in locum
meum. Veni: consilium dabo tibi; quid faciet populus hic populum tuum
in nouissimo dierum. Et assumens parabolam suam, dixit: Dicit Balaam fi-
C lius Beor, dicit homo vere videns, audiens eloquia Dei, sciens scientiam γ ab
altissimo, & visionem Dei videns in somno. Reuelati oculi eius: δ ostendam ei
& non modo: ε beatifico, & non appropinquat. Orietur stella ex Iacob:
exurget ζ homo ex Israel: & η percutiet duces Moab: & θ prædabitur om-
nes filios Seth. Et ι erit Edom hæreditas: & erit hæreditas Esau inimicus eius.
Et Israel fecit in fortitudine: & exurget ex Iacob: & perdet eum, qui saluatur
de ciuitate. Et videns Amalec, & assumens parabolam suam dixit: Initium
gentium Amalec: & semen eorum peribit. Et videns Cenæum, & assumens
parabolam suam, dixit: Fortis habitatio tua: & si posueris in petra nidum
D tuum, & si fuerit κ ipsi Beor nidus astutiæ; Assyrij captiuum te ducent. Et vi-
dens Og, & assumens parabolam suam dixit. Heu Heu, quis viuet; cum po-
suerit hæc Deus? Et exibunt de manu Citiæorum, & affligent Assur, & affligent
hebræos: & ipsi λ pariter peribunt. Et exurgens Balaam abijt reuersus in locum
suum. Et Balac abijt ad seipsum.

α Sicut consuetum ei erat.] κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. *A Compl. abest illud* αὐτῷ. *Inter. Orig. hom.* 17. ex more. β Gog regnum.] ἡ Γὼγ βασιλεία. *Ita Eusebius 9. demonst. cap. 3. In aliquo codice est* ἢ Γώγ. *& in manusf. S. Cypr. 2. testim.* quam Gog. *Apud Origenem latine legitur*, exaltabitur Gog regnum eius: *atque exponitur* Gog, idest super tecta, *apud Theodoretum q. 43.* Ὢγ βασιλεία αὐτοῦ, Og regnum eius. *Compl.* ἡ Ψὼχ βασιλεία. Psoch regnum. *Diodorus* Samarit cus, καὶ ὑψωθήσεται ὑπὲρ Γὼγ βασιλεὺς αὐτοῦ, & exaltabitur super Gog rex eius. *Idem videtur referre Theodoretus q. 43. ex Symmacho: sed habet* ὑπὲρ Ὤγ, super Og. γ Ab altissimo.] ἐπιστήμην παρὰ ὑψίστου. *Ab aliquo libro abest illud* παρά. *& Int. Orig.* scientiam excelsi. *quod respondet vulgatæ.* δ Ostendam ei.] *Int Orig.* In alijs quidē exemplaribus legimus, videbo eum, sed nō modo. ε Beatifico.] *Compl.* μακαρίζω, *& Int Orig* beatificabo. ζ Homo.] *Symm* σκῆπτρον, sceptrum. η Percutiet] *Int Orig.* vastabit. *Symm.* παίσει τὰ κλίματα μωάβ, cædet clima Moab. θ Prædabitur.] *Symm* ἐξολοθρεύσει, euertet. ι Et erit Edom.] *Int. Orig habet,* Et erit Edom hæreditas eius, Esau inimicus eius. κ Ipsi Beor.] τῷ Βεώρ *Int. Orig.* ubi Beor. λ Pariter.] ὁμοθυμαδόν. *Int. Orig.* Pariter, ergo græcus sermo pro, statim, ponit.

E

CAP. XXV.

ET mansit Israel in Sattin: & pollutus est populus, vt fornicaretur in filias
Moab. Et vocauerunt eos ad sacrificia idolorū suoru. Et manducauit po-

pulus de sacrificijs eorum: & adorauit idola eorum, & consecratus est Israel ipsi A
Beelphegor. Et iratus est furore Dominus in Israel. Et dixit Dominus Moysi:
Accipe omnes principes populi, & [a] ostenta eos Domino contra Solem: & auer
tetur ira furoris Domini ab Israel. Et dixit Moyses tribubus Israel: Occidite
vnusquisque proximum suum, qui consecratus est ipsi Beelphegor. Et ecce ho-
mo de filijs Israel veniens adduxit fratrem suum ad Madianitidem in conspectu
Moysi, & in conspectu omnis synagogæ filiorū Israel. Ipsi autem flebant ad ostiū
tabernaculi testimonij. Et videns Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis,
exurrexit de medio synagogæ: & capiēs [β] syromasten in manu, ingressus est post
hominē Israelitā [γ] in caminum, & transfodit vtrosque, hominem Israelitā & mu B
lierem per vuluā eius. Et cessauit plaga a filijs Israel. Et fuerunt mortui in plaga,
quatuor & viginti millia. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Phinees
filius Eleazari sacerdotis sedauit furorem meum a filijs Israel; dum ego zelarē
zelum in eos: & non consumpsi filios Israel, in zelo meo. Sic dicito: Ecce ego do
ei testamentum pacis: & erit ei & semini eius post eum testamentum sacerdotij
sempiternum pro eo, quod zelauit Deo suo, & depropitiauit pro filijs Israel. No
men autem hominis Israelitæ illius percussi, qui percussus est cum Madianitide,
Zambri filius Salmon, princeps domus familiæ filiorum Symeon. Et nomen
mulieri Madianitidi illi percussæ, Chasbi filia Sur principis gentis [δ] Ommoth C
[ε] domus familiæ est Madian. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Lo-
quere filijs Israel, dicens: Hostes sitis Madianitis, & percutite eos: quoniam ho-
stes ipsi sunt vobis in dolo, quæcumque decipiunt vos per Phogor, & per Chas-
bi filiam principis Madiam sororem eorum, quæ percussa est in die plagæ pro-
pter Phogor.

[a] Ostenta eos.] *Sic Inter. Origen. homil.* 20. *& S. August. in locutionibus, & quæst* 52. *quod græce est,* παραδειγμάτισον. *& apud latinos de insigni supplicio dicitur, exemplum ede. Aquila,* ἀνάπηξον. confige: *vel,* furium fige. *Symmac.* κρέμασον. suspende. *Sic enim vertit vtrumque S. August. in quæst. illa. Sunt tamen, qui* D
interpretentur, fac, vt ipsi principes exempla edant, & occidant. [β] Sitomasten.] *Aquila,* κόντον. contum. *Symmacus,* δόρυ. lanceam. *De hoc alibi etiam dicetur.* [γ] Caminum.] κάμινον. *Aquila,* τὸ τέγος. conclaue. *Symmachus,* τὸ πορνεῖον. *quod videtur idem valere ac caminus: & fortasse balneum fuit. Inter. Origen. habet,* prostibulum. *vulgata* lupanar: *quod etiam dictionibus illis græcis significatur.* [δ] Gentis Ommoth.] *Videntur esse duæ interpretationes. Nam Vmmoth valet gentium.* [ε] Domus familiæ.] *S. August. in locut. videtur accepisse illud* domus *pro recto: græce tamen est* οἴκου.

CAP. XXVI.

ET factum est post plagam, & locutus est Dominus ad Moysem, & Eleaza- E
rum sacerdotem, dicens: Accipe [a] principium totius synagogæ filio-
rum Israel a viginti annis, & supra secundum domos familiarum eorum:
omnis qui procedit ad standum in acie in Israel. Et locutus est Moyses & Elea-
zar [β] sacerdos in Araboth Moab super Iordanem contra Hierico, dicens: A vi-
ginti annis & supra: quemadmodum constituit Dominus Moysi. Et filij Israel,
qui exierūt ex Ægypto. Ruben primogenitus Israel. Filij autē Ruben, Enoch, &
populus ipsius Enoch. Ipsi [γ] Phallu, populus Phallui. Ipsi Asrō, populus Asroni.
Ipsi Charmi, populus Charmi. Hi sunt populi Ruben. Et fuit recognitio eorum,

tria &

A tria, & quadraginta millia, & septingenti, & triginta. Et filij Phallu, Heliab: & filij Heliab, Namuel, & Dathan, & Abiron: hi nominati synagogæ: hi sunt, qui coniurarũt super Moysem, & Aaron in synagoga Core in cõiuratione Domini: & aperiẽs terra os suũ, deglutiuit eos: & Core in morte synagogæ eius; quando deuorauit ignis quinquaginta & ducentos. Et facti sunt in signum. Filij autem Core non sunt mortui. Et filij Symeon, populus filiorũ Symeon. Ipsi Namuel, populus qui Namueli. Ipsi Iamin, populus qui Iamini. Ipsi Iachin, populus Iachini. Ipsi Zare, populus qui Zarai. Ipsi Saul populus qui Sauli. Hi sunt populi Symeõ ex recognitione eorum duo, & viginti millia, & ducenti. [f] Filij autem Iuda, Er,
B & Aynan. Et mortui sunt Er, & Aynan, in terra Chanaan. Et fuerunt filij Iuda secundum populos eorũ. Ipsi Selom populus qui Seloni. Ipsi Phares, populus, qui Pharesi. Ipsi Zara, populus qui Zarai. Et fuerũt filij Phares. Ipsi Asron, populus, qui Asroni. Ipsi Iamun, populus qui Iamuni. Hi sunt populi Iuda, secundum recognitionẽ eorum, sex & septuaginta millia, & quingenti. Et filij Issachar secundũ populos eorũ. Ipsi Thola, populus, qui Tholai. Ipsi Phua, populus qui Phuai. Ipsi Iasub populus qui Iasubi. Ipsi Samram populus qui Samrami. Hi populi Issachar ex recognitione eorum, quatuor, & sexaginta millia, & quadringenti. Filij Zabulon secundum populos eorum. Ipsi Sared, populus qui Saredi. Ipsi Allon,
C populus qui Alloni. Ipsi Allel, populus qui Alleli. Hi populi Zabulon ex recognitione eorum sexaginta millia, & quingenti. Filij Gad secundum populos eorum. Ipsi Saphon populus qui Saphoni. Ipsi Angi populus qui Angì. Ipsi Suni populus qui Sunì. Ipsi Azeni populus qui Azeni. Ipsi Addi: populus qui Addì. Ipsi Aroadi, populus qui Aroadì. Ipsi Ariel, populus qui Arieli. Hi populi filiorum Gad ex recognitione eorum quatuor, & quadraginta millia, & quingenti. Filij Aser secundum populos eorum. Ipsi Iamin, populus, qui Iamini. Ipsi Iesu, populus qui Iesui. Ipsi Baria, populus, qui Bariai. Ipsi Chober, populus, qui Choberi. Ipsi Melchiel, populus, qui Melchieli.
D Et nomen filiæ Aser, Sara. Hi populi Aser, ex recognitione eorum tria & quadraginta millia, & quadringenti. Filij Ioseph secundum populos eorum; Manasse, & Ephræm. Filij Manasse. Ipsi Machir, populus, qui Machiri. Et Machir genuit Galaad. Ipsi Galaad, populus, qui Galaadi. Et hi filij Galaad. Ipsi Achiezer; populus, qui Achiezeri. Ipsi Cheleg, populus, qui Chelegi. Ipsi Esriel, populus, qui Esrieli. Ipsi Sychem, populus, qui Sychemi. Ipsi Symaer, populus, qui Symaeri. Et ipsi Opher, populus, qui Opheri. Et ipsi Salpaad filio Opher non fuerunt ei filii, sed filiæ. Et hæc nomina filiarum Salpaad, Maala, & Nua, & Egla, & Melcha, & Thersa. Hi populi Ma-
E nasse, ex recognitione eorum duo, & quinquaginta millia, & septingenti. Et hi filij Ephræm. Ipsi Suthala, populus, qui [a] Suthalan. Ipsi Tanach, populus, qui Tanachi. Hi filij Suthala. Ipsi Eden, populus, qui Edeni. Hi filij Ephræm, ex recognitione eorum, duo & triginta millia, & quingenti. Hi populi filiorum Ioseph secundum populos eorum. Filij Beniamin secundum populos eorum. Ipsi Bale, populus, qui Bali. Ipsi Asyber, populus, qui Asyberi. Ipsi Iachiran, populus, qui Iachirani. Ipsi Sophan, populus, qui Sophani. Et fuerunt filij Bale, Adar, & Noeman. Ipsi Adar, populus, qui Adari. Et ipsi Noeman, populus, qui Noemani. Hi filij Beniamin secundum populos eorum ex recogni-

tione eorum quinque & triginta millia, & quingenti. Et filij Dan secundum po- A
pulos eorum. Ipsi Same, populus, qui Samei. Hi populi Dan secundum populos eorum. Omnes populi Samei secundum recognitionem eorum, quatuor, & sexaginta millia, & quadringenti. Filij Nephthali secundum populos eorum. Ipsi Asiel, populus, qui Asieli. Ipsi Gayni, populus, qui Gayni. Ipsi Ieser, populus, qui Ieseri. Ipsi Sellem, populus, qui Sellemi. Hi populi Nephthali, ex recognitione eorum, quadraginta millia, & trecenti. Hæc est recognitio filiorum Israel: sexcenta millia, & mille, & septingenti, & triginta. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: His diuidetur terra ad hæreditandum ex nume-
ro nominum, ijs, qui plures sunt, multiplicabis hæreditatem, & ijs, qui paucio- B
res, minues hæreditatem eorum. Vnicuique, sicut recogniti sunt, dabitur hæreditas eorum. Per sortes distribuetur terra nominibus: secundum tribus familiarum suarum hæreditabunt. Ex sorte distribues hæreditatem eorũ inter multos, & paucos. Et filij Leui secundum populos eorum. Ipsi Gedson, populus, qui Gedsoni. Ipsi Caath, populus, qui Caathi. Ipsi Merari, populus, qui Merari. Hi populi filiorum Leui: populus, qui Lobeni, populus, qui ζ Chebroni, populus, qui Core, & populus, qui Musi. Et Caath genuit Amram. Nomen autem vxoris eius, Iochabed filia Leui: quæ genuit istos ipsi Leui in Ægypto: & genuit
ipsi Amram Aaron, & Moysem, & Mariam sororem eorum. Et nati sunt ipsi C
Aarõ, Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Et mortuus est Nadab, & Abiud in offerendo eos ignem alienum ante Dominum in deserto Sina. Et fuerunt ex recognitione eorum tria, & viginti millia, omne masculinum ab vno mense, & supra. Non enim recogniti sunt in medio filiorum Israel: quia non datur eis sors in medio filiorum Israel. Et hæc est recognitio Moysi, & Eleazari sacerdotis: qui recognouerunt filios Israel in Araboth Moab super Iordanem contra Iericho. Et in his non fuit homo ex ijs, qui recogniti fuerant sub Moyse, & Aaron, quos recognouerunt filios Israel in deserto Sina: quoniam dixit Domi-
nus eis: morte morientur in deserto. Et non remansit ex eis vllus, nisi Chaleb D
filius Iephonne, & Iesus filius Naue.

α Principium.] *S. Aug. in locut.* robur scilicet ætatis in populo. *Sed videtur valere* summam; *vt iam dictum est.* ϛ Sacerdos.] *In alijs libris sequitur* μετ' αὐτῶν cum eis. γ Ipsi Phallu.] τῷ φαλλί. *Notandus modus dicendi; vt hic intelligatur filius proxime memorati, & ex eo prodijsse familia Phalluitarum: & sic deinceps.* δ Ducenti.] *Hic in Compl. quemadmodum & in vulgata sequitur de filijs Gad: & etiam in sequentibus licet animaduertere aliquam ordinis varietatem.* ε Suthalan.] *Sequitur in vno codice, sicut etiam in Compl.* τῷ βίχερ, δῆμος ὁ βεχερί ipsi Becher, populus, qui Becheri: *nec multo aliter in alio,* βάχαρ, δῆμος ὁ βαχαρί. ζ Chebroni.] *In alijs sequitur,* καὶ δῆμος ὁ μοολί, & populus, qui Mooli.

CAP. XXVII.

E
ET accedentes filiæ Salpaad filij Opher, filij Galaad, filij Machir, populi Manasse de filijs Ioseph: & hæc nomina eorum, Maala, & Nua, & Egla, & Melcha, & Thersa: & stantes ante Moysem, & ante Eleazarum sacerdotem, & ante principes, & ante omnem synagogam ad ostium tabernaculi testimonij, dicunt: Pater noster mortuus est in deserto: & ipse non fuit in medio synagogæ coniurantis contra Dominum in synagoga Core: quoniam propter peccatum suum mortuus est: & filij non fuerunt ei. Ne deleatur nomen patris nostri de medio populi sui: quoniam non est ei filius. Date nobis possessionem

A in medio fratrum patris nostri. Et retulit Moyses iudicium earum ante Dominum. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Recte filiæ Salpaad locutæ sunt. Datum dabis eis possessionem hæreditatis in medio fratrum patris earum: & appones sortem patris earum eis. Et filijs Israel loqueris, dicens: Homo si mortuus fuerit, & filius non fuerit ei; apponetis hæreditatem eius filiæ eius. Si autem non fuerit ei filia; dabitis hæreditatem fratri eius. Si autem nõ fuerint ei fratres; dabitis hæreditatem fratri patris eius. Si autem non fuerint fratres patris eius; dabitis hæreditatem domestico, qui propinquior sit ei de tribu eius, ad hæreditandum ea, quæ illius. Et erit hoc filijs Israel iustificatio iudi-
B cij: sicut constituit Dominus Moysi. Et dixit Dominus ad Moysem. Ascende in [α] montem istum, qui trans Iordanem, hic est mons Naban; & vide terram Chanaan: quam ego do filijs Israel in possessionem. Et videbis eam: & apponeris ad populum tuum & tu: sicut appositus est Aaron frater tuus in Or monte; propterea quod trãsgressi estis verbum meum in deserto Sin: cum resisteret [β] synagoga sanctificare me: non sanctificastis me super aqua ante eos. Hæc est aqua contradictionis in Cades in deserto Sin. Et dixit Moyses ad Dominum: Prouideat Dominus Deus spirituum, & omnis carnis, hominem super synagogam hanc: qui egrediatur ante faciem eorum: & qui ingrediatur ante fa-
C ciem eorum: & qui educat eos, & qui inducat eos: & non erit synagoga Domini sicut oues, quibus non est pastor. Et locutus est Dominus ad Moysem dicens: Accipe ad teipsum Iesum filium Naue, hominem qui habet [γ] spiritum in seipso: & impones manus tuas super eum, & statues eum in conspectu Eleazari sacerdotis & mandabis ei in conspectu omnis synagogæ: [δ] & mandabis de eo coram eis: & dabis de [ε] gloria tua super eum: vt exaudiant eũ filij Israel: & in conspectu Eleazari sacerdotis statuetur: & interrogabunt eum iudicium [ζ] manifestorum ante Dominum. In ore eius exibunt, & in ore eius introibunt, ipse, & filij Israel pariter & omnis synagoga. Et fecit Moyses sicut præcepit ei Dominus. Et assumens
D Iesum statuit eum in conspectu Eleazari sacerdotis, & in conspectu omnis synagogæ: & imposuit manus suas super eum: & [η] commendauit eum; sicut præcepit Dominus Moysi.

α In montem istum, qui trans Iordanem, hic est mons Naban.] *Vulgata pro istis hæc tantum habet* in montem istum Abarim. *Abarim autem significat* transituum. *Quare illud* ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου *valet fortasse non* trans Iordanem, *sed*, in transitu Iordanis. β Synagoga.] ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγήν. *In Compl. est* τῇ συναγωγῇ, cum resisteretis synagogæ: *quod obest sententiæ.* γ Spiritum.] *Ita libri veteres, & S. Aug. quæst.* 54. *Interpres Orig. hom.* 22. spiritum Dei in temetipso. *& Theodoretus q.* 48. πνεῦμα θεοῦ δ Et mandabis de eo coram eis.] *Hæc non referuntur à Theodoreto, & absunt à Compl. sicut a vulgata. Referuntur tamen apud Origenem eadem hom.* 22. ε De gloria tua.] *Ita S. Aug. q.* 55. *quod græce est* τῆς δόξης σου. *& ita libri veteres, & Procopius Gazæus, & Theodoretus q.* 48. *quàmuis interpres suo modo reddat. In*
E *aliquot vulgatis editionibus legitur,* τὴν δόξαν σου. Et S. *Aug. ibidem testatur apud nonnullos interpretes latinos fuisse,* gloriam tuam. *Interp. Orig.* claritatem tuam. ζ Manifestorum.] *Schol.* Istud τῶν δήλων. *alij interpretes ediderunt* φωτισμοὺς, i. luminationes. *Theodoretus hunc locum paraphrasi explanans dicebat,* & per rationale iudicij, quod illius (*idest sacerdotis*) pectori adiacet, quid agendum sit, disceтis. η Commendauit eum.] *Sic S. Aug. in locut. quod græce est,* συνέστησεν αὐτόν. *ac posset etiam verti,* constituit eum.

CAP. XXVIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & dices ad eos, dicens: Munera mea, data mea, oblationes meas in odorem suauitatis obseruabitis offerre mihi in solennitatibus meis. Et dices ad eos:

Hæ sunt oblationes, quas adducetis Domino, agnos anniculos sine macula duos A
die in holocaustosim iugiter. Agnũ vnũ facies mane: & agnũ secundum facies ad
vesperam. Et facies decimã Oephi similaginem in sacrificium refectam in oleo
in quarta In. Holocaustoma continuationis: facta in monte Sina in odorem sua-
uitatis Domino. Et libamen eius, quartam In agno vni. In sancto libabis libamẽ
sicera Domino. Et agnum secundum facies ad vesperam: iuxta sacrificium eius,
& iuxta libamen eius facietis in odorem suauitatis Domino. Et die sabbatorum
offeretis duos agnos anniculos sine macula, & duas decimas similaginis refectæ
in oleo in sacrificium, & libamen: holocaustoma sabbatorum in sabbatis super
holocaustosim iugem, & libamen eius. Et in Neomenijs offeretis holocaustoma B
Domino vitulos ex bobus duos, & arietem vnum, agnos anniculos septem si-
ne macula: tres decimas similaginis refectæ in oleo vitulo vni, & duas decimas
similaginis refectæ in oleo arieti vni: decimam, decimam similaginis con-
spersæ in oleo agno vni sacrificium, odorem suauitatis, oblationem Domi-
no. Libamen eorum dimidium In erit vitulo vni: & tertia In erit arieti vni:
& quarta In erit agno vni vini. Hoc est holocaustoma mensem ex mense in men
ses anni. Et hircum e capris vnum pro peccato Domino. super holocaustosim iu
gem fiet, & libamen eius. Et in mense primo quarta & decima die mensis Pascha
Domino. Et quinta, & decima die mensis huius solennitas. Septem diebus azy C
ma edetis: & dies prima celebris sancta erit vobis. Omne opus seruile non facie-
tis. Et offeretis holocaustomata, oblationem Domino, vitulos ex bobus duos,
arietem vnum, agnos anniculos septem: sine macula erunt vobis. Et sacrificium
eorum similago conspersa in oleo: tres decimæ vitulo vni, & duæ decimæ arie-
ti vni: decimam, decimã facies agno vni, septem istis agnis. Et hircum ex capris
vnũ pro peccato ad depropiciandũ pro vobis, præter holocaustosim iugem ma
tutinam; quod est holocaustoma cõtinuationis. Hæc secundũ hæc facietis die in
septẽ dies, munus, oblationẽ in odorẽ suauitatis Domino; super holocaustoma
iuge: facies libamen eius: Et dies septima vocata sancta erit vobis. Omne opus D
seruile non facietis in ea. Et die nouorum, quando offeretis sacrificium nouum
Domino hebdomadum celebris sancta erit vobis. Omne opus seruile non facię
tis. Et adducetis holocaustomata in odorem suauitatis Domino, vitulos ex bo-
bus duos, arietem vnum, agnos anniculos septem sine macula. Sacrificium eo-
rum similago refecta in oleo, tres decimas vitulo vni, & duas decimas arieti vni
decimam, decimam agno vni, septem istis agnis, & hircum ex capris vnum pro
peccato ad depropitiandum pro vobis pærter holocaustoma iuge: Et sacrifi-
cium eorum facietis mihi, sine macula erunt vobis, & libamina eorum.

E

CAP. XXIX.

ET mense septimo vna mensis, celebris sancta erit vobis. Omne opus serui-
le non facietis: dies significationis erit vobis. Et facietis holocaustoma
ta in odorem suauitatis Domino, vitulum vnum ex bobus, arietem vnũ,
agnos anniculos septem sine macula. Sacrificium eorum similago refecta in o-
leo. Tres decimas vitulo vni: & duas decimas arieti vni, decimam, decimam a-
gno vni, septem istis agnis. Et hircum ex capris vnum pro peccato, ad depropi-
ciandum

A tiandum pro vobis, præter holocaustomata Neomeniæ, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & holocaustoma iuge. Et sacrificia eorum, & libamina eorũ iuxta ritum eorum in odorem suauitatis Domino. Et decima mensis huius, celebris sancta erit vobis. Et affligetis animas vestras: & omne opus non facietis. Et offeretis holocaustomata in odorem suauitatis Domino, oblationes Domino, vitulum ex bobus vnum, arietem vnum, agnos anniculos septem: sine macula erunt vobis. Sacrificium eorum simila go conspersa in oleo. Tres decimas vitulo vni, & duas decimas arieti vni, decimam, decimam agno vni, in septem istos agnos. Et hircum ex capris vnum pro peccato ad depropitiandum pro vo

B bis, præter illud, quod pro peccato depropitiationis, & holocaustosis iugis, sacrificium eius, & libamen eius iuxta ritum in odorem suauitatis, oblatio Domino. Et quinta decima die mensis septimi, celebris sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis. Et celebrate eam, solennitatem Domino septem diebus: & adducite holocaustomata, oblationẽ in odorem suauitatis Domino, die prima vitulos ex bobus tres, & decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim. sine macula erunt. Sacrificia eorum similago conspersa in oleo. Tres decimas vitulo vni, tredecim istis vitulis, & duas decimas arieti vni, in duos istos arietes, decimam, decimam agno vni in quatuordecim istos agnos. Et hircum

C ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Et die secunda vitulos duodecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificium eorum, & libamen eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorũ. Die tertia vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificium eorum, & libamen eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugẽ, sacrificia eorum, & libamina eorum.

D Die quarta vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Die quinta vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorũ. Die sexta vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, &

E libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritũ eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Die septima vitulos septem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum, vitulis, & arietibus, & agnis, iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Et die octaua [ƨ] Exodium erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea. Et adducetis holocaustomata in odorem suauitatis, oblationes Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos septem sine

macula.

macula. Sacrificia eorum,& libamina eorum, vitulo,& arieti,& agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnũ, pro peccato, præter holocauſtoſim iugem, ſacrificia eorum,& libamina eorum. Hæc facietis Domino in ſolennitatibus veſtris, γ exceptis votis veſtris, & ſpontanea veſtra, & holocauſtomata veſtra, & ſacrificia veſtra,& libamina veſtra,& ſalutaria veſtra. A

α Significationis.] *σημασίας. De hac dictione ſupra dictum eſt. Schol* Samariticus ἡμέραν ἀκουστὴν diem ſonoram. *Int. Orig. hom. 23. vocat feſtiuitatem memoriæ tubarum.* β Exodium.] *De hac quoque iam dictum eſt. Cyrillus* Samariticus pro eo, quod dictum eſt, ἐξόδιον, inquit, πλήρωσις ἐπισχέσεως, conſummatio retentionis, *quaſi finis manſionis in tabernaculis.* γ Exceptis.] *De hac locutione S. Aug in locut.*

CAP. XXX. B

ET locutus eſt Moyſes filijs Iſrael ſecundum omnia, quæcumque mandauit Dominus Moyſi. Et locutus eſt Moyſes ad principes tribuum filiorum Iſrael, dicens: Hoc eſt verbum, quod præcepit Dominus: Homo, homo, quicumque vouerit votum Domino, aut iurauerit iuramentum, aut definierit definitione de anima ſua; non prophanabit verbum ſuum: omnia, quæcumque exierint de ore eius, faciet. Si autẽ vouerit mulier votum Domino, aut definierit definitionem in domo patris ſui in iuuentute ſua, & audierit pater eius vota eius,& definitiones eius, quas definiuit α aduerſus animam ſuam,& tacuerit pater eius; & ſtabunt omnia vota eius; & omnes definitiones, quas definiuit aduerſus animam ſuam, manebunt ei. Si autẽ abnuens abnuerit pater eius, quacumq. die audierit omnia vota eius, & definitiones quas definiuit aduerſus animã ſuã; non ſtabunt: & Dominus emundabit eam; quia abnuit pater eius. Si autem β facta fuerit viro, & vota eius ſuper eam, ſecundum diſtinctionem labiorum eius, γ quas definiuit aduerſus animam ſuam, & audierit vir eius, & tacuerit ei, quacumque die audierit; & ita ſtabunt omnia vota eius: & definitiones eius, quas definiuit aduerſus animam ſuam, ſtabunt. Si autem abnuens abnuerit vir eius, quacumque die audierit; omnia vota eius, & definitiones eius, quas definiuit aduerſus animam ſuam, non manebunt: quoniam vir abnuit δ ab ea. Et Dominus mundabit eam. Et votum viduæ, expulſæque, quæcumq. vouerit aduerſus animam ſuam, manebunt ei. Si autem in domo viri eius votum eius, aut definitio aduerſus animam eius cum iure iurando, & audierit vir eius, & tacuerit ei, & non abnuerit ei; & ſtabũt omnia vota eius: & omnes definitiones eius, quas definiuit aduerſus animam ſuam, ſtabunt aduerſus eam. Si autem circumauferens circumauferat vir eius, quacumque die audierit; omnia quæcumque exierint ex labijs eius ſecundum vota, & ſecundum definitiones, quæ aduerſus animam eius, non manebũt ei: vir eius circumabſtulit, & Dominus mundabit eam. Omne votum, & omne iuſiurandum vinculi ε affligere animam; vir eius ſtatuet ei: & vir eius circumauferet. Si autem tacens tacuerit ei, diem ex die; & ſtatuet ei omnia vota eius: & definitiones quæ ſuper ipſam, ſtatuet ei: quoniam tacuit ei, die qua audiuit. Si autem circumauferens circumauferat poſt diem quam audiuit; & accipiet peccatum ſuum. Hæ ſunt iuſtificationes, quaſcumque mandauit Dominus Moyſi inter virum & vxorem eius, & inter patrem & filiam in iuuentute in domo patris. C D E

α Aduer-

A α Aduersus animam suam.] *S. Aug. in locut.* idest aduersus delectationes animæ suæ. β Facta fuerit.] *Sic S. Aug. q. 59. quod græce est, γινομένη γένηται ἀνδρὶ, quasi diceremus habens habuerit virum.* γ Quas definiuit.] *οὓς ὡρίσατο. & videtur subintelligi οἱ ὁρισμοί*, definitiones. *In alijs libris est, ὅσα ὡρίσατο. & S. Aug. ibidem*, quanta definiuit. δ Quoniam vir abnuit ab ea.] *ἀπ' αὐτῆς, Alij ὑπ' αὐτῆς. & S. Augu.* ad eam. *Ab hebræo absunt omnia ista verba.* ε Affligere animam.] *Sic S. Aug. ad verbum e græco, κακῶσαι ψυχήν. quod tamen poterat verti*, de affligenda anima.

CAP. XXXI.

ET locutus est Dominus ad Moysem dicens: Vlciscere vltionem filiorum
Israel de Madianitis: & postremo apponeris ad populum tuū. Et locutus
B est Moyses ad populum, dicens: Armate ex vobis viros: & militate co-
ram Domino super Madian, ad reddendam vindictam a Domino ipsi Madian:
mille ex tribu, mille ex tribu, ex omnibus tribubus filiorum Israel mittite ad
militandum. Et enumerarunt ex millibus Israel, mille ex tribu, duodecim mil-
lia: armati ad militiam. Et misit eos Moyses mille ex tribu, mille ex tribu, cum
virtute eorum, & Phinees filium Eleazari filij Aaron sacerdotis. Et vasa sancta,
& tubæ significationum in manibus eorum. Et militauerunt super Madian; si-
cut præcepit Dominus Moysi: & occiderunt omne masculinum: & reges Ma-
dian interfecerunt simul cum cæsis eorum, & Euin, & Rhocon, & Sur, & Vr, &
C Raboc, quinque reges Madian. Et Balaam filium Beor interfecerunt in gladio
cum cæsis eorum. Et prædati sunt mulieres Madian & supellectilem eorum, &
pecora eorum, & omnia, quæ possederant. Et virtutem eorum deprædati sunt,
& omnes ciuitates eorum, quæ in habitationibus eorum: & villas eorum succē-
derunt in igni. Et tulerunt omnem prædam eorum, & omnia spolia eorum ab
homine vsque ad pecus: & adduxerunt ad Moysem, & ad Eleazarum sacerdo-
tem, & ad omnes filios Israel captiuitatem, & spolia, & prædam in castra in Ara
both Moab, quæ est super Iordanem contra Hiericho. Et egressus est Moyses,
& Eleazar, & omnes principes synagogæ in occursum eis extra castra. Et iratus
D est Moyses in visitatores virtutis, chiliarchos, & centuriones, qui veniebant
ex acie belli. Et dixit eis Moyses: Vt quid viuificastis omne fœmininum? Hæ
enim α fuerunt filijs Israel, secundum verbum Balaam, vt recedere facerent, &
despicere verbum Domini β propter Phogor: & facta est plaga in synagoga
Domini. Et nunc interficite omne masculinum in omni γ multitudine: omnem
mulierem, quæ nouit concubitum masculi, interficite: & omnem multitudinē
mulierum, quæ non nouit concubitum masculi, viuificate eas. Et vos castra-
metamini extra castra septem diebus. Omnis, qui interfecerit, & tetigerit vul-
neratum, purificabitur die tertia, & die septima, vos, & captiuitas vestra. Et om
ne indumentum, & omne vas pelliceum, & omnem facturam ex caprina, & om
E ne vas ligneum purificabitis. Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis, qui ve
niebant ab acie belli: Hæc est legis iustificatio, quam præcepit Dominus Moy-
si. δ Præter aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, om-
nis res, quæ pertransibit in ε igni; & mundabitur: sed & aqua purificationis pu-
rificabitur. Et omnia, quæcumque non transeunt per ignem; transibunt per
aquam. Et lauabitis vestimenta die septima: & mundabimini: & post hæc ingre-
diemini in castra. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Accipe ζ caput
spoliorū captiuitatis ab homine vsq. ad pecus, tu, & Eleazar sacerdos, & princi-

pes

pes familiarum synagogæ. Et diuidetis spolia inter bellatores, qui processe- A
runt in aciem, & inter omnem synagogam. Et demetis tributum Domino ab
hominibus bellatoribus, qui processerunt in aciem, vnam animam de quingē-
tis ex hominibus, & ex pecoribus, & ex bobus, & ex ouibus, & ex asinis. Et de di-
midio eorū sumetis. Et dabis Eleazaro sacerdoti primitias Domini. Et de di-
midio quod filiorum Israel, sumes vnum de quinquaginta, ex hominibus, & ex
bobus, & ex ouibus, & ex asinis, & ex omnibus pecoribus. Et dabis ea Leuitis cu-
stodientibus custodias in tabernaculo Domini. Et fecit Moyses, & Eleazar sa-
cerdos; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fuit abundantia prædæ; quam præ-
dati sunt viri bellatores, ex ouibus, sexcenta millia, & septuaginta, & quinque B
millia. Et boues, duo & septuaginta millia. Et asini, vnum & sexaginta mil-
lia. Et animæ hominum ex mulieribus, quæ non nouerunt concubitum viri,
omnes animæ duo & triginta millia. Et fuit dimidium pars eorum, qui processe-
runt in prælium, ex numero ouium trecenta & triginta millia & septem millia, &
quingentæ. Et fuit tributum Domino ex ouibus, sexcentæ septuaginta quinque.
Et boues, sex & triginta millia. Et tributum Domino, duo & septuaginta. Et asi-
ni, triginta millia & quingenti. Et tributum Domino, vnus & sexaginta. Et ani-
mæ hominum sex & decem millia. Et tributum eorum Domino, duæ & triginta
animæ. Et dedit Moyses tributum Domino, demptionem Dei, Eleazaro sacer- C
doti; sicut præcepit Dominus Moysi. De dimidio filiorum Israel, quos distin-
xit Moyses a viris bellatoribus. Et fuit dimidium a synagoga, ex ouibus trecen-
ta & triginta millia, & septem millia & quingentæ. Et boues sex & triginta mil-
lia, asini triginta millia & quingenti. Et animæ hominum sex & decem millia.
Et sumpsit Moyses ex dimidio, quod filiorum Israel vnum ex quinquaginta ex
hominibus, & ex pecoribus: & dedit ea Leuitis custodientibus custodias taber-
naculi Domini, quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et accesserunt ad
Moysem omnes qui constituti erant super millia virtutis, chiliarchi & centurio
nes: & dixerunt ad Moysem. Pueri tui acceperunt caput virorum bellatorum D
qui apud nos: & non dissonuit ex eis vllus. Et obtulimus munus Domino, vir,
quod inuenit vas aureum, & torquem, & viriolam, & annulum, & dextrale, & ca
tenulam ad depropitiandum pro nobis ante Dominum. Et accepit Moyses, &
Eleazar sacerdos aurum ab eis, omne vas factum. Et fuit omne aurum demptio
quam dempserunt Domino, sexdecim millia & septingenti & quinquaginta si-
cli a chiliarchis, & centurionibus. Et viri bellatores ⁿ prædati sunt, vnusquisque
sibi. Et accepit Moyses, & Eleazar aurum a chiliarchis, & a centurionibus: & in-
tulit ea in tabernaculum testimonij, memoriale filiorum Israel coram Domino.

E

α Hæ enim fuerunt.] *In editionibus. S. Aug. corrupte videtur legi q. 63.* hæc enim fecerunt filij Israel. *Græci quidem codices consentiunt, & Theodoretus quæst. 45. Int. Orig. hom. 25.* Ipsæ enim sunt, quæ filios Israel secundum verbum Balaam apostatas fecerunt. β Propter Phogor.] *Anesperus.* Samariticus manifestius inquit, διὰ λόγου Φογώρ, per verbum Phogor. *Theodoretus ibidem.* Phogor, est nomen Idoli. γ Multitudine.] *Sic redditur ista dictio, ἀπαρτία apud S. Aug locut. 99. Dictio hebræa significat pubem, idest paruulos, quemadmodum habet vulgata. Idem etiam alibi dictum est de dictione illa ἀποσκευή.* δ Præter aurum.] *Est notanda locutio Intelligendum enim est hæc excipi a proxime præcedente lege, non autem à sequente.* ε In igni] *In aliquot codicibus sequitur.* διάξετε ἐν πυρί. *Et Int. Orig. hom. 25.* traducite per ignem. ζ Caput.] κεφάλαιον. *quo nomine, vt etiam apud hebræos, diximus significari summam. Schol.* Samariticus habet, λάβε τὸ τέλος, accipe summam. η Prædati sunt.] *Schol.* pro eo, ac si diceret, ἐκτήσατο, οὐκ ἐκοινοποίησεν, sibi acquisiuit non in commune contulit.

C A P.

CAP. XXXII.

A ET pecora [a] multitudo erat filijs Ruben, & filijs Gad, multitudo valde. Et viderunt regionem Iazer & regionem Galaad: & erat locus ille locus pecoribus. Et accedentes filij Ruben, & filij Gad dixerunt ad Moysem & ad Eleazarum sacerdotē, & ad principes Synagogæ, dicentes: Atharoth & Dæbon, & Iazer, & Namra, & Esebon, & Eleale, & Sebama, & Nabay, & Bæan, terram quam tradidit Dominus in conspectu filiorum Israel, terra pecorum nutrix est: & pueris tuis sunt pecora. Et dicebant: Si inuenimus gratiam in conspectu tuo; detur terra ista famulis tuis in possessionem: & ne traducas nos Iordanem.

B Et dixit Moyses filijs Gad, & filijs Ruben: Fratres vestri eunt in bellum: & vos sedebitis hic? Et vt quid peruertitis mentes filiorum Israel, vt non transeant in terram, quam Dominus dat eis? Nonne sic fecerunt patres vestri, quando misi eos e Cades Barne ad considerandam terram: & ascenderunt vallem Botri, & considerauerunt terram, & auerterunt cor filiorum Israel, vt non introirent in terram quam dedit Dominus eis? Et iratus est furore Dominus in die illa, & iurauit dicens, Si videbunt homines hi qui ascenderunt ex Ægypto, a viginti annis & supra, qui cognoscunt bonum & malum, terram quam iuraui ipsi Abraham, & Isaac, & Iacob: non enim secuti sunt post me, præter Chaleb filius Iephóne, ille [b] segregatus, & Iesus filius Naue: quoniam simul secuti sunt post me.

C Et iratus est furore Dominus aduersus Israel: & [γ] circūagitauit eos in deserto quadraginta annos; donec consumpta est omnis generatio, facientes maligna in conspectu Domini. Ecce surrexistis pro patribus vestris, [d] contritio hominum peccatorum, ad adijciendum adhuc ad furorem iræ Domini super Israel: quoniam auertetis vos ab eo, adijciendo adhuc derelinquere eum in deserto: & inique facietis in totam synagogam hanc. Et accesserunt ei, & dixerunt: Caulas ouium ædificabimus hic pecoribus nostris, & ciuitates [e] impedimentis nostris: & nos armati in [ζ] prima acie priores filijs Israel; quoadusque adduxerimus eos in suum ipsorum locum. Et habitabunt impedimenta nostra in ciuitatibus muratis propter eos, qui inhabitant terram.

D Non reuertemur ad domos nostras; quoadusque distributi fuerint filij Israel, vnusquisque in hæreditatem suam. Et non vltra hæreditabimus in eis a regione trans Iordanem, & supra: quia obtinemus sortes nostras in transitu Iordanis in oriente. Et dixit ad eos Moyses: Si feceritis iuxta verbum hoc, si arma sumpseritis ante Dominum in prælium & transibit ex vobis omnis armatus Iordanem ante Dominū, quoadusq. contritus fuerit hostis eius a facie eius, & subiecta fuerit terra ante Dominū, & post hæc reuertimini, & eritis innocentes ante Dominū, & ab Israel, & erit terra hæc vobis in possessionem ante Dominum. Si autem nō feceritis ita: peccabitis ante Dominū, & co-

E gnoscetis peccatum vestrum, quando vos cōprehenderint mala. Et ædificabitis vobismetipsis ciuitates impedimentis vestris, & caulas pecoribus vestris. Et quod procedit ex ore vestro, facietis. Et dixerūt filij Ruben, & filij Gad ad Moysem, dicentes: Pueri tui facient, secundum quæ dominus noster mandat. Impedimenta nostra, & vxores nostræ, & omnia pecora nostra erunt in ciuitatibus Galaad. Pueri autē tui transibunt omnes armati, & ordinati ante Dominū in prælium; quemadmodum Dominus ait. Et [η] cōmendauit eis Moyses Eleazarū sacerdotē, & Iesum filium Naue & principes familiarum tribuū Israel. Et dixit ad eos

Moyses : Si transierint filij Ruben, & filij Gad vobiscum Iordanem, omnis ar A
matus in prælium ante Dominum, & subieceritis terram ante vos; & dabitis
eis terram Galaad in possessionem. Si autem non transierint armati vobiscum
in prælium ante Dominum; & traducetis impedimenta eorum, & vxores eo-
rum, & pecora eorum priora vobis in terram Chanaan, & cohæreditabunt in
vobis in terra Chanaan. Et responderunt filij Ruben, & filij Gad, dicentes:
Quæcumque dominus dicit seruis; sic faciemus nos. Transibimus armati an-
te Dominum in terram Chanaan: & dabitis possessionem nobis θ trans Iorda-
nem. Et dedit eis Moyses filijs Gad, & filijs Ruben, & ι dimidiæ tribui Ma-
nasse filiorum Ioseph, regnum Seon regis Amorræorum, & regnum Og regis B
Basan, & ciuitates cum finibus eius, & ciuitates terræ in circuitu. Et ædifica-
runt filij Gad Dæbon, & Ataroth, & Aroer, & Sophar, & Iazer: & exaltauerunt
eas, & Namram, & Bætharan ciuitates munitas, & caulas ouium. Et filij Ru-
ben ædificauerunt Esebon, & Elealem, & Cariatham, & Beelmeon circunda-
tas, & Sebama. Et cognominauerunt secundum nomina sua nomina ciuita-
tum quas ædificauerunt. Et iuit filius Machir filij Manasse Galaad, & cepit eam,
& perdidit Amorræum habitantem in ea. Et dedit Moyses Galaad ipsi Ma-
chir filio Manasse: & habitauit ibi. Et Iair filius Manasse iuit, & cepit cau-
las eorum, & cognominauit ea, caulas Iair. Et Nabay iuit, & cepit Caath, & C
pagos eius: & cognominauit eos Naboth ex nomine suo.

α Multitudo] *Notat hanc locutionem S. Aug. in locut. Sed paulo post habet,* multitudo copiosa valde. *vbi etiam in alijs libris est,* πολὺ σφόδρα. β Ille segregatus.] *Schol.* Samariticus, ὁ ἀποσχάσας, cenezæus, nimirum segregans se a consilio Israel dicentis, non ibimus in terram promissionis. γ Circumagitauit.] *κατερρέμβευσεν, aut, vt in alijs libris, κατερρόμβευσεν.* δ Contritio.] *σύντριμμα, quasi reliquiæ, aut multiplicati ex contritione. Nam dictio hebræa significat multiplicationem. Alij codices habent* σύστρεμμα, i. a ... *aut, vt alij vertunt,* alumni: *& ita vulgata.* ε Impedimentis nostris.] *Ita hoc loco S. Aug in locut. ac videtur commodissime hoc modo reddi illud* ἀποσκευή. *& significari tenera ætas, quæ magno impedimento solet esse in castris.* ζ In prima acie.] *προφυλακῇ. Alij, παρελευσόμεθα προφυλακῇ,* prætéribimus in prima acie. η Commendauit eis] *Sic S. Aug. in locut. ac videt tamen hunc esse sensum,* commēdauit eos Eleazar sacerdoti. *Possent tamen verba illa, συνεστήσεν αὐτοῖς Ἐλεάζαρ, ita verti,* & constituit eis Eleazar. *Hebræus habet,* & præcepit eis Elezaro, *id est,* pro eis. θ Trans Iordanem.] *Notandum est illud, πέραν. interdum significare,* vltra *interdum,* citra. ι Dimidiæ tribui.] *Schol.* Nunc mentionem fecit dimidiæ tribus Manasse, cum in ijs, quæ antea dicta sunt, non fecisset. In Samaritico autem fit.

CAP. XXXIII.

ET hæ sunt mansiones filijs Israel; ex quo exierunt de terra Ægypti cum vir
tute sua in manu Moysi, & Aaron. Et scripsit Moyses promotiones eorum
& mansiones eorum per verbum Domini. Et hæ sunt mansiones itineris
eorum. Promouerunt de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis pri- E
mi. Postridie ipsius Pascha exierunt filij Israel in manu excelsa coram omnibus
Ægyptijs: & Ægyptij sepeliebant mortuos ex ipsis, omnes quos percusserat Do-
minus, omne primogenitum in terra Aegypto: & in Dijs eorum fecerat vltio-
nem Dominus. Et promouentes filij Israel de Ramesse, castrametati sunt in Soc
choth. Et promouentes de Socchoth castrametati sunt in Buthan: quæ est pars
quędā deserti. Et promouerunt de Buthan & castrametati sunt ad os Iroth, quod
est contra Beelsephon: & * castrametati sunt e regione Magdoli. Et promouerūt
contra Iroth, & transierunt mediū maris in desertum. Et iuerunt viā triū dierum
per de-

A per desertum ipsi & castrametati sunt in amaritudinibus. Et promouerunt de amaritudinibus: & venerunt in Ælim. Et in Ælim duodecim fontes aquarum & septuaginta arbores palmarum: & castrametati sunt ibi apud aquam. Et promouerunt de Ælim: & castrametati sunt super mare rubrum. Et promouerunt a mari rubro: & castrametati sunt in deserto Sin. Et promouerunt e deserto Sin: & castrametati sunt in Raphaca. Et promouerunt de Raphaca: & castrametati sunt in Ælus. Et promouerunt ex Ælus: & castrametati sunt in Raphidin: & non erat ibi aqua populo bibere. Et promouerunt de Raphidin: & castrametati sunt in deserto Sina. Et promouerunt e deserto Sina: & castrametati sunt in mo-

B numentis concupiscentiæ. Et promouerunt de monumentis concupiscentiæ: & castrametati sunt in Aseroth. Et promouerũt de Aseroth: & castrametati sunt in Rathama. Et promouerunt de Rathama: & castrametati sunt in Remmon Phares. Et promouerunt de Remmon Phares. & castrametati sunt in Lebona. Et promouerunt de Lebona: & castrametati sunt in Ressan. Et promouerunt de Ressan: & castrametati sunt in Macellath. Et promouerunt de Macellath & castrametati sunt in Saphar. Et promouerunt de Saphar: & castrametati sunt in Caradath. Et promouerunt de Caradath: & castrametati sunt in Maceloth. Et promouerunt de Maceloth: & castrametati sunt in Cathaath. Et

C promouerunt de Cataath: & castrametati sunt in Tarath. Et promouerunt de Tarath: & castrametati sunt in Mathecca. Et promouerunt de Mathecca: & castrametati sunt in Selmona. Et promouerunt de Selmona: & castrametati sunt in Masuruth. Et promouerunt de Masuruth: & castrametati sunt in Banæa. Et promouerunt de Banæa: & castrametati sunt in monte Gadgad. Et promouerunt de monte Gadgad: & castrametati sunt in Etebatha. Et promouerunt de Etebatha: & castrametati sunt in Ebrona. Et promouerunt de Ebrona: & castrametati sunt in Gesion Gaber. Et promouerunt de Gesion Gaber: & castrametati sunt in deserto Sin. Et promouerunt e deserto Sin: & castrametati sunt in deserto Pharan. Hæc est Cades. Et promouerunt e Ca-

D des: & castrametati sunt in Or monte prope terram Edom. Et ascendit Aaron sacerdos per præceptum Domini: & mortuus est ibi in quadragesimo anno exitus filiorum Israel de terra Ægypti mense quinto, vna mensis. Et Aaron erat trium & viginti & centum annorum, quando mortuus est in Or monte. Et audiens Chananæus rex Arad. Et hic habitabat in terra Chanaan; quando ingrediebantur filij Israel. Et promouerunt de Or monte: & castrametati sunt in Selmona. Et promouerunt de Selmona: & castrametati sunt in Phino. Et promouerunt e Phino: & castrametati sunt in Oboth. Et promouerunt

E de Oboth: & castrametati sunt in Gai in vlteriore super fines Moab. Et promouerunt de Gai: & castrametati sunt in Dæbon Gad. Et promouerunt e Dæbon Gad: & castrametati sunt in Gelmon Deblathæm. Et promouerunt e Gelmon Deblathæm: & castrametati sunt super montes Abarim contra Nabay. Et promouerũt e montibus Abarim: & castrametati sunt [b] ad occasum Moab super Iordanem contra Hierico. Et castrametati sunt apud Iordanem inter Æsimoth vsque, Belsa, qua ad occasum Moab. Et locutus est Dominus ad Moysem super occasum Moab apud Iordanem contra Hiericho, dicens: Loquere filijs Israel,

A zar ſacerdos, & Ieſus filius Naue. Et principem vnum de tribu aſſumetis ad ſortiendum vobis terram. Et hæc ſunt nomina virorum. De tribu Iuda, Chaleb filius Iephonne: De tribu Symeon, Salamiel filius Semiud: De tribu Beniamin, Eldad filius Chaſlon: De tribu Dan, princeps Bacchir filius Egli: De filijs Ioſeph de tribu filiorum Manaſſe, princeps Aniel filius Suphi: De tribu filiorum Ephræm princeps Camuel filius Sabathan: De tribu Zabulon princeps Eliſaphan filius Pharnach: De tribu filiorum Iſſachar princeps Phaltiel filius Oza: De tribu filiorum Aſer princeps Achior filius Selemi: De tribu Nephthali, princeps Phadael filius Lamiud. His mandauit Dominus diſtribuere filijs Iſrael in
B terra Chanaan.

α Hoc erit vobis.] S. *Aug. in locut.* Non dixit, hi erunt vobis. ε Montem, montem.] *In alijs libris non geminatur. Sed geminatio iſta videtur veſtigium lectionis reſpondentis hebraicæ, quæ habet* apud or montem: *& in proxime ſequentibus verbis,* ab or monte: *quo loco etiam in aliis libris eſt,* ἀπὸ τοῦ ὄρους, τὸ ὄρος. *Vulgata,* ad montem altiſſimum, à quo.

CAP. XXXV.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem ſuper occaſum Moab apud Iordanẽ contra Hiericho, dicens: Præcipe filijs Iſrael: & dabunt Leuitis de ſortibus poſſeſſionis ipſorum ciuitates habitare: & ſuburbia ciuitatum in cir-
C cuitu earum dabunt Leuitis. Et erunt ciuitates eis ad habitandũ: & α ſegregationes earum erunt pecoribus eorum, & omnibus quadrupedibus eorum. Et pertinentia ad ciuitates, quæ dabitis Leuitis, a muro ciuitatis, & extra bis mille cubitos in circuitu. Et metieris extra ciuitatem latus, quod eſt ad orientem, bis mille cubitos: & latus, quod eſt ad Africum, bis mille cubitos: & latus, quod eſt ad mare, bis mille cubitos: & latus, quod eſt ad Aquilonem, bis mille cubitos. Et ciuitas medium β huius erit vobis, & confinia ciuitatum. Et ciuitates dabitis Leuitis, ſex ipſas ciuitates refugiorum; quas dabitis fugere illo homicidã,
D & ad has, quadraginta & duas ciuitates: Omnes ciuitates γ dabitis Leuitis, quadraginta & octo ciuitates; has, & ſuburbia earum. Et ciuitates, quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſrael, ab ijs, qui multa, multa & a minoribus minora: vnuſquiſque ſecundũ hæreditatẽ ſuam, quam hæreditabunt, dabunt de ciuitatibus, ipſis Leuitis. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Vos tranſitis Iordanem in terram Chanaan: & diſtinguetis vobis ipſis ciuitates. Refugia erunt vobis, fugere illo homicidam: omnis, qui percuſſit animam non ſponte. Et erunt ciuitates vobis refugia a δ vindicante ſanguinem: & non morietur is, qui occidit, quoadusque ſtet in conſpectu ſynagogæ in
E iudicium. Et ciuitates, quas dabitis, ſex ipſas ciuitates, refugia erunt vobis. Tres ciuitates dabitis trans Iordanem: & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan. Refugium erit filijs Iſrael, & proſelyto, & incolæ, qui in vobis. Erunt ciuitates iſtæ in refugium ad fugiendum illuc omni percutienti animam non ſponte. Si autem in vaſe ferri percuſſerit eum, & mortuus fuerit; homicida eſt: morte moriatur homicida: Si autem in lapide ex manu, in quo morietur in eo, percuſſerit eum, & mortuus fuerit; homicida eſt: morte moriatur homicida: Si autem in vaſe ligneo ex manu, ex quo morietur in eo, percuſſerit eum, & mortuus fuerit; homicida eſt: morte moriatur homicida. Qui vindicat ſanguinem; ipſe inter-

ficiet homicidam: cum occurrerit ei; iste interficiet eum. Si autem propter ini- A
micitiam impulerit, & proiecerit in eum quodcumque vas ex insidijs, & mor-
tuus fuerit, vel propter odium percussit eum manu, & mortuus fuerit; morte
moriatur is, qui percussit: homicida est: morte moriatur homicida. Qui vindi-
cat sanguinē; interficiet homicidam, cum occurrerit ei. Si autem repente non
propter inimicitiam impulerit eum, vel proiecerit in eum quodcumque vas
non ex insidijs, vel omni lapide, in quo morietur in eo, non sciens, & inciderit
super eum, & mortuus fuerit, ipse autem non inimicus eius erat, nec quærens
malefacere ei; & iudicabit synagoga inter eum, qui percussit, & inter eum, qui
vindicat sanguinem, secundum iudicia hæc. Et eximet synagoga homicidam a B
vindicāte sanguinem: & restituent eum synagoga in ciuitatem refugij eius, quo
confugit. Et habitabit ibi, quoadusque mortuus fuerit sacerdos magnus; quē
vnxerunt eum oleo sancto. Si autem exitu exeat homicida fines ciuitatis, in quā
confugit illuc, & inuenerit eum is, qui vindicat sanguinem, extra fines ciuita-
tis refugij eius, & vindicans sanguinem occiderit homicidā; non erit reus. Nam
in ciuitate refugij habitet; quoadusque mortuus fuerit sacerdos magnus. Et
postquam mortuus fuerit sacerdos magnus; reuertetur homicida in terram pos-
sessionis suæ. Et erunt hæc vobis in iustificationem iudicij in progenies vestras
in omnibus habitationibus vestris. Omnis, qui percusserit animam, per testes C
occides homicidam. Et testis vnus non testabitur in animam, vt moriatur. Et
non accipietis redēptiones pro anima ab homicida, qui reus est moriendi: mor-
te enim morietur. Non accipietis redemptiones ad fugiendum in ciuitatem re-
fugiorum; vt rursus inhabitet in terra, quoadusque mortuus fuerit sacerdos ma
gnus: & non contaminetis terram, in qua vos habitatis. Sanguis enim hic conta-
minat terram: & non expiabitur terra a sanguine effuso super eam: & ε non pol-
luetis terram, super quam habitatis super eam, super quam ego commoror in
vobis. Ego enim sum Dominus commorans in medio filiorum Israel.

D

α Segregationes.] *In hebræo eadem dictio est, quæ paulo ante versa est* προάστεια, suburbana. *Nam idcirco fortasse suburbana dicuntur* ἀφορίσματα, *quoniam ea ciues quasi sibi seposita, & peculiaria habent hæc eadem paulo post videntur vocari* ὅρια confinia. β Huius.] *Complut* τούτων. horum. *Ab hebræo abest hoc loco vtrumque: sed in proxime sequenti sententia dicitur,* hoc erit eis suburbana. γ Dabitis.] *In alijs* ἃς δώσετε quas dabitis. δ Vindicante.] *Ita S. Aug. q. 64. & 65. quod græce est,* ἀπὸ τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα, *& alij vertunt,* à redimente sanguinem, *aut,* ab eo, qui propinquus est sanguine. *Vulgata habet,* propinquus occisi, cognatus occisi. ε Non polluetis.] *Seuerus.* Quædam exemplaria non habent illud μὴ, non.

CAP. XXXVI.

ET accesserunt principes tribus filiorum Galaad filij Machir filij Manasse de E
tribu filiorum Ioseph: & locuti sunt coram Moyse, & coram Eleazaro sa-
cerdote, & coram principibus domorum familiarum filiorum Israel: &
dixerunt: domino nostro mandauit Dominus assignare terram hæreditatis in sor
te filijs Israel: & domino præcepit Dominus dare hæreditatem Salpaad fratris
nostri filiabus eius. Et erunt vni tribuum filiorum Israel vxores. Et auferetur sors
earum de possessione patrum nostrorum, & addetur ad hæreditatem tribus, qui-
bus factæ fuerint vxores: & de sorte hæreditatis nostræ auferetur. Si autem fuerit
α remissio filiorum Israel; & addetur hæreditas earum super hæreditatem tribus,

A quibus factæ fuerint vxores: & ab hæreditate tribus familiæ nostræ auferetur hæreditas earum. Et mandauit Moyses filijs Israel per præceptum Domini, dicens: Sic tribus filiorum Ioseph dicunt: Hoc est verbum quod constituit Dominus filiabus Salpaad, dicens; cuius placuerit coram eis, sint vxores: tantummodo e populo patris sui sint vxores. Et non circumuertetur hæreditas filijs Israel a tribu in tribum: quoniam vnusquisque in hæreditate tribus familiæ suæ coniungentur filij Israel. Et omnis filia vendicans hæreditatem ex tribubus filiorum Israel vni eorum, qui de populo patris sui, erunt vxores; vt vendicent filij Israel vnusquisq. hæreditatem paternam suam. Et non circumuertetur sors a tribu in tribum aliam

B sed vnusquisque in hæreditate sua coniungentur filij Israel. Quemadmodum præcepit Dominus Moysi; sic fecerunt [β] filiabus Salpaad. Et fuerunt Thersa & Egla, & Melcha, & Nua, & Malaa filiæ Salpaad, consobrinis suis de populo Manasse filiorum Ioseph factæ fuerunt vxores. Et facta est hæreditas earum ad tribum populi patris earum. Hæc sunt mandata, & iustificationes, & iudicia, quæ mandauit Dominus in manu Moysi super occasum Moab super Iordanem contra Hierico.

[α] Remissio.] *ἄφεσις, & significat Iobelaum, vt supra. Alii libri, & Compl.* ἀφαίρεσις, ablatio. [β] Filiabus.] *Alii* θυγατέρες, filiæ: *quod respondet vulgata.*

DEVTERONOMIVM. A

CAP. I.

HÆC sunt verba, quæ locutus est Moyses omni Israel trans B
Iordanem in deserto [α] ad occidentem prope rubrum mare,
inter Pharan Tophol, & Lobon, & Aulon, & auri fodinas. Vn
decim dierum ex Choreb via super montem Seir vsque Ca
des Barne: Et factum est in quadragesimo anno, in vndeci
mo mense vna mensis, Locutus est Moyses ad omnes filios
Israel iuxta omnia quæcumq. mandauit Dominus ei ad eos;
postquam percussit Seon regem Amorræorum habitantem in Esebon, & Og re-
gem Basan habitantem in Astaroth, & in Edraim trans Iordanem in terra Moab:
cœpit Moyses declarare legem hanc, dicens: Dominus Deus noster locutus est C
nobis e Choreb, dicens: [β] Sufficiat vobis habitare in monte hoc. Reuertimini, &
promouete vos, & ingredimini in montem Amorræorum, & ad omnes accolas
Araba in monte & campo, & ad Africum, & maritimam terram Chananæorum,
& Antilibanum vsque ad flumē magnū, flumen Euphratem. Videte: [γ] tradidit in
conspectu vestro terram: ingressi hæreditate terram, quam iuraui patribus vestris
Abraham, Isaac, & Iacob, dare eis, & semini eorum post eos. Et dixi ad vos in
tempore illo, dicens: non potero solus portare vos. Dominus Deus vester mul-
tiplicauit vos: & ecce estis hodie, velut sydera cæli multitudine. Dominus Deus
patrum vestrorum adijciat vobis sicut estis, millies: & benedicat vos sicut locu- D
tus est vobis. Quomodo potero solus portare molestiam vestram, & pondus ve-
strum, & contradictiones vestras? Date [δ] vobisipsis viros sapientes, & scientes &
intelligentes in tribubus vestris: & constituam super vos duces vestros. Et respon
distis mihi, & dixistis: bonum est verbum, quod locutus es facere. Et assumpsi ex
vobis viros sapientes, & scientes, & intelligentes: & constitui eos præesse super
vos, chiliarchos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos, & magistros [ε] iu-
dicibus vestris. Et mandaui iudicibus vestris in tempore illo dicens: Audite inter
fratres vestros; & iudicate iuste inter virum, & inter fratrem, & inter proselytum
eius. Non agnosces faciem in iudicio: iuxta eum, qui paruus, & iuxta eum qui ma E
gnus iudicabis: nō vereberis faciem hominis, quoniam iudicium Dei est. Et ver
bum quod durum fuerit a vobis, afferetis illud ad me: & audiam illud. Et man-
daui vobis in tempore illo omnia verba quæ facietis. Et promouentes e Choreb
iuimus omne illud desertum magnum, & terribile, quod vidistis, viam montis
Amorræi: sicut mandauit Dominus Deus noster nobis. Et venimus vsque Cades
Barne. Et dixi ad vos: Venistis vsque ad montem Amorræi, quē Dominus Deus
noster dat vobis. Videte: tradidit nobis Dominus Deus vester ante faciē vestrā
ram: ascendentes hæreditate, quemadmodum dixit Dominus Deus patrum ve-

A ſtrorum vobis. Nolite terreri, neque conſternari. Et acceſſiſtis ad me omnes, & dixiſtis: Mittamus viros priores nobis: & explorent nobis terram, & renuncient nobis reſponſionem, viam, per quam aſcendemus in ea, & ciuitates, in quas ingrediemur in eas. Et placuit coram me verbum. Et ſumpſi ex vobis duodecim viros, virum vnum per tribum. Et conuerſi aſcenderunt in montem, & venerunt in vallē botri, & ſpeculati ſunt eam: & ſumpſerunt in manibus ſuis de fructu terræ: & attulerunt ad nos, & dicebant: Bona eſt terra, quam Dominus Deus noſter dat nobis. Et noluiſtis aſcendere: ſed increduli fuiſtis verbo Domini Dei noſtri, & obmurmuraſtis in tabernaculis veſtris, & dixiſtis: eo quod Dominus odit nos;

B eduxit nos de terra Ægypti, ad tradendum nos in manus Amorræorum, ad exterminandos nos: quo nos aſcendimus? Fratres autem veſtri auerterunt cor veſtrum, dicentes: gens magna, & multa, & potentior nobis: & ciuitates magnæ, & muratæ vſque ad cælum: ſed & filios gigantum illic vidimus. Et dixi ad vos: Ne paueatis, neque timeatis ab eis. Dominus Deus veſter, qui præcedit ante faciem veſtram, ipſe ſimul debellabit eos vobiſcum, ſecundum omnia, quæcumque fecit vobis in terra Ægypto, & in deſerto hoc, quod vidiſtis ζ viā montis Amorræi: quoniam η geſtabit te; ſicuti ſi quis θ homo geſtet filium ſuum, per omnem viam, in qua iuiſtis, donec veniſtis ad locū hunc. Et in verbo hoc non credidiſtis

C Domino Deo noſtro, qui procedit prior vobis in via ad eligendum vobis locum, deducens vos in igni nocte, oſtendens vobis viam, per quam ambulatis ſuper eā, & in nube die. Et audiuit Dominus vocem ſermonum veſtrorum: & exacerbatus iurauit, ſi videbit aliquis virorum iſtorum terram bonam hanc, quam iuraui patribus eorum præter Chaleb filius Iephonne: hic videbit eam: & huic dabo terram, in quam aſcendit, & filijs eius; quoniam ipſe adhæſit ijs quæ ad Dominum. Et mihi iratus eſt Dominus propter vos, dicens: neque tu introibis illuc. Ieſus filius Naue, qui aſſiſtit tibi, hic introibit illuc: ipſum conforta; quoniam ipſe in hæreditatem ſortietur eam ipſi Iſrael. ι Et omnis paruulus iunior, quicumque non

D nouit hodie bonum, vel malum; hi introibunt illuc: & his dabo eam: & ipſi hæreditabunt eam. Et vos conuerſi κ caſtra mouiſtis in deſertum viam, quæ ſuper rubrum mare. Et reſpondiſtis, & dixiſtis: Peccauimus ante Dominum Deum noſtrum. Nos aſcendentes bellabimus iuxta omnia, quæcumque mandauit Dominus Deus noſter nobis. Et ſumentes vnuſquiſque vaſa ſua bellica, & congregati aſcendiſtis in montem. Et dixit Dominus ad me: Dic eis: Non aſcendetis, neque bellabitis. Non enim ſum vobiſcum: & non conteramini in conſpectu inimicorum veſtrorum. Et locutus ſum vobis: & non exaudiſtis me: & tranſgreſſi eſtis verbum Domini. λ Et vim facientes aſcendiſtis in montem. Et exijt Amorræus habitans in monte illo in occurſum vobis: & perſecutus eſt vos, ſicut facerent a-

E pes: & vulnerabant vos a Seir vſque Herma. Et ſedentes flebatis ante Dominum Deum noſtrum: & non exaudiuit Dominus vocem veſtram, neque attendit vobis. Et ſediſtis in Cades diebus multis quot vtique diebus ſediſtis.

α Ad occidentem.] *De hoc loco iam indicauimus ſuſpicionem noſtram. Schol. Aq. & Symm* ἐν τῷ ὁμαλῷ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, in planicie maris rubri. Sic vocantur campi, qui interiacent inter montes Arabiæ, & Iudææ. β Sufficiat vobis habitare.] *Notanda locutio. Hoc enim videtur ſignificare*, ſatis vobis ſit habitaſſe hucuſque, *vel*, ſatis diu habitaſtis. *Similis locutio eſt in c. ſequenti.* γ Tradidit.] *Alii* παρέδωκα, tradidi. δ Vobis ipſis.] *eſt hebraiſmus, pro*, de vobis ipſis. ε Iudicibus.] *videtur dictum pro* de iudicibus, *hebræus habet*, tribubus. ζ Viā.] montis Amorræi.] *Hæc abſunt ab aliis libris, quemadmodū & à vulgata.* η Quoniam geſtabit te.] *In aliis libris*

A Nunc ergo ſurgite, & promouete, & tranſite vos vallem Arnon. Ecce tradidi in manus tuas Seon regem Eſebon Amorræum, & terram eius. Incipe hæreditare, conſere cum eo prælium in die hac. Incipe dare tremorem tuum, & timorem tuum ſuper faciem omnium gentium, quæ ſub cælo: qui audientes nomen tuum turbabuntur, & dolores habebũt a facie tua. Et miſi legatos e deſerto Cedamoth ad Seon regem Eſebon verbis pacificis, dicens: tranſibo per terram tuam in via ibo: non declinabo in dextram, neque in ſiniſtram: eſcas argento tribues mihi, & comedam: & aquam argento tribues mihi, & bibam. Tantum tranſibo pedibus; ſicut fecerunt mihi filij Eſau habitantes in Seir, & Moabitæ habitantes in Aroer

B quoadusque tranſiero Iordanem in terram quam Domius Deus noſter dat nobis. Et noluit Seon rex Eſebon tranſire nos per ipſum: quoniam indurauerat Dominus Deus noſter ſpiritum eius: & confortauit cor eius: vt traderetur in manus tuas, ſicut in die hac. Et dixit Dominus ad me: Ecce cœpi tradere ante faciem tuam Seon regem Eſebon Amorræum, & terram eius: & incipe hæreditare terram eius. Et exijt Seon rex Eſebon in occurſum nobis, ipſe, & omnis populus eius in prælium in Iaſſa. Et tradidit eum Dominus Deus noſter δ ante faciem noſtram. Et percuſſimus eum, & filios eius, & omnem populum eius: & obtinuimus omnes ciuitates eius in tempore illo: & diſperdidimus omnem ciuitatem, deinde, & vxores eorum, & filios eorum, non reliquimus viuum.

C Tantum pecora prædati ſumus: & ſpolia ciuitatum cepimus ab Aroer, quæ eſt apud labium torrentis Arnon, & ciuitatem, quæ erat in valle, & vſque ad montem Galaad. Non fuit ciuitas, quæ effugeret nos. Omnes tradidit Dominus Deus noſter in manus noſtras. Tantum prope filios Amman non acceſſimus, omnia pertinentia ad torrentem Iaboc, & ciuitates quæ in montana; ſicut mandauit Dominus Deus noſter nobis.

α Et verebuntur vos valde.] *Pro his in hebræo eſt*, & cauete vos valde, *& vulgata*, videte ergo diligenter. β Hæreditarunt] *In aliis libris additur* αὐτούς, eos, *vt paulo poſt etiam in noſtra.* γ Fecerunt.]
D *Sic etiam Comol. In aliquo libro eſt*, ἐποίησεν, fecit, *& vulgata*, ſicut fecerat. δ Ante faciem noſtram.] *Hæc a nonnullis codicibus abſunt: in quibuſdam vero adduntur præterea hæc*, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν, in manus noſtras.

CAP. III.

ET conuerſi aſcendimus viam, quæ in Baſan. Et exijt Og rex Baſan in occurſum nobis, ipſe, & omnis populus eius in prælium in Edraim. Et ait Dominus ad me: Ne timeas eum, quoniam in manus tuas tradidi eum, & omnem populum eius, & omnem terram eius. Et facies ei, ſicut feciſti Seon

E regi Amorræorum, qui habitabat in Eſebon Et tradidit α eum Dominus Deus noſter in manus noſtras, & Og regem Baſan, & omnem populum eius. Et β percuſſimus eum, eouſque, vt non relinqueretur ipſius ſemen. Et obtinuimus omnes ciuitates eius in tempore illo: non fuit ciuitas; quam non cepeimus ab eis: ſexaginta ciuitates, omnia adiacentia Argob regis Og de Baſan: omnes ciuitates munitæ: mœnia excelſa, portæ, & vectes, præter ciuitates γ Pherezæas multas valde, δ exterminauimus; ſicut feceramus Seon regem Eſebon. Et exterminauimus omnem ciuitatem, deinde & vxores & paruulos, & omnia pecora. Et ſpolia ciuitatum prædati ſumus nobis ipſis. Et cepimus in tempore illo ter-

ram de

ram de manibus duorum regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem a tor- A
rente Arnon: & vſque Aermon. Phœnices cognominant ipſum Aermon, Sa-
uior: & Amorræus cognominauit illud, Sauir. Omnes ciuitates Miſor, &
omnis Galaad: & omnis Baſan vſque Elcha, & Edraim, ciuitates regni Og in
Baſan: quia tantum Og rex Baſan ε reliquus factus eſt a Raphain. Ecce lectus
eius, lectus ferreus: ecce hic ζ eſt in arce filiorum Amman: nouem cubito-
rum longitudo eius: & quatuor cubitorum latitudo eius in cubito viri. Et ter
ram illam hæreditauimus in tempore illo. Ab Aroer, quæ eſt iuxta labium
torrentis Arnon, & dimidium montis Galaad, & ciuitates eius dedi Ruben, &
Gad. Et reliquum Galaad, & omnem Baſan regnum Og dedi dimidiæ tribui B
Manaſſes & omnem η regionem Argob, omnem Baſan illam: terra Raphain
reputabitur. Et Iair filius Manaſſe cepit omnem regionem Argob vſque ad fi-
nes Gargati, & Machati: cognominauit eas in nomine ſuo, ipſam Baſan, θ Tha-
uoth Iair vſque in diem hanc. Et Machir dedi Galaad: & Ruben, & Gad de
di ſub Galaad vſque ad torrentem Arnon, medium torrentis terminum, & vſ-
que Iaboc: & torrens terminus filijs Amman. Et Araba, & Iordanis termi-
nus ι Machanareth, & vſque ad mare Araba, mare ſalſum ſub κ Aſedoth Phaſ
ga Orientis. Et mandaui vobis in tēpore illo, dicens: Dominus Deus veſter de-
dit vobis terram hanc in ſorte. Armati præcedite ante faciem fratrum veſtrorū C
filiorum Iſrael, omnis potens. Tantum vxores veſtræ, & filij veſtri, & pecora
veſtra (noui, quia multa pecora vobis) habitent in ciuitatibus veſtris, quas de
di vobis; quoadusque quieſcere faciat Dominus Deus veſter fratres veſtros ſi-
cut & vos, & hæreditauerint & hi terram, quam Dominus Deus noſter dat eis
in vlteriore Iordanis. Et reuertimini vnuſquiſque in hæreditatem ſuam, quam
dedi vobis. Et Ieſu mandaui in tempore illo, dicens: Oculi veſtri viderunt
omnia, quæcumque fecit Dominus Deus noſter duobus regibus iſtis. Sic fa-
ciet Dominus Deus noſter omnia regna, in quæ tu tranſis illuc. Ne timueritis
ab eis, quoniam Dominus Deus noſter ipſe pugnabit pro vobis. Et oraui Do- D
minum in tempore illo dicens: Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo
fortitudinem tuam, & virtutem tuam, & manum validam, & brachium excel-
ſum. Quis enim eſt Deus in cælo, vel ſuper terram, qui faciet ſecundum quæ fe-
ciſti λ tu, & ſecundum fortitudinem tuam? Tranſiens igitur videbo terram
bonam hanc, quæ eſt trans Iordanem, montem iſtum bonum, & Antilibanum.
Et deſpexit Dominus me propter vos, & non exaudiuit me. Et dixit Domi-
nus ad me: Sufficiat tibi. Non adijcias vltra loqui ſermonem iſtum. μ Aſcen-
de in cacumen exciſi: & reſpiciens oculis tuis ad mare, & Aquilonem & Afri
cum, & Orientem, & vide oculis tuis, quoniam non tranſibis Iordanem hunc. E
Et præcipe Ieſu, & conforta eum, & cohortare eum: quoniam hic tranſibit an-
te faciem populi huius & hic in hæreditatem ſortietur eis omnem terram quam
vidiſti. Et ſedimus in valle prope domum Phogor.

α Eum.] *Iſta dictio redundat, & nihil facit ad ſententiam, vt ſæpe aliæ huiuſmodi.* β Percuſſimus.] *Αq* ἀναθεματίσαμεν, anathemauimus. γ Pherezæas.] *Dictio hebræa, vnde hæc inflexa eſt, ſignificat* nō muni ta. *Quare in vulgata eſt*, abſque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. δ Exterminauimus.] *In alijs additur* αὐτούς: *& vulgata*, & deleuimus eos. ε Reliquus factus eſt a Raphain.] *Ita putat S. Aug. quæſt. 3. apte reddi hunc locum, & ſignificari ipſum ſolum ex Raphain, id eſt ex gigantibus remanſiſſe.* ζ Hic eſt in arce.] *Ex græco liquet intelligendum eſſe de lecto. Illud autē* ἐν τῇ ἄκρᾳ, in arce, *in vulgata eſt* in Rabath.

η Regionem

A a Regionem] τὴν περίχωρον· *quasi*, circumregionem: *& videntur lxx. isto nomine vsi, vt responderent vocabulo hebraico, quod significat funem.* b Thauoth.] *Alij*, αὐὼθ *& vulgata.* Auoth Iair, idest villas Iair. c Machanareth] *In aliqua editione est* ἀπὸ μαχαναρὲθ, à Machænereth. *In Compl.* ἀπὸ χενερὲθ à Chenereth, *quod respondet hebræo. Sed illud,* μα *in nostra videtur positum ex hebræo pro* ἀπό. x Sub Asedoth Phasga.] *Respondet fere hebræo, & significat* sub, effusionibus collis. *Alij* ἀπὸ ἀσηδὼθ *aut* ἀπὸ ἀσηδώθ, ab Asedoth. λ Fecisti tu.] *In Compl. additur,* κατὰ τὰ ἔργα σου. secundum opera tua, *quod respondet hebræo, & vulgata.*

CAP. IV.

ET nunc Israel audi iustificationes, & iudicia; quæcumque ego doceo vos hodie facere; vt viuatis, & multiplicemini, & ingressi hæreditetis terrã,
B quam Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis. Non adijcietis ad verbum, quod ego mãdo vobis: & nõ auferetis ab eo. Custodite mandata Domini Dei nostri, quæcumq. ego mando vobis hodie. Oculi vestri viderunt omnia, quæcumque fecit Dominus Deus noster ipsi Beelphegor: quoniam omnis homo, quicumque iuit post Beelphegor, extriuit eum Dominus Deus vester ex vobis. Vos autẽ, qui appositi estis Domino Deo vestro, viuitis omnes in die hodierna. Ecce ostendi vobis iustificationes, & iudicia; sicut mandauit mihi Dominus, ad faciendum sic in terra, in quam vos ingredimini illuc hæreditare eã. Et custodietis, & facietis: quoniam hæc est sapientia vestra, & intellectus coram
C omnibus gentibus, quicumque audient omnes iustificationes meas. Et dicent: Ecce populus sapiens, & sciens, gens magna hæc: quoniam, quæ est gens magna, cui est ei Deus appropians illis; sicut Dominus Deus noster in omnibus, quibuscumque eum inuocauerimus? Et quæ est gens magna, cui sunt ei iustificationes, & iudicia iusta secundum omnem legem hanc, quam ego do coram vobis hodie? Attende tibi ipsi, & custodi animam tuam valde. Ne obliuiscaris omnium verborum, quæ viderunt oculi tui: & non recedant a corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ: & condocebis filios tuos, & filios filiorum tuorum, diem, qua stetistis coram Domino Deo nostro in Choreb, die Ecclesiæ, quia dixit Do-
D minus ad me: conuoca ad me populum, & audiant verba mea; vt discant timere me omnibus diebus, quibus ipsi viuunt super terram: & filios suos docebunt. Et accessistis, & stetistis sub monte. Et mons flagrabat igni, vsque ad cælum: tenebræ, caligo, procella. Et locutus est Dominus ad vos de medio ignis vocem verborum, quam vos audistis. Et similitudinem non vidistis, sed vocem. Et annunciauit vobis testamentum suum, quod mandauit vobis facere decem verba. Et scripsit illa super duas tabulas petrinas. Et mihi mandauit Dominus in tempore illo docere vos iustificationes, & iudicia, ad faciendum vos ea super terram, in quam vos ingredimini illo, hæreditare eam. Et custodietis valde ani-
E mas vestras: quoniam non vidistis similitudinem in die, qua locutus est Dominus ad vos in Choreb, in monte de medio ignis. Ne feceritis iniquitatem, & nõ faciatis vobis ipsis a sculptilem similitudinem, omnem imaginem, similitudinem masculini, vel fœminini, similitudinem omnis pecoris eorum quæ sunt super terram, similitudinem omnis auis alatæ, quæ volat sub cælo, similitudinẽ omnis reptilis, quod repit super terram, similitudinem omnis piscis, quæcumque sunt in aquis sub terra. Et ne suspiciens in cælum, & videns solem, & lunam, & stellas, & omnem ornatum cæli, errans adores ea, & seruias illis, b quæ distribuit Dominus Deus tuus ea omnibus gentibus, quæ sunt sub cælo. Vos autem

assumpsit Deus, & eduxit vos de terra Ægypti, de fornace ferrea ex Ægypto; vt A
sitis ei populus hæreditarius, sicut in die hac. Et Dominus Deus indignatus est
mihi pro ijs, quæ dicebantur a vobis: & iurauit, quod non transeam Iordanem
hunc, & quod non ingrediar in terram; quam Dominus Deus tuus dat tibi in
sorte. Ego enim morior in terra hac: & non transeo Iordanem hunc. Vos autem
transitis; & hæreditabitis terram bonam istam. Attendite vobis, ne obliuiscamini testamentum Domini Dei nostri, quod disposuit ad vos, & faciatis iniquitatem, & faciatis vobismetipsis sculptilem similitudinem omniũ, quæ præcepit tibi Dominus Deus tuus: quoniam Dominus Deus tuus ignis consumens
est Deus Zelotes. Si autem genueris filios, & filios filiorũ tuorum, & moram fe- B
ceritis super terram, & iniquitatem feceritis, & feceritis sculptilem similitudinem cuiuslibet, & feceritis malignum coram Domino Deo vestro ad exacerbandum eum; contestor vobis hodie cælum, & terram; quia perditione perdemini de terra, in quam vos transitis Iordanem illuc ad hæreditandum, non multos dies morabimini super eam: sed attritione atteremini: & disperget Dominus vos in omnibus gentibus: & relinquemini pauci numero in omnibus gentibus, ad quos introducet Dominus vos illuc. Et seruietis ibi dijs alijs, operibus manuum hominum, lignis, & lapidibus; qui non videbunt, neq. audient, neq. co-
medent, neque olfacient. Et quæretis ibi Dominum Deum vestrum: & inuenie C
tis eum, quando exquiretis eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua in tribulatione tua. Et inuenient te omnes sermones hi in extremo dierum: & conuerteris ad Dominum Deum tuum: & exaudies vocem eius: quoniam Deus misericors Dominus Deus tuus: non derelinquet te: neque exteret te: non obliuiscetur testamentum patrum tuorum, quod iurauit eis Dominus. Interrogate dies priores qui fuerunt priores te, ex die qua creauit Dominus hominem super terram, & ad summum cæli vsque ad summum cæli; si factum est secundũ verbum magnum hoc: si auditum est tale quid: si audiuit gens vocem Domini Dei
viuentis loquentis e medio ignis, quemadmodũ audisti tu, & vixisti: si tentauit D
Deus ingressus accipere sibi gentem de media gente in tentatione, & in signis, & in prodigijs, & in bello, & in manu valida, & in brachio excelso & in visionibus magnis secundũ omnia, quæcumq. fecit Dominus Deus noster in Ægypto coram te vidente; vt scires tu quia Dominus Deus tuus hic Deus est; & nõ est amplius præter eũ. De cælo audita facta est vox eius ad erudiendũ te: & super terram ostendit tibi ignem suum magnum: & verba eius audisti de medio ignis: eo quod ipse dilexit patres tuos: & elegit semen eorum post eos vos: & eduxit te ipse in fortitudine sua magna ex Ægypto exterminare gentes magnas, & fortiores te ante faciem tuam, introducere, dare tibi terram eorum ad hæreditandum
sicut habes hodie. Et cognosces hodie, & cõuerteris mẽte, quia Dominus Deus E
tuus, hic Deus in cælo supra, & super terram deorsum, & non est amplius præter eum. Et custodite mandata eius, & iustificationes eius, quascumque ego mando vobis hodie; vt bene tibi sit, & filijs tuis post te; vt longæui sitis super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi omnibus diebus. Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ab ortu solis, ad fugiendum illuc homicidam; quicumque interfecerit proximum non sciens, & hic non odio habens eũ ante hesternam, & nudiustertianam: & confugiet in vnam ciuitatum

harum

A harum, & viuet: Bosor in deserto in terra campestri Ruben, & Ramoth in Ga-
laath Gaddi, & Gaulon in Basan Manasse. Hæc est lex, quam proposuit Moy-
ses coram filijs Israel: hæc sunt testimonia, & iustificationes, & iudicia: quæ-
cumque locutus est Moyses filijs Israel, egressis ipsis de terra Ægypti trans
Iordanem in valle prope domum Phogor, in terra Seon regis Amorræorum,
qui habitabat in Esebon, quem percussit Moyses, & filij Israel, egressis ipsis de
terra Ægypti. Et hæreditauerunt terram eius, & terram Og regis Basan, duo-
rum regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem ad ortum Solis ab Aro-
er, quæ est super labium torrentis Arnon, & super montem ipsius Seon, qui
B est Aermon: omnem [η] Araba trans Iordanem ad ortum Solis sub Asedoth
excisam.

α Sculptilem similitudinem.] *Ita S. Aug. q. 4. & vulgata,* sculptam similitudinem, *sed* γλυπτὸν ὁμοίωμα, *posset etiam verti* sculptile, similitudinem. *Apud eundem sequitur*, aut omnem immaginem, *& vulgata*, aut imaginem: *In hebræo tamen abest illud*, aut. β Quæ distribuit.] *Theodoretus*, Sic enim & ceteri sunt interpretati, ἅπερ διένειμεν ὁ θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, quæ disposuit Deus tuus in populos sub toto cælo. γ Et faciatis iniquitatem.] *Hæc absunt a multis codicibus, & a S. Aug. quæst. 7. quemadmodum etiam a vulgata.* δ Perdemini.] *In alijs libris additur*, ταχὺ, cito. ε Et ad summum cæli vsq. ad summum cæli.] *Ita fere hebræus, ac tamen idem solet significare ac si diceretur*, a summo cæli, *quod habet S. August. quæst. 8. & vulgata.* ζ Audita facta est vox.] ἀκουστὴ ἐγένετο ἡ φωνὴ αὐτοῦ. *In alijs*, ἀκουστὴν σοι ἐποίησε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, auditam tibi fecit vocem suam: *quod respondet vulgatæ.* η Omnem Araba trans
C Iordanem ad ortum Solis sub Asedoth excisam.] *Satis sit semel admonuisse Araba significare planitiem, aut solitudinem: sicut iam paulo ante diximus*, sub Asedoth excisam, *valere*, sub effusionibus collis, *aut*, Phasga. *Iosue 12. est*, ὑπὸ ἀσηδὼθ φάσγα. *Valde autem suspicandum est hic deesse aliquid, nam in vulgata interijcitur vt in hebræo*, vsque ad mare solitudinis.

CAP. V.

ET vocauit Moyses omnem Israel, & dixit ad eos: Audi Israel iustificatio-
nes, & iudicia quæcumque ego loquor in auribus vestris in die hac: & di-
D scetis ea, & custodietis facere ea. Dominus Deus vester disposuit ad vos
testamentum in Choreb: non patribus vestris disposuit Dominus testamentum
hoc, sed ad vos. Vos hic omnes viuentes hodie: facie ad faciem locutus est Do
minus ad vos in monte de medio ignis. Et ego stabam inter Dominum, & vos
in tempore illo annunciare vobis verba Domini, quoniã timuistis a facie ignis
& non ascendistis in montem, [α] dicens: Ego sum Dominus Deus tuus, qui edu-
xi te de terra Aegypti, e domo seruitutis. Non erunt tibi Dij alij ante faciem
meam. Non facies tibi [β] idolum, neque cuiusquam similitudinem, quæcum-
que in cælo sursum & quæcumque in terra deorsum, & quæcumque in aquis sub
E tus terram. Non adorabis ea, neque seruies eis, quia ego sum Dominus Deus
tuus, Deus Zelotes, reddẽs peccata patrum in filios in tertiam, & quartam pro-
geniem, ijs, qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia ijs, qui diligunt
me, et custodiunt præcepta mea. Non assumes nomen Domini Dei tui in vano.
Non enim mũdabit Dominus Deus tuus assumentẽ nomẽ eius in vano. Custodi
diẽ sabbatorũ sanctificare eã; quemadmodũ mandauit tibi Dominus Deus tuus.
Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua: die autẽ septima sabbata Do-
mino Deo tuo. Nõ facies in ea omne opus, tu, et filius tuus, et filia tua, puer tuus,
et ancilla tua, bos tuus, et subiugale tuũ, et omne pecus tuũ, et aduena qui inco-

V 2 lit in

sit in te; vt requiescat puer tuus, & ancilla tua, et subiugale tuum, quemadmodum & tu. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto: & eduxit te Dominus Deus tuus inde in manu valida, & brachio excelso. Propter hoc constituit tibi Dominus Deus tuus, vt obserues diem γ sabbatorum, & sanctifices eam. Honora patrem tuum, & matrem tuam; quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus, vt bene tibi sit, & vt longæuus sis super terram; quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furaberis. Non falso testaberis contra proximum tuum testimonium falsum. Non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces domum proximi tui, neque agrum eius, neque puerum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque subiugale eius, neque omne pecus eius, neque omnia, quæcumque proximo tuo sunt. Hæc verba locutus est Dominus ad omnem synagogam vestram in monte de medio ignis: tenebræ, caligo, procella, vox magna. Et non adiecit. Et scripsit ea super duas tabulas lapideas, & dedit mihi. Et factum est vt audistis vocē e medio ignis; & mons ardebat igni; & accessistis ad me omnes Duces tribuum vestrarum, & seniores vestri, & dixistis. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster gloriam suam: & vocem eius audiuimus e medio ignis. In die hac cognouimus, quia loquetur Deus ad hominem, & viuet. Et nunc ne moriamur. Nam consumet nos ignis hic magnus; si adiecerimus nos audire vocem Domini Dei nostri adhuc, & morietnur. Quæ enim caro, quæ audierit vocem Dei viuentis, loquentis e medio ignis, sicut nos; & viuet? Accede tu, & audi omnia; quæcumque dixerit Dominus Deus noster: & tu loqueris ad nos omnia, quæcumque loquetur Dominus Deus noster ad te. Et audiemus, & faciemus. Et audiuit Dominus vocem sermonum vestrorum, quos loquebamini ad me. Et ait Dominus ad me. Audiui vocem sermonum populi huius, quæcumque locuti sunt ad te. Recte omnia, quæcumque locuti sunt. Quis dabit esse sic cor eorum in eis, vt timeant me, & custodiant mandata mea omnibus diebus; vt bene sit eis, & filijs eorum per seculū? vade, dic eis: Reuertimini vos in Domos vestras. Tu autem hic sta mecum & loquar ad te mādata, & iustificationes, & iudicia, quæ docebis eos. Et faciant sic in terra, quam ego do eis in sorte. Et custodietis facere, quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus. Non declinabis in dextram, neque in sinistram secundum omnem viam, quam mandauit tibi Dominus Deus tuus ambulare in ea; vt requiescere faciat te; & bene tibi sit; & longæui sitis super terram, quam hæreditabitis.

α Dicens.] *S. August. quæst. 10. & in locut. interpretatur*, cum diceret. β Idolum.] *Alij codices*, γλυπτὸν, sculptile; *quemadmodum & vulgata.* γ Sabbatorum, & sanctifices.] *S. August. in locut*, sabbati, & sanctificare.

CAP. VI.

ET hæc sunt mādata, & iustificationes, & iudicia, quæcumq. mādauit Dominus Deus noster docere vos facere sic in terra, in quā vos ingredimini illuc hæreditare eā. Vt timeatis Dominū Deū vestrū: custodietis omnes iustificationes eius, & mādata ei⁹, quæ ego mādo tibi hodie, tu, & filij tui, & filij filiorū tuorum

A tuorum omnibus diebus vitæ tuæ; vt longæui sitis. Et audi Israel & obserua face
re; vt bene tibi sit, & vt multiplicemini valde; sicut locutus est Dominus Deus
patrum tuorum dare tibi terram fluentem lac & mel. Et hæ sunt iustificationes,
& iudicia, quæcumq. mandauit Dominus filijs Israel in deserto, egressis ipsis de
terra Ægypti. Audi Israel Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Et diliges
Dominũ Deũ tuum ex tota mẽte tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.
Et erunt vobis hæc, quæcumq. mando tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua:
& præscribes ea filijs tuis: & loqueris in eis sedens in domo, & ambulãs in via, &
dormiens, & exurgens: & alligabis ea in signũ super manũ tuam: & erit ᵅ immobi
B le ante oculos tuos. Et scribetis ea super limina domorum vestrarum, & porta-
rum vestrarum. Et erit, cum induxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam iu
rauit patribus tuis Abraham, & Isaac, & Iacob, dare tibi ciuitates magnas, & bo-
nas, quas nõ ædificasti, domos plenas omnium bonorum, quas non impleuisti,
cisternas effossas, quas non effodisti, vineta, & oliueta, quæ non plantasti, & cum
manducaueris, & saturatus fueris; attende tibi: ᵝ ne obliuiscaris Domini Dei
tui: qui eduxit te de terra Ægypto, e domo seruitutis. Dominum Deum tuum ti
mebis, & ei soli seruies: & ad illum adhærebis: & in nomine eius iurabis. Non
ambulate post Deos alios ex Dijs gentium quæ circa vos: quoniam Deus zelo-
C tes, Dominus Deus tuus in te: ne iratus furore Dominus Deus tuus tibi, exter-
minet te a facie terræ. Non tentabis Dominum Deum tuum; quemadmodum
tentauistis in tentatione. Custodiens custodies mandata Domini Dei tui, testi-
monia, & ᵞ iustificationes, quascumq. mandauit tibi. Et facies quod acceptũ, &
bonũ est ante Dominũ Deum tuum: vt bene tibi sit, & intres, & hæredites terram
istam bonam, quã iurauit Dominus patribus vestris, expellere omnes inimicos
tuos a facie tua, sicut locutus est Dominus. Et erit, cum interrogabit te filius tuus
cras, dicens, quid sunt testimonia, & iustificationes, & iudicia, quæcumque man
dauit Dominus Deus noster nobis? Et dices filio tuo: Famuli eramus Pharaoni
D in terra Ægypto: & eduxit nos Dominus inde in manu valida, & brachio excel-
so. Et dedit Dominus signa & prodigia magna, & mala in Ægypto in Pharao-
ne, & in domo eius coram nobis: & nos eduxit inde; vt daret nobis terram hanc;
quam iurauit dare patribus nostris. Et mandauit nobis Dominus facere omnes
iustificationes has. Timete Dominum Deum nostrum; vt bene vobis sit omni-
bus diebus, vt viuamus, sicut & hodie. Et misericordia erit nobis; si obserua-
uerimus facere omnia mandata hæc ante Dominum Deum nostrum; sicut
mandauit nobis.

E ᵅ Immobile.] *In alijs libris* καὶ ἔσται ἀσάλευτα. & erunt immobilia. ᵝ Ne obliuiscaris.] *Alij* μὴ πλατυνθῇ ἡ καρδία σου καὶ ἐπιλάθῃ. *Et sic S. August. in locut.* ne dilatetur cor tuum, & obliuiscaris. ᵞ Iustificationes.] *Aquila* ἀκριβάσματα, præcepta, *quasi exquisitas rationes.*

CAP. VII.

SI autem induxerit te Dominus Deus tuus in terram, in quam ingrederis il-
luc hæreditare eam, & sustulerit gentes magnas a facie tua, Chettæum, &
Gergesæum, & Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum, & Euæum, &
Iebusæum, septem gentes multas, & fortiores vobis. Et tradet eos Dominus

Deus tuus in manus tuas; & percuties eos; deletione delebis eos. Non dispo- A
nes ad eos testamentum, neque miserebimini eorum, neque contrahetis affinita
tem cum eis. Filiam tuam non dabis filio eius: & filiam eius non sumes filio tuo.
Recedere enim faciet filium tuum a me: & seruiet Dijs alijs: & irascetur furore
Dominus in vos: & exterminabit te cito. Sed sic facietis eis. Aras eorum de-
struetis, & statuas eorum cōteretis, & lucos eorum excidetis, & sculptilia Deo-
rum eorum comburetis igni: quoniā populus sanctus es Domino Deo tuo: & te
prælegit Dominus Deus tuus esse sibi populum peculiarem præter omnes gen
tes, quæcumq. super faciem terræ. Non quia multi estis præ omnibus gentibus;
præsumpsit Dominus vos: & elegit Dominus vos: vos enim estis paucissimi præ B
omnibus gētibus. Sed propterea quod diligit vos Deus, & seruans iuramentū,
quod iurauit patribus vestris, eduxit vos Dominus in manu potenti: & redemit
te Dominus e domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. Et noueris,
quia Dominus Deus tuus, hic Deus: Deus fidelis, seruans testamentum, & mise
ricordiam ijs, qui diligunt eum, & ijs, qui custodiunt mandata eius, in mille pro
genies, & reddens ijs, qui oderunt, ad faciem, ad exterminandum eos. Et non tar
dabit ijs, qui odio habent: ad faciem reddet eis. Et custodies mandata, & iu-
stificationes, & iudicia hæc, quæcumque mando hodie tibi facere. Et erit
cum audieritis iustificationes has & custodieritis, & feceritis ea; & conseruabit C
Dominus Deus tibi testamentum, & misericordiam, quam iurauit patribus ve
stris: & diliget te: & benedicet te & multiplicabit te: & benedicet fœtus ventris
tui, & fructum terræ tuæ, frumentum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum, ar-
menta boum tuorum, & greges ouium tuarum super terram, quam iurauit Do-
minus patribus tuis dare tibi. Benedictus eris præ omnibus gentibus: non erit
in vobis infœcundus, neque infœcunda & in pecoribus tuis. Et circumauferet
Dominus Deus tuus a te omnem languorem, & omnes morbos Ægypti mali-
gnos, quos vidisti, & quæcumque nosti, non imponet super te, & imponet ea
super omnes odio habentes te. Et comedes omnia spolia gentium: quas Domi D
nus Deus tuus dat tibi: Non parcet oculus tuus in eis: & non seruies Dijs eorum:
quoniam offendiculum hoc est tibi. Si autem dicas in mente tua: quia mul-
ta gens hæc, quam ego, quomodo potero exterminare eos? ne timueritis eos.
Recordatione recordare, quæcumque fecit Dominus tuus Pharaoni, & omni-
bus Ægyptijs: tentationes magnas, quas viderunt oculi tui: signa & prodigia
magna illa, manum validam, & brachium excelsum. Vt eduxit te Dominus
Deus tuus; sic faciet Dominus Deus vester omnibus gentibus, quos tu timue-
ris a facie eorum. Et crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos; quoadus-
que deleantur residui, & qui se absconderunt a te. Non vulneraberis a facie eo-
rum; quoniam Dominus Deus in te, Deus magnus & potens. Et consumet Do E
minus Deus tuus gentes has a facie tua paulatim paulatim. Non poteris con-
sumere eos cito; vt non fiat terra deserta, & multiplicentur super te bestiæ agre-
stes. Et tradet eos Dominus Deus tuus in manus tuas: & perdes eos perditio-
ne magna; quoadusque exterminaueritis eos. Et tradet reges eorum in ma-
nus vestras: & disperdetis nomen eorum de loco illo. Non resistet vllus ad fa-
ciem tuam, quoadusque exterminaueris eos. Sculptilia Deorum eorum com-
buretis igni. Non concupisces argentum: neque aurum ab eis sumes tibi; ne ca-

das pro-

A das propter illud: quoniam abominatio est Domino Deo tuo. Et non inferes abominationem in domum tuam: et eris anathema, sicut istud. Detestatione detestaberis, et abominatione abominaberis; quoniam anathema est.

α Et seruans.] *In alijs est* καὶ διατηρῶν, & conseruat. *A compl. abest* καὶ. β Quos vidisti, & quæcumque nosti.] *In Compl. non est illud* quos vidisti: *& habet,* ἃ ἔγνως, quas nosti. *Ac certe videntur duæ interpretationes.*

CAP. VIII.

B OMnia mandata, quæ ego mando vobis hodie, custodietis facere, vt viuatis, et multiplicemini, et intretis, et hæreditetis terrã, quam iurauit Dominus Deus vester patribus vestris. Et recordaberis omnem viam, qua duxit te Dominus Deus α tuus in deserto; vt affligeret te, & tentaret te, & cognita β fierent, quæ in corde tuo sunt, si obseruabis mandata eius, an non. Et afflixit te, & esurire te fecit, & cibauit te Manna: quod non nouerant patres tui: vt indicaret tibi; quia nõ in pane solo viuit homo: sed de omni verbo, quod procedit per os Dei, viuet homo. Vestes tuæ γ non inueterauerunt a te: & soleæ tuæ nõ sunt extritæ a te: pedes tui non occalluerũt: ecce quadraginta anni. Et co-
C gnosces corde tuo; quia, sicut si quis homo erudiat filium suum; ita Dominus Deus tuus erudiet te. Et custodies mandata Domini Dei tui, ambulare in vijs eius, & timere eum. Dominus enim Deus tuus inducet te in teram bonam, & multam: vbi torrentes aquarum, & fontes abyssorum procedentes per campos, & per montes, terra tritici, & ordei, vites, ficus, malapunica: terra oliuæ olei, & mellis: terra, super quam non cum inopia comedes panem tuum, & non egebis super eam quoquam: terra, cuius lapides ferrum: & de montibus eius effodies æs. Et comedes, & saturaberis, & benedices Dominũ Deum tuum super terram bonam, quam dedit tibi. Attende tibi, ne obliuiscaris Domini Dei tui, ad non custodiendum mandata eius, & iudicia, & iustificationes eius; quascunque ego
D præcipio tibi hodie: Ne, cum commederis, & saturatus fueris, & domos bonas ædificaueris, & habitaueris in eis, & bobus tuis, & ouibus tuis multiplicatis tibi, argẽto, & auro multiplicato tibi, exalteris corde, & obliuiscaris Domini Dei tui: qui eduxit te de terra Ægypti, e domo seruitutis: qui duxit te per desertum illud magnum, & horribile: vbi serpens mordens, & scorpio, & dipsas: vbi non erat aqua: qui eduxit tibi de petra durissima fontem aquæ: qui cibauit te in deserto Manna, quod non noueras, neque nouerant patres tui: vt affligeret te & tẽtaret te, & bene tibi faceret in nouissimis diebus tuis. Ne dixeris in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ fecit mihi virtutem magnam hãc. Et recor-
E daberis Domini Dei tui; quia ipse tibi dat fortitudinem ad faciendam virtutẽ; δ & vt firmet testamentum suum; quod iurauit Dominus patribus tuis vsq. hodie. Et erit, si obliuione oblitus fueris Domini Dei tui, & ambulaueris post Deos alios, & seruieris eis, & adoraueris eos; testor vobis hodie cælum, & terrã quia perditione perdemini: sicut & reliquæ gentes, quascunque Dominus Deus perdit ante faciem vestram; sic perdemini pro eo, quod non audistis vocem Domini Dei vestri.

α Deus

α Deus tuus.] *Ita etiam S. Aug. q. 13. In Compl. additur,* τὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος, quadragesimum hunc annum: *quod respondet vulgatæ.* β Fierent.] *S. Aug.* faceret. *Apud S. Cyprianum de mortal. sic refertur hic locus:* Dominus Deus tuus vexabit te, & famem immittet tibi, & cognoscetur in corde tuo, si bene custodieris, *&c.* γ Non inueterauerunt à te, & soleæ tuæ.] *Hæc absunt ab alijs libris, & a Theodoreto quæst. 6 sicut etiam a vulgata. S. Chrys. ad Philipp. hom. 9. hunc locum fortasse significans ita de Israelitis dicebat,* ὅτι τὰ ὑποδήματα οὐ κατετρίβετο, οὐδὲ τὰ ἱμάτια. quorum soleæ non contererentur, neque vestimenta, *quamquam potuit etiam hoc sumere ex cap. 29.* δ Et, vt firmet.] *Illud, &, abest a Compl. vt a vulgata.* A

CAP. IX.

AVdi Israel. Tu transis hodie Iordanem; vt intres ad hæreditandum gentes magnas, & fortiores magis, quam vos, ciuitates magnas, & muratas vsque in cælum, populum magnum, & multum, & procerum, α filios Enac, quos tu nosti, & tu audisti, Quis resistet contra faciem filiorum Enac? Et cognosces hodie, quia Dominus Deus tuus, hic præcedet ante faciem tuam. Ignis consumens est. Hic exterminabit eos: & hic auertet eos a facie tua: & perdet eos velociter, sicut dixit tibi Dominus. Ne dicas in corde tuo, cum consumpserit Dominus Deus tuus gentes istas ante faciem tuam, dicens: Propter β iustitiam meam induxit me Dominus hæreditare terram bonam istam. Non propter iustitiam tuam, neque propter sanctitatem cordis tui tu intrabis hæreditare terram eorum; sed propter impietatem gentium istarum Dominus exterminabit eos a facie tua, & vt firmet testamentū, quod iurauit Dominus patribus nostris, Abrahā, & Isaac, & Iacob. Et scies hodie, quia non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dat tibi terram bonam istam hæreditare: quoniam populus duræ ceruicæ es. Memor esto, ne obliuiscaris, quanta exacerbasti Dominum Deum tuū, ex qua die existis de γ Ægypto, & venistis in locum hunc, increduli perseueratis, quæ ad Dominum. Et in Choreb exacerbastis Dominum. Et indignatus est Dominus in vos, ad exterminandum vos; ascendente me in montem accipere tabulas lapideas: tabulas testamenti, δ quas disposuit Dominus ad vos. Et persistiti in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: panem non manducaui, & aquam non bibi. Et dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas in digito Dei. Et in eis scripta erāt omnia verba, quæ locutus est Dominus ad vos in ε monte, die Ecclesiæ. Et factum est per quadraginta dies, & quadraginta noctes dedit Dominus mihi duas tabulas lapideas, tabulas testamenti. Et dixit Dominus ad me: Surge, descende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti. Transgressi sunt cito de via, quam mandasti eis: & fecerūt sibi fusile. Et ait Dominus ad me, dicens: Locutus sum ad te semel, & bis, dicens: vidi populum hunc: & ecce populus duræ ceruice est: & nunc dimitte me exterminare eos: & delebo nomen eorum de sub cælo, & faciam te in gentem magnam, & fortem, & multam magis quàm hanc. Et reuertens descendi de monte: & mons ardebat igni ζ vsque ad cælum: & duæ tabulæ testimoniorum in ambabus manibus meis. Et videns quia peccaueratis ante Dominum Deum vestrum, & feceratis vobisipsis η fusile, & transgressi eratis de via, quam mandauerat Dominus vobis facere; & sumens ambas tabulas proieci eas ex ambabus manibus meis, & contriui coram vobis. Et oraui ante Dominum secundo, sicut & antea: quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non manducaui, & aquam non bibi pro omnibus peccatis vestris, quæ peccastis

B (margin, beside "magnas, & fortiores magis")
C (margin, beside "ram eorum")
D (margin, beside "Et persistiti in monte")
E (margin, beside "est: & nunc dimitte me")

A castis, faciendo malum ante Dominum Deum, ad exacerbandum eum. Et timidus sum propter furorem, & iram: quia exacerbatus erat Dominus in vos ad exterminandos vos. Et exaudiuit Dominus me etiam in tempore isto. Et super Aaron indignatus est ad exterminandum eum: & oraui & pro Aaron in tempore illo. Et peccatum vestrum, quod feceratis, vitulum cepi eum, & combussi eum in igni, & confregi eum molens valde; donec factum est minutum, & fuit sicut puluis: & proieci puluerem in torrentem descendentem de monte Et in incendio, & in tentatione, & in monumentis concupiscentiæ exacerbantes fuistis Dominum. Et quando emisit vos Dominus de Cades Barne, dicens, Sur-
B gite, & hæreditate terram, quam do vobis; & increduli fuistis verbo Domini Dei vestri: & non credidistis ei, & non exaudistis vocem eius: increduli fuistis, quæ ad Dominum, ex ea die, qua cognitus est vobis. Et oraui ante Dominum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus oraui. Dixit enim Dominus exterminare vos. Et oraui ad Deum, & dixi: Domine rex Deorum, ne extermines populum tuum, & partem tuam, quam redemisti, quos eduxisti de terra Aegypti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida, & in brachio tuo excelso. Recordare Abraam, & Isaac, & Iacob seruorum tuorum, quibus iurasti per teipsum. Ne respicias super duriciem populi huius, & impietates, & su-
C per peccata eorum; ne dicant inhabitātes terram, vnde eduxisti nos inde, dicentes: eo quod non potuerit Dominus inducere eos in terram, quam dixit eis, & quod odio haberet eos; eduxit eos in deserto interficere eos. Et hi populus tuus, & sors tua; quos eduxisti de terra Aegypti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida, & in brachio tuo excelso.

α Filios Enac.] *Theodretus quæst.* 7. Gigantum erant abnepotes. β Iustitiam meam.] *Alii, & Theodor. q.* 7 *δικαιοσύνας μου. Et S. Aug. in locut.* iustitias meas. γ De Ægypto.] *In alijs, ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἕως ἤλθετε. S. Aug. quæst.* 14. de terra Ægypti, donec venisti in locum hunc, incredulus perseuerasti; quæ ad Dominum. δ Quas disposuit.] *Compl. ἃς διέθετο,* quod disposuit, *ac respondet vulgata.* ε Die Ecclesiæ.] *Hæc a nonnullis codicibus absunt. In Compl. autem est, ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐν ἡμέρᾳ ἐκκλησίας,* de medio ignis in
D die Ecclesiæ, *quod respondet vulgata.* ζ Vsque ad cælum.] *hæc absunt ab aliis exemplaribus.* η Fusile.] *In aliis, μόσχον χωνευτόν,* vitulum conflatilem, *vt vulgata.*

CAP. X.

IN illo tempore dixit Dominus ad me: Excide tibi duas tabulas lapideas, quemadmodum priores, & ascende ad me in montem: & facies tibi arcam ligneam: α & scribes in tabulis verba, quæ erāt in tabulis prioribus, quas cōtriuisti: & immittes eas in arcam. Et feci arcam ex lignis imputribilibus: & excidi β tabulas lapideas, sicut priores: & ascendi in montē; & duæ tabulæ in manibus meis. Et scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem verba;
E quæ locutus est Dominus ad vos in monte e medio ignis. Et dedit eas Dominus mihi. Et reuertens descendi de monte: & misi tabulas in arcam, quam feci: & fuerunt ibi; sicut mandauit mihi Dominus. Et filij Israel promouerunt e Beroth filiorum Iacim γ in Misadai. Ibi mortuus est Aaron: & sepultus est ibi. Et sacerdotio functus est Eleazar filius eius pro eo. Inde promouerunt in Gadgad, & de Gadgad in Etebata: δ terra, torrentes aquarum. In illo tempore distinxit Dominus tribum Leui portare arcam testamenti Domini, assistere coram Domino ministrare, & orare in nomine eius vsque in hanc diem: propter hoc non est Le-

A terram, in quam vos transitis Iordanem, illuc hæreditare eam: vt longæui sitis su
per terram, quam Dominus iurauit patribus vestris dare eis, & semini eorum
post eos, terram fluentem lac & mel. Est enim terra, in quam ingredimini vos
illuc hæreditare eam, nō sicut terra Aegypti est, vnde egredimini inde, quando
seminabunt semen, & irrigabunt pedibus suis, tanquam hortum olerum. Terra
autem, in quam ingrederis illuc hæreditare eam, terra montana, & campestris:
ex pluuia cæli bibit aquā terra, quam Dominus Deus tuus visitat eam semper:
oculi Domini Dei tui super eam a principio anni, & vsque ad consummationē
anni. Si autem auditu audieritis omnia [f] mandata, quæ ego mando tibi hodie,
B diligere Dominum Deum tuum, & seruire ei ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua; & dabit pluuiam terræ tuæ, tempore suo [g] matutinam & serotinam.
Et inferes frumentum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum: & dabit pabula in
agris tuis pecoribus tuis. Et cum comederis & satiatus fueris; attende tibi ip-
si, ne dilatetur cor tuum, & præuaricemini, & seruiatis Dijs alijs, & adoretis eos,
& animatus ira Dominus in vos, & claudat cælum, & non erit pluuia, & terra nō
dabit fructum suum: & peribitis velociter de terra bona, quam Dominus dedit
vobis. Et mittetis verba hæc in cor vestrum, & in animam vestram: & alligabi-
tis ea in signum super manum vestram: & erit immobile ante oculos vestros: &
C docebitis ea filios vestros, loqui in eis, sedente te in domo, & eunte te in via, &
dormiente te, & exurgente te. Et scribetis ea super limina domorum vestra-
rum, & portarum vestrarum; vt longæui sitis, & dies filiorum vestrorum super
terram, quam iurauit Dominus patribus vestris dare eis, sicut dies cæli super
terram. Et erit si auditu audieritis omnia mandata hæc, quæ ego mando tibi
hodie facere, diligere Dominum Deum nostrum, & ambulare in omnibus vijs
eius, et adhærere ei; et eijciet Dominus omnes gentes has a facie vestra: et hære
ditabitis gentes magnas, et fortes magis quam vos. Omnem locum quem-
cumque calcauerit vestigium pedum vestrorum, vobis erit. A deserto, et An
tilibano, et a flumine magno, flumine Euphrate, et vsque ad mare, quod ad oc
D cidentem, erunt fines vestri. Non resistet vllus ad faciem vestram, et [i] timorem
vestrum, et tremorem vestrum imponet Dominus Deus vester super faciem
vniuersæ terræ, super quam ascendetis super eam; quemadmodum locutus est
ad vos. Ecce ego do coram vobis hodie benedictionem, et maledictionem,
benedictionem, si audieritis mandata Domini Dei vestri, quæcumque ego man
do vobis hodie, et maledictionem, si non audieritis mandata Domini Dei no-
stri, quæcumque ego mando vobis hodie, et erraueritis a via, quam mandaui
vobis, euntes seruire Dijs alijs, quos non nouistis. Et erit, cum induxerit te
Dominus Deus tuus in terram, in quam transis illuc hæreditare eam; et da-
E bis benedictionem super montem Garizin, et maledictionem super montem
Gæbal. Nonne ecce hi trans Iordanē post viam occasus Solis in terra Chanaan,
qui habitat super [a] occasum iuxta Golgol prope quercum excelsam? Vos
enim transitis Iordanem, intrantes hæreditare terram, quam Dominus Deus
noster dat vobis in sorte omnibus diebus: [b] et habitabitis in ea. Et obseruabi-
tis facere omnia præcepta eius, et iudicia hæc, quæcumque ego do coram vo-
bis hodie.

a Quia

α Quia non filij vestri.] *idest, quia non ego filios vestros alloquor, non cum ijs nunc mihi res est: non enim ipsi hæc nouerunt.* β Et quæ fecit virtutem.] *S. Augu. in locut.* Intelligendum est, quid eam fecit; quoniam ad nihil eam redegit. *Testatur autem,* quosdam latinos vertisse, quæ fecit virtuti, vel exercitui. γ Et virtutem eorum.] *Absunt ista ab alijs libris.* δ Mandata.] *In alijs additur,* αὐτοῦ eius: *& ita S. Augu. in locut.* ε Matutinam, & serotinam.] *πρώιμον καὶ ὄψιμον. Retinuimus dictiones S. Aug. in locut. quamuis ipse habeat,* matutinum, & serotinum. *Alij interpretantur,* temporaneam, & serotinam: *& sic vulgata.* ζ Timorem vestrum.] *S. Aug. ibidem,* Non timorem, & tremorem, quo ipsi timent, & tremunt: sed quo timentur, & alios tremere faciunt. *Posset tamen verti,* timorem, & tremorem vestri. η Occasum.] *Vulgata,* in campestribus *Non enim eadem nunc dictio hebraica est, ac paulo ante, vbi dicitur,* occasus Solis. θ Et habitabitis.] *Alij libri,* καὶ κληρονομήσετε αὐτήν, καὶ κατοικήσετε ἐν αὐτῇ, & hæreditabitis eam, & habitabitis in ea. *Sed,* ἐν κλήρῳ, *quod proxime præcessit &* καὶ κληρονομήσετε *videntur duæ interpretationes.* A

CAP. XII. B

ET hæc sunt præcepta, & iudicia, quæ obseruabitis facere in terra, quam Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis in sorte omnibus diebus, quibus vos viuetis super terram. Perditione perdetis omnia loca in quibus seruierunt α illic Dijs suis, β quæ vos hæreditabitis ea, super montes excelsos, & super colles, & sub arbore frondosa. Et destruetis aras eorum, & contereris statuas eorum, & lucos eorum excidetis, & sculptilia Deorum eorum comburetis igni, & disperdetis nomen eorum de loco illo. Non facietis sic Domino Deo vestro. Sed in locum, quemcumque elegerit Dominus Deus tuus in vna γ ciuitatum vestrarum, vt adnominetur nomen eius ibi, & inuocetur, & exquiretis, & venietis illuc. Et feretis illuc holocaustomata vestra, & sacrificia δ vestra, & primitias vestras, & vota vestra, & spontanea vestra, & ε confessiones vestras, primogenita boum vestrorum, & ouium vestrarum. Et comedetis ibi ante Dominum Deum vestrum: & lætabimini, in omnibus quæcumque miseritis manum vos, & domus vestræ; sicut benedixit te Dominus Deus tuus. Non facietis omnia, quæ nos facimus hic hodie, vnusquisque quod placitum est in conspectu suo. Non enim venistis hucusque in requiē, & in hæreditatem, quam Dominus Deus noster dat nobis. Et transibitis Iordanem: & habitabitis super terram quā Dominus Deus noster distribuet vobis in hæreditatem: & quiescere vos faciet ab omnibus inimicis vestris in circuitu, & habitabitis cum securitate. Et erit locus quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi; illuc feretis omnia, quæcumque ego mando vobis, holocaustomata vestra, & sacrificia vestra, & decimas vestras, & primitias manuū ζ vestrarum, & omne electum munerum vestrorum, quæcumque voueritis Domino Deo vestro. Et lætabimini ante Dominū Deum vestrum vos & filij vestri, & filiæ vestræ, & pueri vestri, & ancillæ vestræ: & Leuita qui est super η portas vestras: quoniā non est ei pars, neque sors vobiscum. Attende tibi ipsi, ne offeras holocaustomata tua in omni loco, quocumque aspexeris: sed ad locum quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, in vna θ tribuum tuarum: illuc offeretis holocaustomata vestra & ibi facies omnia, quæcumque ego mando tibi hodie. Sed in omni cupiditate tua mactabis, & comedes carnes secundum benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in omni ciuitate. Immundus in te, & mundus pariter comedet illud, sicut capream, aut ceruum. Tantummodo sanguinem non comedetis: in terram effundetis illum, sicut aquam. Nō ι poteris manducare in ciuitatibus tuis decimationem frumenti tui, & vini tui, & olei tui, primogenita boum tuorum,

C D E

A &ouium tuarum, & omnia vota, quæcunque voueritis, & confessiones vestras, & primitias manuum tuarum. Sed ante Dominum Deum tuum comedes illud in loco, quęcunq. elegerit Dominus Deus tuus illũ, tu, & filius tuus, & filia tua, puer tuus, & ancilla [κ] tua, & proselytus, qui in ciuitatib' vestris. Et lætaberis añ te Dominum Deum tuum in omnibus, quocunque miseris manum tuam. Attẽde tibi ipsi, ne derelinquas leuitam omni tempore, quocũque vixeris super terram. Si autem dilatauerit Domiuus Deus tuus fines tuos, sicut locutus est tibi; & dices, manducabo carnes, si concupierit anima tua ad manducandum carnes; in omni cupiditate animæ tuæ manducabis carnes. Si autem longe a te abfuerit
B locus, quemcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt ibi inuocetur nomen eius ibi; & mactabis de bobus tuis, & de ouibus tuis, quæcumque dederit Deus tibi; quemadmodum mandaui tibi. Et manducabis in ciuitatibus tuis secundum cupiditatem animæ tuæ: sicut comeditur caprea, & ceruus; sic comedes illud. Immundus in te, & mundus pariter comedet. Attende valde, ne comedas sanguinem: quia sanguis eius anima: non manducabitur anima cum carnibus: non comedetis: in terram effundetis illum, sicut aquam. Non comedes illum; vt bene tibi sit, & filiis tuis post te; si feceris quod bonum, et acceptum ante Dominum Deum tuum. Tantummodo sancta tua, si fuerint tibi, & vota tua sumens venies
C in locum, quemcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen suum ibi. Et facies holocaustomata tua: carnes offeres super altare Domini Dei tui: sãguinem autem sacrificiorum tuorum effundes ad basim altaris Domini Dei tui: carnes autem comedes. Obserua, & audi: & facies omnia verba, quæ ego mando tibi; vt bene tibi sit, & filiis tuis per seculum, si feceris, quod placitum, & bonum ante Dominum Deũ tuum. Si autem exterminauerit Dominus Deus tuus gentes, ad quos ingrederis illuc ad hæreditandum terram eorum, a facie tua, & hæreditaueris eam, & habitaueris in terra eorum; attende tibi ipsi, ne exquiras sequi eos, postquã ipsi exterminati fuerint [λ] a facie tua, dicens quomodo faciũt gentes hæ Diis suis, faciam & ego. Nõ facies ita Deo tuo. Abominationes enim
D Domini, quas odio habuit, fecerunt in Diis suis: quoniã filios suos, & filias suas comburunt in igni Diis suis. Omne verbum, quod ego mando vobis hodie, hoc obseruabis facere. Non adiicies ad illud: neque auferes ab eo.

[α] Illic.] *ἐκεῖ. In aliis* ἐκεῖ τὰ ἔθνη, illic gentes. *Et quoniam heb. non habet*, illic, *fieri fortasse potuit ex* ἔθνη ἐκεῖ. [β] Quæ vos.] *Ita diximus, vt illud*, quæ, *referatur ad loca: sicut οὓς græce referri potest ad*, τοὺς τόπους. *Sed si retineatur dictio* ἔθνη, *vertendum erit*, quos. *Vsitatum enim est in scriptura*, gentes, quos. [γ] Ciuitatum.] *In aliis* τῶν φυλῶν, tribuum. *Compluten.* ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν ὑμῶν, de cunctis tribubus vestris: *quod habet vulgata.* [δ] Vestra.] *In compl. sequitur*, καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν, & decimas vestras: *quod respondet vulgatæ* [ε] Et confessiones vestras.] *Non est in hebræo, neque in vulgata, quod his verbis respondeat: quare suspicari licet hæc, & illa proxime pręcedentia*, spontanea vestra, *duas esse eiusdem sententiæ interpretationes. Nam paulo inferius, vbi repetitur*, & confessiones vestras, *hebræus habet idem vocabulum, ac nunc isto loco, quo nos habemus*, spontanea. [ζ] Vestrarum.] *In aliquot codicibus sequitur*, καὶ τὰ δόματα ὑμῶν, & data (*aut* dona) vestra. *Theodoretus alicubi in hoc capite videtur habuisse dictionem istam: atque ita inquit:* τὰ δόματα *ceteri interpretati sunt* τὰ ἑκούσια, spontanea. *Ita* ἑκούσιον, δόμα, εὐλογία, *videntur esse diuersorum interpretum.* [η] Portas.] *Aliqui codices* πόλεων, ciuitates. [θ] Tribuum.] *Nonnulli* πόλεων, ciuitatum [ι] Non poteris] *S. August. in locut.* pro eo quod est, non debebis. [κ] Ancilla tua.] *In aliis libris & in Compl. sequitur*, ὁ λευίτης σου, καὶ ὁ προσήλυτος, & Leuita tuus, & proselytus: *quod responderet magis vulgatæ & hebræo, si abessent ista*, & proselytus. [λ] A facie tua.] *In aliis codicibus sequitur*, οὐ μὴ ἐκζητήσεις τοὺς θεοὺς αὐτῶν, non exquires Deos eorum, *quod respondet hebræo.*

A

CAP. XIV.

Filij estote Domini Dei * vestri. Non imponetis caluitium inter medium oculorum vestrorum super mortuum: quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit Dominus Deus tuus; vt sis populus ei peculiaris ex omnibus gentibus, quæ super faciem terræ. Non comedetis omnem abominationem. Hæc sunt pecora, quæ comedetis: vitulum ex bobus, & agnum ex ouibus, & hædum ex capris: ceruum, & * capream, & pygargum, orygem, camelopardum: omne pecus diffissam habens vngulam, & findens fissuram duarum
B vngularum, & reducens ruminationem in pecoribus, hæc comedetis. Et hæc nō comedetis ex reducentibus ruminationem, & ex diffindētibus vngulam, & diuidentibus vngues: Camelū, & leporem, & Chirogryllū, quia reducunt ruminationem, & vngulam non diffindunt, immunda hæc vobis sunt: & suem, quoniam diffindit vngulam hoc, & diuidit vngues vngulæ, & ruminationem hoc non ruminat; immundum hoc vobis. De carnibus eorum non comedetis: morticina eorum non tangetis. Et hæc edetis de omnibus, quæ in aqua: omnia, quibus sunt in eis pennulæ, & squamæ, comedetis: & omnia, quibus non sunt eis pennulæ, & squamæ, non comedetis: immunda vobis sunt. Omnem auem mundam
C comedetis: & hæc non edetis ex eis: aquilam, & gryphem & haliæetū, & vulturem, & miluum, γ & similia ei: & struthion, & noctuam, & larum, & herodium, & cycnum, & ibin, & mergulum, & accipitrem, & similia ei: & vpupam, & nycticoracem & pelecanem, & Charandrium, & similia ei: & porphyrionem, & noctuam: omnia reptilia volatilium immmunda sunt vobis: non comedetis de eis: omne volatile mundū comedetis: omne morticinū nō comedetis: incolæ, qui in ciuitatibus tuis, dabitur, & comedet: aut vendes alieno, quoniā populus sanctus es Domino Deo tuo. Non coques agnū in lacte matris eius. Decimā decimabis geniminis seminis tui, genimen agri tui annū per annū. Et comedes il
D lud in loco quēcumq. elegerit Dominns Deus tuus, vt inuocetur nomē eius ibi: * feretis decimationes frumēti tui, & vini tui, & olei tui, primogenita boū tuorū, & ouiū tuarum: vt discas timere Dominū Deum tuū omnibus diebus. Si autē lōge * fuerit via a te, & non potueris offerre ea, quia longe a te locus, quēcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomē eius ibi, quia ς benedicet te Dominus Deus tuus; & vendes ea argento: & sumes argentum in manibus tuis: & ibis ad locum, quēcunque elegerit Dominus Deus tuus illum: & dabis argentū in omni, quodcunque cōcupierit anima tua, in bobus, aut in ouibus, aut in vino, aut in sicera, aut in omni, quodcūq. concupierit anima tua: & comedes ibi ante
E Dominū Deum tuū: & lætaberis tu, & domus tua, & leuita, qui est in ciuitatib. tuis: quia non est ei pars neque sors tecum. Post tres annos produces omnem decimam fructuum tuorum: in anno illo pones illud in ciuitatibus tuis; & veniet leuita quia non est ei pars, nec sors tecum, & aduena, & pupillus, & vidua * quæ in ciuitatibus tuis: & manducabunt, & saturabuntur: vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus * operibus, quæcunque feceris.

A tuam similiter facies. Non erit durum coram te; cum ipsi dimittuntur liberi a
te: quoniam annuam mercedem mercenarij seruiuit tibi sex annos. Et benedi
cet te Dominus Deus tuus in omnibus, quæcumque feceris. Omne primogeni-
tum, quod natum fuerit in bobus tuis, & ouibus tuis, ι masculina sanctificabis
Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito vitulo tuo, neque tondebis
primogenita ouium tuarũ. Ante Dominum comedes illud, annum ex anno in
loco, quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, tu, & domus tua. Si autem
fuerit in eo vitium, claudum, aut cæcum, κ vitium malum; non sacrificabis il-
lud Domino Deo tuo: in ciuitatibus tuis comedes illud. Qui immundus in te,
B & mundus, similiter comedet, vt capream, vel ceruum. Tantummodo sangui-
nem non comedetis: in terram effundes eum, sicut aquam.

α Per septem.] *S. Aug. q. 4 habet,* post septem annos, *& putat ex hoc declarari illud, quod in proximo superiore capite positum est,* post tres annos. *Nam vt hoc significat, septimo quoque anno, ita illud tertio quoque anno.* β Inuocata enim est.] *ἐπικέκληται γὰρ, aut, vt aliquot codices, & Cyrillus lib. 7. de adorat. ἐπικέκληται, & Tertullianus lib. 4. contra Marcionem,* quoniam remissio Domini Dei tui inuocata est. *In alijs exemplaribus est, ὅτι ἐπικέκληται ἄφεσιν,* quoniam inuocauit remissionem: *idque respondet hebræo, & chaldæo.* γ Quia benedicens.] *ita etiam Cyrillus lib. 7. Tertullianus eodem lib.* 4. Non erit, inquit, in te indigens; vt benedicens benedicat te Dominus Deus tuus. *In alijs exemplaribus est διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογῶν,* Propter verbum hoc benedicens, *&c.* δ Fœnerabis gentibus multis.] *Sic S. Ambr lib. 2. de Iacob. cap. 3. S. Aug. in locut. habet,* gentes multas, *sed ipse etiam paulo post,* fœnus fœnerabis ei. ε Tui autem non pri
C cipabuntur.] *S. Aug. in locut.* tanquam diceret, tibi non dominabuntur, hoc est gentes. ζ Indurabis.] *Sic visum est reddi posse illud, ἀποστέρξεις: quod magnam vim habet significat enim quasi ex animo eijcere humanitatem, & amorem naturalem. In alijs libris est, οὐκ ἀποστέρξεις. S. Aug in locut.* non auertes. η Quantum postulat.] *ὅσον ἐνδέεται, καθότι ἐνδεῖται. In aliis, ὅσον (aut ὅσον) ἂν ἐνδέηται, καθότι ἐπιδέεται aut ἐνδέηται S. Aug. in locut.* quantumcumque postulat, & quantum eget. θ Ex vino.] *ἀπὸ τοῦ οἴνου. Alii, ἀπὸ τῆς ληνοῦ,* de torculari, *quod est in vulgata.* ι Masculina.] *S. Aug. quæst. 23.* masculinum. κ Vitium malum.] *μῶμον πονηρόν. In aliis libris, ἢ πᾶν μῶμον πονηρόν. & S. Aug. in locut.* vel omne vitium malum: *vbi etiam de locutionibus totius huius loci disputat.*

CAP. XVI.

D OBserua mẽsem nouorũ: & facies pascha Domino Deo tuo: quoniã in mẽ-
se nouorum existi de Ægypto nocte. Et immolabis Pascha Domino
Deo tuo, oues, & boues, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus; vt
inuocetur nomen eius ibi. Non comedes fermentum super illud: septem die-
bus comedes super illud azyma, panem afflictionis: quoniam in festinatio-
ne existis de Ægypto: vt recordemini diem exitus vestri de terra Ægypti om-
nibus diebus vitæ vestræ. Non apparebit tibi fermentum in omnibus finibus
tuis septem dies. Et non dormiet de carnibus, de quibus α immolaueris ves-
peri die primo, vsque in mane. Non poteris immolare Pascha in vlla ciuitatum
E tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi: sed in loco quem elegerit Dominus
Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi, immolabis Pascha vesperi ad occasum
Solis, in tempore quo existi de Ægypto. Et β coques & assabis, & comedes in
loco, quem elegerit Dominus tuus eum. Et conuertes te mane, & ve-
nies ad domos tuas. Sex diebus comedes azyma: & die septima exodium, so-
lemnitas Domino Deo tuo. Non facies in ea omne opus præter ea, quæ fient
animæ. Septem γ septimanas dinumerabis tibi ipsi: δ inchoante te falcem in
messem, incipies numerare septem septimanas. Et facies diem festum septima
narum Domino Deo tuo; prout valet manus tua, quæcumq. dederit Dominus

Deus ᵃ tuus. Et ᶻ epulaberis ante Dominũ Deum tuum, tu, & filius tuus, & filia A
tua, & puer tuus, & ancilla, & Leuita, & proselytus, & pupillus, & vidua, quæ est in vobis, in loco, quem elegerit Dominus tuus eum, vt inuocetur nomen ipsius ibi. Et recordaberis, quia famulus fuisti in terra Ægypto. Et custodies, & facies mandata hæc. Solennitatem tabernaculorum facies tibi septem diebus; cum tu collegeris ex area tua, & ex torculari tuo. Et lætaberis in solennitate tua, tu, & filius tuus, & filia tua, puer tuus, & ancilla tua, & Leuita, & proselytus, & pupillus, & vidua, quæ in ciuitatibus tuis. Septem diebus festiuitatem celebrabis Domino Deo tuo in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus sibi. Si autem benedixerit te Dominus Deus tuus in omnibus fructibus tuis, & B
in omni opere manuum tuarum, & eris lætans; tribus temporibus anni apparebit omne masculinũ tuũ ante Dominum Deum tuũ in loco, quem elegerit eũ Dominus: in solennitate azymorum, & in solennitate septimanarum, & in solennitate scenopegiæ. Non apparebis coram Domino Deo tuo vacuus, vnusquisque secundum facultatem manuum vestrarum, secundum benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi. Iudices, ᵑ & magistros facies tibi in ciuitatibus tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi, secundum tribus: & iudicabunt populum iudicium iustum: non declinabunt iudicium: neque agnoscent personam: neque accipient donum. Dona enim excæcant oculos sapientum: & C
auferunt verba iustorum. Iuste quod iustum est, persequaris; vt viuatis, & ingressi hæreditetis terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non plantabis tibiipsi lucum. Omne lignum apud altare Domini Dei tui non facies tibi. Non statues tibi statuam, quæ odit Dominus Deus tuus.

ᵃ Immolaueris.] *Alii,* θύσητε, immolaueritis: *& ita S. August. in locut. vbi istam sententiam explanat.* ᵝ Et coques, & assabis.] *Ex hebræo. & vulgata suspicari licet alterutrum esse ex alia interpretatione.* ᵞ Septimanas.] *Ita etiam vulgata, in aliis additur,* ὁλοκλήρους, integras: *& ita S. Aug. q. 25.* ᵟ Inchoante te.] *S. Aug. ibidem,* inchoare te falcem mittere in messem. ᵋ Tuus.] *In aliis est,* ὅτι, καθότι εὐλόγησέ σε κύριος ὁ θεός σου, tibi prout benedixit te Dominus Deus tuus. *Sed hæc etiam videri potest altera interpretatio præcedentis sententiæ.* ᶻ Epulaberis.] *Ita nunc S. Aug quod græce est,* εὐφρανθήσῃ, *& solet etiam verti,* lætaberis. D
ᵑ Magistros] γραμματοεισαγωγεῖς, *De hac dictione dictum est supra ex S. Augustino.*

CAP. XVII.

NOn immolabis Domino Deo tuo vitulum, vel ouem, in quo est in ipso vitium, omne verbũ malum: quoniam abominatio Domino Deo tuo est. Si autem inuentus fuerit in vna ciuitatum tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi vir aut mulier, qui faciet malum ante Dominum Deum tuũ, transgrediendo testamentum eius, & euntes seruierint Dijs alijs, & adorauerint E
eos, Solem, & Lunam, vel quodcumque eorum, quæ sunt ex ornatu cæli, quæ non ᵃ præcepit tibi, & annunciatum fuerit tibi, & exquisieris valde, & ecce vere factum est verbum, facta est abominatio hæc in Israel; & educes hominem illũ, aut mulierem ᵝ illam, & lapidabitis eos in lapidibus: & morientur. In duobus testibus vel in tribus testibus morietur. Qui moritur; nõ morietur in vno teste. Et manus testium erit super eum in primis ad interficiendũ eũ, & manus populi in nouissimis. Et auferes ᵞ malum ex vobis ipsis. Si autem impossibile fuerit a te ᵟ verbum inter sanguinem a sanguine, & inter iudicium a iudicio, & inter ta-
ctum a

A ctum a tactu, & inter controuersiã, a controuersia, verba iudicij in ciuitatibus
vestris; & surgens ascendes ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ᵉ il-
luc: & venies ad sacerdotes Leuitas, & ad iudicem, qui fuerit in diebus illis.
Et exquirentes annũciabũt tibi iudiciũ: & facies secundum ᶻ rem, quamcumq.
annunciauerint tibi de loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. Et obseruabis fa
cere omnia, quæcũq sancita fuerint tibi. Secũdum legẽ, & secundũ iudicium
quodcumque dixerint tibi, facies. Non declinabis a verbo, quod annunciaue-
rint tibi, ad dextram, neque ad sinistram. Et homo quicumque fecerit in su-
perbia, vt non obediat sacerdoti assistenti ministrare in nomine Domini Dei
B tui, vel iudici, quicumque fuerit in diebus illis; & morietur homo ille: & aufe-
res malum ex Israel. Et omnis populus audiens timebit: & impie non aget vltra.
Si autem intraueris in terram, quam Dominus Deus tuus dat ᵉ tibi, & hæredi-
taueris eam, & habitaueris in ea, & dixeris, constituam super me principem, si-
cut & ceteræ gentes, quæ circa me sunt; constituendo constitues super te princi-
pem, quem elegerit Dominus Deus tuus ipsum. Ex fratribus tuis constitues su-
per te principem: non poteris constituere super te hominem alienum, quia nõ
est frater tuus. ᶿ Quare non multiplicabit sibi equum, neque reducet populum
in Ægyptũ; vt ᶦ non multiplicet sibi equum. Dominus autem dixit: Non adij
C cietis reuerti via hac vltra. Et nõ multiplicabit sibi vxores; vt non discedat cor
eius. Et argentum, & aurum non multiplicabit sibi valde. Et cum sederit super
principatum suum; & scribet sibi Deuteronomion hoc in libro a Sacerdotibus
Leuitis: & erit secum: & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere
Dominum Deum suum, & custodire omnia mãdata, & iustificationes has face-
re: vt non exaltetur cor eius a fratribus suis: vt non transgrediatur a mandatis in
dextram, aut ad sinistram: vt longæuus sit super principatum suum, ipse, & filij
eius in filijs Israel.

D ᵃ Non præcepit.] *In aliis est,* ἃ προσέταξα, non præcepi: *quod respondet, vulgata.* ᵝ Illam.] *In aliis codicibus sequitur,* οἵτινες ἐποίησαν τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, ἐπὶ τὴν πύλην. qui fecerunt rem malam hanc ad portam: *quæ respondent vulgatæ: sed à Lucifero Caralitano non referuntur* ᵞ malum] τὸν πονηρόν. *In alijs* τὸ πονηρὸν, *quod est vsitatius: atque hæc eadem varietas est paulo post, & sæpe: de qua S. Aug. quæst 39.* ᵟ Verbu.] *Apud Theodoretum quæst. 17. sequitur* ἐν κρίσει ἀνὰ μέσον κρίσεως, καὶ ἀνὰ μέσον ἀφῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. *quod suspicionem facit ipsum habuisse hoc loco insignẽ varietatẽ Et illa* ἀντιλογία ἀντιλογίας. *optime cohærerent cũ sequentibus* ῥήματα κρίσεως ἐν ταῖς πόλεσί σου, *vt intelligeremus, repugnantes esse inter se iudicũ sententias in minoribus ciuitatibus.* ᵉ Illuc.] *In alijs est* ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ. vt inuocetur nomen eius ibi. *quæ absunt à vulgata,* ᶻ rem.] *Alij* ῥῆμα verbum. ᵉ Tibi] *In alijs sequitur* ἐν κλήρῳ, In sorte: *& ita S. Aug q. 26. quod tamen abest à vulgata, & hebreo.* ᶿ Quare] διότι, *Alij* πλὴν, veruntamen. *S. Aug. in locut.* Non multiplicabit sibi equum: pro equis, vel equitatu equum posuit: vnde nonnulli equitatum interpretati sunt. ᶦ Non] *Abest istud* μὴ *à Compl. sicut ab hebræo, & Chaldæo.*

E

CAP. XVIII.

NOn erit sacerdotibus Leuitis toti tribui Leui pars neque sors cum Israel:
Oblationes Domini sors eorum, comedent eas: sors autem non erit eis
in fratribus ipsorum. Dominus ipse pars eius, sicut dixit ei. Et hoc est iu
dicium sacerdotum, quæ a populo, ab immolantibus immolationes, siue vitu-
lum, siue ouem. Et dabis brachium sacerdoti, & maxillas, & ventriculum, &
primitias frumenti tui, & vini tui, & olei tui: & primitiam lanarum ouium tua-
rum

rum dabis ei: quoniam ipsum elegit Dominus ex omnibus tribubus tuis assistere A
ante Dominũ Deum tuũ, ministrare, & benedicere in nomine eius, ipse, & filij
eius in filijs Israel. Si autẽ superuenerit Leuita ex vna ᵅ ciuitatum ex omnibus fi-
lijs Israel, vbi ipse incolit, secundum quod cupit anima eius, ad locum, quem
ᵝ elegerit; ministrabit nomini Domini Dei sui: sicut omnes fratres eius Leuitæ,
qui astant ibi coram Domino: partem partitã edet ᵞ præter venditionem, quæ
est secundum familiam. Si autem intraueris in terram, quam Dominus Deus
tuus dat tibi; non disces facere secundum abominationes gentium illarum: non
inuenietur in te, qui lustret filium suum, vel filiam suam in igni, vaticinans vati-
cinium, vel diuinationes obseruans, & augurans, veneficus incantans incantatio- B
nem, ventriloquus, & portentorum inspector, interrogans mortuos. Est enim
abominatio Domino Deo tuo omnis qui facit hæc. Nam propter abominatio
nes has Dominus exterminabit eos a facie tua. Perfectus eris coram Domino
Deo tuo. Gentes enim hæ, quos tu hæreditas eos, hi diuinationes, & vaticinia
audient: & tibi non sic dedit Dominus Deus tuus. Prophetam ex fratribus tuis,
sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus. Ipsum audietis. Secundum om-
nia, quæ petijsti a Domino Deo tuo in Choreb in die conuocationis, dicentes;
non adijciemus audire vocem Domini Dei tui, & ignem hunc magnum non
aspiciemus vltra, neque moriamur. Et ait Dominus ad me: Recte omnia quæ C
locuti sunt ad te. Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum, sicut te: & dabo
verba in ore eius: & loquetur eis, secundum quod mandabo ei. Et homo, qui
non audierit quæcumque locutus fuerit propheta ille in nomine meo; ego vin-
dictam sumam de eo. Veruntamen propheta qui impie egerit, loquendo in no
mine meo verbum, quod non præcepi loqui, & qui locutus fuerit in nomine
Deorum aliorum; morietur propheta ille. Si autẽ dixeris in corde tuo, quomo
do cognoscemus verbum, quod non est locutus Dominus: quæcumque locutus
fuerit propheta ille ᵟ nomine Domini, & factum non fuerit, & non euenerit;
hoc est verbum, quod locutus non est Dominus. In impietate locutus est pro- D
pheta ille: non ᶻ timebitis ab eo.

α Ciuitatum.] *Alii addunt* ὑμῶν, vestrarum. *S. August quæst.* 28. tuarum, *vt vulgata.* β Elegerit.] *In aliis sequitur,* κύριος, Dominus: *& ita apud S. Aug. ibidem, & conuenit cum vulgata.* γ Præter venditionem.] *Legendus est S. Aug. in eadem quæst.* δ Nomine.] *Alii,* ἐπὶ τῷ ὀνόματι, in nomine. ε Fuerit.] *In aliis additur,* ῥῆμα, verbum *quod respondet hebræo.* ζ Non timebitis.] οὐκ ἀφέξεσθε *Non enim aliter vulgata, & hebræus, & chaldæus, nisi quod habent* [illegible] *Verum dictio græca posset verti,* non abstinebitis ab eo, *idest non abstinebitis manus ab eo, quin illum interficiatis.*

CAP. XIX.

SI autẽ deleuerit Dominus Deus tuus gentes, quarũ Deus dat tibi terrã & pos
sederitis eos, & habitaueritis in ciuitatibus eorum, & in domibus eorum;
tres ciuitates secernes tibi in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus
dat tibi. Coniecta tibi viam: & trifariam partieris fines terræ tuæ, quam distri
buit tibi Dominus Deus tuus. Et erit ibi refugium omni homicidæ. Hæc
autem erit constitutio homicidæ, qui fugerit illuc, & viuet. Quicumque per-
cusserit proximum suum non sciens, & hic non odio habens eum ante hesternã,
& nudiustertianam, & quicumq. intrauerit cum proximo in syluã ad colligen-

da ligna

A da ligna, & impulerit manus eius securim β cædētis lignum, & elapsum ferrum
de ligno incurrerit in proximum, & mortuus fuerit; hic confugiet in vnā ciuita-
tum harum, & viuet: ne persequens redemptor sanguinis post homicidam, quo
niam incaluit corde, & assequatur eum, si longior sit via, & percutiet eius ani-
mam. Et huic non est iudicium mortis: quoniam non habebat eum odio ante
hesternā, neque ante nudiustertianā. Propter hoc ego tibi mando verbum hoc,
dicens: Tres ciuitates secernes tibi. Si autem dilatauerit Dominus Deus tuus
fines tuos, quemadmodum iurauit patribus tuis, & dederit tibi Dominus om-
nem terram, quam dixit dare patribus tuis, si audiens facere omnia mandata
B hæc, quæ ego mando tibi hodie, diligere Dominum Deum tuum, ambulare in
omnibus vijs eius omnes dies; adijcies tibi adhuc tres ciuitates ad tres has. Et non
effundetur sanguis innoxius in terra, quā Dominus Deus tuus dat tibi in sorte: &
non erit in te sanguinis reus. Si autē fuerit in te homo odio habēs proximū, & in-
sidiatus fuerit ei, & insurrexerit in eum, & percusserit eius animā, & mortuus fue-
rit, & fugerit in vnam ciuitatum harum, & mittent seniores ciuitatis eius, & tol
lent eum inde, & tradent eum in manus vindicantium sanguinem, & morietur.
Non parcet oculus tuus super eum, & γ purgabis sanguinem innoxium ex Israel,
& bene tibi erit. Non dimouebis fines proximi, quos statuerunt patres tui in hæ
C reditate, quam hæreditaueris in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi in sor-
te. Non stabit testis vnus ad testificandum contra hominem secundum omnem
iniustitiam: & secundum omne delictum, & secundum omne peccatum, quod
peccauerit. Super os duorum testium, & super os trium testium stabit omne ver
bum. Si autem insteterit testis iniustus contra hominem, accusans eius impieta
tem; & stabunt ambo homines, quibus est eis controuersia, ante Dominum, &
ante sacerdotes, & ante iudices, quicumque fuerint in diebus illis: & iudices ex-
quirent diligenter: & ecce testis iniustus testatus est iniusta, institit contra fratrē
suum; & facietis ei quemadmodum malignatus est facere contra fratrem suum.
D Et auferes malignum ex vobis ipsis: & reliqui audientes timebunt: & non adij-
cient vltra facere iuxta verbum hoc malignum in vobis. Non parcet oculus
tuus super eum. Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,
manum pro manu, pedem pro pede.

α Terram.] *In alijs additur*, αὐτῶν, *earum* β Cædentis lignum, *videtur dictum pro eo, ac si diceret, ad* cedendum lignum. *Alij interpretantur*, & percussa fuerit manus eius securi scindentis lignum. γ Et purgabis sanguinem innoxium.] *Sic fere hebræus, & intelligendum est*, auferes effundentem sanguinem innocentem. *Quare vulgata ad sensum spectans habet*, & auferes noxium sanguinem de Israel. *Similis loquutio est etiam. cap. 21.*

E

CAP. XX.

SI autem exieris in bellum super hostes tuos, & videris equum, & ascensorem
& populum maiorem te; ne timueris ab eis, quoniam Dominus Deus tuus
tecum, qui ascendere te fecit de terra Ægypti. Et erit quando appropin-
quabis prælio; & accedens sacerdos loquetur populo, & dicet ad eos: Audi Is-
rael. Vos itis hodie in prælium contra inimicos vestros. Non dissoluatur cor ve
strum, neque timeatis, neque α frangamini, neque declinetis a facie eorum: quo
niam

niã Dominus Deus vester, est qui procedit[β] vobiscũ ad simul debellandos võbiscũ inimicos vestros, ad salvandos vos. Et loquentur scribæ ad populũ, dicentes: Quis est homo, qui ædificauit domũ nouam, & non dedicauit eã? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius dedicabit eam. Et quis est homo, qui plantauit vineam, & non est epulatus ex ea? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius epulabitur ex ea. Et quis est homo, qui sponsauit vxorem, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius accipiet eam. Et adijcient scribæ loqui ad populũ, & dicent: Quis est homo timẽs & meticulosus corde? Vadat, & reuertatur in domũ suam, ne pauere faciat cor fratris sui, sicut suũ. Et erit cũ cessauerint scribæ loquentes ad populũ; & constituent principes exercitus, duces populi. Si autem accesseris ad ciuitatem ad debellandum illos; & euocabis eos cum pace. Si quidem pacifica responderint tibi, & aperuerint tibi; erit, omnis populus qui inuenti fuerint in ea, erunt tibi tributarij, & obedientes tibi. Si autem non obedierint tibi, & fecerint aduersus te bellum; obsidebis eam; donec tradiderit tibi eam Dominus Deus tuus in manus tuas: & percuties omne masculinum eius in cæde gladij, absque mulieribus & apparatu: & pecora, & omnia quæcumque fuerint in ciuitate, & omnia impedimenta prædaberis tibiipsi, & comedes omnem prædam inimicorum tuorum; quos Dominus Deus tuus dat tibi. Sic facies omnes ciuitates, quæ longe absunt a te valde, [γ] non de ciuitatibus gentium harum, quas Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare terrã eorum. Non viuificabitis omne spirans: sed anathemate anathemabitis eos, Chettæum, & Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum, & Euæum, & Iebusæum, & Gergesæum, quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus; vt nõ doceant vos facere omnes abominationes suas, quascumque fecerunt Dijs suis: & peccabitis ante Dominum Deum vestrum. Si autem obsederis circa ciuitatem vnam diebus pluribus oppugnando eam ad capiendam eam; non exterminabis arbores eius, mittendo in eas ferrum: sed de ea comedes, ipsam autem nõ excides. Nunquid lignum quod in agro, homo est; vt ingrediatur a facie tua in vallum? sed lignum quod nosti, quia non fert fructum esui aptum, hoc disperdes, & excides, & ædificabis vallum super ciuitatem, quæ facit aduersus te bellum, quoadusque tradita fuerit.

A B C D

α Frangamini.] θραύεσθε. *Compl.* θροεῖσθε, turbemini. β Ad simul debellandos.] *Optime respondet phrasi hebraicæ. In aliis est* συνεκπολεμῆσαι ὑμῖν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ διασῶσαι ὑμᾶς. *Et S. August. q. 30. ita hunc locum refert,* Quoniam Dominus Deus vester, qui præcedet (*in locut.* præcedit) vobiscum simul debellabit vobiscum inimicos vestros: & saluos faciet vos. γ Non de ciuitatibus.] *Alii codices habent,* αἳ οὐχὶ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων. ἰδοὺ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων, quæ non sunt de ciuitatibus gentium harum. Ecce autem de ciuitatibus gentium harum *Hanc repetitionem habet etiam vulgata.*

E

CAP. XXI.

Si autem inuentus fuerit occisus in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi ad hæreditandum, iacens in campo, & non nouerunt percussorem; exibunt seniores tui, & iudices tui: & dimetientur ad ciuitates, quæ in circuitu occisi: & erit ciuitas propinqua occiso: & sument seniores ciuitatis illius vitulam ex bobus, quæ operata non est, & quæ non traxit iugum: & descendere facient se-

A niores ciuitatis illius vitulam in vallem asperam, quæ non est culta, neque seminatur: & cædent ceruicem vitulæ in valle. Et accedent sacerdotes Leuitæ, quoniam eos elegit Dominus Deus adstare ei, & benedicere in nomine ipsius: & super os eorum erit omnis controuersia, & omnis tactus. Et omnes seniores ciuitatis illius, qui proximi sunt occiso, lauabunt manus super caput vitulæ excerui catæ in valle: & respondentes, dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc: & oculi nostri non viderunt. Propitius sis populo tuo Israel, quos redemisti Domine; vt non sit sanguis innocens in populo tuo Israel. Et expiabitur eis sanguis. Tu autem auferes sanguinem innocentē ex vobis ipsis; si feceris quod
B bonum, & placitum coram Domino Deo tuo. Si autem exieris in prælium super inimicos tuos, & tradiderit tibi Dominus Deus tuus, in manus tuas & prædatus fueris prædam eorum, & videris in præda mulierem pulchram specie, & concupiueris eam, & acceperis eam tibi vxorem, & induxeris eam intus in domum tuam; & rades caput eius, & circuncides vngues eius, & circumauferes vestimenta captiuitatis ab ea: & sedebit in domo tua, & lugebit patrem, & matrē mense diei. Et post hæc ingredieris ad eam, & cohabitabis ei. & erit vxor tua. Et erit: si nolueris eam; dimittes eam liberam: & venditione non vendetur argēto: non contemnes eam; propterea quod humiliasti eam. Si autem fuerint ho-
C mini duæ vxores, vna earũ dilecta, & vna earũ odiosa, & pepererint ei dilecta, & odiosa, & fuerit filius primogenitus ipsius odiosæ, & erit, quacũq. die distribuat filiis suis substantiã suã; non poterit primatũ dare filio dilectæ, despiciens filium odiosæ primogenitum: sed primogenitũ ipsum filiũ odiosæ agnoscet, dando ei ᵃ dupla de omnibus, quæcunque inuenta fuerint ei: quoniam hic est initium filiorum eius: & huic conueniunt iura primogenituræ. Si cui autem fuerit filius incredulus, & proteruus, non obediens voci patris, & voci matris, & corripiant eum, & non exaudiat eos; & assumentes illum simul pater eius, & mater eius, & educent ad seniores ciuitatis suæ, & ad portam loci, & dicent viris ciuitatis suæ,
D Filius noster hic contumaciter se gerit, & proteruit, non obedit voci nostræ, comessationibus vacans, vino inebriatur. Et lapidabunt eum viri ciuitatis eius in lapidibus: & morietur. Et auferes malum ex vobis ipsis; & reliqui audientes timebunt. Si autem fuerit in aliquo peccatum, iudicium mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eum super lignum; non dormiet corpus eius super lignum: sed sepultura sepelietis illud in die illa: quoniam maledictus a Deo omnis, qui pendet in ligno. Et non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi in sortem.

E ᵃ Dupla.] *Aut vt alij, duplicia S. Ambrosius lib. 1. de Cain cap. 4.* det illi dotem, &c. *vbi etiã* [illegible] *vertit* primitias.

CAP. XXII.

NE videns vitulum fratris tui, vel ouem eius errantia in via, despicias ea: reductione reduces ea fratri tuo, & reddes ei. Si autē nō appropinquat frater tuus ad te, neque cognoscis eum; conduces ᵃ ipsum intus in domum tuam: & erit tecum, quoadusque quæsierit ea frater tuus: & reddes ei. Sic

facies

facies asinum eius:& sic facies vestimentũ eius:& sic facies per omnẽ perditionẽ A
fratris tui. Quæcumq. amissa fuerint ab eo,& inueneris, non poteris despicere.
Non videbis asinũ fratris tui, vel vitulũ eius iacẽtes in via, ne despexeris eos: sub
leuans subleuabis cum eo. Non erunt vasa viri super mulierem: neque inducetur vir stolam muliebrem: quoniam abominatio Domino Deo tuo,& omnis faciens hæc. Si autem occurreris nido auium ante faciem tuam, in via, vel in omni arbore, vel super terram pullis, aut ouis,& mater incubet super pullos, vel super oua; non capies matrem cum filijs: dimittendo dimittes matrem: filios autẽ tolles tibi: vt bene tibi sit,& longæuus sis. Si ædificaueris domum nouam;& facies coronam solario tuo:& non facies homicidium in domo tua, [β] si cadat qui B
cecidit ab eo. Non seminabis vineam tuam variam; vt non sanctificetur genimẽ & semen, quodcumque seminaueris cum genimine vineæ tuæ. Non arabis in vitulo,& asino in idipsum. Non indueris adulteratum, lanas, & linum in eodem. Funiculos facies tibi super quatuor angulos indumentorum tuorum, quæcumque indutus fueris in eis. Si quis autem acceperit vxorem,& habitauerit cum ea,& oderit eam,& imponat ei occasionis verba,& detulerit ei nomen malignum,& dixerit, mulierem hanc accepi, & accedens ad eam non inueni eius virginalia; & accipiens pater puellæ, & mater, producent virginalia puellæ ad seniores ad portam: & dicet pater puellæ senioribus: Filiam meam hãc dedi homini C
huic vxorem:& odio habens eam nũc ipse imponit ei occasionis verba, dicens: non inueni filiæ tuæ virginalia: & ecce virginalia filiæ meæ. Et replicabũt palliũ corã senioribus [γ] ciuitatis. Et accipiẽt senes ciuitatis illius hominẽ illũ,& castigabunt eum,& damnificabunt eum centum siclis: & dabunt patri adolescentulæ; quia protulit nomen malum super virginem Israelitem: & ipsius erit vxor: non poterit dimittere eam omni tempore. Si auẽ in veritate factũ sit verbũ hoc,& non inueniantur virginalia puellæ;& producent adolescentulã ad ianuam domus patris sui:& lapidabunt [δ] eam in lapidibus:& morietur: quoniam fecit impudentiam in filiis Israel, prostituere domum patris sui. Et auferes malignum D
ex vobis ipsis. Si autem inuentus fuerit homo dormiens cum muliere habitante cum viro; occidetis vtrosque, virum dormientem cum muliere, & mulierem. Et auferes malum ex Israel. Si autem fuerit puella virgo sponsata viro,& inueniens eam homo in ciuitate dormierit cum ea; educetis vtrosque ad portam ciuitatis eorum: & lapidabuntur in lapidibus: & morientur: adolescentulam, quia non clamauit in ciuitate: & hominem, quia humiliauit vxorem [ε] proximi. Et auferes malignum ex vobis ipsis. Si autem in campo inuenerit homo puellam sponsatam,& vim faciens dormierit cum ea; occidetis dormientẽ cum ea solum:& adolescentulæ non erit peccatum mortis. Sicut, si quis E
insurrexerit homo in proximũ,& occiderit eius animam; sic res hæc: quoniam in campo inuenit eam: clamauit adolescentula sponsata; & non fuit qui auxiliaretur ei. Si autem inuenerit aliquis puellam virginem, quæ sponsata non est, & vim [ζ] faciens dormierit cum ea, & inuentus fuerit; dabit homo, qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmata argenti:& ipsius erit vxor, quia humiliauit eam: non poterit dimittere eam per omne tempus. Non accipiet homo vxorem patris sui:& non reuelabit operimentum patris sui.

[α] Ipsum.]

A α Ipsum.] *Sic hebraus, & chaldaus. Alii codices graci habent* αὐτῷ, *ea.* β Si cadat.] *Miratur S. Aug. in locut. inusitatam locutionem. Sed verba græca,* ἐὰν πέσῃ πᾶν ἀπ' αὐτοῦ. *poterant hoc etiam modo verti,* Si ceciderit cadens ab eo. γ Ciuitati.] *Sic hebraus, & vulgata. In aliquot codicibus additur* ἐκείνης, illius : *& ita apud S. Aug. q. 33.* δ Eam.] *In aliis sequitur* οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς. *& S. August.* viri ciuitatis eius. ε Proximi.] *In aliis additur* αὐτοῦ, sui. ζ Et vim faciens.] *Item hic additur* αὐτῷ, *& apud S. August.* & vim faciens ei.

CAP. XXIII.

NOn ingredietur α attritus, neque abscisus in Ecclesiam Domini. Non
B ingredietur de scorto in Ecclesiam β Domini. Non intrabit Ammanites, & Moabites in Ecclesiam Domini: & γ vsque ad decimam generationem non intrabit in Ecclesiam Domini, & vsque in æternum; eo quod non occurrerint vobis cum panibus & aqua in via, cum exiretis de Aegypto: & quia conduxerunt aduersum te Balaam filium Beor de Mesopotamia, vt malediceret te. Et transtulit Dominus Deus tuus maledictiones in benedictionem: quoniam dilexit te Dominus Deus tuus. Non alloqueris pacifica eis, & vtilia eis, omnes dies tuos in seculum. Nõ abominaberis Idumæum, quoniam frater tuus est. Non abominaberis Aegyptium, quoniam incola fuisti in terra illius. Filij
C si fuerint eis; progenie tertia intrabunt in Ecclesiam Domini. Si autem exieris castrametari super inimicos tuos; & cauebis ab omni verbo malo. Si fuerit in te homo, qui non erit mundus a fluore suo nocte; & exibit extra castra: & non intrabit in castra. Et erit, ad vesperam lauabit corpus suũ aqua: & cũ occiderit Sol; intrabit in castra. Et locus erit tibi extra castra: & egredietur illuc foras. Et paxillus erit tibi super zonam tuam: & erit, quãdo sedebis foras, & fodies in eo: & obducens operies turpitudinem tuam: quoniam Dominus Deus tuus inambulat in castris tuis; vt eruat te, & tradat inimicum tuum ante faciem tuam. Et erũt castra tua sancta: & non apparebit in te turpitudo rei: & recedet a te. Non trades
D puerum domino suo, qui δ appositus est tibi a domino suo. Tecum habitabit, in vobis habitabit, vbicumque placuerit ei: non tribulabis eum. Non erit meretrix a filiabus Israel: & non erit ε fornicans in filijs Israel. Non ζ erit ferens teletas de filiabus Israel: & nõ erit initiatus de filijs Israel. Nõ offeres mercedem meretricis, neque commutationem canis in domum Domini Dei tui ad omne votum: quoniam abominatio Domino Deo tuo est & vtrumque. Non fœnerabis fratri tuo vsuram argenti, & vsuram ciborum, & vsuram cuiuslibet rei, quamcũque dederis mutuam. Alieno fœnerabis, fratri autem tuo non fœnerabis; vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis super terra, in quam ingrederis illuc hæreditare eam. Si autem voueris votum Domino Deo tuo; nõ
E tardabis reddere illud: quoniam inquirens inquiret Dominus Deus tuus a te: & erit in te peccatum. Si autem nolueris; non est in te peccatum. Quæ egrediuntur per labia tua; obseruabis & facies, quemadmodum vouisti Domino Deo, donum, quod locutus es ore tuo.

α Attritus, neque abscisus.] θλαδίας, καὶ (al. ἢ) ἀποκεκομμένος: *quorum primum proprie intelligitur de attritione testium: secundum vero de abscisione membri.* β Domini.] *In Compl. adiungitur* ἕως δεκάτης γενεᾶς, vsque ad decimam generationem: *quemodo habet vulgata: non tamen referuntur à Theodoreto quæstione 25. vbi hunc locum recitans, pro* ἐκ πόρνης, de scorto, *ipse habet.* ἐκ πορνείας, ex fornicatione. γ Et vsque ad decimam.] *Sic etiam S. August. quæst. 35. Schol. ex Theodoreto hæc scribit,* In alio exemplari

Y hic

sic repperi οὐκ εἰσελεύσεται μωαβίτης καὶ ἀμμανίτης εἰς ἐκκλησίαν καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται. A
non ingredietur Moabites, & Ammanites in ecclesiam, & vsque in seculum, & vsque ad decimam generationem non ingredietur *S. Amb. in Psal. 48. scribit Moabitas vsque in tertiam, & quartam generationē prohibitos esse intrare in Ecclesiam.* δ Appositus est.] προσκείμενόν σοι. *S. Aug. q. 36.* idest huic adiunctum, cum ab illo abiecisset. ε Fornicans.] *Ita S. Aug. q. 37. & accipit de eo, qui ad meretrices accedit. Vulgata* scortator. *Dictionem hebræam multi accipiunt de scorto masculo.* ζ Non erit teletas ferens de filiabus Israel: & non erit initiatus de filiis Israel.] *In aliquot codicibus additur* πρὸς πᾶσαν εὐχήν, ad omne votum: *quæ tamen neque a Cyrillo lib. 15. de adorat. neque à Theodoreto q. 28 afferuntur. A Comp. autem absunt omnia ista: nec referuntur a S. Aug. q. 37. & 38. ac fortasse sunt altera interpretatio præcedentis sententiæ. Nam in hebræo non est nisi alterutra.* Diximus teletas ferens, *quod græce est* τελεσφόρος. *quoniam S. Aug. lib. 10. de ciuit. cap. 9. hoc vocabulo teletarum vtitur, & inquit consecrationes quasdam Theurgicas vocari solitas teletas, quæ vere essent fallaces ritus dæmonum: atque in eam sententiā venio fuisse sacra impudica, quibus quæ se obstringerēt fæminæ, mysteria quædam portarent, sicut canephoræ apud Athenienses, omninoque* τελεσφόρος *videtur dictum de fæmina. Adiungitur enim* de filiabus Israel. *Initiatum autem diximus, qui græce est* τελισκόμενος *Nam hoc videtur dictum de homine, ac fortasse impuberi, qui iisdem impuris sacris se addixisset, vsque initiatus esset. Est omnino locus difficilis. & varia de eo sunt sententiæ. Cyrillus loco indicato.* τελεσφόροι sane fuerint, qui vectigalia pendunt tamquam ex necessitate aliena, & mercedes ex impudicitia emptoribus colligunt. *Theodoretus in quæst. illa 28.* Quid est τελεσφόρος, & τελισκόμενος, & τελισκομένη? sicut nos vocamus πιστούς, fideles, eos qui participes sunt diuinorū mysteriorum; ita gentes vocabant τετελεσμένους eos, qui dæmonum quorundam docebantur mysteria. τελεσφόρον igitur uocat eum, qui mysteriis initiat, τελισκόμενον autem eum, qui initiatur. *Tertullianus in lib. de pudicitia c. 9. ex hoc loco ista videtur referre,* non erit uectigal pendens ex filiis Israel. *Operæpretium fuerit ea legere, quę a S. Hier. afferuntur in cap. 4. Osee ad illud,* & cum initiatis immolabant: *vbi notat initiatas istas fuisse sacerdotes Priapo mancipatas: Eadem uero dictio hebraica est hic, sed in numero singulari.* η Erit in te peccatum.] *S. Cyprianus 3. testim,* & erit in peccatum. B

C

CAP. XXIV.

SI autem intraueris in segetem proximi tui; & colliges in manibus tuis spi-
cas, et falcem non immittes in segetem proximi tui. Si autem intraueris in
vineam proximi tui; comedes vuam, quantum anima tua saturetur; in vas
autem non inicies. Si quis autem acceperit vxorem, et habitauerit cum ea, et
erit, si non inuenerit gratiam coram eo, quia inuenit in ea rem turpem; et scri-
bet ei libellum repudij, & dabit in manus eius, et dimittet eam e domo sua, et
abiens fuerit viro alteri, et oderit eam vir nouissimus, et scripserit ei libellum re D
pudij; α et dabit in manus eius, & dimittet eā e domo sua, et mortuus fuerit vir
nouissimus, qui accepit eam sibi vxorem; non poterit vir prior, qui dimisit eam
reuersus, accipere eam sibi vxorem; postquam illa contaminata est: quoniam
abominatio est ante Dominum Deum tuum. Et non inquinabitis terram,
quam Dominus Deus tuus dat tibi in sorte. Si quis autem acceperit vxorem
nuper; non exibit ad bellum: neque iniungetur ei res vlla: immunis erit in do
mo sua: annum vnum lætificabit vxorem suam, quam accepit. Non pigno
rabis molam, neque superiorem lapidem molæ: quia animam iste pignorat.
Si autem deprehendatur homo furans animam ex fratribus suis filijs Israel, & E
opprimens eū vendiderit; morietur fur ille. Et auferes malignum ex vobis ip-
sis. Attende tibi in tactu lepræ: Obserua valde facere secundum omnem legem,
quam β annunciauerint vobis sacerdotes leuitæ. Quemadmodum mandaui
vobis; obseruate facere. Memento, quæcunque fecit Dominus Deus tuus Ma
riæ, egredietibus vobis ex Ægypto. Si debitū fuerit in proximo tuo, debitū quod
cunque; nō intrabis in domum eius pignorare pignus γ eius: foris stabis, & homo
apud quem debitum tuum est in eo, proferet tibi pignus foras. Si autem homo
eget;

A eget; non dormies in pignore eius: redditione reddes ei[δ] pignus suum ad occasum solis. Et dormiet in vestimēto suo, & benedicet te: & tibi erit misericordia corā Domino Deo tuo. Nō [ε] fraudabis mercedē pauperis, & egeni ex fratribus tuis, vel ex aduenis, qui sunt in ciuitatibus tuis: eadē die reddes mercedē eius: non occidet sol super eam: quia pauper est, & in ea habet spem: & clamabit contra te ante Dominum: & erit in te peccatum. Non morientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patribus: vnusquisque in peccato suo morietur. Non [ζ] declinabis iudiciū aduenæ, & orphani & viduæ: nō pignorabis vestē viduæ. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto; & redemit te Dominus Deus
B tuus inde. Propterea ego tibi mādo facere verbū hoc. Si autē messueris messem in agro tuo, & oblitus fuerit manipulus in agro tuo; non redibis accipere illum. Aduenæ, & pupillo, & viduæ erit: vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum. Si autem oliuas colligas; non redibis repetere quæ post te. Aduenæ, & pupillo, & viduæ erunt. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto. Propterea ego mando tibi facere verbum hoc. Si autem vindemies vineam tuam, [η] non reuindemiabis eam ab ijs, quæ post te. Aduenæ, & pupillo, et viduæ erunt. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto. Propter hoc ego tibi mando facere verbum hoc.

C [α] Et dabit, & dimittet.] *In Compl. est*, καὶ δώσει, καὶ ἐξαποστελεῖ, & dederit, & dimiserit. *Sed nostra retinet hebraismum.* [β] Annunciauerint.] ἀναγγείλωσιν. *S. Aug. q.* 40. iurati erint. [γ] Eius.] *Ita hebræus, & chaldæus. Ab alijs codicibus abest illud* αὐτοῦ. *& a S. Ambr. lib. de Thobia cap.* 20. *& à S. August. q.* 41. [δ] Pignus.] *Ita S. Amb. ibidem: & S. Ioannes Damascenus in collectaneis locorum communium,* τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. *&, respondet hebræo: & in vulgata subintelligitur. In alijs codicibus est* τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, *& S. Aug. ibidem* vestimentum suum. [ε] Fraudabis.] ἀποδικήσεις, *quod est significantius, quàm quod in alijs libris habetur,* ἀποστερήσεις. [ζ] Non declinabis.] *Ita S. Aug. q.* 43. *quod græce est* οὐκ ἐκκλινεῖς, *& valet* non peruertes. *Retinuimus etiam paulo post ex eodem in q.* 44 *illud* oblitus. [η] Non reuindemiabis] *Aquila,* οὐκ ἐπιφυλλίσεις, non racemabis.

CAP. XXV.

D SI autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad iudicium, & iudicauerint, & iustificauerint iustum, & reprehenderint impium; & erit, si dignus fuerit plagis, qui impie agit; [α] constitues eum in conspectu iudicum: & flagellabunt eum ante se secundum impietatem eius: [β] & numero quadraginta flagellabunt eum: non apponent. Si autem apposuerint flagellare [γ] super has, plagas plures; deturpabitur frater tuus [δ] coram te. Non obturabis bouem triturantem. Si autem habitauerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autem non fuerit ei; [ε] non erit vxor defuncti foras viro non appropianti.
E Frater viri eius intrabit ad eam: & accipiet eam sibi vxorem: & cohabitabit ei. Et erit infans, quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine: & non delebitur nomen eius ex Israel. Si autem noluerit homo accipere vxorē fratris sui; & ascendet mulier in porta ad senatū: & dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel: noluit frater viri mei. Et vocabunt eum seniores ciuitatis eius: & dicent ei: & stans dixerit, nolo accipere eā; & accedens vxor fratris eius ante seniores, & soluet calceamentum eius vnū de pede eius: & spuet in faciem eius, & respondens dicet: Sic facient homini; qui non ædificauit domum fratris sui in Israel. Et vocabitur nomen eius in Israel, domus

A tuorum in anno tertio; secundā decimam dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo,
& viduæ: & comedēt in ciuitatibus tuis, & δ lætabūtur. Et dices ante Dominum
Deū tuū: Abstuli sancta e domo mea: & dedi ea Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, &
viduæ secundū omnia mandata, quæ mādasti mihi: nō sum transgressus mādatū
tuum, neque oblitus sum: & non comedi in luctu meo de eis: non obtuli de eis
in immundum: non dedi ex eis mortuo: obediui voci Domini Dei nostri: feci,
sicut mandasti mihi. Respice de domo sancta tua, de cælo: & benedic populum
tuum Israel, & terram, quam dedisti eis, sicut iuraueras patribus nostris dare no-
bis terram fluentem lac & mel. In die hac Dominus Deus tuus mandauit tibi fa-
B cere omnes iustificationes, & iudicia. Et obseruabitis, & facietis omnia ex toto
corde vestro, & ex tota anima vestra. Deum elegisti hodie esse Deum tuum, &
ambulare in omnibus vijs eius, & obseruare iustificationes, & iudicia, & obedi-
re voci eius. Et Dominus elegit te hodie esse te sibi populum peculiarem, sicut
ε dixit: vt custodias mandata eius, & sis tu super omnes gētes, sicut fecit te nomi
natum, & ζ gloriationē, & celebrem, vt sis tu populus sanctus Domino Deo tuo
sicut locutus est.

α Si intraueris] *In Compl. pro* ἐὰν *est* ὅταν. quando intraueris: *sed frequentissime apud lxx* ἐὰν *valet idē, atque* ὅταν. β Dicet.] ἐρεῖ. *In alijs est* ἐρεῖς, dices: *quod respondet vulgatæ.* γ Reiecit.] ἀπέβαλεν. *Ali-*
C *qui codices, & Compl.* ἀπέλιπεν, reliquit. *Vulgata,* Syrus persequebatur patrem meum. δ Lætabuntur.]
In alijs ἐμπλησθήσονται, saturabuntur: *quod respondet vulgatæ. In capite sequenti ponitur simul vtrumque* ἐμπλησθήσονται, καὶ εὐφρανθήσονται, *vbi vna tantum est dictio hebrea.* ε Dixit.] *In alijs additur* σοι, *tibi.* ζ Gloriationem.] *Est locutio notanda: significat enim,* ad gloriam, & honorem. *In vulgata autem hęc referuntur ad ipsas gentes: vt intelligamus Israel fore superiorē cunctis gentibus, quas Deus creauit in laudem suam: quamuis illud suam, abest ab hebræo, & chaldęo.*

CAP. XXVII.

ET præcepit Moyses, & seniores Israel, dicens: custodite omnia mandata
hæc; quæcunque ego mando vobis hodie. Et erit quacunque die transie-
ritis Iordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi; & statues ti
D bi lapides magnos: & leuigabis eos calce, & scribes super lapides hos omnia ver
ba legis huius; postquam transieritis Iordanem, cum intraueritis in terram, quā
Dominus Deus patrum tuorum dat tibi, terram fluentem lac & mel; quemad-
modum dixit Dominus Deus patrum tuorum tibi. Et erit postquam transieri-
tis Iordanem; statuetis lapides hos, quos ego mādo tibi hodie in monte Gæbal,
& leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare ex lapi-
dibus. Non immittes ferrum in illud. lapides integros ædificabis altare Domi-
no Deo tuo: & offeres super illud holocaustomata Domino Deo tuo, & sacrifi-
cabis ibi sacrificiū salutaris: & comedes, & saturaberis, & lætaberis ante Domi-
E num Deum tuum. Et scribes super lapides omnem legem hanc manifeste valde.
Et locutus est Moyses, & sacerdotes Leuitæ omni Israel, dicentes: Tace, & audi
Israel. In die hac factus es in populū Domino Deo tuo: & exaudies vocē Domi-
ni Dei tui, & facies omnia madata eius, & iustificationes eius, quascumq. ego mā
do tibi hodie. Et mādauit Moyses populo in die illa, dicēs: Hi stabūt benedicere
populū in mōte Garizin, trāsgressi Iordanē, Symeō, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph
& Beniamin. Et hi stabūt super maledictionē in mōte Gæbal, Rubē, Gad & Aser
Zabulō, Dā, & Nephtali. Et respōdentes dicēt Leuitæ vniuerso Israel voce ma-

gna. Maledictus homo, quisquis faciet sculptile, & fusile, abominationẽ Domi- A
no opus manuum artificum, & ponet illud. Et respondens omnis populus dicẽt: Fiat. Maledictus, qui spernit patrem suum, vel matrem suam. Et dicent omnis populus Fiat: Maledictus qui transfert terminos proximi Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui errare facit cæcum in via. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus quicumque peruerterit iudicium aduenæ, & pupilli, & viduæ. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui: quoniam reuelauit cooperimentum patris sui. Et dicent omnis populus: Fiat Maledictus qui dormit cum omni pecore. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum sorore ex patre, aut matre sua. Et dicent
omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum * nuru sua. Et dicent om- B
nis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum sorore vxoris suæ. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus, qui percutit proximum dolo. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus quicumque acceperit munera ad percutiendam animam sanguinis innocentis. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus homo, qui nõ permanet in omnibus verbis legis huius ad faciendum ea. Et dicent omnis populus: Fiat.

* Nuru.] νύμφης. Alij, πενθερᾶς. socru.

C

CAP XXVIII.

ET erit, si auditione audieris vocem Domini Dei tui ad custodiendum, & faciendum omnia mandata hæc, quæ ego mando tibi hodie, & dabit te Dominus Deus tuus supra omnes gentes terræ: & venient ad te omnes benedictiones istæ, & inuenient te. Si auditione audieris vocem Domini Dei tui; benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro: benedicti * fœtus ventris tui & genimina terræ tuæ, & armenta boum tuorũ, & greges ouiũ tuarũ: benedictæ
apothecæ tuæ, & reliquiæ tuæ. Benedictus tu, cũ ingrederis, & benedictus tu, cũ D
egrederis. Tradat Dominus Deus tuus inimicos tuos, qui stãt cõtra te, contritos ante faciẽ tuã: via vna exibunt ad te: & in septẽ vijs fugient a facie tua. Mittat Dominus super te benedictionem in cellarijs tuis, & ad omnia, quocumque miseris manum tuam, super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Suscitet te Dominus sibi populum sanctum; quemadmodum iurauit patribus tuis. Si audieris vocem Domini Dei tui, & ambulaueris in omnibus vijs eius; & videbunt te omnes gentes terræ, quia nomen Domini inuocatum est tibi, & timebunt te. Et multiplicabit te Dominus Deus tuus ad bona in fœtibus ventris tui, & in fœtibus pecorũ tuorum, & in fructibus terræ tuæ, super terram tuam, quam iurauit
Dominus patribus tuis dare tibi. Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonũ, E
cælum ad dandam pluuiam terræ tuæ in tempore. Benedicat omnia opera manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis: tu autem mutuum non accipies & principaberis tu gentium multarum: tui autẽ non principabuntur. Constituat te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris tunc supra, & non eris subter. Si audieris vocem Domini Dei tui, quæcunque ego mando tibi hodie custodire; non præteribis ab omnibus * mandatis, quæ ego mando tibi

A hodie, ire dextra, [*]aut sinistra in post Deos alienos, seruire illis. Et erit, si nõ exau
dieris vocem Domini Dei tui, custodiendo omnia mandata eius, quæcunque
ego mando tibi hodie; & venient in te omnes maledictiones istæ, & apprehen-
dent te. Maledictus tu in ciuitate: & maledictus tu in agro. Maledictæ apothecæ
tuæ, & reliquiæ tuæ: maledicti fœtus ventris tui, & genimina terræ tuæ, armenta
boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus tu, cum ingrederis: & male
dictus tu, cum egrederis. Mittat Dominus in te egestatem, & [y] famem, & con-
sumptionẽ super omnia, quocumque miseris manum tuam, quoadusque exter-
minauerit te, & quoadusque disperdiderit te velociter propter malignas adin-
B uentiones tuas, eo quod dereliquisti me. Adiungat Dominus in te mortem, do-
nec absũpserit te de terra, in quã ingrederis illuc hæreditare eã. Percutiat te Do
minus in penuria, & febri, & rigore, & [d] rosione, & aeris corruptiõe, & rubigine:
& persequentur te, donec disperdiderint te. Et erit tibi cælũ, quod super caput
tuum, æneum, & terra, quæ sub te, ferrea. Det Dominus Deus tuus pluuiam ter-
ræ tuæ puluerem: & cinis de cælo [f] descendet, quoadusq. attriuerit te, & quoad-
usque disperdiderit te velociter. Det te Dominus in occisionẽ coram inimicis:
in via vna exibis ad eos: & in septem viis fugies a facie eorum. Et eris [s] dispersio
in omnibus regnis terræ. Et erunt mortui vestri esca volatilibus cæli, & bestiis
C terræ, & non erit, qui [a] exterreat. Percutiat te Dominus vlcere Ægyptio in sede
& scabie agresti, & prurigine, ita vt non possis tu curari. Percutiat te Dominus
amentia, & cæcitate, & excessu mentis. Et eris palpans meridie, veluti si palparet
cæcus in tenebris, & non prosperabit vias tuas. Et eris tunc iniurijs affectus, & di
reptus omnibus diebus: & non erit qui auxilium ferat. Vxorem accipies: & vir
alius habebit eam. Domum [*]ædificabis: & non habitabis in ea. Vineam plãtabis:
& non vindemiabis eam. Vitulus tuus iugulatus ante te: & non comedes ex eo.
Asinus tuus ereptus a te: & non reddetur tibi. Oues tuæ datæ inimicis tuis: & nõ
erit tibi qui auxilietur. Filij tui, & filiæ tuæ datæ genti alteri: & oculi tui aspiciẽt
D tabescentes ad ea: non valebit manus tua. Prouentus terræ tuæ, & omnes labo-
res tuos comedet gens, quam non nosti. Et eris iniurijs affectus, & quassatus om-
nibus diebus. Et eris stupidus propter visiones oculorum tuorum, quas cernes.
Percutiat te Dominus in vlcere maligno super genua, & super suras; vt non pos-
sis tu curari a vestigio pedum tuorum vsque ad verticem tuum. Abducat Domi
nus te, & principes tuos, quos constitues super te, ad gentem, quam non nosti
tu, & patres tui. Et seruies ibi Dijs alijs, lignis, & lapidibus. Et eris ibi in [b] æni-
gma, & parabolam, & fabulam in omnibus gẽtibus, ad quas abduxerit te Deus
illuc. Semen multum proferes in campum: & pauca inferes: quoniam locusta
E comedet ea. Vineã plantabis, & operaberis: & vinum non bibes, neque lætabe-
ris ex eo: quoniam comedet ea vermis. Oliuæ tibi erũt in omnibus finibus tuis:
& oleo non vngeris: quoniam defluet oliua tua. Filios, & filias generabis: & nõ
erunt: abibunt enim in captiuitatẽ. Omnia [c] lignea tua, & genimina terræ tuæ
absumet rubigo. Aduena, qui est in te, ascendet sursum sursum: tu autem descẽ-
des deorsum deorsum: hic fœnerabit tibi; tu autem huic non fœnerabis: hic erit
caput: tu autem eris cauda. Et venient super te omnes maledictiones hæ: & per-
sequentur te, & apprehendẽt te; quoadusque exterminauerint te, & quoadusq.
disperdiderint te: quoniam non exaudisti vocem Domini Dei tui, ad custodiẽ-

dum mandata eius, iustificationes, quascunque mandauit tibi. Et erunt in te signa, & prodigia in semine tuo vsque in seculum, pro eo, quod non seruisti Domino Deo tuo in lætitia, & bona mente propter multitudinem omnium. Et seruies inimicis tuis, quos immittet Dominus super te, in fame, & in siti, & in nuditate, & in omnium inopia. Et imponet iugum ferreũ super ceruicem tuã: quoadusque exterminauerit te. Inducet super te Dominus gentem de longe ab extremo terræ, tanquam impetũ aquilæ, gentẽ, cuius[a] non audies vocẽ eius, gentẽ impudentem facie; qui non mirabitur faciem senis: & iuuenis non miserebitur. Et comedet fœtus pecorum tuorum, & genimina terræ tuæ, ita vt non relinquat tibi frumentum, vinum, oleum, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarũ quoadusque perdiderit te, & attriuerit te in ciuitatibus tuis; quoadusque destructa fuerint mœnia excelsa, & munita, in quibus tu confidisti in eis, in omni terra tua. Et tribulabit te in ciuitatibus tuis, quas dedit tibi. Et comedes fœtus ventris tui, carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dedit tibi, in angustia tua & in tribulatione tua, qua tribulabit te inimicus tuus. Mollis, qui in te, & tener valde, fascinabit oculo suo fratrem suum, & vxorem, quæ est in sinu suo, & filios qui reliqui sunt, quicunque relicti fuerint illi, vt det vni eorum de carnib. filiorum suorum, de quibuscunque edet, eo quod non derelictum sit ei quicquã in angustia tua, & tribulatione tua, qua tribulabunt te inimici tui in omnibus ciuitatibus tuis. Et mollis in vobis, & deliciosa, cuius non cœpit experiẽtiam pes eius ingredi super terram propter teneritudinem, & propter mollitiem, fascinabit oculo suo virum suum, qui in sinu suo, & filium, & filiam suam, & chorium suũ, quod exijt per fœmora sua, & filiũ suum, quẽ pepererit. Comedet enim ea propter egestatem omniũ clã in angustia tua, & tribulatione tua: qua tribulabit te inimicus tuus in ciuitatibus tuis; si nõ exaudieris facere omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in libro hoc, timere nomen honoratũ, admirabile hoc, Dominũ Deũ tuũ. Et incredibiles faciet Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & admirabiles, & morbos malignos, & stabiles. Et redire faciet omnem dolorem Ægypti malignum, quem timuisti, a facie eorũ: & adhærebunt in te: & omnem languorem, & omnem plagam, quæ non scripta, & omnem, quæ scripta est in libro legis huius, inducet Dominus super te; quoadusque exterminauerit te. Et derelinquemini in numero breui, pro eo, quod fuistis, sicut astra cæli, multitudine: quoniam non exaudisti vocem Domini Dei tui. Et erit, sicut lætatus est Dominus in vobis bene facere vobis, & multiplicare vos; sic lætabitur Dominus in vobis exterminare vos. Et auferemini velociter de terra, in quam ingrederis illuc hæreditare eã. Et dissẽminabit te Dominus Deus tuus in omnes gentes ab extremo terræ vsque ad extremum terræ: & seruies ibi Dijs alijs, lignis, & lapidibus, quos non noueras tu, & patres tui. Sed & in gentibus illis non dabit tibi quietem: neque erit requies vestigio pedis tui. Et dabit tibi Dominus ibi cor aliud incredulum, & deficientes oculos, & tabescentem animam. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos: & timebis die, ac nocte: & non credes vitæ tuæ. Mane dices: quomodo fiat vespera? Et vesperi dices: quomodo fiat mane? præ timore cordis tui, quem timebis, & præ visionibus oculorum tuorum, quas videbis. Et redire te faciet Dominus in Ægyptum in nauigijs, in via, qua dixi, non adijcies vltra videre eam. Et vendemini illic inimicis vestris in pueros, & ancillas: & non erit, qui eruat.

[a] Fætus.

A α Fœtus.] τὰ ἔκγονα. *quod etiam solet verti* fructus. *In quibusdam est.* τὰ ἔργα, opera β Mandatis] *Alii* λόγων. *& S. Aug.q* 48. verbis. γ Famem.] τὴν ἐνδείαν. *Symm.* ἀχορτασίαν, insatiabilitatem, *Vulgata* esuriem. δ Rotione.] ἐρεθισμῷ, *quod alii vertunt* irritatione *aut* prurítu. *In aliis autem libris additur.* καὶ φόνῳ & cæde. ε Descendet.] *In aliis additur* ἐπὶ σέ, super te. ζ Dispersio] *Alii* ἐν διασπορᾷ, in dispersionem. η Qui exterreat.] *In aliis* ἀποσοβῶν qui abigat. θ Ænigma.] *Aut vt alii, prouerbium Vocem hebræá nonnulli vertunt* desolationem, *nonnulli* stuporem: *quod non longe videtur abesse ab ænigmate Stupemus enim in iis, quorum causas, rationesque ignoramus: vulgata*, & eris perditus. ι Lignea.] ξύλινα. *Alii* ξύλα, ligna. κ Non audies.] *S. Aug. in locut.* pro eo, quod est, cuius linguam non intelliges. λ In ciuitatibus. *Alii*, ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, αἷς ἔδωκέ σοι κύριος ὁ θεός σου. in omnibus ciuitatibus tuis, quas dedit tibi Dominus Deus tuus: *quæ varietas est etiam paulo post.* μ Vt det.] *Aut, vt S. Aug. in locut.* ita, vt det: *quod est* ὥστε δοῦναι, *& posset verti congruenter hebræo.* a dando, *nempe* fascinabit, *hoc* est inuidebit ita, vt non det. *Legendus est ibi S. August.* ν Chorium] *Retinuimus dictionem græcam*, τὸ χόριον. *quæ solet significare secundas, & nunc significat paruulum, qui illis inuolutus adhuc nascitur: vt distinguatur ab illo, qui iam natus est*
B *Vulgata*, & illuuie secundinarum. ξ Faciet.] *Alii addunt*, ἐπὶ σοί. in te. ο Cor aliud incredulum.] *Sine diffidens græce est* καρδίαν ἑτέραν ἀπειθοῦσαν. *Alii* καρδίαν ἀθυμοῦσαν, cor mærens.

CAP XXIX.

HÆc verba testamenti, α quæ mandauit Dominus Moysi statuere filijs Israel in terra Moab, præter testamentum; quod testatus est eis in Choreb. Et vocauit Moyses omnes filios Israel: & dixit ad eos: Vos vidistis omnia, quæcunque fecit β Dominus in terra Ægypto corã vobis Pharaoni, γ &
C seruis eius, & omni terræ illius, tẽtationes magnas, quas viderũt oculi tui, signa, & prodigia illa δ magna. Et non dedit Dominus Deus vobis cor scire, & oculos videre, & aures audire vsque in diem istam. Et adduxit vos quadraginta annis in deserto: non inueterauerunt vestimenta vestra: & calceamenta vestra nõ sunt attrita a pedibus vestris: panem non manducastis: vinum, & siceram non bibistis: vt sciretis; quia Dominus Deus vester ε ego. Et venistis vsque ad locum hunc. Et exijt Seon rex Esebon, & Og rex Basan in occursum nobis in bellum. Et percussimus eos: & cepimus terram eorum: & dedi eam in sorte Ruben, & Gaddi, & dimidiæ tribui Manasse. Et custodietis facere omnia verba testamenti hu
D ius; vt intelligatis omnia, quæcunque facietis. Vos stetistis omnes hodie ante Dominũ Deum vestrum, principes tribuum vestri, & seniores vestri, & iudices vestri, & magistri vestri, omnis vir Israel, vxores vestræ, & fœtus vestri, & aduena, qui in medio castrorum vestrorum, a cæsore lignorum vestrorum, & vsque ad portatorem aquæ vestrum, ad transeundum in testamentũ Domini Dei vestri, in imprecationes eius, quascunq. Dominus Deus tuus dispoluit erga te hodie: vt statuat te sibi in populum: & ipse erit Deus tuus; quemadmodum dixit tibi; & quemadmodum iurauit patribus tuis, Abraham, & Isaac, & Iacob. Et non vobis solis ego testatus sum testamentum hoc, & imprecationem hanc; sed & ijs
E qui hic sunt uobiscũ hodie ante Dominũ Deum vestrũ, sed & iis, qui non sunt vobiscũ hic hodie: Quoniã vos nouistis, quomodo habitauimus in terra Ægypto, quomodo trãsiuimus in medio gentiũ, quos transiuistis. Et vidistis abominationes earum, & idola eorum, lignum, & lapidem, argentum, & aurum, quæ sunt apud eas. ζ Nunquid est aliquis inter vos vir, aut mulier, vel familia, vel tribus; cuius mens declinauit a Domino Deo vestro, profecti seruire Dijs gentium illarum? Num quis est in vobis, radix sursum germinans in felle, & amaritudine? Et erit cũ audierit verba maledictionis huius; & benedixerit in corde suo dicẽs Sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedam, vt non simul perdat

peccator

peccatorem eum qui sine peccato est. Nolet Deus propiciari ei: sed tunc incendetur ira Domini, & zelus eius in homine illo: & adhærebunt in eo omnia maledicta testamenti huius, quæ scripta sunt in [θ] libro hoc. Et delebit Dominus nomen eius de sub cælo: & diuidet eũ Dominus in mala ab omnibus filijs Israel secundum omnia maledicta testamenti scripta in libro legis huius. Et dicent progenies altera, filij vestri, qui exurgent post vos, & alienus, quicunque venerit de terra lõginqua: & videbunt plagas terræ illius, & morbos eius quos immisit Dominus super eã, sulphur, & sal ardẽs: omnis terra eius nõ seminabitur, neque germinabit, neque ascendet super eam omne viride: sicut euersa est Sodoma, & Gomorra, Adama, & Seboim, quas euertit Dominus in furore, & ira. Et dicent omnes gẽtes. Propter quid fecit Dominus sic terræ huic? Quis furor iræ magnus hic? Et dicent. Quoniam dereliquerunt testamentum Domini Dei patrum suorum, quæ testatus est patribus eorum, quãdo eduxit eos de terra Ægypti: & euntes, seruierunt Dijs [ι] alijs, quos non nouerunt: [κ] neque distribuit eis: & iratus est furore Dominus in terram illam, ad inducendum in eam secundum omnia maledicta scripta in libro legis huius. Et abstulit eos Dominus de terra eorum in furore, & ira, & exacerbatione magna valde: & eiecit eos in terram alienam, sicut nunc. Occulta, Domino Deo nostro: manifesta autem, nobis, & filijs nostris in seculum, ad faciendum omnia verba legis huius.

A B C

α Quæ.] ὅσα. *S. Aug. q. 49.* quod mandauit, *vt videatur legisse* ὃ*c. atque ita in vulgata. Theodoretus q. 35* ὅσα ἐνετείλατο quæcunque mandauit: *licet interpres alio fortasse exemplari vsus habeat,* quod mandauit. β Dominus.] *Sic hebr. &c. In alijs additur* ὁ θεὸς ὑμῶν, *& S. Aug. q. 50.* Dominus Deus uester. γ Et seruis eius.] *Alij,* πᾶσι τοῖς θεράπουσιν αὐτοῦ *& S. Aug. ibidem* Et omnibus seruis eius. δ Magna.] *Ita libri veteres: & respondet vulgatæ, & hebræo. Apud S. Aug. additur,* & manum ualidam. *In quibusdam vero codicibus græcis ac Compl. & sunt ista* τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, *ac præterea,* καὶ τὸν βραχίονα τὸν ὑψηλόν. & brachium excelsum. ε Ego.] *Respondet hebræo, & chaldæo. In alijs codicibus est,* ὅτι οὗτος κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν. *& S. Aug. q. 51.* quia iste Dominus Deus uester: *quomodo fere vulgata.* ζ Numquid est aliquis.] *S. August. q. 52.* Ita dictum est, numquid est in uobis, ut tamquam requirentem intelligamus, ne forte sit. *& quod græce est,* μή τις ἐστιν, *posset etiam ita verti,* ne forte sit. η Procedi.] *In alijs est* πορεύσομαι *& ita S. Aug. apud quem, quoniam multæ sunt varietates, libuit totum locum adscribere, cuius etiam aliquas partes explanat.* Numquid est aliquis inter uos, uir, aut mulier, uel famulus, uel tribus, cuius mens declinauit a Domino Deo uestro ire seruire Dijs gentiũ illarũ? Nequam est in eo radix rursum germinans in felle, & amaritudine. Et erit, cum audierit uerba maledictionis huius; & opinabitur in corde suo dicens, sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedo. Vt non simul perdat peccatorem, & eum, qui sine peccato est, & c. *quorum postremorum verborum loco in vulgata est,* & absumat ebria sitientem. θ Libro hoc.] *In alijs* ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τούτου *& apud S. Aug.* in lib. legis huius ι Alijs.] *In multis codd. additur,* καὶ προσεκύνησαν αὐτοῖς. Et adorauerunt eos. κ Neque distribuit eis.] *Respondet omnino hebræo: & videtur posse subintelligi,* adorauerunt Deũ qui nullum illis beneficium est impartitus. *Symm.* οὐδὲ προσῆκον αὐτοῖς. Neque pertinebant ad eos, neq. utiles erant eis. *vulgata,* & quibus non fuerant attributi.

D

CAP. XXX.

ET erit, postquam venerint super te omnia verba hæc, benedictio, & maledictio, quam dedi ante faciem tuam, & admiseris in cor tuum, in omnib. gentibus, quocunque disperserit te Dominus illuc, & conuersus fueris ad Dominum Deum tuum, & exaudieris vocem eius secundum omnia, quæcunq. ego mãdo tibi [α] hodie, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; [β] & sanabit Dominus peccata tua, & miserebitur tui: & rursus congregabit te ex omnibus gentibus, in quos disperserit te Dominus illuc. Si fuerit dispersio tua a summo cæli usque ad summum cæli; inde congregabit te Dominus Deus tuus: & inde assumet te Do- E

A te Dominus Deus tuus. Et inducet te Deus tuus inde in terram, quam hæredita
uerant patres tui: & hæreditabis eam. Et bene tibi faciet, & abundantem te fa-
ciet super patres tuos. Et γ circumpurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis
tui diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; vt vi
uas tu. Et dabit Dominus Deus tuus maledictiones has super inimicos tuos, & su
per eos, qui oderunt te, qui persequuti sunt te. Et tu conuerteris, & exaudies vo
cem Domini Dei tui, & facies mādata eius, quæcunque ego mando tibi hodie.
Et δ benedicet te Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum, in fœ-
tibus ventris tui, & in fœtibus pecorum tuorū, & in fructibus terræ tuæ: quo-
B niam reuertetur Dominus Deus tuus lætari super te in bonis; sicut lætatus est su
per patres tuos: si exaudieris vocem Domini Dei tui, custodiendo mādata eius
& iustificationes eius, & iudicia eius scripta in libro legis huius. Si conuersus fue
ris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Quoniā
mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est ε supra modum, neque lō-
ge abs te est. Non in cælo ζ sursum est, η dicens: quis ascendet nobis in cælum, &
accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus? Neque trans mare est dicens:
Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, & auditum θ nobis
faciet illud, & faciemus? Prope te est verbum valde, in ore tuo, & in corde tuo,
C ι & in manibus tuis facere illud. Ecce dedi ante faciem tuam hodie vitam, &
mortem, bonum, & malum. Si exaudieris mandata Domini Dei tui, quæ ego
mando tibi hodie, diligere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus vijs
eius, & obseruare iustificationes eius, et iudicia eius; et viuetis, et multi eritis: et
benedicet te Dominus Deus tuus in omni terra, in quam ingrederis illuc hære-
ditare eam. Et si translatum fuerit cor tuum, et non exaudieris, et errans ado-
raueris Deos alios, et seruieris eis; annuncio tibi hodie, quia perditione perde-
mini; et non eritis longæui super terram, in quam vos transitis Iordanem illuc
hæreditare eam. Contestor vobis hodie cælum, et terram: Vitam, et mortem
D dedi ante faciem vestram, benedictionem, et maledictionem. Elige vitam κ tu
vt viuas tu, et semen tuum, diligere Dominum Deum tuū, exaudire vocē eius,
et adhærere ei: quoniā hoc vita tua, et longitudo dierū tuorū ad habitandū super
terrā, quam iurauit Dominus patribus tuis Abraham, et Isaac, et Iacob dare eis.

α Hodie.] *In hebræo additur*, tu, & filii tui. β Et sanabit Dominus peccata tua.] *Pro his in he-
bræo nunc est, vt in vulgata*, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua. γ Et circumpurgabit.]
Ita S. Aug. q. 53. S. Cyprianus lib. 1. testim. In nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, *&c.* δ Be-
nedicet.] *Alii codices* πολυωρήσει, *& vulgata*, abundare te faciet. ε Supra modum] *Ita S. Aug. q. 54. quod
græce est* ὑπέρογκος *& posset etiam verti* graue, intolerabile. ζ sursum] *Abest ista dictio ab aliquot codici-
bus, & Theodoreto q. 38. & a S. August. ibidem, & in locut.* η Dicens.] *S. Aug locis indicatis*, pro eo posuit
quod est ut dicas. θ Et auditum nobis faciet.] *Ita etiam Theodoretus, Alii, & Compl.* καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν
E *& S. Aug.* & audientes illud. *Sed nostra propius ad hebræum.* ι Et in manibus tuis.] *Sic etiam Theodore-
tus. Notat S. Aug. eadem q. hæc in versione ex hebræo non haberi, nec tamen frustra a lxx. esse addita.* κ Tu,
vt viuas.] *S. Cyprianus 3. testim.* tibi vt viuas.

CAP XXXI.

ET cōsummauit Moyses loquēs omnia verba hæc ad omnes filios Israel: &
dixit ad eos: Centum, & viginti annorum ego sum hodie: non potero vl
tra ingredi, & egredi. Dominus autem dixit ad me: non transibis Iorda-
nem

nem hunc Dominus Deus tuus qui præcedit ante faciem tuam, hic exterminabit gentes has a facie tua, & possidebis eos, & Iesus, qui præcedit ante faciem tuã sicut locutus est Dominus. Et faciet Dominus Deus tuus eis; sicut fecit Seon, & Og duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, & terræ eorum, secundũ quod exterminauit eos. Et [a] tradidit eos Dominus vobis: & facietis eis sicut mandaui vobis. Viriliter age, & cõfortare: ne timeas, neq. paueas, neq. stupeas a facie eorũ: quoniã Dominus Deus tuus, qui præcedit vobiscum in vobis, non te dimittet, neque te derelinquet. Et vocauit Moyses Iesum: & dixit ei coram omni Israel. Viriliter age, & confortare: tu enim ingredieris ante faciẽ populi huius in terram, quam iurauit Dominus patribus vestris dare eis: & tu in hæreditatẽ distribues eis. Et Dominus, qui [b] simul procedit tecum, non dimittet te, neque te derelinquet. Ne timeas, neque paueas. Et scripsit Moyses verba legis huius in libro: & dedit sacerdotibus filijs Leui, qui leuant arcam testamenti Domini, & senioribus filiorum Israel. Et mandauit Moyses eis in die illa dicens. Post septem annos in tempore anni remissionis in solennitate scenopegiæ, cũ simul procedit omnis Israel ad apparẽdũ in cõspectu Domini Dei vestri in loco, quẽ elegerit [γ] Dominus, legetis legẽ hanc corã omni Israel in aures eorum, conuocans populum, viros, & mulieres, & fœtus, & aduenam, qui in ciuitatibus vestris; vt audiant, atque vt discant timere Dominum Deum vestrum. Et audient facere omnia verba legis huius: & filii eorum, qui non nouerunt, audient, & discent timere Dominum Deum tuum omnibus diebus, quibus ipsi vixerint super terram, in quam vos transitis Iordanem illuc hæreditare eam. Et dixit Dominus ad Moysem. Ecce appropinquarunt dies mortis tuæ. Voca Iesum: & state ad ianuas tabernaculi testimonij; & mandabo ei. Et iuit Moyses, & Iesus ad tabernaculum testimonij, & steterunt apud ianuas tabernaculi testimonij. Et descendit Dominus in nube, & stetit apud ianuas tabernaculi testimonij. Et stetit columna nubis apud ianuas tabernaculi testimonij. Et dixit Dominus ad Moysem: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & exurgens hic populus exfornicabitur post Deos alienos terræ, in quam hic ingreditur: & derelinquent me: & dissipabunt testamentũ meũ, quod testatus sum eis. Et irascar furore in eos in die illa: & derelinquam eos: & auertam faciem meam ab eis: & erit [δ] esca. Et inuenient eũ mala multa, & tribulationes, & dicet in die illa: quoniam non est Dominus meus in me, inuenerunt me mala hæc. Ego autem auertendo auertam faciem meam ab eis in die illa propter omnia mala quæ fecerunt: quoniam abierunt ad Deos alienos. Et nunc scribite verba cantici huius: & docete illud filios Israel, & immittetis illud in os eorum; vt fiat mihi canticum hoc contra faciem testificans in filios Israel. Inducam enim eos in terram bonã, quam iuraui patribus eorum dare eis terram fluentem lac & mel: & comedẽt: & saturati fastidiẽt: & conuertentur ad Deos alienos, & seruient eis: et exacerbabunt me, et dissipabunt testamentum [a] meum. Et respondebit canticum hoc in faciem testificans Non enim tradetur obliuioni ab ore eorum, & ab ore seminis eorum. Ego enim noui malignitatem eorum, quæ faciunt hic hodie, antequam inducam eos in terram istam bonam, quam iuraui patribus eorum. Et scripsit Moyses canticum hoc in illa die: & docuit illud filios Israel. Et mandauit Iesu, & dixit: Viriliter age, & confortare. Tu enim induces filios Israel in terram: quam iurauit eis Domi-

nus:

A nus: & ipse erit tecũ. Postquam autem consummauit Moyses scribẽs omnia ver
ba legis huius in libro vsque in finem; & mandauit Leuitis, portantibus arcam te
stamenti Domini, dicens: Sumentes librum legis huius, ponite illum e latere ar
cæ testamenti Domini Dei vestri. Et erit ibi in te in testimonium: quia ego noui
contentionem tuam, & ceruicem tuam duram. Adhuc enim viuente me vobi-
scum hodie, ζ amaricantes eratis, quæ ad Deum: quomodo non etiam post
mortem meam? Conuocate ad me vestros principes tribuũ, & seniores vestros,
& iudices vestros, & magistros vestros, vt loquar in aures eorum omnia verba
hæc. Et ᵑ contestor eis cælum, & terram. Scio enim quia post obitum meum,
B iniquitate iniquitatem facietis, & declinabitis de via, quam mandaui vobis. Et
occurrent vobis mala ᶿ nouissimum dierum, quoniam facietis mala ante Do-
minum, exacerbando eum in operibus manuum vestrarum.

α T adidit.] *Hebræus habet, tradet: Sed vsitata est in scriptura horum temporum mutatio.* β Qui simul [i]ncedit tecum.] S. *Aug. in locut. videtur hoc loco habuisse, &* Dominus, qui comitabitur tibi, tecum: *neque longe abest ab hebræo.* γ Dominus.] *Abest dictio ista ab hebræo: sed suppletur etiam a vulgata. In Compl. autem additur* ὁ θεός σου, Deus tuus. δ E[s]ca.] *κατάβρωμα, idest,* vt deuoretur. *Vulgata* erit in deuorationem. ε Meum.] *In Compl. sequitur,* καὶ ἔσται ὅταν εὕρωσιν αὐτὸν κακὰ πολλὰ, καὶ θλίψεις, καὶ ἀντικαταστήσεται, Et erit, cum inuenerint eum mala multa, & tribulationes; & respondebit, *&c. quæ respondẽt hebræo.* ζ Amaricantes eratis, quæ ad Deum.] S. *Aug in locut* idest amaricabatis ea, quæ Dei sunt. η Contestor.] *διαμαρτύρομαι Compl. διαμαρτύρωμαι,* testificer. θ Nouissimum dierum.] S. *Aug in locut.* pro, in nouissimis diebus, aut in nouissimo dierum.

C

CAP. XXXII.

ET locutus est Moyses in aures vniuersæ ᵅ Ecclesiæ verba cantici huius vs-
que in finem. Attende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo
Expectetur, vt pluuia, eloquium meum: & descendant sicut ros, verba
mea: tanquam imber super herbam, & tanquam ᵝ stilla super gramen: Quoniã
nomen Domini vocaui. Date magnificentiam Deo nostro: Deus, veracia opera
eius, & omnes viæ eius, iudicia. Deus fidelis: & non est ᵞ iniustitia. Iustus, &
sanctus Dominus. Peccauerunt ᵟ non ei filii vituperabiles. Generatio praua, &
D peruersa, hæc Domino redditis? ᵋ sic populus stultus, & non sapiens? Nonne
hic ipse pater tuus possedit te, & fecit te, & ζ creauit te? Mementote dierum sæ-
culi: intelligite annos ζ generationum generationibus; interroga patrem tuũ,
& annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus
gentes, quando disseminauit filios Adam; constituit terminos gentium secun-
dum numerum ᵑ angelorũ Dei. Et factus est pars Domini, populus eius, Iacob;
funiculus hæreditatis eius Israel. ᶿ Necessaria tribuit ei in deserto, in ᶥ siti æstus,
in terra inaquosa: circunduxit eum, & erudiuit eũ, & custodiuit eũ, sicut pupillã
oculi: sicut aquila tegat nidum suũ: & super pullos suos ᵏ desiderauit: expandens
E alas suas suscepit eos, & assumpsit eos super scapulas suas. Dominus solus duxit
eos, non erat cũ eis Deus alienus. Ascendere fecit eos super λ fortitudinẽ terræ,
cibauit eos fructibus agrorũ. Suxerũt mel de petra, & oleũ ex dura petra: buty-
rũ boũ, & lac ouiũ, cũ adipe agnorum, & arietum, filiorum ᵐ taurorũ, & hircorũ
cum adipe renum tritici: & sanguinem vuæ bibit vinum. Et comedit Iacob, &
saturatus est; et recalcitrauit dilectus. Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus
est: et dereliquit Deum, qui fecit eum: et recessit a Deo salutatore suo. [Ir]ritaue
runt me in alienis: in abominationibus eorum exacerbauerunt me. Sacri[fic]aue
rũt Dæmoniis, et nõ Deo, Diis quos nõ nouerãt. Noui, et recẽtes venerũt; quos

nõ nouerũt patres eorũ Deum, qui te genuit, dereliquisti: et oblitus es Dei nu- A
trientis te. Et vidit Deus, & zelauit: & exacerbatus est propter iram filiorũ suo-
rum, & filiarum; & dixit: Auertã faciem meam ab eis: & ostendam, quid erit eis
in nouissimis diebus: quoniam generatio peruersa est: filii quibus non est fides
in eis. Ipsi ad zelum prouocauerunt me in non Deo, exacerbauerunt me in ido-
lis suis: & ego prouocabo eos ad zelum in non gente: in gente stulta irritabo il-
los. Quoniam ignis accensus est ex furore meo: ardebit vsque ad infernũ deor
sum. Deuorabit terram, & genimina eius, comburet fundamenta montium.
Congregabo in eos mala: & sagittas meas compugnabo in eos. Liquescentes
fame, & comestione auium: & opistothonus insanabilis. Dentes bestiarum B
immittam in eos, cum furore trahentium super terram. De foris sine liberis fa-
ciet eos gladius: & ex penetralibus pauor: Adolescens cum virgine, lactens cum
sene constante. Dixi, dispergam eos: & cessare faciã ex hominibus memoriale
eorum: Nisi propter iram inimicorum; vt non permaneant, vt non simul insur-
gant aduersarij. Ne dicant, manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc om
nia. Gens perdita consilium est: & non est in eis scientia. Non sapuerunt intel-
ligere: hæc suscipiant in sequens tempus Quomodo persequetur vnus mille, &
duo fugabunt decem millia? Nisi, quod Deus vendidit eos, & Dominus tradi-
dit eos? Quoniam non sunt, sicut Deus noster, Dij eorum. Inimici autem no- C
stri, amentes. Etenim ex vite Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum ex
Gomorra. Vua eorum, vua fellis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum vi-
nũ eorum, & furor aspidũ insanabilis. Nonne ecce hæc condita sunt apud me,
& signata sunt in thesauris meis? In die vltionis retribuam; cum labetur pes eo-
rũ. Quoniam prope est dies perditionis eis, & adsunt parata vobis. Quoniam
iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis consolabitur. Vidit enim
dissolutos eos, & deficientes in obductione, & remissos. Et dixit Do-
minus: Vbi sunt Dij eorum, in quibus fidebant in eis, quorum adipẽ sacrificio-
rum eorum comedebatis, & bibebatis vinum libaminum eorum? Exurgant, & D
auxilientur vobis: & fiant vobis protectores. Videte, videte, quia ego sum: &
non est Deus preter me. Ego occido, & viuere faciam percutiã, & ego sanabo.
Et nõ est, qui eruat de manibus meis. Quoniam leuabo in cælum manuũ meam
& iurabo dexteram meam, & dicam: Viuo ego in seculum; quia exacuam, vt
fulgur, gladium meum, & arripiet iudicium manus mea: & reddam vindictam
inimicis, & ijs qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas a sanguine:
& gladius meus comedet carnes de sanguine occisorum, & captiuitate a capite
principum inimicorum. Lætamini cæli simul cum eo: & adorent eum omnes
angeli Dei. Lætamini gentes cum populo eius: & confortentur in eo omnes E
filii Dei. Quoniam sanguinem filiorum suorum vindicabit: & vlciscetur, & re
tribuet vltionem inimicis; & iis, qui oderunt, retribuet. Et expurgabit Domi-
nus terram populi sui. Et scripsit Moyses canticum hoc in die illa: & docuit il-
lud filios Israel. Et ingressus est Moyses: & locutus est omnia verba legis huius in
aures populi, ipse, & Iesus filius Naue. Et finẽ fecit Moyses loquẽs omni Israel.
Et dixit ad eos: Attendite corde ad omnia verba hæc, quæ ego testificor vobis
hodie: quæ mãdabitis filiis vestris custodire, & facere omnia verba legis huius.
Quoniã non verbũ uanum hoc vobis: quoniã hæc vita vestra: & propter verbũ
hoc

A hoc lõgæui eritis super terrã, in quã vos trãsitis Iordanẽ illuc ad hæreditandũ. Et locutus est Dominus ad Moysẽ in die ista dicens: Ascẽde in montẽ istũ Abarim montẽ istũ Habay, qui est in terra Moab cõtra faciẽ Hiericho: & vide terrã Chanaam, quam ego do filijs Israel: & morere in monte, in quem ascendis illuc: & apponere ad populum tuum, quemadmodum mortuus est Aaron frater tuus in Or monte, & appositus est ad populum suum: quoniam increduli fuistis verbo meo in filijs Israel super aquam contradictionis Cades in deserto Sin: eo quod nõ sanctificastis me in filiis Israel. E regione videbis terram: & illuc non ingredieris.

B

α Ecclesiæ.] *In alijs additur* ἰσραὴλ, Israel: *quod est in hebræo, & vulgata.* β Stilla.] *Sic solet verti hoc*
loco νιφετός. *Sed solet significare niuem confertim decidentem: & hoc modo accipitur in catena in hoc canticum*
versa ab optimo Cardinali Caraffa. γ Iniustitia.] *In alijs, & in catena illa sequitur* ἐν αὐτῷ, in eo. δ Non
ei filij vituperabiles.] *Ita S. Aug. q. 55. cui locutio hæc magnam attulit difficultatem. videtur autem posse sic*
accipi, vt minime dicantur hi non peccare Deo, sed non esse filij Deo, id est ipsius Dei. Aquila, διέφθειραν αὐτῷ οὐχ
υἱοὶ (*al.* οἱ υἱοὶ) αὐτοῦ. Corruperunt se ei non filij eius. *Symm.* διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ υἱοὶ τὸ σύνολον. corruperunt se erga eum non filij omnino. ε Sic populus stultus.] *Accipiendũ est in casu vocandi, ac si diceretur,*
Siccine popule stulte? *ac respondet hebræo. In alijs libris & in catena est,* ὁ λαὸς, iste populus. ζ Creauit
te.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est* ἔπλασε *& solet verti,* plasmauit, finxit, formauit. ζ Annos generationum generationibus.] ἔτη γενεῶν γενεαῖς. *Alij* ἔτη γενεαῖς γενεῶν, annos, generationes generationum. *Catena*
ἔτι γενεαὶ γενεῶν, adhuc generationes generationum. *Compl.* ἔτη γενεᾶς γενεῶν, annos generationis generatio-
C num. *Hebræus habet,* annos generationis, & generationis. η Angelorum Dei.] *Ita Nouatianus in libro*
de Trinitate, qui sub nomine Tertulliani circumferebatur, & Rufinus in expositione symboli, & S. Gregorius
Papa in hom. 34. & S. Hieron. lib. 2. in Michæam. Huc etiam spectasse videtur. S. Chrys. in epist. ad Coloss. hom.
3. Hæc scribens. Principio secundum numerum gentium erant angeli; nunc autem non secundum numerum gentium, sed secundum numerum fidelium. *Et de hac re afferuntur multa in catena ex epistola Seueri ad*
Ioannem Tribunum. Aquila, & Symmachus κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν ἰσραὴλ, secundum numerum filiorum
Israel. *Catena etiam illa testatur sic ceteros interpretes edidisse. Huius varietatis facit etiam mentionem Origenes hom. 28 in Numeros.* θ Necessaria tribuit ei.] αὐτάρκησεν αὐτόν. *Ita etiam Chaldæus. Aquila, & Theodotio* εὗρεν αὐτόν, inuenit eum, *quod habet vulgata.* ι Siti æstus.] *Quasi dicat,* siti æstuosa. *Aquila,* ἐν ἀπόκτῳ
ἀοικήτῳ ἠρημωμένῃ, in inculta, inhabitabili horroris plena. κ Desiderauit.] ἐπεπόθησε. *Ita etiam in catena:*
& ita habet ex lxx. sanctus Hieronymus in cap. 23. Euang. sancti Matthæi. Compl. ἐπέτησεν, volauit, *&*
quod sequitur, διὰ ad marginem catenæ est ἐκπετάσας, *quod est expressius.* λ Fortitudinem] *Aquila.* ἐπὶ τὰ ὕψωμα τῆς γῆς, Super celsitudinem terræ. μ Taurorum.] *vulgata, vt hebræus, habet Basan.* ν Deorsum.]
D *In alijs codicibus, & in catena est* κατωτάτω, infimum. ξ Compugnabo.] συμπολεμήσω, *quasi dicat,* confertim iaculabor. *Catena* συνταράξω, conturbabo. *In ceteris libris* συντελέσω, consumam, *aut* complebo: *quomodo habet vulgata.* ο Comestione.] βρώσει, *quod scilicet comedantur ab auibus.* π Opisthotonus]
solet significare rigidam contractionem ceruicis ad scapulas: quæ interpretatio affertur etiã in catena. sed a
quibusdam vertitur morsus. *Dictio hebræa significat etiam excidium.* ρ Scientia.] *Aquila,* οὐκ ἔστιν
ἐν αὐτοῖς φρόνησις. εἴθε ἐσοφίσαντο, ἐνόησαν ταύτῃ, συνιήσουσιν εἰς ἐσχάτην αὐτῶν. non est in eis prudentia. Vtinam
meditarentur scire eã, intelligerẽt in nouissimo suo. *Schol.* εἰς ἐσχάτην, id est in nouissimis diebus suis: *quare*
nonnulli illud εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον *solent interpretari* in nouissimum tempus. σ Amentes.] *Vbi vulgata* iudices. τ Eis.] *Sic hebræus. In aliis est* αὐτῶν. eorum. υ Hæc.] *in multis libris additur* πάντα, omnia: *quod*
abest ab hebræo Catena. Symm. manifestius interpretatus edidit, μὴ οὐχὶ τοῦτο ἀπόκειται παρ' ἐμοί; nonne hoc repositum est apud me? φ vobis.] *Ita Collati codices. In hebræo est* eis. χ Consolabitur.] *Sic S. Aug.*
in locut. & affert duas explanationes Græce est παρακληθήσεται, *& posset etiam verti,* reuocabit se: *quod conue-*
E *nit cum hebræo: nec abhorret a vulgata, quæ habet* miserebitur. *De hoc vocabulo dictum est etiam in Gen.*
ψ Obductione] *Catena* ἐπαγωγὴ est tempus vltionis. *Alij interpretantur captiuitatem. De hac dictione*
alibi dicetur. ω Dexteram.] *S. Aug. in locut.* id est per dexteram meam. αα Angeli Dei.] *Ita S. Paulus ad*
heb. cap. 1. Iustinus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem, S. Hilarius in psal. 67. S. Epiphanius archiepiscopus Cypri in libro contra Ariomanitas, & catena. In alijs hoc loco est υἱοὶ θεοῦ, filij Dei *& paulo post, vbi nostra* υἱοὶ θεοῦ, *ipsi,* ἄγγελοι θεοῦ, angeli Dei. *quæ varietas indicatur etiam in Scholijs, & apud S. Aug. in locut.*
Ab hebræo, & a vulgata abest tota hæc pars: sicut vicissim a nonnullis græcis codicibus ea quæ sequitur, Lætamini gentes cum populo eius, & inualescant ei omnes filij Dei. *Et in hebræo quidem tantum est, vt in vulgata,* laudate gentes populum eius. *Quare in scholio scribitur pro* ἐκδικεῖται *Aquilam dixisse* αὐτοποιήσαντι, *licet*
in catena sit ἐποποιήσαντι vnum facit.

CAP XXXIII. A

ET [a] hæc benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei filios Israel, prius-
quam defungeretur. Et dixit: Dominus ex Sina venit: & alluxit ex Seir no
bis: & festinauit ex monte Pharan cum [β] decem millibus Cades: a dextris
eius angeli cũ eo, & pepercit populo suo: & omnes sanctificati sub manus tuas:
& hi sub te sunt. Et accepit de verbis ipsius legem; quam mandauit nobis Moy
ses, hæreditatem [γ] congregationibus Iacob. Et erit in dilecto princeps, con-
gregatis principibus populorum simul cum tribubus Israel. Viuat Ruben, & nõ
moriatur: & [δ] sit multus in numero. Et hæc ipsi Iuda: Exaudi Domine vocẽ Iuda:
& ad populum eius [ε] venias vtique. Manus ipsius dijudicabunt ei: & auxiliator B
ex [ζ] inimicis eris. Et ipsi Leui dixit; Date Leui [η] manifestationes eius, & veritatẽ
eius viro sancto: quem tentauerunt eum in tentatione: [θ] iurgati sunt in eũ su-
per aquã cõtradictionis: qui dicit patri, & matri, non vidi te: & fratres suos non
agnouit. & filios suos [ι] reprobauit: custodiuit eloquia tua: & testamentũ tuũ con
seruauit: manifestabunt iustificationes tuas ipsi Iacob, & legem tuam Israel: im-
ponent incensum in [κ] ira tua semper super altare tuum. Benedic Domine forti-
tudinem eius; & opera manum eius suscipe. [λ] Frange lumbos inimicorum insur
gentium in eum: & qui oderunt eum, non resurgant. Et ad Beniamin dixit: Dile
ctus a Domino habitabit fidens. Et Deus obumbrat super eũ omnibus diebus: C
& inter humeros eius requieuit. Et ad Ioseph dixit: A benedictione Domini
terra eius; [μ] a fructibus cæli, & rore, & ab abyssis fontium deorsum: &
a fructibus [ν] secundum horam solis conuersionum, & a [ξ] conuenientibus men-
sibus a vertice montium [ο] principij, & a vertice collium æternorum, & ad horã
terræ plenitudine. Et [π] accepta ei, qui visus est in rubo, veniant super caput Io-
seph, & super verticem glorificatus in fratribus. Primogenitus tauri pulchri-
tudo eius: cornua vnicornis cornua eius: in ipsis gentes ventilabit simul vsque
ad extremum terræ. Hæ myriades Ephræm: & hæ Chiliades Manasse. Et ad Za
bulon dixit: Lætare Zabulon in egressu tuo: & Issachar in tabernaculis [ρ] tuis: gẽ D
tes exterminabunt: & inuocabitis illic, & sacrificabitis ibi sacrificium iustitiæ:
quoniam [σ] diuitiæ maris lactabunt te, & emporia maritimam habitantium.
Et ad Gad dixit. Benedictus dilatans Gad, sicut Leo, requieuit, confringẽs bra-
chium, & principẽ. Et vidit [τ] primitiam suam, quia ibi diuisa est terra prin-
cipum collectorum simul cum ducibus populorum. Iustitiam Dominus fe
cit; & iudicium suum cum Israel. Et ad Dan dixit: Dan catulus Leonis: & prosi
liet e Basan Et ad Nephthali dixit. Nephthali, [υ] satietas acceptabiliũ: & sature-
tur benedictione a Domino: mare, & Africum hæreditabit. Et ad Aser dixit:
Benedictus a filijs Aser: & erit accæptus fratribus suis. Intinget in oleo pedem E
suum: ferrum, & æs calceamentum eius erit: sicut dies tui, fortitudo tua. Non
est, [φ] sicut Deus dilecti: qui ascendit super cælum, adiutor tuus, & magnificus
firmamenti. Et [χ] teget te Dei principatus, & sub fortitudine brachiorum æter
norum: & eijciet a facie tua inimicum, dicẽs, pereas. Et habitabit Israel fidens,
solus [ψ] super terram Iacob, in frumento, & vino. Et cælum tibi [ω] caligans rore
Beatus tu Israel. Quis similis tibi populus, qui saluaris a Domino: Scuto prote
get adiutor tuus: & gladius, gloriatio tua. Et mentientur tibi inimici tui: & tu
super ceruicem eorum conscendes.

A a Et hæc.] Ita etiam S. Aug. q. 56. & conuenit cum hebræo. A complutensi abest illud, Et, sicut a vulgata. b Cum decem millibus Cades.] σὺν μυριάσι κάδης. S. Aug. cum multis millibus Cades: qui etiam notat dictionem hebræam cades significare sanctitudinem. Quare Aquila vertit ἀπὸ μυριάδων ἁγιασμοῦ, ἀπὸ δεξιᾶς αὐτοῦ, à decem millibus sanctitatis, a dextera eius: quæ quidem phrasis hebræa significat, cum multis millibus sanctorum. & Theod. q. 44. Cades, id est, Sanctis. Cades autē hic nō desertū dicit, sed nominis notionē: Cades enim hebraica uoce sanctū significat. γ Congregationibus.] συναγωγαῖς. & hebræo conuenit dandi casus, In aliis codicibus est, συναγωγῆς. & apud S. Aug. congregationis Iacob. δ Et sit multus] In aliquot codicibus minus vetustis & in Compl. est, καὶ Συμεὼν ἔστω πολὺς ἐν ἀριθμῷ, Et Symeon sit multus in numero. Apollinaris, Accurata exemplaria non habent mentionem ipsius Symeon. Ita neq. S. Ambr in benedictionibus Patriarcharū c. 3 neq. Procopius Gazeus in com. in hūc librū habent Theodoretus vero cū q. 44 multa attulisset, cur statim post Ruben benediceretur Iudas, & hunc locum eodem modo recitasset, atque habet in nostra, ac docuisset licuisse Moysi tamquam legislatori mutare maledictionem à patre datam in benedictionem (quod etiam est Diodori Tharsensis in hūc librum) in extremo quæstione proposita, cur Moyses non benedixerit Symeon; ita respondet: Ruben habuit amorem erga fratrem occasionem benedictionis. Nam ob illum redemptus est à

B maledictione. Et Leui propter Moysem illū magnum assequutus est benedictionem. Nam qua tribus soluebat alius maledictiones; multo magis soluit suā. Symeon autem nullam habuit causam, cur benedictionē adipisceretur, &c. vulgata habet & sit paruus in numero. heb æus, & sint viri eius numerus: quod chaldaus interpretatur: & accipiant filii sui hæreditatem suam iuxta numerum eorum. ε Venias vtique.] ἐλθοῖς ἄν. Alius codex habet εἰσέλθοις ἄν, ingrediaris vtique: vt facile in alios potuerit irrepere ἐλθέτωσαν, veniant, aut, εἰσελθέτωσαν, ingrediantur. Theodoretus q 44. habet ἐλθέτω, veniat. ζ Inimicis] In aliis, & apud Theodoretum est ἐχθρῶν αὐτοῦ, inimicis eius.] η Manifestationes eius.] δήλους αὐτοῦ Theodoretus. Pectori enim Sacerdotis erat impositum rationale: hoc autem habebat manifestationem, & veritatem, &c. verum de ista dictione alibi S. Ambr. in lib. de benedictionibus cap. 3. Date Leui sortem suffragii eius, vt videatur legisse κλῆρον. θ Iurgati sunt in eum.] ἐλοιδόρησαν αὐτόν: fieri autem potest, vt verbum sit accipiendum transitiue, quemadmodum inquiunt, pro fecerunt eum iurgari, nimirum cum Deo. ι Reprobauit.] ἀπέγνω. alij οὐκ ἔγνω non cognouit. κ In ira tua.] Sic vetusti codices, & Theodoretus: & respondet vulgata, in furore tuo.

C Compl. habet ἐνώπιόν σου coram te. λ Frange] aut, prosterne, græce enim in collatis codicibus, & apud Theodoretum est κάταξον, Compl. πάταξον, percute, vt vulgata: hebræam dictionem alij vertunt, transfige. μ Fructibus.] ἀπὸ ὡρῶν. Dictio hebræa significat delicias & delicatos fructus. Vulgata de pomis cæli. S. Amb. eodem lib. cap 11: a finibus cæli: ut uideatur legisse ὅρων: & in nonnullis quidem codicibus est ὅρων. ν Secundum horam.] S. Ambr. fortasse non sine mendo, & secundum horam factam solis cursus græce est. καθ' ὥραν ἡλίου γενημάτων, quod uidetur significare, a fructibus tempestiuis, & delicatis, quemadmodū & paulo post, quod ex S. Ambrosio diximus ad horam, Theodoretus habet γενήματα, fructus. ξ Conuenientibus mensibus.] Sic S. Ambrosius, quod græce est καὶ ἀπὸ συνόδων, (aut quemadmodum habet Theodoretus, συνόδου) μηνῶν. Sed propius accederet ad hebræum, & vulgatam, si interpretaremur, a coitionibus lunarum. ο Principij.] Vulgata antiquorum. Sed vox hebræa significat etiam orientis S. Ambr. ab initio. π Et accepta.] S. Ambr. Et ab eo, qui visus est in rubo, veniat super caput Ioseph benedictio, & super verticem ipsius: honorificus sit inter fratres. ρ Suis.] Compl. σοι, tuis: quod habet vulgata. σ Diuitiæ maris.] Ita aliquot vetusti codices: in quibus deinde pro, ἐμπόρια, est ἐμπορεία, negociatio. Theodoretus, καὶ πλοῦτον θαλάσσης θηλάσει καὶ ἐμπορίας παραλίαν κατοικούντων, & diuitias maris sugent, & mercaturam habitantium iuxta mare. Compl. θηλάσει καὶ ἐν ἐμπορίᾳ, su-

D gens, & in abundantia, &c. τ Primitiam suam.] ἀπαρχὴν αὐτοῦ. quod posset etiam uerti principium, aut principatum. S. Ambr. cap. 8. & vidit ab initio suo. υ Satietas acceptabilium.] S. Amb cap. 10. satietas accipientium replebitur benedictione a Domino. Theodoretus. Symm. πλησμονὴ δεκτῶν, interpretatus est, πλησμονὴ εὐδοκίας, plenitudo beneplaciti. Quod eandem habet sententiam. Accepta enim sunt quæ bene placent. φ Sicut Deus dilecti.] S. Ambr. cap. 9. Non quinquam, sicut est Deus tuus in cælo, adiutor tuus, & magnus Dominus firmamenti. χ Et teget te.] Schol, alia exemplaria habent καὶ σκεπάσει σε θεοῦ ἀρχῆς. Et tegimen Dei principij. S. Ambr. Et protegens Deus initij. ψ Super terram Iacob.] Ita etiam S. Ambr. Aliqui codices, & Compl. πηγὴ Ἰακώβ, fons Iacob. Vulgata, oculus Iacob in terra frumenti, &c. ω Caligans rore.] Sic vulgata. S. Ambr. cum nebula roris erit.

CAP XXXIV.

E

ET ascendit Moyses ab Araboth Moab super montem Nabay in verticem Phasga, qui est super faciem Hierico. Et ostendit ei Dominus omnem terram Galaad vsque Dan, & omnem terram Nephthali, & omnem terram Ephræm, & Manasse, & omnem terram Iuda vsque ad mare vltimum, & desertum, & adiacētia Hierico, ciuitatem palmarum vsque Segor. Et dixit Dominus ad Moysem. Hæc est terra, quam iuraui ipsi Abraam, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro dabo eam. Et ostendi oculis tuis: & illuc non ingredieris. Et defun

ctus est Moyses famulus Domini in terra Moab per verbum Domini. Et sepelierunt eum [a] in Gai prope domum Phogor. Et non nouit quisquam sepulchrum eius vsque in diem hanc. Moyses autem erat centum & viginti annorum, cum defunctus est: non caligauerunt oculi eius, neque corrupta sunt labia eius. Et fleuerunt filij Israel Moysem in Araboth Moab super Iordanem contra Hiericho triginta diebus. Et consũmati sunt dies luctus fletus Moysi. Et Iesus filius Naue impletus est spiritu intellectus. Imposuit enim manus suas super eum. Et exaudierunt eum filij Israel: & fecerunt, sicut mandauerat Dominus Moysi. Et non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nouit Dominus eum, faciẽ ad faciem, in omnibus signis, & prodigijs: quem misit eum Dominus facere ea in terra Ægypto Pharaoni, & seruis eius, & vniuersæ terræ eius mirabilia magna, & manum validam, quæ fecit Moyses coram omni Israel. A B

a In Gai.] ἐν γαῖ, *quod significat* in valle. *In alijs libris est,* ἐν γῇ μωάβ, in terra Moab. *In hebræo est vtrumque,* in valle in terra Moab.

A
IESVS NAVE

CAP. I.

B ET factum est post mortem [a] Moysi, dixit Dominus Iesu filio
Naue, ministro Moysis, dicens: Moyses seruus meus mor-
tuus est. Nunc igitur exurgens transi Iordanem tu, & omnis
populus iste in terram, quam ego do eis. Omnis locus,
super quem [b] ascenderitis vestigio pedum vestrorum, vo-
bis dabo eum; quemadmodum dixi Moysi. Desertum &
Antilibanum vsque ad flumen magnum, flumen Euphra-
tem, & vsque ad mare vltimum ab occasu solis erunt fines vestri. Non resistet
homo ante faciem vestram omnibus diebus vitæ tuæ. Et sicut eram cum Moy
C se; ita ero & tecum: & non derelinquam te: neque despiciam te. Confortare,
& viriliter age. Tu enim distribues populo huic terram, quam iuraui patri-
bus vestris dare eis. Confortare igitur, & viriliter age ad custodiendum, &
faciendum, sicut mandauit tibi Moyses puer meus: & non declinabis ab eis in
dextram, neque in sinistram; vt intelligas in omnibus, quæcunque feceris.
Et non recedet liber legis huius ex ore tuo: & meditaberis in eo, die, ac nocte; vt
[c] scias facere omnia, quæ scripta sunt. Tunc [d] prosperaberis: & [e] prosperabis vias
tuas: & tunc intelliges. Ecce mandaui tibi. Cõfortare, & viriliter age: ne paueas,
neque timeas: quoniam tecum Dominus Deus tuus ad omnia, quocunque iue-
ris. Et mandauit Iesus scribis populi, dicens: Introite per medium castrorũ po-
D puli: & mandate populo, dicentes: Præparate cibaria: quoniam adhuc tres dies,
& vos transitis Iordanem hunc, intrantes possidere terram, quã Dominus Deus
patrum vestrorum dat vobis. Et ad Ruben, & Gad, & dimidium tribus Manasse
dixit Iesus: Mementote verbi, quod mandauit vobis Moyses puer Domini, di-
cens: Dominus Deus vester quiescere vos fecit: & dedit vobis terram hãc. Vxo-
res vestræ, & paruuli vestri, & pecora vestra habitẽt in terra, quam dedit vobis.
Vos autem transibitis [f] bene accincti priores fratribus vestris, omnis fortis, &
commilitabitis eis; quoadusque quiescere faciat Deus noster fratres vestros, si-
cut & vos: & hæreditẽt etiam hi terram, quam Dominus Deus noster dat eis. Et
E abibitis vnusquisque in hæreditatem suam, quam dedit vobis Moyses trans Ior
danem ad ortum Solis. Et respondentes Iesu dixerunt: omnia, quæcumque mã
daueris nobis, faciemus: & in omnem locum, quocunque miseris nos, ibimus.
Iuxta omnia, in quibus audiuimus Moysem, audiemus te: tantummodo sit Do-
minus Deus noster tecum; quemadmodum fuit cum Moyse. Homo autẽ, qui-
cunque incredulus fuerit tibi, & quicunque non audierit verba tua, secundum
quod mandaueris ei; moriatur. Sed confortare, & viriliter age.

[a] Moysi.]

α Moysi] *In aliis codicibus, & apud Theodoretum q. 1. sequitur* δούλου κυρίου, serui Domini: *quod etiam ha-* A
bet vulgata. β Ascenderitis vestigio.] ἐπιβῆτε τοῖς ἴχνεσι. *Ita etiam. Theodoretus q 2 & respondet hebræo Int.*
Orig. hom. 2. ascenderitis vestigijs. *Compl.* ἐπιβῇ τὰ ἴχνη, ascenderint vestigia. γ Vt scias facere omnia, quæ
scripta sunt.] *Ita etiam Comp. nisi quod addit* ἐν αὐτῷ, in eo. *Alij codices partim habent,* ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν
ποιῇς, vt intelligas in omnibus, quæcunque feceris, *partim.* ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν ποιῇς, ὅπως φυλάσσῃς ποιεῖν
πάντα *S. Cyprianus epist. 74. ad Pompeium,* Sed meditaberis in eo die, ac nocte; vt obserues facere omnia,
quæ scripta sunt in eo. *Lucifer Calar. lib. 1. pro S. Athanasio,* vt custodias facere. δ Prosperaberis &c.]
εὐοδωθήσῃ, *Absunt ista à Compl. vt a vulgata.* ε Prosperabis.] *Respondet hebræo. Aliqui codd. habent*
εὐοδώσεις. *& Lucifer ibidem,* tum dirigam vias tuas. ζ Bene accincti priores. εὔζωνοι πρότεροι, *S. Aug. in locut.*
expeditiores fratribus vestris.

CAP. II.

B

ET misit Iesus filius Naue de Sattin duos α iuuenes ad explorandum, dicēs:
Ascendite, & videte terram, & Hierico. Et profecti β duo iuuenes intra-
uerunt in Hierico: & intrarunt in domum mulieris meretricis, cui nomē
Raab: & quieuerunt ibi. Et annunciatum est regi Hierico, dicētes: Ingressi sunt
huc viri de filijs Israel ad explorandam terram. Et misit rex Hierico, & dixit ad
Raab dicens: Educ viros, qui ingressi sunt in domum tuam γ nocte: nam ad ex
plorandam terram venerunt. Et sumens mulier ambos viros, occultauit eos. Et
dixit illis; dicens: ingressi sunt ad me δ viri. Sed cum porta clauderetur in tene-
bris; & viri egressi sunt: nescio quo iuerint. Persequimini post eos ε si compre- C
hendetis eos. Ipsa autem ascendere fecit eos in solarium: & occultauit eos in li-
ni stipula constipata sibi super solarium. Et viri persequuti sunt post eos viam,
quæ super Iordanem ad transitus: & porta clausa est: Et factum est, postquā exie
runt persequentes post eos, & ipsi vero, priusquam ipsi dormirent; & ipsa vero
ascendit ad eos in solariū: & dixit ad eos: Scio, quia dedit vobis Dominus terrā.
Incidit enim timor vestri super ζ nos. Audiuimus enim, quia exiccauit Domi-
nus Deus rubrū mare a facie vestra; quando egrediebamini de terra Ægypti: &
quæcunque fecit duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanē, Seon,
& Og: quos exterminastis eos. Et audientes nos, obstupuimus corde nostro: & D
non stetit vltra spiritus in vllo η nostrum a facie vestra. Quoniā Dominus Deus
vester, Deus in cælo sursum, & super terram deorsum. Et nunc iurate mihi Do-
minum Deum; quoniam facio vobis misericordiam, & θ facite etiam vos mi-
sericordiam in domo patris mei; & viuificate domum patris mei, matrem meā
& fratres meos, & vniuersam domum meam, & omnia, quæcunque sunt eis, &
eximetis animam meam de morte. Et dixerunt ei viri: anima nostra pro vobis
in mortē. Et ipsa dixit: Postquā tradiderit Dominus vobis ciuitatē; facietis in
me misericordiam, & veritatem. Et demisit eos per ι fenestram: & dixit eis: In
montanam abite: ne occurant vobis persequentes: & latitabitis ibi tres dies; E
quoadusque reuerterint, qui persequuntur post vos: & postea abibitis in viā ve-
stram. Et dixerunt ad eam viri. Innoxij sumus a iuramēto tuo hoc. Ecce nos in-
tramus in partem ciuitatis: & pones signum, funiculum coccineum hunc liga-
bis ad fenestrā, per quā demisisti nos per eā. Patrem vero tuum, & matrem tuā,
& fratres tuos, & omnē domum patris tui cōgregabis ad teipsam in domū tuā.
Et erit, omnis, quicunque exierit portam domus tuæ foras; reus sibi ipsi erit:
nos autem innoxij a iuramento tuo hoc. Et quicumque fuerint tecum in domo
tua; nos rei κ erimus. Si quis autem nobis nocuerit, vel etiam reuelauerit ver-
ba

A ba nostra hæc, erimus innoxij a iuramento tuo hoc. Et dixit eis: Iuxta vestrum verbum sit. Et emisit eos: & ^λ^ iuerunt: & venerũt in montanam: & permanserũt ibi tres dies. Et exquisierunt ij, qui persequebantur, omnes vias: & non inuenerunt. Et reuerterunt ambo iuuenes: & descenderunt de monte: & transierunt ad Iesum filium Naue: & narrauerunt ei omnia, quæ sibi acciderant. Et dixerunt ad Iesum, quia tradidit Dominus omnem terram in manu nostra: & consternatus est omnis habitans terram illam a nobis.

α Iuuenes.] *Compl.* ἄνδρας, viros, *quemadmodum vulgata.* β Duo iuuenes.] *Et hæc absunt à Compl. vt a vulgata.* γ Nocte.] *abest hoc a vulgata, vt ab hebræo.* δ Viri.] *In Compl. additur*, καὶ οὐκ ᾔδειν πόθεν εἰσί, *quod vulgata*, sed nesciebam, vnde essent. ε Si.] *In Compl.* καὶ, &c. ζ Super nos.] *In Compl. sequitur*, καὶ κατέπτηχασι πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν: & elanguerunt omnes inhabitantes terram a vobis: *quod respondet hebræo.* η Nostrum.] *abest ab aliis, & a Theodoreti manuscriptis codicibus istud* ἡμῶν. θ Facite.] καὶ ποιήσατε *Compl* καὶ ποιήσετε, & facietis. ι Fenestram,] *In Compl. sequitur*, ὅτι ὁ οἶκος αὐτῆς ἐν τῷ τείχει καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτὴ κατῴκει: *quod in vulgata est*, quoniam domus illius in muro, & in muro ipsa habitabat. κ Erimus] *In Compl sequitur*, ἐὰν χεὶρ ἅψηται αὐτοῦ, si manus tetigerit illum, *quod respondet hebræo.* λ Et iuerunt.] *In ceteris fere omnibus codicibus hæc sequuntur*, καὶ ἔδησε τὸ σημεῖον τὸ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι καὶ ἀπορεύθησαν: & ligauit signum coccineum in fenestra. Et iuerunt.

CAP. III.

C ET diluculo surrexit Iesus mane, & promouit de Sattin. Et venerunt vsque ad Iordanem: & diuerterunt ibi, priusquam transirent. Et factũ est, post tres dies transierunt scribæ per castra: et mandauerunt populo, dicentes: Cum videritis arcam testamenti Domini Dei ^α^ nostri, & sacerdotes vestros, & leuitas tollentes eam; proficiscemini de locis vestris, & ibitis post eam, sed longum interuallum sit inter vos, & illam; quantum duo millia cubitorum, stabitis, ne propinquetis ei; vt sciatis viam, quam ^β^ ibitis eam. Non enim iuistis viã ab hesterna, & nudiustertiana die. Et dixit Iesus populo: Purificamini in crastinum: quoniam cras faciet Dominus in vobis mirabilia. Et dixit Iesus sacerdotibus. Tollite arcam testamenti Domini: & præcedite populum. Et leuauerunt

D sacerdotes arcam testamenti Domini, & ibant ante populum. Et dixit Dominus ad Iesum: In die hac incipio exaltare te in conspectu omnium filiorũ Israel vt cognoscant, quia sicut erã cum Moyse; ita ero & tecum. Et nunc manda sacerdotibus, qui leuant arcam testamenti, dicens: Cum intraueritis super partẽ aquæ Iordanis; & in Iordane stabitis. Et dixit Iesus filijs Israel: Accedite huc, & audite verbũ Domini Dei nostri. In hoc cognoscetis, quia Deus viuẽs in vobis, & exterminans exterminabit a facie nostra Chananæũ, & Chettæũ, & Pherezæũ, & Euæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Iebusæum. Ecce arca testamẽti Domini vniuersæ terræ transit Iordanem. Assumite vobis duodecim viros ex filijs

E Israel, vnum ex vnaquaque tribu. Et erit, cum quieuerint pedes sacerdotum leuantium arcam testamenti Domini vniuersæ terræ in aqua Iordanis; aqua Iordanis deficiet: aqua autem descendens ^γ^ stabit. Et promouit populus e tabernaculis suis, ad transeundum Iordanem. Sacerdotes autem leuauerunt arcã testamenti Domini priores populo. Dum autem ingrediebantur sacerdotes leuantes arcam testamenti in Iordanem; & pedes sacerdotum leuantium arcam testamenti Domini tincti sunt in parte aquæ Iordanis: Iordanes autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut ^δ^ dies messis tritici. Et steterunt aquæ descendentes desuper: stetit ^ε^ cõcretio vna recedẽs longe valde ^ζ^ vehementer

vsque

vſque ad partem cariathiarim. Quæ autem deſcendebat; deſcendit in mare Ara A
ba, mare ſalis; donec in finem defecit. Et populus ſtetit contra Hiericho. Et ſte-
terunt ſacerdotes leuantes arcam teſtamenti Domini ſuper aridā in medio Ior-
danis. Et omnes filij Iſrael tranſibāt per aridam, donec conſummauit omnis po
pulus tranſiens Iordanem.

a Noſtri.] *In aliquot codicibus, & apud S. Aug. q. 3. eſt* ὑμῶν, veſtri. *quæ varietas & in hoc ipſo capite, & alibi ſæpe notari poteſt.* b Quam ibitis eam.] *Ita S. Aug. in locut. quamuis q. 3. habeat* in eam *In Com. eſt,* ἣν πορεύεσθε ἐν αὐτῇ, qua itis in ea. γ Stabit.] *In Compl. ſequitur* ἄνωθεν ὡς σωρὸς καὶ ἐγένετο ὡς ἀπῆρεν, deſuper tanquam cumulus. Et factum eſt, vt promouit. *Atque iſta quidem,* καὶ ἐγένετο ὡς, *ſunt etiam in aliis codicibus.* δ Sicut dies] *Compl.* ὡς ἐν ἡμέραις, *& S. Aug. q. 3.* ſicut in diebus. ε Concretio] *Theodoretus* Iſtud quidem πῆγμα. Symm. interpretatus eſt ἄσκωμα, tumorem in modum vtris inflati. Cohibitus B
enim aquarum fluxus, inſtar vtris tumeſcebat, & in faſtigium attollebatur. ζ Valde vehementer.] *In aliis eſt,* σφόδρα σφόδρα ἀπὸ Ἀδαμί. *In Compl. autem* σφόδρα σφοδρῶς ἀπὸ Ἀδαμὶ τῆς πόλεως, valde vehementer ab Adami vrbe: *quod reſpondet hebræo.*

CAP. IV.

ET poſtquam conſūmauit omnis populus tranſiens Iordanem & dixit Dominus Ieſu, dicens: Aſſumēs viros de populo, vnum ex vnaquaque tribu, præcipe a eis: Et tollite de medio b Iordanis paratos duodecim lapides & hos transferentes ſimul γ vobiſcum ipſis, ponite eos in caſtris veſtris, vbicū- C
que caſtrametati fueritis ibi nocte. Et reuocans Ieſus duodecim viros de hono ratis ex filijs Iſrael, vnum ex vnaquaque tribu, dixit eis: Accedite δ coram me ante faciem Domini in medium Iordanis. Et auferens inde vnuſquiſque lapidem, tollat ſuper humeros ſuos ſecundum numerum duodecim tribuum Iſrael: vt ſint vobis hi in ſignum ε poſitum ſemper. Vt quando interrogauerit te filius tuus cras dicens. Quid ſunt lapides hi nobis? Et tu manifeſtabis filio tuo dicens: quoniam defecit Iordanis fluuius a facie arcæ teſtamenti Domini vniuerſæ terræ; dum tranſibat eū. Et erunt vobis lapides iſti memoriale filijs Iſrael vſque in æternum. Et fecerunt filij Iſrael, ſecundum quod mandauit Dominus D
Ieſu. Et aſſumentes duodecim lapides de medio Iordanis, ſicut præcepit Dominus Ieſu in conſūmatione tranſitus filiorum Iſrael; & portauerunt vna ſecum in caſtra: & depoſuerunt ibi. Statuit autem Ieſus & alios duodecim lapides in ipſo Iordane in loco, qui fuit ſub pedibus ſacerdotum leuantium arcam teſtamenti Domini. Et ſunt ibi vſque in hodiernam diē. Steterunt autem ſacerdotes, qui leuabant arcam teſtamēti in Iordane: quoadusq. cōsūmauit Ieſus ζ omnia; quæ mādauit Dominus annunciare populo. Et feſtinauit populus & tranſierunt. Et factum eſt, poſtquam conſūmauit omnis populus tranſire; & tranſiuit arca teſtamenti Domini; & lapides ante eos. Et tranſierunt filij Ruben, & filij Gad, & E
dimidij de tribu Manaſſe parati ante filios Iſrael, ſicut mandauerat eis Moyſes: quadraginta mille bene accincti in pugnam tranſierunt coram Domino in bellū ad Hierico ciuitatē. In illa die auxit Dominus Ieſum coram vniuerſo genere Iſrael: & timebant eum, ſicut Moyſem, quanto tempore vixit Et dixit Dominus ad Ieſum dicens: Manda ſacerdotibus portantibus arcam a teſtamenti teſtimonij Domini aſcendere e Iordane. Et mandauit Ieſus ſacerdotibus, dicens: Aſcendite e Iordane. Et factum eſt, poſtquam aſcenderunt ſacerdotes leuantes arcam teſtamenti Domini e Iordane, & poſuerunt pedes ſuper terram; & fluxit aqua

A aqua Iordanis ad regionem: & ibat, ſicut heri, & nudius tertius per totam crepidinem. Et populus aſcendit e Iordane decima menſis primi. Et caſtrametati sũt filii Iſrael in Galgalis ad partem, quæ eſt ad ortum ſolis a Hiericho. Et duodecim lapides iſtos, quos ſumpſit ex Iordane, ſtatuit Ieſus in Galgalis, dicẽs: Quãdo interrogãt vos filii veſtri dicẽtes, quid ſunt lapides hi? annũciate filiis Iſrael, quia ſuper aridam tranſiit Iſrael Iordanem hunc, exiccante Domino Deo noſtro aquam Iordanis ante eos, quoadusque tranſierũt: ſicut fecit Dominus Deus noſter rubrum mare: quod exiccauit Dominus Deus noſter ante nos; quoaduſq. præteriuimus: Vt cognoſcant omnes gentes terræ; quia virtus Domini fortis eſt;

B & vt vos reuereamini Dominum Deum noſtrum in omni [θ] opere.

[α] Eis.] *In aliis additur*, λέγων, dicens, *vt in hebræo.* [β] Iordanis.] *In Compl. ſequitur* ἀπὸ στάσεως ποδῶν τῶν ἱερέων, è ſtatione pedum Sacerdotum, *quæ reſpondẽt hebræo, & vulgata.* [γ] vobiſcum ipſis.] ὑμῖν αὐτοῖς *ſic legendum, non* καὶ αὐτοῖς, *quemadmodum habet Compl.* [δ] Coram me.] ἔμπροσθεν μου. *Abſunt hæc a Com. vulgata habet,* Ite ante arcam Domini Dei veſtri. [ε] Poſitum] *In Compl. eſt* κείμενα, politi. [ζ] Omnia.] *In Com. additur* τὰ ῥήματα verba, *quod reſpondet hebræo.* [η] Teſtamenti teſtimonij] *Sic etiam Com. & notat iſtam locutionem S. Aug. q. 5. Sed hebræus habet tantum* teſtimonij. *vulgata* fœderis. [θ] Opere.] ἔργῳ. *Sic etiam habet alius liber. In ceteris eſt* χρόνῳ, tempore, *ut uulgata.*

CAP. V.

C ET factum eſt, vt audierunt reges Amorræorum, qui erant trans Iordanem & [α] reges Phœniciæ, qui iuxta mare, quia exiccauit Dominus Deus Iordanem fluuium ante filios Iſrael, dum ipſi tranſirent; & liquefactæ ſunt eorum mentes, & conſternati ſunt: & non erat in eis prudentia vlla a facie filiorum Iſrael. Sub hoc autem tẽpus dixit Dominus Ieſu: Fac tibi ipſi cultros [β] petrinos de petra acuta: & ſedens circuncide filios Iſrael ſecundo. Et fecit [γ] Ieſus cultros petrinos acutos: & circumcidit filios Iſrael in loco, qui vocatur collis præputiorum. [δ] Hoc autẽ modo circumpurgauit Ieſus filios Iſrael. Quicunq. aliquan-

D do nati fuerant in via, & quicunque aliquando incircuncisi erant eorum, qui exierant ex Ægypto: omnes iſtos circuncidit Ieſus. Quadraginta enim [ε] & duobus annis conuerſatus eſt Iſrael in deſerto [ζ] Mabdaritide. Ideo [η] incircunciſi erãt illorum plurimi, pugnatorum, qui exierunt de terra Aegypti, qui inobediẽtes fuerant mandatis Dei: quibus & [θ] definierat, ne viderent illi terram, quam iurauerat Dominus patribus eorum [ι] dare terram fluentem lac, & mel. Pro his autem ſubſtituit filios eorũ; quos circumcidit [κ] Ieſus, eo quod nati fuiſſent in itinere, incircunciſi. Circunciſi autem quietem habuerunt illic ſedentes in caſtris donec ſanati ſunt. Et dixit Dominus ad Ieſum filium Naue: In hodierna die abſtuli opprobrium Ægypti a vobis. Et vocauit nomen loci illius [λ] Galgala. Et

E fecerunt filii Iſrael paſcha quartadecima die menſis a veſpera ſuper [μ] occaſum Hierico [ν] trans Iordanem in campo. Et comederunt de frumento terræ azyma, & noua. In hac die defecit Manna; poſtquam ipſi manducauerunt de frumẽto terræ: & non vltra affuit filiis Iſrael Manna. Et comederunt de fructu regionis Phœnicum [ξ] in anno illo. Et factum eſt, cum eſſet Ieſus in [ο] Hiericho, & reſpiciens oculis vidit hominem ſtantem contra ſe, & gladius euaginatus in manu eius. Et accedẽs Ieſus dixit ei: Noſter es, an aduerſariorum? At ille dixit ei: Ego ſum princeps militiæ virtutis Domini: nunc adueni. Et Ieſus cecidit in faciem

ſuper

ſuper ᵅ terrã,& dixit ei: Domine, quid præcipis tuo famulo? Et ait princeps mi A
litiæ Domini ad Ieſum: Solue calceamentũ de pedibus tuis: locus enim in quo
nunc ſtas ſuper eum, ᵖ ſanctus eſt.

α Reges.] *Compl.* πάντες οἱ βασιλεῖς, cuncti reges, *vt vulgata.* β Petrinos de petra acuta.] *Ita etiam codices Theodoreti manuſcripti. Nam in impreſsis multa deſunt. A Compl. abeſt illud* ἐκ πέτρας ἀκροτόμου. *S. Aug. q.6.* Fac tibi ipſi cultros de petra acutos, vel, ſicut habet græcus, de petra acuta. *S. Cypr. l.1. teſt.* Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & aſſidẽs circumcide ſecundo filios Iſrael. *Illud autem* ἐκ δευτέρου, *Theodoretus in manuſcriptis exemplaribus interpretatur* pro eo, ac ſi diceret ex ſecunda hac legis latione. *In hebræo eadem dictio ſignificare poteſt petram & acutum.* γ Et fecit.] *In aliis additur* ἑαυτῷ, *& S. Aug.* ſibi ipſe. δ Hoc autem modo.] *Ita fere S. Aug. ibidem: Compl. autem longe aliter: Et in græcis commentarijs inſertum eſt hoc Scholion ex Theodoreto.* In alia editione vſque ad illud, Quadraginta enim & duobus annis non hoc modo propoſitus locus habet, ſed potius iſto. καὶ οὗ ὁ λαὸς (*Compl.* λόγος,) ὃν περιέτεμεν Ἰησοῦς. πᾶς ὁ λαὸς ὁ πορευόμενος (*Compl.* οἱ ἐκπορευόμενοι) ἐξ Αἰγύπτου, τὸ ἀρσενικὸν πάντες ἄνδρες πολέμου, οἱ ἀπέθανον ἐν τῇ ὁδῷ (*Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδῷ) ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὅτι περιτετμημένοι ἦσαν (*additur in Compl.* πᾶς ὁ λαὸς ὁ ἐξελθών) καὶ πᾶς ὁ λαὸς οἱ γεννηθέντες ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδῷ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου οὐ περιετμήθησαν. Et hic populus quem (*Compl.* & hoc verbum, quo) circuncidit Ieſus. Omnis populus pergens (*Compl.* egredientes) ex Aegypto maſculinũ, omnes viri belli, qui mortui ſũt in via (*Com.* in deſerto, in via) egreſsis ipſis è terra Ægypti, quoniã circũciſi erãt (*additur in Com.* omnis populus egreſſus.) Et omnis populus qui nati fuerãt in deſerto in via, egreſsis ipſis è terra Aegypti, non erant circunciſi. Deinde τεσσαράκοντα ἔτη, quadraginta annis. & quæ ſequuntur. *Quæ quidem & præſertim Complutenſia valde reſpondent hebræo.* ε Et duobus.] *Hoc abeſt a Compl. vt a vulgata. ſed non a S. Aug. Exodi etiam 16. ponuntur anni. 40.* ζ In deſerto Mabdaritide.] *Alii codices* μαδμαρίτιδι, *aut* μαγδαρίτιδι, Madmaritide, *aut* Magdaritide. *S. Aug.* Mabdarich. *Abeſt autem a Compl. & fieri poteſt, vt ſint duæ eiuſdem vocis interpretationes, & vna retinuerit nomen ipſum hebræum, quod ſignificat deſertũ, inflexũ ad formã græcã.* η Ideo incircunciſi erant.] *Explicat hunc locum S. Aug.* Et *Int. Orig. ad initium homiliæ ſextæ,* qui non obedientes fuerunt mandatis Domini, incircunciſi dicuntur. *Vulgata habet*, donec conſumerentur, qui non audierunt vocem Domini. C θ Definient.] *In aliis ſequitur* κύριος αὐτοῖς, *& S. Aug.* Dominus eis. ι Dare.] *In aliis additur* ὑμῖν vobis, *aut* ἡμῖν, nobis, *quod habet hebræus S. Aug.* dare illis. κ Ieſus.] *In aliis ſequitur,* ὅτι ἀκρόβυστοι ἦσαν, quoniã præputiati erant. *Sed non apud S. Aug.* λ Galgala.] *Theodoretus q.3.* quod nomen libertatem ſignificat. *Ceterum in aliis libris, adiungitur* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καὶ παρενέβαλον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν Γαλγάλοις, vſque in diem hanc. Et caſtrametati ſunt filii Iſrael in Galgalis. μ Occaſum.] *Rurſus eſt dictio illa, quæ, vt diximus, poteſt ſignificare loca demiſſa, & campeſtria.* ν Trans Iordanem.] *Abeſt hoc ab aliis. Ab hebræo autem & hoc, & quod ſequitur,* in cãpo. ξ Phoenicum.] *Interpres Orig.* palmarum. ο In Hiericho.] *S. Aug. in locut.* In Hiericho dictum eſt, in terra, quæ pertineret ad Hiericho. π Terram.] *In aliis libris hæc ſequuntur* καὶ προσεκύνησεν, *& in quibuſdam additur* αὐτῷ, & adorauit eum: *quæ tamen neque a Iuſtino Martyre in dialogo adu. Tryphonem, neque a S. Cypriano lib. 2 teſt. hunc locum afferentibus referuntur. S. Aug. etiam q.7. hæc tantum habet*, & proſtratus in terram dixit. *Interpres vero Orig.* Et cum hoc audiſſet Ieſus, adorauit, & dixit. ρ Sanctus eſt.] *Ita etiam vulgata. Theodoretus q.5.* τόπος ἅγιός ἐστι, locus ſanctus eſt. *Iuſtinus.* γῆ ἁγία ἐστί, *& S. Cyprianus ibidem*, terra ſancta eſt, *itemque Int. Origenis.* D

CAP. VI.

ET Hierico clauſa, ac ᵅ munita: & nemo prodibat ex illa, neque introibat. Et dixit Dominus ad Ieſum. Ecce ego trado tibi ſubiugatam Hierico, & regem eius, qui eſt in ea, potentes, ᵝ qui ſunt in fortitudine: Tu ᵞ autem admoue ei bellatores in circuitu. Et erit, poſtquam cecineritis tuba; conclamet omnis populus ſimul. Et conclamantibus eis cadent ſponte mœnia ciuitatis, & introibit omnis populus impetum faciens vnuſquiſque ſecundum faciẽ in ciuitatem. Et intrauit Ieſus filius Naue ad ſacerdotes: & dixit illis, dicens: An- E
nunciate populo circũire, & circundare ciuitatem: & bellatores prætergrediãtur armati ante Dominum. Et ſeptem ſacerdotes habentes ſeptem tubas ſacras prætergrediãtur ſimiliter ante Dominũ: & ſignificent ᵟ conſonanter. Et arca teſtamenti Domini inſequatur. Bellatores autem prætergrediantur in anteriori parte. Et ſacerdotes claudentes agmen poſt arcam teſtamenti Domini clangentes. Populo autem mandauit Ieſus dicens: Ne clametis, neque audiat vllus vocẽ veſtram; quoadúſque diem annunciet ipſe acclamãdi: & tunc acclamabitis.

Et

A Et circumiens arca testamenti Dei, statim abiit in castra: & dormiuit ibi. Et die
secunda surrexit Iesus mane: & leuauerunt sacerdotes arcam testamenti Domi
ni: & septem sacerdotes portantes septem tubas præcedebant ante Dominum:
& post hæc ingrediebantur bellatores, & reliqua turba post arcam testamenti
Domini. Et sacerdotes clanxerunt tubis: & reliqua turba omnis circuiuit ciuita
tem sexies de propinquo. Et abiit rursus in castra. Sic faciebat per sex dies. Et
die septima surrexerunt diluculo: & circumierunt ciuitatem in die illa septies
Et factum est, circuitu septimo clanxerunt sacerdotes. Et dixit Iesus filiis Israel:
Vociferamini: Tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Et erit ciuitas anathe
B ma, ipsa, & omnia, quæcunque sunt in ea, Domino Sabaoth. Tantum Raab me
retricem incolumẽ seruate eam, & omnia quæcunque sunt in domo eius. Sed
vos obseruate valde ab anathemate, ne forte in animum inducentes vos ipsis su
matis de anathemate, & faciatis castra filiorum Israel anathema, & exteratis nos
Et omne argentum, vel aurum, ε vel æs vel ferrum, sanctum erit Domino: in
thesaurum Domini inferetur. Et clanxerunt tubis sacerdotes. Vt vero audiuit
populus tubas; ζ iubilauit vniuersus populus simul iubilatione magna, & for-
ti. Et cecidit vniuersus murus in circuitu. Et ascendit vniuersus populus in ciui
tatem. Et anathemauit eã Iesus, & quæcunq. erant in ciuitate ab homine & vsq.
C ad mulierem, a iuuene, & vsq. ad senem, & vsque ad vitulum, & subiugale in ore
gladii. Et ambobus iuuenibus, qui explorauerant, dixit Iesus: Introite in domũ
mulieris: & educite eam inde, & quæcunque sunt ei. Et intrauerunt ambo iuue-
nes, qui explorauerant ciuitatem, in domum mulieris & eduxerunt Raab mere
tricẽ, & patrẽ eius, & matrẽ eius, & fratres eius, & cognationem eius, & omnia
quæcunque erant ei: & collocarunt eam extra castra Israel. Et ciuitas incensa est
in incẽdio cum omnibus, quæ in ea. Tantummodo argentum, & aurum, & æs,
& ferrum dederunt in Thesaurum Domini inferri. Et Raab meretricẽ, & vni-
uersam domum eius paternam viuificauit Iesus. Et habitauit in Israel vsque in
D hodiernam diem: eo quod occultauit exploratores, quos miserat Iesus ad ex-
plorandam Hiericho. Et iurauit Iesus in die illa ante Dominum, dicens: Male-
dictus homo, qui η ædificabit ciuitatem hãc. In primogenito suo fundabit eam,
& in minimo suo collocabit portas eius. θ Et ita fecit Hozan, qui ex Bæthel. In
Abiron primogenito fundauit eã: & in saluato nouissimo imposuit portas eius.
Et fuit Dominus cum Iesu: & fuit nomen eius per omnem terram.

α Munita.] *In Compl. additur* ἀπὸ τ̃ προσώπου υἱῶν ἰσραήλ, à facie filiorum Israel: *quod respondet hebræo.*
β Qui sunt in fortitudine.] ὄντες ἐν ἰσχύϊ. *Ab aliis abest illud,* ὄντες, *à Compl. vero etiam illud* ἐν. *Et S. Aug. in*
locut. potentes fortitudine. γ Tu autem admoue.] *In hoc capite tot, ac tam insignes varietates, cum in*
E *verbis, tum in verborum ordine, & numero sunt, vt præstet ipsos adire codices, præsertim Complutensem, atque*
inter se conferre. δ Consonanter.] εὐτόνως, *hoc sensu videtur accipi ab Origene, & posset etiam verti,* vehe
menti, & contenta voce. *Alii interpretantur* assidue; *quasi scriptum sit* ἐκτενῶς. ε Vel æs.] *Ita etiam Cyril*
lus. Alii libri, καὶ πᾶς χαλκὸς, & omne æs. ζ Iubilauit.] *Sic interpreti Origenis magis placet verti,* ἠλάλαξε,
& sic etiam solet in psalmis: vt ibi dicetur. η Qui ædificabit.] *Ita etiam* Theodoretus *q. 8. S. Aug. q. 19.*
qui resuscitabit, & ædificabit: *atque alii codices,* ὃς ἀναστήσει, καὶ *(Compl.* ἢ*)* οἰκοδομήσει. *quod respondet hebræo.*
θ Et ita fecit.] *Hæc vsque ad illud,* Et fuit, *absunt a Compl. vt à vulgata. Theodoretus etiam non videtur*
illa agnoscere. Nam cum hanc maledictionem explicasset, addit eius in historia regnorum mentionem fieri, (ni-
mirum 3. reg. 16.) quasi hic ista non commemorentur. Habet tamen S. Aug. q. 19. & putat à lxx. esse interposi-
ta, qui factum esse nouerant.

A

CAP. VII.

ET deliquerunt filij Israel delictum ª magnum: & vsurpauerunt de anathemate. Et sumpsit Achar filius Charmi filii Zambri filii Zara ex tribu Iuda de anathemate. Et indignatus est Dominus ira filiis Israel. Et misit Iesus viros in Gai, quæ est ᵝ contra Bethel, dicens: Explorate Gai. Et ascenderunt viri, & explorauerunt Gai: & reuerterunt ad Iesum, & dixerunt ad eū. Non ascēdat omnis populus: sed quasi bis mille, aut ter mille viri ascendant, & expugnēt ciuitatē. Ne adduxeris illuc populū vniuersum. Pauci enim sunt. Et ascēderūt circiter ter mille viri: & fugerunt a facie virorū Gai. Et interfecerunt de eis viri Gai ad triginta sex viros: & persequuti sunt eos a porta, & contriuerūt eos a decliui. Et expauit cor populi: & factum est, vt aqua. Et discidit Iesus vestimenta sua. Et cecidit Iesus super terram in faciem ᵟ ante Dominum vsque ad vesperam, ipse, & seniores Israel: & miecerunt puluerem super capita sua. Et ait Iesus: Precor ª Domine: vt quid ᶜ transierit puer tuus populum hunc Iordanē ad tradendum eum Amorræo, ad perdendum nos? Et ª vtinam mansissemus, atque habitassemus apud ᵍ Iordanem. Et quid dicam, quia uertit Israel ceruicem coram inimico suo? Et audiens Chananæus, & omnes inhabitantes terram vndique circundabunt nos, & exterent nos de terra. Et quid facies nomen tuum magnum? Et dixit Dominus ad Iesum: Surge. Vt quid hoc tu cecidisti in faciem tuam? Peccauit populus, & transgressus est testamentum, quod disposui ad eos: ᶦ furati de anathemate miecerunt in vasa sua: & non poterūt filii Israel subsistere ad faciem inimicorum suorum: ceruicem vertent coram inimicis suis, quia facti sunt anathema. Non adiiciam vltra esse vobiscum; nisi abstuleritis anathema ex vobis ipsis. Surgens sanctifica populum: & dic, vt sanctificentur in crastinum: ª Hæc dicit Dominus Deus Israel. Anathema est in vobis. Non poteritis resistere coram inimicis vestris: quoadusque abstuleritis anathema ex vobis. Et congregabimini omnes mane per tribus: & erit tribus, quā ostenderit Dominus. Applicabitis per populos: & populum, quem ostenderit Dominus, applicabitis per domum: & domum, quam ostenderit Dominus, applicabitis per virum. Et quicunque deprehensus fuerit, comburetur in igni: & omnia, quæcūque sunt ei: quoniam transgressus est testamentum Domini, & fecit iniquitatem in Israel. Et diluculo surrexit Iesus: & applicuit populum per tribus: & deprehensa est tribus Iuda. Et applicata est per populos: & deprehensa est populus Zarai. Et applicatus est per virū: & deprehēsus est Achar filius Zabri filii Zara. Et dixit Iesus ad Achar: Da gloriā hodie Domino Deo Israel, & da confessionem: & annuncia mihi, quid fecisti: & ne abscondas a me. Et respōdit Achar Iesu, & dixit: Vere peccaui coram Domino Deo Israel. Sic, & sic feci. Vidi in præda ᵋ vestem variam, & ducentas didrachmas argēti, & linguam vnā auream quinquaginta didrachmarum: & animo commotus illa cepi. Et ecce ipsa ascōdita sunt in tabernaculo meo: & argentū occultatū est sub eis. Et misit Iesus nūcios: & cucurrerūt ad tabernaculū in castra: & hæc erāt abscōdita in tabernaculo eius, & argentū sub eis. Et exportauerūt ea de tabernaculo: & attulerunt ad Iesū & seniores Israel. Et posuerūt ea ante Dominū. Et cepit Iesus Achar filiū

B C D E

A Zara ^π^ & duxit eum in vallem Achor,& filios eius,& filias eius,& vitulos eius,
& subiugalia eius,& omnes oues eius,& tabernacula eius, & omnia, quæ erant
eius. Et omnis ^ρ^ populus cum eo,& adduxiit eos in ^σ^ Emec Achor. Et ait Iesus
ad Achar. Quid turbasti nos? Exturbet te Deus, secundum quæ & hodie. Et lapi
dauerunt eum lapidibus omnis ^τ^ Israel:& superposuerunt ei aceruum lapidum
^υ^ magnũ. Et cessauit Dominus ab indignatione ^φ^ iræ. Propter hoc cognomina-
uit illud Emec Achor vsque in diem hanc.

α Magnum.] *Abest hoc à Compl. vt ab hebræo. Lucifer in lib. de non parcendo in Deum delinquentibus.*
Et neglexerunt filii Israel negligentia:& fraudauerunt fraude de anathemate. β Contra Bæthel.] *Ita fe-*
B *re Lucifer. In aliis* κατὰ Βαιθαυν κατ᾽ ἀνατολὰς Βαιθὴλ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς λέγων. ἀναβάντες κατασκέψασθε, ad Bethauen, ad oriẽ
tem Bæthel. Et dixit eis dicens: Ascendentes explorate. γ Et contriuerunt.] *Lucifer* & contribulaue
runt illos in procliui *Alii* ἕως συνέτριψαν αὐτοὺς (*Compl. addit,* καὶ ἐπάταξαν αὐτούς) ἐπὶ τοῦ καταφεροῦς, quoadusque
contriuerunt eos (*Compl.* & percusserunt eos) in decliui. *In hebræo est* vsque ad tractiones (*aut* vsq. ad Saba
rim) & percusserunt eos in descensu. δ Ante Dominum.] *Compl.* ἔναντι κιβωτοῦ κυρίου, Coram arca Domi
ni: *atq. hæc varietas sæpe occurrit.* ε Domine.] *Alii* κύριε κύριε. *Vulgata* Domine Deus. ζ Transient.]
Sic Lucifer. Compl. διαβιβάζων διεβίβασεν, traducens traduxit. η Et vtinam mansissemus.] *Lucifer ad ver-*
bum è græco, si mansimus: *quomodo & nos vertimus Num. 14. Sed hoc loco nimis obscurum visum est.* θ Ior-
danem.] *In Compl. sequitur* ἐν ἐμοὶ κύριε, in me Domine. ι Furati de anathemate.] *Ita fere Lucifer. Comp.*
καί γε ἔλαβον ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ κλέψαντες ἐψεύσαντο καὶ ἔβαλον, & quidẽ sumpserũt de anathemate, & furati sunt
mentiti, & iniecerunt, *&c.* κ Hæc dicit.] *In aliis.* ὅτι τάδε λέγει: quoniam hæc dicit. λ Tribus.] *In*
Compl. additur ὑμῶν, vestras, *itemque paulo post.* μ Et applicatus est.] *Ita libri veteres. In aliis est,* καὶ προσ
ήχθη δῆμος ὁ ζαρὰ κατ᾽ οἴκους, καὶ ἐνεδείχθη οἶκος ὁ ζαμβρί. καὶ προσήχθη ὁ οἶκος κατ᾽ ἄνδρα, & applicatus est populus Za-
C rai per domos,& deprehensa est domus Zambri:& applicata est domus per uirum. *Lucifer,* & obtulit ple-
bem Zare per domus,& ostensa est domus Iambri:& oblata est domus per viros:& ostensus est Achar fi-
lius Charmi filii Zambri, *Et quod ad hæc postrema verba pertinet, additur in aliis* υἱοῦ ζαρὰ, filii Zara, *& in*
Compl. τῆς φυλῆς ἰούδα, de tribu Iuda. ν Achar.] *In Compl. sequitur* υἱέ μου σήμερον δὸς δόξαν, fili mi hodie da
quæso gloriam. ξ [Vestem variam.] ψιλὴν ποικίλην. *Theodoretus q. 9.* Verum τὴν ψιλὴν Aquila interpre
tatus est στολὴν *stolam, Iosippus autem* χλανίδα, penulam, τὴν γλῶσσαν *autem* (*idest* linguam) μάζαν χρυσῆν mas
sam auream. *Cyrillus,* ψιλὴν ποικίλην putant esse militarem stolam, & symbolum rapacitatis. Insitũ enim
est semper quodammodo militari generi quam libentissime rapere. *Quod autem in nonnullis codicibus,*
& Compl. post ψιλὴν ποικίλην, *sequitur* καλὴν, *vel* μίαν καλὴν, vnam bonam, *id neque apud Cyrillum est. Luci*
fer tamen habet, vestem variam optimam. *Int. Orig. hom. 7.* Furatus sum linguam auream, & dextralia pura:
multaque ibi in hunc locum afferuntur. ο Animo commotus.] ἐνθυμηθείς. *videtur enim hic maius quiddam*
significare quàm cogitans. In Compl. *est.* καὶ ἐπεθύμησα αὐτῶν, καὶ ἔλαβον. *Lucifer;* & concupiui eam (*videtur legen*
D *dum, ea*) & sustuli. π Et duxit eum in vallem Achor.] *Lucifer,* & perduxerũt in valle Achor. *Quæ absunt*
a Cõpl. vt a vulgata. ρ Populus.] *Alii* ἰσραὴλ, Israel *& sic etiam Lucifer.* σ Emec Achor.] *Etiam Lucifer*
retinuit dictionem hebræam, quæ significat vallem Achor, *aut* vallem turbationis. τ Israel.] *Neque Luci*
fer plura habet. In Compl. sequitur, καὶ κατέκαυσαν ἐν πυρί, & combusserunt ea in igni. υ Magnum.] *Ita &*
Lucifer. Compl. addit ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, vsque in diem hanc: *quod respondet vulgata.* φ Iræ.] *Alii* ὀργῆς αὐτοῦ
& Lucifer iræ suæ.

CAP. VIII.

E ET dixit Dominus ad Iesũ. Ne timeas, neq. formides. Sume tecum oẽs viros
bellatores:& surgens ascende in Gai. Ecce dedi in manus tuas regẽ ^α^ Gai,
& terram eius. Et facies Gai, quemadmodum fecisti Hiericho, & ^β^ regẽ
eius:& prædam pecorum prædaberis tibi. Colloca autẽ tibi insidias ciuitati ^γ^
retrorsum. Et surrexit Iesus, & omnis populus bellator ad ascendẽdum in Gai.
Elegit autem Iesus triginta millia virorum potentes in fortitudine: & misit eos
nocte:& mandauit eis, dicens: ^δ^ Vos insidiabimini post ciuitatẽ: & non longe
eritis a ciuitate:& eritis omnes parati. Et ego, & omnes, qui mecum, accede-
mus ad ciuitatem. Et erit, cum exierint qui commorantur in Gai, in obuiam
nobis, sicut & antea; & fugiemus a facie eorum: & cum exierint post nos; abdu-

A ἔνεδρον αὐτῆς ἀνὰ μέσον τῆς Βαιθὴλ καὶ τῆς Γαί. (Cōpl. addit θάλασσαν τῆς Γαί) καὶ ἔθηκεν (al. ἔταξε) ὁ λαὸς πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν τὴν ἀπὸ βορρᾶ τῆς πόλεως, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτῶν θάλασσαν τῆς πόλεως· καὶ ἐπορεύθη Ἰησοῦς τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν μέσῳ τῆς κοιλάδος. Et castrametati sunt ab Aquilone ipsius Gai (*Compl.* & vallis inter eum, & Gai.) Et sumpsit ad quinque millia virorum: & posuit eos in insidijs inter Bæthan, & Gai. (*Compl.* ad mare ipsius Gai:) & posuit (*al.* ordinauit) populus vniuersa castra, quæ erant ab Aquilone ciuitati, & nouissima sua mare ciuitatis. Et iuit Iesus nocte illa in medio vallis. *Hæc sunt in hebræo, à quo tamen absunt illa, quæ proxime præcedunt*, ab oriēte, & insidiæ ciuitatis a mari. ι Et exiit.] *Alii*, καὶ ὤρθρισαν, καὶ ἐξῆλθον οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἐπ᾽ εὐθείας εἰς τὸν πόλεμον, αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ λαὸς αὐτοῦ εἰς τὸν καιρὸν κατὰ πρόσωπον ἀραβά. Et surrexit mane: & exierunt viri ciuitatis in occursum eis recta in prælium, ipse, & omnis populus eius in tempore ad faciem Araba, *id est*, planiciei, *vel* deserti. κ Eorum.] *In aliis additur*, καὶ ἐγένετο ὡς εἶδε ... καὶ ... πᾶς ὁ λαὸς διῶξαι ὀπίσω αὐτῶν. Et fugit per viam deserti: & inualuit omnis populus persequi post eos. λ Gai] *In aliis sequitur*, καὶ ἐν Βαιθήλ, & in Bæthel. μ Gæso.] *Theodoretus q.* 10. Gæsum sane, quo latētes in insidiis excitabat Iesus, ἀσπίδα, Scutum interpretatus est Iosephus, similiter autem, & Symm. *Eusebius Emess.* Hastile ipsum dicit, in quo re-

B gem Gai suspendit super lignum geminum. Diogenianus autem lexigraphus ait esse ἔμβολον, iaculum totum ferreum. Alii autem κοντόν, contum. *Eadem fere notātur a Procopio Gazæo. Multa etiam. S. Aug. in locut.* ν Vel hinc.] *In aliis sequitur*, καὶ ὁ λαὸς ὁ φεύγων εἰς τὴν ἔρημον ἐστράφησαν ἐπὶ τοὺς διώκοντας, & populus, qui fugiebat in desertum, verterunt se in persequentes. ξ Castrorum.] *Notat S. Aug. in locut. castra dici etiam productas acies. Hebræus tamen habet*, & fuerunt Israeli in medio. ο Ab ea in finem.] Alii, καὶ ἔπεσον πάντες ἐν στόματι ῥομφαίας ἀπ᾽ αὐτῆς εἰς τέλος, & ceciderunt omnes in ore gladii ab ea in finem. π Omnes inhabitātes.] πάντας τούς. *In aliis fere omnibus est*, πάντες οἱ κατοικοῦντες Γαί. καὶ Ἰησοῦς οὐκ ἐπέστρεψε τὴν χεῖρα (*al.* χεῖρα αὐτοῦ) ἣν ἐξέτεινεν ἐν τῷ γαισῷ, ἕως ἀνεθεμάτισε πάντας (*al.* ἀνεθεμάτισαν) τοὺς κατοικοῦντας Γαί, omnes, qui inhabitabant Gai. Et Iesus non reduxit manum (*al.* manum suam) quam extenderat in Gæso, donec anathemauit omnes inhabitantes Gai. ρ Præter spolia.] *Alii libri* πλὴν τῶν κτηνῶν (*aliqui addunt* αὐτῶν) καὶ τῶν σκύλων τῶν ἐν τῇ πόλει πάντα ἐπρονόμευσαν (*al.* πάντα ἐπρονομεύσαντο) *S. Aug. in locut.* Exceptis pecoribus & spoliis, quæ erant in ciuitate, prædati sunt: *& addit.* Excepta ideo dicta sunt; quia hæc illo prælio sola consumpta non sunt. *Sed potuisset etiam ita verti congruenter hebræo*, tantum pecora, & spolia, quæ erant in ciuitate illa, prædati sunt;

C *quam locutionem alibi notauimus.* σ Foueam.] *In aliis additur* παρὰ τὴν πύλην τῆς πόλεως, ad portam ciuitatis. τ Lapidum.] *In aliis sequitur* μέγαν, magnum.

CAP. IX.

POstquam autem audierunt reges Amorræorum, qui trans Iordanē, qui in montana, & qui in campestri, & qui in vniuersa α maritima maris magni, & qui ad Antilibanum, & Chættei, & Chananæi, & Phærezæi, & Euæi, & Amorræi, & Gergesæi, & Iebusæi, conuenerunt in idipsum ad expugnandum Iesum, & Israel, simul omnes. β Tunc ædificauit Iesus altare Domino Deo Israel

D in monte Gebal, secundum quod mandauit Moyses seruus Domini filiis Israel secundum quæ scriptum est in lege Moysi: altare lapidum γ integrorum, super quos non est missum ferrum. Et ascēdere illuc fecit holocaustomata Domino, & sacrificium salutaris. Et scripsit Iesus super lapides Deuteronomium, legem δ Moysi coram filiis Israel. Et omnis Israel, & seniores eorum, & iudices, & scribæ eorum iuxta ibant hinc, & hinc arcæ in cōspectu: & sacerdotes, & Leuitæ tulerunt arcam testamenti Domini. Et aduena, & indigena, qui ε erant; dimidium iuxta montem Garizin: & qui erant; dimidium iuxta montē Gebal; sicut mādauit Moyses seruus Domini ad benedicendum populum in primis. Et post

E hæc sic recitauit Iesus omnia verba legis huius: benedictiones & maledictiones secundum omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi. Non fuit verbum ex omnibus quæ mandauit Moyses Iesu, quod non legerit Iesus in aures vniuersæ Ecclesiæ filiorum Israel, viris, & mulieribus, & paruulis, & proselytis, qui accedebant ad Israel. Et qui inhabitabant Gabaon, audierunt omnia, quæcunq. fecit Dominus Hierico, & Gai. Et fecerunt etiam ipsi cum astutia: & euntes ζ parauerunt cibaria, & apparārunt se: & sumentes saccos veteres super η humeros suos, & vtres vini veteres, & disruptos alligatos, & caua calceamentorum suorum, & sanda-

lia sua vetera, & pitaciis consuta, & vestimenta sua inueterata super se, & δ panis A
eorum viatici aridus, & cariem passus, & corrosus. Et venerunt ad Iesum in castra Israel in Galgala: & dixerunt ad Iesum, et Israel: De terra longinqua venimus: & nunc disponite nobis testamentum. Et dixerũt filij Israel ad Chorræũ: Vide, ε ne in me habites. Et quomodo disponam tibi testamentum? Et dixerũt ad Iesum: Famuli tui sumus. Et dixit ad eos Iesus: Vnde estis, & vnde aduenistis? Et dixerunt: De terra lõginqua valde venerũt pueri tui in nomine Domini Dei tui: Audiuimus enim nomen eius, & quæcunque fecit in Ægypto, & quæcũque fecit regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, Seon regi λ Amorræorum, & Og regi Basan, qui habitabat in Astaroth, & in Edrain. Et μ audientes di- B
xerunt ad nos seniores nostri, & omnes inhabitantes terram nostram, dicentes Sumite vobis ipsis cibaria in viam, & ite in occursum eorũ, & dicetis ad eos: Famuli tui sumus: & nũc disponite nobis testamentum. Hi sunt panes: calidos in viaticum accepimus eos in die, qua exiuimus aduenire ad vos: nũc autem exaruerũt, & facti sunt corrosi. Et hi vtres vini, quos impleuimus nouos: & hi rupti sunt. Et vestimenta nostra, & calceamenta nostra inueterauerunt ex multa via valde. Et sumpserunt principes de cibariis eorum: & Dominum non interrogauerunt. Et fecit Iesus erga eos pacem: & disposuerunt ad eos testamentum saluandi eos. Et iurauerunt eis principes Synagogæ. Et factum est post tres dies C
postquam disposuerant ad eos testamentum, audierunt, quia prope se sunt, & quia inter se habitant. Et promouerunt filii Israel, & venerunt ad ciuitates ν eorũ: ciuitates autẽ eorũ Gabaon, & Cephira, & Berot, & ciuitates Iarim. Et nõ pugnauerunt cũ eis filii Israel; quoniam iurauerãt eis omnes principes Dominum Deũ Israel. Et murmurauerũt omnis Synagoga super principes. Et dixerũt principes omni Synagogæ: Nos iurauimus eis Dominum Deum Israel: & nunc nõ poterimus tangere eos. Hoc faciemus, viuificando eos: & reseruabimus eos. Et nõ erit cõtra nos ira propter iuramentum, quod iurauimus ξ eis. Viuẽt, & erunt
cædentes ligna, & portantes aquã omni Synagogæ; sicut dixerunt eis principes. D
Et cõuocauit eos Iesus, & dixit eis: Cur decepistis me dicẽtes: procul a te sumus valde? Vos autem de regione estis habitantium in nobis. Et nũc maledicti estis. Non deficiet ex vobis seruus, neque cædens ligna, neque aquam portans mihi, & Deo meo. Et responderunt Iesu dicentes: ο Annunciata sunt nobis, quæcunq. præcepit Dominus tuus Moysi puero suo, ad dandum vobis terram hanc, & exterminandum nos, & omnes inhabitãtes super eam a facie vestra. Et timuimus valde de animabus nostris a facie vestra: & fecimus rem hanc. Et nunc ecce nos subiugati vobis: prout placet vobis, & prout videtur vobis; facite nobis. Et fecerunt eis ita. Et eripuit eos Iesus in die illa de manibus filiorũ Israel: & non oc- E
ciderunt eos. Et constituit eos Iesus in die illa cæsores lignorum, & portatores aquæ omni Synagogæ, & altari Dei. π Propter hoc facti sũt habitatores Gabaon cæsores lignorum, & portatores aquæ altaris vsque in hodiernam diẽ, & ad locum, quem elegerit ρ Dominus.

α Vniuersa maritima.] *Int. Orig. Hom. 9.* super ora maris magni. *Dictionem hebræam alij vertunt littus, alii portum.* β Tunc ædificauit.] *Hæc vsque ad illud,* Et qui inhabitabant Gabaon, *in aliis libris ponuntur in extremo præcedentis capitis, quemadmodum et in vulgata: eodemque loco videtur habuisse Origenes hom. 9.* γ Integrorum.] *Sic etiam Origenes: & omnia huic lectioni respondent. Compl. habet* ὁλόκληρον, integrum.
δ Moysi.]

A δ Moysi.] *In aliis sequitur* ὃν ἔγραψεν, quam scripsit. ε *Qui erant, dimidium.*] *Compl.* ἦσαν οἱ ἡμίσεις αὐτῶν ὄπισθεν τοῦ ὄρους Γαριζὶν καὶ ἡμίσεις αὐτῶν ὄπισθεν τοῦ ὄρους Γαιβάλ. *Int. Orig.* Et erunt (*fortasse* erant) dimidii iuxta mōtem Garizin, & dimidii iuxta montem Gebal. ζ Parauerunt cibaria.] ἐπεσιτίσαντο *quod videtur respondere vulgatæ, & chaldæo. Nam alii interpretantur dictionem hebræam,* legatos se finxerunt. *In aliis libris græcis, & Compl. est* ἡτοιμάσαντο, instituerunt se. η *Humeros.*] ὤμων. *Ita libri veteres: & ita videtur habuisse S. Chrysost. in psal. 14. vbi de Gabaonitis hæc scribit,* ἀσκοὺς σεσαθρωμένους καὶ παλαιοὺς ἀσκοὺς βαστάζοντες, baiulantes vtres putridos, & vtres veteres: *itemque in Iosephus Antiqu. l. 5. Alij codices* ἐπὶ τῶν ὄνων, super asinos. *Quam lectionem S. Aug. q. 12. magis probat, licet & alteram agnoscat.* θ Panis.] *Sic hebræus. Alii* οἱ ἄρτοι, panes. *a Compl. autem abest illud* εὐρωτιῶν, *siue* εὐρωτιῶντες, cariosi, *quod est in aliis.* ι Chorræum.] *Compl.* πρὸς τὸν Εὐαῖον, ad Eueum, *quod respondet hebræo. Vulgata* ad eos. κ Ne in me.] *S. Aug. in locut.* quod est apud me, id est in terra quam eis promiserat Deus. *Quod autem in nostra est,* κατ᾽ ἐμοῦ, *simplicitatem antiquam videtur habere. In alijs libris est* κατ᾽ ἐμοῦ. λ *Amorræorum.*] *Alii* ἐσεβὼν. Esebon. μ Audientes.] *Abest a Compl. vt a vulgata.* ν Eorum.] *In aliis sequitur* τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, die tertio: *quod habet vulgata.*

B ξ Eis.] *Alii addunt,* καὶ εἶπαν αὐτοῖς οἱ ἄρχοντες, & dixerunt eis principes. ο Annunciata.] *In aliis* ἀπαγγελίᾳ ἀπηγγέλη. *In Compl.* ὅτι ἀγγελία ἀνηγγέλη, nuncium nunciatum est. π Propter hoc facti sunt habitatores Gabaon cæsores lignorū, & portatores aquæ altaris.] *Hæc absunt a Compl. vt a vulgata.* ρ Dominus.] *Abest hæc dictio a Compl. vt ab hebræo; quam tamen supplet vulgata.*

CAP. X.

POstquam autem audiuit α Adonibezec rex Hierusalem, quia cepit Iesus Gai, & exterminauit eam, quemadmodum fecerat Hierico, & regē eius sic fecerunt & Gai, & regem eius, & quia transfugerunt habitatores Gabaon ad Iesum, & ad β Israel, & timuerunt ab eis valde. Sciebat enim, quia ciuitas magna Gabaō, quasi vna ex ijs, quæ sūt γ Metropoles: et omnes viri eius fortes. Et misit Adonibezec rex Hierusalē ad Elā regē Chebron, et ad δ Phidon regē Hierimuth, et ad Iephta regem Lachis, et ad Dabin regem ε Odollam, dicens: Venite, ascendite ad me, et auxiliamini mihi: et expugnabimus Gabaon: Transfugerunt enim ad Iesum, et ad filios Israel. Et ascenderunt quinque reges ζ Iebusæorum, rex Hierusalem, et rex Chebron, & rex Hierimuth, & res Lachis, et rex Odollam, ipsi, et populus eorum: et obsederunt Gabaon: et oppugnabāt eam. Et miserunt habitatores Gabaon ad Iesum in castra Israel in Galgala, dicentes:

C

D Ne relaxes manus tuas a pueris tuis. Ascende ad nos velociter, et auxiliare nobis, et eripe nos: quoniam congregati sunt super nos omnes reges Amorræorum, qui habitant montanam. Et ascendit Iesus de Galgalis ipse, et omnis populus bellator cum eo, omnis potens in fortitudine. Et dixit Dominus ad Iesū: Ne timeas illos. In manus enim tuas tradidi eos: non η remanebit ex illis quisquam coram vobis: Et θ quoniam adueniebat Iesus super eos repente; totā noctem perrexit de Galgalis. Et exturbauit eos Dominus a facie filiorum Israel: et contriuit eos Dominus contritione magna in Gabaon. Et persequuti sunt eos viam ascensionis Oronim: et conciderunt eos vsque Azeca, et vsque Maceda.

E Dum autem illi fugerent a facie filiorū Israel super descensum Oronim; et Dominus proiecit in eos lapides grandinis de cælo vsque Azeca. Et fuerūt plures qui mortui sunt propter lapides grādinis, quam quos occiderunt filii Israel gladio in prælio. Tunc locutus est Iesus ad Dominum, qua die tradidit Deus Amorræum subiugatum Israel; ι quando contriuit eos in Gabaon: et contriti sunt a facie filiorum Israel. Et dixit Iesus: Stet sol super Gabaon, et luna super vallem λ Ælom. Et stetit sol, et luna in statione; donec vltus est Dominus inimicos μ eorum. Et stetit sol ad medium cæli: non procedebat ad occasum in finem diei vnius. Et non fuit dies talis, neque antea, neque postremo; vt obediret Deus homini:

mini: quoniam Dominus ſimul expugnabat cum Iſrael. Et fugerunt quinque A
reges hi: et abſconderunt ſe in ſpeluncam, quæ in Maceda. Et nunciatum eſt Ie-
ſu, dicentes: Inuenti ſunt quinque reges abſconditi in ſpelunca, quæ in Maceda.
Et dixit Ieſus. Voluite lapides ad os ſpeluncæ: et conſtituite viros ad cuſto-
diendum ſuper eos. Vos autem ne ſtetis, perſequentes poſt inimicos veſtros: et
apprehendite caudam eorum: et ne ſinatis ingredi in ciuitates ſuas. Tradidit e-
nim eos Dominus Deus noſter in manus noſtras. Et factum eſt, poſtquã ceſſauit
Ieſus, et omnis filius Iſrael cædentes eos cæde magna valde vſque in finem, et
ſuperſtites euaſerunt in ciuitates munitas; et reuerſus eſt omnis populus ad Ie-
ſum in Maceda ſani: et non mutiuit quiſquam de filiis Iſrael lingua ſua. Et di B
xit Ieſus: Aperite ſpeluncam, et educite quinque iſtos reges e ſpelunca. Et
eduxerunt quinque reges e ſpelunca, regem Hieruſalem, et regem Chebron, et
regem Ierimuth, et regem Lachis, et regem Odollam. Et poſtquam eduxe
runt eos ad Ieſum; et conuocauit Ieſus omnem Iſrael, et principes prælii, qui
ſimul proceſſerant cum ipſo, dicens eis: Procedite et imponite pedes veſtros ſu
per ceruices eorum. Et accedentes impoſuerunt pedes ſuos ſuper ceruices eo-
rũ. Et dixit Ieſus ad eos: Ne timeatis eos, neq. formidetis: viriliter agite, et cõfor
tamini: quia ſic faciet Dominus omnibus inimicis veſtris; quos vos debellabi
tis eos. Et occidit eos Ieſus: et ſuſpendit eos ſuper quinq. ligna. Et fuerũt pendẽ C
tes ſuper ligna vſque ad veſperam. Et factum eſt circiter ſolis occaſum; manda
uit Ieſus: & depoſuerũt eos de lignis: & proiecerunt eos in ſpeluncam, in quam
confugerant illuc: & aduoluerunt lapides ad ſpeluncam vſque in hodiernam
diem. Et ipſam Maceda ceperunt in die illa: & occiderunt eam in ore gladij: &
exterminauerunt omne ſpirans, quod erat in ea: & non remanſit vllus in ea ſu-
perſtes, & qui euaſerit. Et fecerunt regi Maceda; quemadmodum fecerant re-
gi Hiericho. Et abiit Ieſus, & omnis Iſrael cum eo de Maceda in Lebna: & oppu-
gnabat Lebna. Et tradidit eam Dominus in manus Iſrael. Et ceperũt eam, & re-
gem eius, & occiderunt eam in ore gladii, & omne ſpirans in ea: & non remanſit D
in ea ſuperſtes, & qui euaſerit. Et fecerunt regi eius; quemadmodum fecerant re
gi Hiericho. Et abiit Ieſus, & omnis Iſrael cum eo de Lebna in Lachis. Et obſe-
dit eam, & oppugnabat eam. Et tradidit Dominus ipſam Lachis in manũ Iſrael
Et cepit eam in die ſecunda: & occiderunt eam in ore gladii: & exterminarunt
eam, quemadmodum fecerant Lebna. Tunc aſcendit Elam rex Gazer auxiliũ
laturus ipſi Lachis. Et percuſſit eum Ieſus in ore gladii; quoaduſque non reman
ſit de eis ſuperſtes, & qui euaſerit. Et abiit Ieſus, & omnis Iſrael cũ eo de Lachis
in Odollã: & obſedit eam, & oppugnauit eam. Et tradidit eam Dominus in
manu Iſrael. Et cepit eam in die illa, & occidit eam in ore gladii: & omne ſpirãs
in ea occiderunt, quemadmodum fecerãt Lachis. Et abijt Ieſus, & omnis Iſrael E
cum eo in Chebron. Et obſedit eam, & percuſſit eam in ore gladii, & omne
ſpirans, quæcunque erant in ea. Non fuit ſuperſtes. Quemadmodum fecerãt
Odollam; exterminarunt eam, & quæcunque erant in ea. Et reuertit Ieſus, &
omnis Iſrael in Dabir. Et obſidentes eam, ceperunt eam; & regem eius & oppi
da eius. Et percuſſit eam in ore gladii: & exterminauerunt eam, & omne ſpirãs
in ea: & non reliquerunt ei quenquam ſuperſtitem: Quemadmodum fecerant
Chebron, & regi eius, ſic fecerunt Dabir, & regi eius. Et percuſſit Ieſus omnẽ
terram

A terram montanæ, & ipſam Nageb, & campeſtrem, & Aſedoth, & reges eius. Nō reliquerūt ex eis ſuperſtitem: & omne ſpirās vitæ exterminauit quemadmodū mandauit Dominus Deus Iſrael. ª A Cades Barne vſque Gazam, omnem Goſom vſque Gabaon, & omnes reges eorum, & terram eorum percuſſit Ieſus vno tempore: quoniam Dominus Deus Iſrael ſimul pugnabat cum ᵃᵃ Iſrael.

ª Adonibexec.] *Int. Orig. hom.* 11. *A*donibeie. *S Aug. q.* 15. Adonizedech. *Vulgata* Adoniſedec: *& Compl.* ἀδωνισεδὲκ. β Iſrael.] *In Compl. ſequitur,* καὶ ἐγένοντο ἐν μέσῳ αὐτῶν, & facti erant in medio eorum. γ Ab eis.] ἀπ' αὐτῶν. *Alii* ἑαυτοῖς, ſibi ipſis. *Compl.* ἐν αὐτοῖς, in ipſis. *In vulgata, & hebræo nihil horum eſt.* δ Metropoles.] *In Compl. ſequitur,* τῶν βασιλέων. ὅτι αὐτὴ μεγάλη ὑπὲρ τὴν γαῖ, regum, quia ipſa magna ſuper Gai.
B ε Odollam.] *Ita & Compl. Vulgata* Eglon, *Sed multa ſemper in his nominibus ſunt varietates.* ζ Iebuſæorum.] *Notat S. Aug* 5. *q.* 15. *ſecundum* 70. *hos nunc dici reges Iebuſæorum, qui paulo poſt dicantur reges Amorræorum, in ea autem interpretatione, quæ eſt ex hebræo, vtrobique dici Amorræorum. Ita etiam Compl. vtrobique* τῶν ἀμορραίων. η Remanebit.] ὑπολειφθήσεται. *In aliis,* ὑποστήσεται, *& S. Aug. q.* 14. ſubſiſtet. θ Quoniam adueniebat.] ὡς παρεγένετο. *Videtur dictum pro,* vt aduenit. ι Oronim.] *In aliis* βαιθωρὼν *& vulgata* Bethoron: *quæ varietas eſt etiam paulo poſt.* κ Quando contriuit eos in Gabaon, & contriti ſunt à facie filiorum Iſrael.] *Hæc abſunt a Compl. vt à vulgata.* λ Aelom.] *Int. Orig. hom.* 11. Elom, donec expugnem populum iſtū Et ſtetit ſol, & luna in loco ſuo. μ Eorum.] *In aliis ſequitur,* οὐχὶ τοῦτο γεγραμμένον ἐπὶ βιβλίου τοῦ εὐθοῦς, nonne hoc ſcriptum eſt ſuper librum recti? *Et Theodoretus q.* 13. *de hoc loco diſputans cetera habet eodem modo, præter iſtud* τοῦτο γεγραμμένον. *quod apud ipſum eſt* αὐτὸ γεγραμμένον, *eodem ſenſu.* ν Iſrael.] *In aliis ſequitur,* καὶ ἐπέστρεψεν Ἰησοῦς καὶ πᾶς Ἰσραὴλ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν παρεμβολὴν εἰς γάλγαλα, & reuertit Ieſus & omnis Iſrael cū eo in caſtra in Galgala, *quæ etiā ſunt adſcripta margini codicis Vaticani.* ξ Lapides.] *Alii addūt* μεγάλους, magnos *quæ etiā varietas eſt infra in hoc codē capite.* ο Omnis filius.] *Compl.* εἰ ὑιοὶ. *In. Alii* πᾶς Ἰσραὴλ, omnis Iſrael.
C π In Maceda.] *In aliis additur* εἰς παρεμβολὴν, in caſtra. ρ Educite.] *Compl.* ἐξαγάγετε πρός με, adducite ad me, *& paulo poſt* ἐξήγαγον πρὸς αὐτὸν, adduxerunt ad eum. σ Odollam.] *Hic & paulo poſt in aliquot libris eſt* αἰγλὼν *aut* ἐγλὼν. τ Iſrael.] *In Compl. additur* λέγων αὐτοῖς, dicens eis. υ Gazer.] *Alii libri veteres partim habent* γαζὲ, *partim* γάζης, *partim* γαζὴρ. φ In Chebron.] *Compl.* ἀπὸ ἐγλὼν εἰς χεβρὼν, Ab Eglon in Chebron. χ Gladii.] *In Compl. ſequitur,* καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς καὶ πάσας τὰς κώμας αὐτῆς καὶ πάντα τὰ ἐμπνέοντα, & regē eius, & omnia oppida eius, & omnia ſpirantia, *&c.* ψ Eius.] *In aliis additur* καθάπερ ἐποίησαν τῇ λεβνὰ (*al* λεμνὰ,) καὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῆς, ſicut fecerant Lebna, & regi eius. ω A Cades.] *In omnibus fere aliis,* καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς Ἰησοῦς ἀπὸ κάδης, & occidit eos Ieſus à Cades. ᵃᵃ Iſrael.] *In Compl. additur,* καὶ ἀνέστρεψεν Ἰησοῦς εἰς γάλγαλα, & reuertit Ieſus in Galgala.

CAP. XI.

D VT autem audiuit Iabin rex Aſor; miſit ad Iobab regem ª Maron, & ad regem β Symoon, & ad regem Aziph, et ad reges, qui ad Sidonem magnam in montana, et in Araba e regione Cenoroth, et in campum et in Phenaeddor, et ad maritimos Chananæos ab oriēte, et ad maritimos Amorræos, et Chettæos, et Pherezæos, et Iebuſæos, qui in monte, et Euæos, γ et qui ſub Aermon in terra Maſſyma. Et exierunt ipſi, et reges eorum cum ipſis, δ ſicut arena ε maris multitudine; et equi, et currus multi valde. Et conuenerunt omnes reges ζ ipſi, et coiuerunt in idipſum: et caſtrametati ſunt ſuper aquam Maron ad debellandum Iſrael. Et dixit Dominus ad Ieſum: Ne timeas a facie eorū,
E quia cras hac ipſa hora ego trado η fugatos eos ante Iſrael. Equos eorum ſubneruabis: et currus eorū combures in igni. Et venit Ieſus, et omnis populus bellator ſuper eos ad aquam θ Maron repente: et irruerunt ſuper eos in montana. Et tradidit eos Dominus ſubiugatos Iſrael. Et cædentes eos perſequuti ι sūt vſq. Sidonem magnam, et vſque κ Materon, et vſque ad campos Maſſoch ad orientē, et trucidauerunt eos; donec non remanſit ex eis ſuperſtes. Et fecit eis Ieſus: quē admodum mandauit ei Dominus. Equos eorum ſubneruauit: et currus eorum incendit igni. Et reuerſus eſt Ieſus in tempore illo: et cepit Aſor, et regem eius.

Erat

Erat autem Aſor antea princeps omnium regnorum horum. Et occidit omne A
ſpirans in ea in gladio: et exterminarunt omnes: et nō remanſit in ea ſpirans. Et ipſam Aſor incenderunt in igni. Et omnes ciuitates [λ] regnorum, et reges eorū cepit Ieſus: et interfecit eos in ore gladii. Et exterminarunt eos; quemadmodum præceperat Moyſes puer Domini. Sed omnes ciuitates exaggeratas non incendit Iſrael. Tantum Aſor ſolam incendit Iſrael. Et omnia ſpolia [μ] eius prædati ſunt ſibi filii Iſrael. Ipſos autem omnes exterminarunt in ore gladii; quoaduſque diſperdidit eos: non [ν] reliquerunt ex eis quicquam ſpirans. Quemadmodum præcepit Dominus Moyſi puero ſuo, et Moyſes ſimiliter mandauit Ieſu; et ſic fecit Ieſus: non eſt transgreſſus quicquam ab omnibus, [ξ] quæ B
præcepit ei Moyſes. Et cepit Ieſus omnem terram montanam, et omnem terram Nageb, et omnem terram Goſom: et campeſtrem, et eam quæ verſus occaſum, et montem Iſrael, et humilia, quæ ad montem a monte Chelcha, et qui aſcendit in Seir, et vſque Balagad: et campos libani ſub monte Aermon. Et omnes reges eorum cepit, et ſuſtulit, et occidit. Et dies plures fecit Ieſus aduerſus reges iſtos bellum. Et non fuit ciuitas, [ο] quam non ceperit Iſrael: omnia [π] ceperunt in bello: quia per Dominum factum eſt confortari cor eorū, vt obuiam irent ad bellum ad Iſrael; vt exterminarentur: [ρ] ita vt non daretur eis miſericordia; ſed vt exterminarentur; quemadmodum dixit Dominus ad Moy C
ſem. Et venit Ieſus in tempore illo: et exterminauit ipſos Enacim de montana, de Chebron, et de Dabir, et de Anaboth, et de omni [σ] genere Iſrael, et de omni monte Iuda, cū ciuitatibus eorum. Et exterminauit eos Ieſus: non remanſit de ipſis Enacim a filiis Iſrael, ſed tantum, in Gaza, & in Geth, & in Aſeldo remāſit. Et cepit Ieſus omnem terram. Secundum quod mandauit Dominus Moyſi. Et dedit eos Ieſus in hæreditatem Iſrael in partitione ſecundum tribus eorum. Et terra quieuit a prælììs.

α Maron.] *Int. Orig. hom.* 14. regem Amorræorum. *In aliis libris* μαδὼν, *quod reſpondet hebræo. Vulgata* Madan. β Symoon.] *Int. Orig.* Symeon: *& multa dicuntur in ea homilia: cur idem potuerit eſſe nomen huius regis, ac patriarchæ. In aliis libris eſt, partim* σεμερὼν, Semerō, *& ſic uulgata, partim* συμεὼν, *ut* Cōp. *Multa alia uarietates obſeruari poſſunt in his nominibus, quæ ſequuntur, tum ex codicibus, tum ex Int. Orig. & aliis.* D
γ Et qui.] καὶ τοῖς, *A Compl. abeſt, illud* καὶ: *plura autem ab Int. Orig. Habet enim.* Et Euæos, qui erant ſub deſerto Maſecma. δ Sicut arena.] *Ita fere Int. orig. Compl.* λαὸς πολὺς ὥσπερ ἡ ἄμμος, populus multus ſicut arena. ε Maris.] *Eodem modo* Int. Orig. *In aliis libris eſt* ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, quæ circa labium maris. ζ Ipſi.] αὐτοί. *Alii* οὗτοι, iſti. η Fugatos.] τετροπωμένους. *Ita libri ueteres: uulgatæ editiones* τετρωμένους, *& Int. Orig.* ſauciatos. θ Maron.] *Sic Int Orig. Alii* μερὼμ, *aut* μαῤῥών. *Vulgata* Meron. ι Sunt.] *Sic idem Int. Alii addunt* αὐτοῖς, eos. κ Maſeron.] *Int. Orig.* Maſeſoth. *Alii libri* μασρεφὼθ μαίμ. *quod chaldæus interpretatur* Salinas aquarū. *Vulgata* aquas Maſſerephot. *S. Hier. in locis hebr.* Maſrephoth. λ Regnorum.] *Compl. addit* τούτων, iſtorum. μ Eius.] *In aliis ſequitur*, καὶ τὰ κτήνη, & pecora. ν Reliquerunt.] *S. Aug. q.* 16. non dimiſit in ea Ieſus. ξ Quæ præcepit ei.] *Ita etiam Compl. In aliis eſt*, ὧν συνέταξε κύριος τῷ μωυσῇ. *& S. Aug. ibidem*, quibus conſtituit Dominus Moyſi: *& reſpondet uulgatæ.* ο Quam non ceperit Iſrael.] *Alii* ἣν οὐ παρέδωκαν τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ, quam non tradiderit filiis Iſrael. *S. Aug. q.* 17. & non erat ciuitas, quæ nō E
erat tradita filiis Iſrael. π Omnia ceperunt] *Alii*, πάντας ἔλαβεν. *S. Aug. in locut. & q.* 17. Et omnes cepit in bello. *Compl.* πλὴν ὁ εὐαῖος ὁ κατοικῶν ἐν γαβαών, πάντας ἔλαβεν, præter Euæum, qui habitabat in Gabaon, omnes cepit. ρ Ita vt non daretur.] *Ita etiā. S. Aug. q.* 18. *Theodoretus q.* 14. καὶ ὅπως μὴ δοθῇ αὐτοῖς ἔλεος, τοῦ ἀφανισθῆναι αὐτούς, & vt non daretur ei miſericordia, ad delendos eos. σ Genere.] *Ceteri*, ὄρους, monte. *In Compl. prius dicitur de monte Iuda, deinde de monte Iſrael, ut uulgata.*

CAP. XII.

ET hi reges terræ, quos ſuſtulerunt filii Iſrael, & poſſederunt terram eorū trans Iordanem ab ortu ſolis a valle Arnon vſque ad montē Aermon, & omnem terram Araba ab oriente: Seon regem Amorræorum, qui habitabat

A bat in Esebon, dominans ab [α] Arnon, quæ est in valle ad partem vallis, & dimi
dium Galaad vsque [β] Iaboc, fines filiorum Ammon: & Araba vsque ad mare
Chenereth, ad orientẽ, & vsque ad mare Araba, mare salis ab oriente per viã,
quæ ad [γ] Asimoth, & a Thæman, quæ sub Asedoth Phasga. Et [δ] Og rex Basan
remansit ex gigantibus, qui habitabat in Astaroth, & in Adrain, princeps a mõ
te Aermon, & a Secchæ: & omnem terram Basan vsque ad fines Gergæsi, & ip-
sam Machi & dimidium Galaad [ε] de finibus Seon regis Esebon. Moyses puer
Domini, & filii Israel percusserunt eos. Et dedit eam [ζ] Moyses in hæreditatem
Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse: Et hi reges Amorræorũ, quos sustu-
B lit Iesus, & filii Israel trans Iordanem iuxta mare Balagad in campo Libani, & vs
que ad montẽ [η] Chelca ascendentibus in Seir. Et dedit eam Iesus tribubus Israel
hæreditare secundum sortem eorum in monte, & in campo, & in Araba, & in
Asedoth, & in deserto, et Nageb, Chettæum, et Amorræum, et Chananæum, et
Pherezæum, et Euæum, et Iebusæum regem [θ] Hiericho, et regem Gai, quæ est
prope Bæthel: regem Hierusalem, regem Chebron, regem Hierimuth, regem
Lachis, regem [ι] Ælã, regem Gazer, regem Dabir, regem Gader, regem Her-
math, regem Ader, regem Lebna, regem Odollam, regem Elath, regem Ta-
phut, regem Opher, regẽ Ophec ipsius Aroc, regem Asom, regem Symoon,
C regem Mambroth, regem Aziph, regem Cades, regem Zachac, regem Mare-
doth, regem Iecom ipsius Chermel, regem Odollam ipsius Phennealdor, regẽ
[κ] Gei Galilææ, regem Thersa. Omnes hi reges viginti nouem.

α Arnon.] *In alijs libris est* ἀροήρ, Aroer: *& in Compl. sequitur* ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ χείλους ἐν τῇ φάραγγι ἀρνῶν κατὰ μέσον τῆς φάραγγος quæ est super labium in valle Arnon, ad medium vallis. *videatur sequens caput, vbi hæc eadem ciuitas describitur.* β Iaboc.] *Compl. addit* τὸν χειμάῤῥουν, torrentem. γ Asimoth.] *Alii* βαιθασιμώθ, *& vulgata* Bethsimoth: *quod significat domum solitudinum.* δ Et Og regem Basan remansit.] *Compl.* καὶ ὅρια ὢγ βασιλέως βασὰν ὃς ὑπελείφθη, & fines Og regis Basan, qui remanserat. ε De finibus.] ὅριον *Compl.* ἕως ὁρίων, vsque ad fines. ζ Moyses.] *in aliis additur* ὁ παῖς κυρίου. puer Domini: *quod est in hebræo, sed non in vulgata.* η Chelcha.] *In aliis est* ἀλκά. *vtraque vestigium est dictionis hebraicę: pro qua in vulgata est*, cuius pars *in chaldæo*, diuisionis, *in aliis*, leuem. θ Hiericho.] *Compl. addit* ἕνα, vnum: *& sic deinceps in omnibus regi-*
D *bus qui enumerantur.* ι Ælam.] *In aliis est* ἐγλὼν, Eglom: *& multæ aliæ sunt in his nominibus varietates; neque idem est numerus. Nam ubi in nostra habetur in extremo*, omnes hi reges viginti nouem; *in aliis est* τριάκοντα καὶ εἷς, triginta, & vnus. κ Gei Galilææ.] *Alii* γωΐμ τῆς γαλγάλ, *quod vulgata* gentium Galgal.

CAP. XIII.

ET Iesus erat senior prouectus dierum. Et dixit Dominus ad Iesum: Tu
prouectus es in diebus: & terra relicta est [α] multa in hæreditatem. Et hæc
est terra, quæ remãsit: fines Phylistijm, ipse Gesiri, & Chananæus ab inha
bitata, quæ ad faciẽ Ægypti vsq. ad fines Accaron a sinistris Chananæorũ com-
E putatur quinque satrapijs Phylistijm, Gazeo, & Azotio, & Ascalonite, & Get-
thæo, & Accaronitæ, & Euæo: De Theman, & omni terra Chanaam contra Ga
zam & Sidonij vsque Aphec vsque ad fines Amorræorum & omnem terrã Ga-
liath Phylistijm, & omnem Libanum ab ortu solis a [β] Galgal sub monte Armõ
vsque ad ingressum Emath, omnis habitans montanam a Libano vsque [γ] Ma-
sereth Memphomaim: omnes Sidonios, ego eos exterminabo a facie Israel. Sed
distribue illam in sortẽ ipsi Israel, quemadmodum tibi mandaui. Et nunc diui-
de terram hanc in hæreditatem nouem tribubus, [δ] & dimidiæ tribui Manasse.

A lor

A ben.] *Alii* καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς Μανασσῆ. τοῖς μετ' αὐτοῦ τοῦ Ῥουβὴν, & dimidio tribus Manasse. Iis qui cum eo, ipsi Ruben, *&c. Vt illud* iis, qui cum eo, *videatur significare* alteri dimidio eiusdem tribus. ζ Dedit.] *Sic videtur satis bene fluere oratio. In aliis est,* ἣν ἔδωκεν, quam dedit. *In Compl. autem,* τοῖς μετ' αὐτοῦ τοῦ Ῥουβὴν, καὶ τοῦ Γὰδ ἔλαβον τὴν κληρονομίαν αὐτῶν, ἣν ἔδωκεν, ijs, qui cum eo, ipsi Ruben, & ipsi Gad acceperunt hæreditatẽ suam, quam dedit. *Quæ responderent hebræo, & vulgatæ, si diceretur in recto,* ii, qui cũ eo, ipse Ruben, & ipse Gad. η Mædaban.] *In Compl.* ἀπὸ Μεδαβὰ ἕως Δαιβὼν, à Medaba vsque Dibon. *A vulgata abest illud, à, sicut etiam ab hebræo, & chaldæo. Nam* Misor Medaba *valet* Campestria Medaba. θ Et hæc est.] *Hæc vsque ad illud,* Et dedit Moyses *absunt à Compl. vt à vulgata.* ι Misor vsque Esebon.] *In Compl. est,* Μισὼρ, καὶ Μεδαβὰ ἕως Δαιβών. *Si esset locus coniecturæ, sic ex vtraq. concinnari posset lectio congruens hebræo,* τὴν Μισὼρ ἕως Μεδαβὰ, Ἐσεβὼν, καὶ πάσας. Planitiẽ vsq. Medaba, Esebon, & omnes, &c. κ Domus.] οἴκου. *Alii* οἴκους, domos. *In his nominibus propriis multæ semper varietates: quarum nonnullæ tantum indicabuntur.* λ Sion.] *Alii* Σιώρ. *Vulgata hanc cum præcedenti coniungens* Sarathasar. μ Principem, spolia.] ἄρχοντα, σκῦλα. σκῦλα *autem sunt spolia, arma, & huiusmodi. Quidam libri habent* ἄρχοντας παρὰ Σιὼν, principes apud Sion. *Alius,* ἄρχοντα Σιὼν,
B principem Sion. *Alii* ἄρχοντας Σηὼν τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, *quod est in vulgata,* Duces Seon habitatores terræ. ν Impetu.] ῥοπῇ. *Alii codices,* ἐν ῥομφαίᾳ ἐν τῇ τροπῇ, in gladio, in fuga. *Nonnulli* ἐν τῇ προνομῇ, in direptione. *Vulgata,* gladio cum ceteris interfectis. ξ Araba.] *Alii* Ἀροὴρ, Aroer. ο Secundum populos.] *Hæc vsque ad illud,* & pagi eorum, *sunt etiam in nonnullis aliis vetustis. Absunt tamen à multis.* π Filius.] *Alii* υἱοὶ, filii, *itemque paulo post.*

CAP. XIIII.

ET hi sunt qui possederunt, de filijs Israel in terra Chanaam: quibus distribuerunt hæreditatem eis Eleazar sacerdos, & Iesus filius Naue, & prin-
C cipes familiarum tribuum filiorum Israel. Secundũ sortes hæreditarũt, quemadmodum mandauit Dominus in manu ᵃ Iesu nouem tribubus, & dimidiæ ᵇ tribui ex eo, quod trans Iordanem. Et Leuitis non dedit sortem in eis. Quoniam fuerunt filii Ioseph duæ tribus, Manasse & Ephræm. Et non fuit data portio in terra Leuitis, sed ciuitates ad habitandum, & ᶜ segregata earum pecorib. & pecora eorum. Quemadmodum mandauerat Dominus Moysi, sic fecerunt filij Israel: & partiti sunt terram. Et accesserunt filij Iuda ad Iesum in Galgal. Et dixit ad eum Chaleb filius Iephone Cenezæus: Tu nosti verbũ, quod locutus est Dominus ad Moysem hominem Dei de me, & te in Cades Barne. Quadra-
D ginta enim annorum eram, quando misit me Moyses puer Dei de Cades Barne explorare terram. Et ᵈ respondi ei verbum secundum mentem eius. Fratres mei qui ascenderãt mecum, transtulerunt cor populi. Ego autem appositus fui obsequi Domino Deo meo. Et iurauit Moyses in illa die, dicens: Terra, super quã ascendisti, tibi erit in sorte, & filiis tuis in seculum; quoniam apposuisti obsequi post Dominum Deum nostrum. Et nunc enutriuit me Dominus, quemadmodum dixit. Hic est quadragesimus, & quintus annus, ex quo locutus est Dominus verbum hoc ad Moysem. Et iuit Israel in deserto: & nunc ecce ego hodie octuaginta, & quinque annorum. Adhuc sum hodie valens; sicut quando misit
E me Moyses: similiter valeo nunc egredi, & ingredi in prælium. Et nunc peto a te montem hunc, secundum quæ dixit Dominus die illa; quoniam tu audisti verbum hoc in die illa. Nunc autem ipsi Enacim ibi sunt, ciuitates munitæ, & magnæ. Si igitur Dominus mecum fuerit; exterminabo eos; quemadmodum dixit mihi Dominus. Et benedixit eum Iesus, & dedit Chebron ipsi Chaleb filio Iephone Cenezæi in sortem vsque in diem hanc; eo quod ipse obsecutus fuit præcepto Domini Dei Israel. Nomen autem ipsius Chebron erat antea ciuitas ᵉ Argob: metropolis ipsorum Enacim hæc. Et terra quieuit a bello.

α Iesu.] *Compl.* μωυσῆ, Moysi, *vt vulgata.* β Tribui.] *In aliis hæc sequuntur,* ἔδωκε γὰρ μωυσῆς κληρονομίαν ταῖς δυσὶ φυλαῖς, καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου, dedit enim Moyses hæreditatem duabus tribubus, & dimidiæ tribui ex eo, quod trans Iordanem. γ Segregata earum.] *Compl.* τὰ ἀφορίσματα αὐτῶν, suburbana earum: *quod habet vulgata.* δ Respondi.] *In Compl. & aliis quibusdam est* ἀπεκρίθησαν, responderunt: *sed est manifestum erratum, præcipue in Compl in quo sequitur, vt in nostra* κατὰ τὸν νοῦν αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀδελφοί μου, *&c. Nam tolerabilius in aliis,* κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν οἱ ἀδελφοί μου οἱ συναναβάντες μετ' ἐμοῦ, καὶ μετέστησαν, secundum mentem suam fratres mei, qui simul ascenderant mecum, & peruerterunt, *&c. Hebræo, & vulgata omnino responderet, si pro* αὐτῶ, *esset* μου, *idest,* respondi ei verbum secundum mentem meã. ε Argob.] *Alii,* ἀρβὸ, Arbe. A

CAP. XV.

B

ET facti sunt fines tribus α Iuda secundum populos eorum a finibus Idumeæ a deserto Sin vsque Cades ad β Africum. Et fuerunt fines eorum ab Africo vsque ad partem maris salsi a summitate, quæ fert ad Africum. Et egrediuntur contra ascensum Acrabin, & pertranseunt Sena. Et ascendũt ab Africo in Cades Barne. Et egrediuntur Asoron, & ascendunt in Sarada: & obeũt eam, quæ ad occidentem Cades: & egrediuntur in Selmonan, & transeunt vsque ad γ vallẽ Ægypti Et erit eius finium exitus ad mare. Hic est eorum terminus ab Africo. Et fines ab oriente vniuersum mare salsum vsque δ ad Iordanem. Et fines eorum ab Aquilone, & a summitate maris & a parte Iordanis ascendunt fines ad Bæthaglaam: & transeunt ab Aquilone in Bætharaba: & ascendunt fines ad lapidem Bæon filii Ruben. Et ascendunt ad ε quartã vallis Achor: & descendunt ad Galgal, quæ est e regione ascensionis Adammim, quæ est ad Africum ipsi valli: & pertranseunt ad aquam fontis solis. Et erit eius exitus fons Rogel. Et ascendunt fines ad vallem Ennom super dorsum Iebus ab Africo. Hæc est Hierusalem. Et traijciunt fines ad cacumen montis: quod est ad faciẽ vallis Ennom ad mare, quod est a parte terræ Raphaim ad Aquilonem. Et pertransit terminus a cacumine montis ad fontem aquæ Naphto: & transit ad montem Ephron: & ducet terminum ad Baal: hæc est ciuitas Iarim. Et circuibit terminus a Baal ad mare, & præteribit ad montem ζ Assar super dorsum ciuitatem Iarim ab Aquilone: hæc est Chasson. Et descendet ad ciuitatem Solis, & præteribit ad Africum. Et transit terminus contra dorsum Accaron ad Aquilonem: & peruenient termini ad η Socchoth. Et præteribunt fines ad Africum: & peruenient ad Lebna. Et erit exitus finium ad mare. Et fines eorum a mari mare magnũ terminabit. Hi sunt fines filiorum Iuda in circuitu secundum populos eorũ. Et Chaleb filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda per præceptum Dei. Et dedit ei Iesus ciuitatem Arboc metropolim Enac. Hæc est Chebron. Et exterminauit inde Chaleb filius Iephone tres ipsos filios Enac, Susi, & Tholami, & Achima. Et ascendit inde Chaleb super habitantes Dabir. Nomen autem Dabir erat antea ciuitas litterarum. Et dixit Chaleb: Qui ceperit, & exciderit ciuitatem litterarũ, & dominatus fuerit eius; dabo ei Aschan filiam meam in vxorẽ. Et cepit eam Gothoniel filius Cenez θ fratris Chaleb. Et dedit ei Aschan filiã suam, vxorem. Et factum est, dum ea egrederetur, & habuit consilium cum eo dicens: petam patrem meum agrum. Et exclamauit de asino. Et dixit ei Chaleb: Quid est tibi? Et dixit ei: Da mihi benedictionem; quoniam in terram Nageb ι dedisti me. Da mihi ipsam κ Botthanis. Et dedit ei λ Gonathlan

A thlan superiorem, et Gonæthlan inferiorem. Hæc est hæreditas tribus filiorum Iuda. Fuerũt autem ciuitates eorum, μ ciuitates ad tribum filiorum Iuda super fines Edom super desertum, et ν Bæseleel, et Ara, et Asor, et Icam et Regma, et Aruel, et Cades, et Asorionain, et Mænam, et Balmænan, ξ et oppida earum. Et ciuitates, Aseron (hæc est Asor) & Sen, et Salmaa, et Molada, et Seri, et Bæphalath, et Cholaseola, et Bersabee, ° et oppida earum, et villæ earum. Bala et Bacoc, et Asom, et Elboydad, et Bæthel et Herma, et Secelac, et Macharim, et Sethennac, et Labos, et Sale, et Eromoth; ciuitates viginti nouem, et oppida earum. In campestri Astaol, et Raa, et Asa, et Ramen, et Tano, et Iluthoth, et
B Mæani, et Iermuth, et Odollam, et Membra, et Saocho, et Iazeca, et Sacarim, et Gadera, et villæ eius ciuitates quatuordecim, et oppida earum. Senna, et Adasam, et Magadalgad, et Dalad, et Maspha, et Iachareel, et Basedoth, et Ideadalea, et Chabra, et Maches, et Maachos, et Geddor, et Bagadiel, et Noman, et Machedan, ciuitates sexdecim, et oppida earum. Lebna, et Ithac, et Anoch, et Iana, et Nasib, et Ceilã, et Aciezi, et Cozib, et Bachesar, et Ælom, ciuitates ° decem, et oppida earum. Accaron, et oppida eius, et villæ ρ eorum. Ab Accaron Gemna, et omnes, quæcunque sunt prope Asedoth, et oppida earum: Asiedoth, et oppida eius, et villæ eius: Gaza, et oppida eius, et villæ eius
C vsque ad torrentem Ægypti. Et mare magnum disterminat. Et in montana Samir, et Iether et Socha, et Renna, & ciuitas litterarum (Hæc est Dabir) & Anon, & Es, & Man, et Æsam, & Gosom, & Calu, et Channa, et Gelom, ciuitates vndecim, & oppida earum. Ærem, et Remna, & Soma, et Iemain, et Bæthachui, et Phacua, et Eurna, et ciuitas Arboc (hæc est Chebron) et Soreth, ciuitates nouem, et villæ earum. Maor, et Chermel, et Ozib, et Itan, et Iariel, et Aricam, et Zacanaim, et Gabaa, et Thamnatha, ciuitates ° nouẽ, et oppida earũ. Ælua, et Bethsur, et Geddon, et Magaroth, et Bæthanam, et Thecum, ciuitates sex, et oppida earum: τ Theco, et Ephratha (hæc est Bæthleẽ) et Phagor, et
D Ætan, et Gulon, et Catam, et Thobes, et Tarem, et Calem, et Thether, et Manocho, ciuitates vndecim, et oppida earum CariathBaal (hæc est ciuitas Iarim) et Sotheba, ciuitates duæ, et villæ earum. Et υ Baddargis, et Tharabaam, et Aenon, et Aeochioza, et Naphtazon, et ciuitates Sadon, et Ancades, ciuitates ° septem, et oppida earũ. Et Iebusæus habitabat in Hierusalem, et nõ potuerunt filii Iuda disperdere eos. Et habitarunt Iebusæi in Hierusalem vsq. in diem hanc.

α Iuda.] *Compl.* υἱῶν ἰούδα, *& Int. Orig. hom.* 19. filiorum Iuda: *quæ varietas sæpe occurrit.* β Africum.] *Int. Orig.* occidentem. *Inquit autem in occidentis partibus, & Africum, & Aegyptũ nominari, & occasum.* γ Vallem.] *Compl.* χειμάῤῥου, torrentem, *vt vulgata.* δ Ad Iordanem.] *Compl.* μέρος τοῦ ἰορδάνου,
E partem Iordanis. *Vulgata,* ad extrema Iordanis. ε Quartam.] ἐπὶ τὸ τέταρτον. *Alii* ἐπὶ δυσμὰς, *Compl.* ἐπὶ τὸ δαβείρ. *Vulgata* Debera. ζ Assar.] *Alii;* σηίρ. *& vulgata* Seir. η Socchot.] *Alii* μαχαρεθὰ, καὶ παρελεύσεται ὄρος γῆς σααλὰ (*al.* σααλὼν) καὶ διεκβαλεῖ ἐπὶ ἰαβνὴλ καὶ ἔσται ἡ διέξοδος, & præteribunt montem terræ Baala (*al.* Baalon) & peruenient in Iabnel: & erit exitus, *&c.* θ Fratris Chabel.] *Ita hebræus, & chaldæus. Alii, & Compl.* ἀδελφὸς (*al.* ὁ ἀδελφὸς) χαλὲβ ὁ νεώτερος, *& vulgata* frater Caleb iunior. *Itemque apud Origenem hom.* 20. ι Nageb.] *In aliquo libro est* νότου, Austri, *vt etiam habet Int. Orig. Nam Nageb significat meridiem.* κ Botthanis.] *Alii* γολαθμαίμ, *quod significat* fontes aquarum. λ Gonæthlam.] *Ita fere Interpres Origenis. In aliis est* τὴν γολαθμαὶμ τὴν ἄνω καὶ τὴν γολὰθ τὴν κάτω: *quod vulgata,* irriguum superius, & inferius. μ Ciuitates ad tribum.] πόλεις πρὸς τῇ φυλῇ. *In aliquo codice est* πόλις πρώτη φυλῆς, ciuitas prima tribus filiorum, *&c. Vulgata* ab extremis partibus filiorum. ν Et Beteleel.] *Ab omnibus fere abest illud, Et: atque in multis est* καβσεὴλ, Cabseel, *vt in vulgata. Magna au-*

 tem

tem sunt semper, vt præmonuimus, in his nominibus propriis varietates, neque omnes sunt indicandæ. ξ Et oppida earum.] *Hæc a multis absunt. In Compl. horum loco videtur esse* αἰασὼρ τὴν καινὴν, Æasor nouam. A
ο Et oppida earum, & villæ earum.] *Hæc item a Compl. absunt: sed horum loco ponuntur alia ciuitatum nomina.* π Decem.] *In aliis* ἐννέα, nouem, *vt vulgata.* ρ Eorum.] *Alii* αὐτῆς, eius. σ nouem.] *Alii* δέκα, decem. τ Theco.] *Hinc vsque ad*, Canath Baal, *abest a Compl. vt a vulgata.* υ Et Baddargis.] *In Compl. nec multo aliter in aliis quibusdam* ἐν τῇ ἐρήμῳ βαδαραβά, In deserto Betharaba, *vt vulgata.* φ Septē.] *In aliis* ἓξ, sex, *ut in uulgata.*

CAP. XVI.

ET facti sunt fines filiorum Ioseph a Iordane, qui cōtra Hiericho ab α oriē- B
te. Et ascendent a Hierico in montanam, β desertum, in Bæthel γ Luza.
Et egredientur in Bæthel, et præteribūt ad fines Acatarothi: et transibunt
ad mare super fines Aptalim vsque ad fines Bæthoron, quæ δ infra. Et erit exi-
tus eorum ad mare. Et hæreditauerunt filii Ioseph Ephræm, et Manasse. Et fue-
runt fines filiorum Ephræm secundum populos eorum. Et fuerunt fines hæredi
tatis eorum ab oriente Ataroth, et Eroc vsque ad Bæthoron superiorem, & Ga-
zara. Et venient fines ad mare in ε Icasmon ab Aquilone ζ Therma: circuibunt
ad orientem in Thenasa, & Selles: et præteribunt ab oriente in Ianoca, η et in Ma
cho, et Ataroth, et pagi earum. Et venient ad Hiericho, et transibunt ad Iordanē. C
Et a Taphu ibunt fines ad mare in Chelcana. Et erit exitus eorum ad mare. Hæc
est hæreditas tribus Ephræm secundum populos eorum, et ciuitates segregatæ
filiis Ephræm inter medium hæreditatis filiorum Manasse, omnes ciuitates, &
pagi earum. Et non disperdidit Ephræm Chananæum habitantem in Gazer.
Et habitabat Chananæus in Ephræm vsque in diem θ istum; ι donec ascendit
Pharao rex Ægypti, et cepit κ eam: et incendit eam in igni: et Chananæos, et
Phærezæos, et habitantes in Gazer λ transpunxerunt: et dedit eam Pharao in
dotem filiæ suæ.

D

α Oriente.] *In aliis additur* τὴν ἔρημον, *quasi* desertum versus. *Vulgata*, solitudo. β Desertum.] *Abest hoc loco à Compl. ut a uulgata.* γ Luza.] *Alii*, καὶ ἐξελεύσονται ἀπὸ βαιθὴλ εἰς λουζά, καὶ παρελεύσονται ἐπὶ τὰ ὅρια τοῦ ἀρχαταρώθ. Et egredientur a Bæthel in Luza, & præteribunt ad fines Archiataroth: *nec multo aliter uulgata.* δ Infra.] *Compl. addit*, καὶ ἕως γαζὲρ, & vsque Gazer: *quod respondet uulgatæ.* ε Icasmon.] *Libri ueteres partim habent* ὀκλομών, Oclomon, *partim* μοσχώθ, Moschoth. *In aliis & μαχθώθ.* Machthoth. *Vulgata*, Machmetath. ζ Therma Circuibunt.] *In aliis*, καὶ παρελεύσονται. Et præteribunt. η Et in Macho, & Ataroth.] *Alii* εἰς ἀταρώθ, καὶ νααραθὰ, in Ataroth, & Naaratha, *quomodo fere uulgata. Compl. autē* εἰς ἀταρώθ, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, καὶ εἰς ἀναραθὰ, In Anataroth, & pagi earum, & in Anaratha. θ Istum.] *Sic etiam S. Aug. q. 19. In Compl. additur*, καὶ ἐγένετο ὑποφόρος δοῦλος. *Int. Orig. hom. 22.* & factus est sub tributo seruus. ι Donec ascendit.] *Hæc usque in finem absunt à Compl. ut a uulgata, sunt tamen apud Origenem, & S. Aug. qui etiam de isto loco disputat.* κ Eam.] *Alii* τὴν πόλιν, ciuitatem, *& sic S. Aug. & Int. Orig.* λ Transpunxerunt.] *Alii* ἐξεκέντησαν, *& S. Aug.* transpunxit. *Int. Orig.* trucidauit.

E

CAP. XVII.

ET facti sūt fines tribus filiorū Manasse, quoniā hic primogenitus Ioseph ip
si Machir primogenito Manasse, patri Galaad (vir.n. bellator erat) in Gala
aditide, & Basanitide. Et facti sunt filiis Manasse reliquis secundū populos
eorum,

A eorū filijs Iezi, & filiis Celez, & filijs Ieziel, & filijs Sychē, & filijs Symarim,
& filijs Opher. Hi masculi secundū populos eorū. Et Salpaad filio Opher non
fuerant ei filii, sed filiæ. Et haec sunt nomina filiarum Salpaad, Maala, et Noa,
et Egla, et Melcha, et Thersa. Et steterunt coram Eleazaro sacerdote, et coram
Iesu, & coram principibus, dicentes: Deus mandauit per manum Moysi
dari nobis hæreditatem in medio fratrum nostrorum. Et data est eis per præ-
ceptum Domini sors in fratribus patris earum. Et cecidit funiculus ea-
rum α ab Anassa, et campus Labec de terra Galaad, quæ est trans Iordanem:
quoniam filiæ filiorum Manasse hæreditarunt sortem in medio fratrum suo-
B rum. Terra autem Galaad fuit filiis Manasse reliquis. Et facti sunt fines
filiorum Manasse, β Delanath, quæ est ad faciem filiorum Anath; et vadunt ad
fines in Iamin, et Iassib ad fontē Thaphthoth. γ Ipsi Manasse erit. Et Thaphet
super fines Manasse, filiis Ephræm. Et descendent fines ad vallem δ Carana ad
Africum secundum vallem ε Iariel terebinthus ipsi Ehpræm inter medium ciui
tatis Manasse. Et fines Manasse ad Aquilonē in torrentē. Et erit eius exitus,
mare ab Africo ipsi Ephræm, et ad Aquilonem Manasse. Et erit mare termi-
nus eis: et in ζ Aseb contigui erunt ad Aquilonem, et ipsi Issachar ab oriēte. Et
erit Manasse in Issachar, et in Aser Bæthsan, et pagi η earū, et habitantes Dor,
C et pagos eius, et habitantes Mageddo, et pagos eius, et tertiam partem ipsius
θ Mapheta, ι et pagos eius. Et non potuerunt filij Manasse exterminare ciuita
tes has: et cœpit Chananæus habitare in terra hac. Et factum est, κ et postquā
inualuerunt filij Israel; et fecerunt Chananæos subiectos: λ exterminando autē
non eos exterminarunt. Contradixerunt autem filij Ioseph Iesu, dicentes: Cur
hæreditare fecisti nos sortem vnam, et funiculum vnum? Ego autem populus
multus sum: et Deus benedixit me. Et dixit eis Iesus: Si populus multus es; ascē
de in syluam; et μ succide tibi ipsi. Si coarctat te mons Ephrem. Et dixerunt:
Non ν satis facit nobis mons Ephræm: et equus electus, et ferrum Chananæo
D ξ habitanti in eo in Bæthsan, et in pagis eius, in conualle Iezrael. Et dixit Iesus
filijs Israel: Si populus multus, et fortitudinem magnam habes; nō erit tibi sors
vna: Sylua enim erit tibi; quoniam sylua est: et emundabis eam: et erit tibi, ο et
quando exterminaueris Chananæum, π quoniam equus electus ei est. Tu enim
præualebis ei.

α Ab Anassa, & campus Labec.] *In aliquo libro est* μανασσῆ πεδίον λαβάδ. Manasse cāpus Labad *Itemque in Compl. nisi quod habet* Labed. *Et post illa*, de terra Galaad *in ijsdem sequitur* καὶ τῆ Βασάν, & Basan. *Vulgata* Et ceciderunt funiculi Manasse decem, absque terra Galaad, & Basan. *In hebræo est dictio Lebad, quæ significat* absque, *aut*, præterquam. β Belanath, quæ est ad faciem filiorum Anath.] *In aliquo libro est* ἀπὸ ἀσὴρ τῆ μαχθὼθ ἡ δανὰθ, ἥ ἐστιν κατὰ πρόσωπον συχὲμ, ab Aser ipsius Machthoth, quæ Danath, quæ est ad faciem Sychem. *Ita etiam in Compl. nisi, quod non habet* ἡ δανάθ. *Nec multo aliter uulgata*, ab Aser Machmata, quæ respicit Sychem. γ Ipsi Manasse erit, & Tapheth.] *Hæc absunt à Compl. quæ tamen habent aliquid in hebræo, quod illis respondeat, in quo ter repetitur Thaphuabh, atque hoc significatur terram istam fuisse ipsi Manasse, eandē vero super terminos Manasse fuisse etiam filiis* Ephræm. δ Carana.] *Abest à Compl. In aliquo libro est* κανά, *quod est verbum hebræum significans arundinē. Quare in vulgata est*, vallis arundineti. ε Iariel terebinthus.] *In aliis est non* Iariel, *sed* ιαεὶρ, *aut* ιαιρ· *quæ propius accedit ad hebræam dictionem, quæ significat* ciuitates. *Nam in hebræo hic est sensus*. Ciuitates istæ fuerunt ipsi Ephræm in medio ciuitatum Manasse. *Quare melius est* ταῖς πόλεσιν, *quam* τῷ ἐφραὶμ, *quod in Compl.* ζ Aseb.] ἀσὴβ. *In aliis* ἀσὴρ, *& vulgata* in tribu Aser. η Earum.] *Ita omnes collati codices, & Compl quamuis vulgata habeat* eius. *In Compl autem sequitur.* καὶ ἰεβλαὰμ, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς καὶ οἱ τοὺς κατοικοῦντας δὼρ, καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, καὶ ὅτι τοὺς κατοικοῦντας ἐνδὼρ, καὶ τὰς κώμας

αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας Θαναὰχ, καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, καὶ τοὺς κατοικοῦντας μαγεδδώ, &c. Et Iablaam & filiæ eius, & super habitantes Dor, & pagos eius, & super habitantes Endor, & pagos eius, & super habitantes Thanach, & pagos eius, & habitantes Maggedo, &c. *Quæ respondent vulgatæ: eorumque nonnulla, quæ absunt a nostra, habentur etiam in aliis libris.* θ Mapheta.] *In aliis* ναφεθὰ, *in Compl.* νοφὲθ, *& vulgata Nopheth: quæ dictio hebræa potest etiam significare climata, & regiones: vt significetur vrbes memoratas cum suis pagis fuisse tres regiones.* ι Et pagos eius] *Ita etiam Compl. A vulgata, & hebræo absunt,* ι Et postquam.] *Illud,* &, *abest a multis, & ab* Int. Origenis. λ Exterminando.] ἐξολοθρεῦσαι. *Valde respondet hebræo. In aliis codicibus est* ἐξολοθρεύσει, *&* Int. Orig. exterminatione: *quæ etiam locutio scripturæ familiaris est.* μ Succide tibi ipsi.] ἐκκάθαρον, *Alii* καθάρισον: *Int. Orig.* munda tibi ipsi, & para locum in terra: expurga Pherezæos, & Rapham. *Compl. non multo aliter* ἐκκάθαρον σεαυτῷ ἐκεῖ ἐν τῇ γῇ τοῦ φερεζαίου καὶ τοῦ ῥαφαΐμ. ν Satisfacit.] ἀρκεῖ. *Ita enim in aliquo alio libro. Ad marginem libri Vaticani adscriptum est, quasi emendandi causa,* ἀρκέσει, sufficiet. *Et ita est in alio vetusto. In nonnullis est* ἀρκεῖ, sufficit. *Et ita S. Aug. in locut.* & *Int. Orig.* ξ Habitant in eo in Bethsan.] *S. Aug.* qui habitat in Basan, *Int. Orig.* qui habitat in meridie. *Alii libri habent* κατοικοῦντι ἐν ἐμοὶ ἐν βαιθσὰν, habitanti in me in Bæthsan. *Compl.* ἐν τῇ γῇ ἐμὲκ ἐν βαιθσὰν, in terra Emic in Bæthsan *Illud* Emic *est vox hebræa, quæ significat vallem. Quare vulgata habet,* terra campestri. ο Et quãdo.] *A multis abest illud &* Int. Orig. si emundaueris syluã, erit tibi cum exterminaueris *Compl.* καὶ ἔσται σοι ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, ὅταν ἐξολοθρεύσῃς. & erit tibi exitus eius, cum exterminaueris. π Quoniam.] *vox hebræa, quæ significat* quoniam, *valet etiam* quamquam: *& ita nunc videtur valere græcum,* ὅτι. A B

CAP. XVIII.

ET conuocata est omnis Synagoga filiorum Israel in Selo: & fixerunt ibi tabernaculum testimonii: & terra subacta est ab eis. Et remanserant filii Israel, qui non hæreditauerãt, septẽ tribus. Et dixit Iesus filiis Israel: Quoadusque remissi eritis hæreditare terram, quam dedit Dominus Deus noster? Date ex vobis viros tres de tribu. Et surgentes peragrent terram, & describant eam coram me; sicut oportebit diuidere eam. Et [a] peruenerunt ad eum. Et diuisit eis septem partes. [b] Iudas statuet sibi terminũ ab Africo. Et filii Ioseph statuent sibi ab aquilone. Vos autem diuidite terram, septem partes. Et afferte huc ad me: & educam vobis sortem ante Dominum Deum nostrum. Nõ est enim pars filiis Leui in vobis. Sacerdotium enim Domini, pars eius. Et Gad, & Ruben, & dimidium tribus Manasse acceperunt hæreditatẽ suam trans Iordanem ad oriẽtem; quam dedit eis Moyses puer Domini. Et surgentes viri iuerunt. Et mandauit Iesus viris euntibus describere terram dicens: [c] Ite, & describite terram: & aduenite ad me: & hic educam vobis sortem in Selo Et iuerunt, & descripserunt terram: & viderunt eam, & scripserunt eam secundum ciuitates, septem partes in libro, & attulerunt ad [d] Iesum. Et misit eis Iesus sortem in Selo ante [e] Dominum. Et exiit sors tribus Beniamin prima secundum populos eorum. Et exierunt fines sortis eorum inter medium filiorum Iuda, & filiorum Ioseph. Et facti sunt eorum fines ab Aquilone, a Iordane ascendent fines per dorsum Hierico ab Aquilone, & ascendent super montem ad mare. Et erit eius exitus Mabdaritis Bæthon. Et trãsibũt inde fines Luza [f] super dorsum Luza ab Africo eius. Hæc est Bæthel. Et descendent fines [g] Maatarob Orech ad montanã, quæ est ad Africum Bæthoron, quæ infra. Et transibunt fines & præteribũt ad partem, quæ spectat ad mare ab Africo, a monte ad faciẽ Bæthoron Africũ. Et erit eius exitus ad Cariath Baal. Hæc est Cariathiarim, ciuitas filiorũ Iuda. Hæc est pars, quæ ad mare. Et pars, quæ ad Africum; a parte Chariath Baal. Et transibunt fines in Gasin ad fontem aque Naphto. Et descendent fines in [h] parte, hic est secundum faciem nemoris Sonnam, qui est a parte Emec Rapham ab Aquilone. Et descendẽt [i] Gæenna super dorsum Iebulæ ab Africo: descendent ad fontem Rogel

C D E

A Rogel,& tranſibunt ad fontem ^κ^ Bethſamys: & præteribũt in Galiloth, quæ eſt e regione ad aſcenſum Æthamim. Et deſcendent ad lapidem Bæon filiorum Ruben. Et tranſibunt ſuper dorſum Betharaba ab Aquilone:& deſcendent ^λ^ ad fines ad dorſum ^μ^ mare ab Aquilone. Et erit exitus finium ad extremitatẽ maris ſalis ad Aquilonem in partem Iordanis ab Africo. Hi fines ſunt ab Africo. Et Iordanis terminabit a parte orientis. Hæc eſt hæreditas filiorum Beniamin, fines eius in circuitu ſecundum populos. Et factæ ſunt ciuitates filiorum Beniamin ſecundum populos eorum, Hiericho, & Bethegæo, & Amecaſis, & Bethabara, & Sara, & Beſana, et Æin, et Phara, et Ephrata, et Carapha,et Cephira,et Moni, et Gabaa,ciuitates ^ν^ duodecim, et pagi earũ: Gabaon,
B et Rama,et Beerotha,et Maſſema,et Miron,et Amoce,et Phira,et Caphan,et Nacan et Selecan, et Thareela,et Iebus(Hæc eſt Hieruſalẽ) et Gabaoth, Iarim, ciuitates tredecim,er pagi earum. Hæc eſt hæreditas filiorum Beniamin ſecundum populos eorum.

α Peruenerunt.] διήλθοσαν. *Alii* ἦλθον, venerunt. *In vulgata autem hæc omnia dicuntur à Ioſue*, veniant diuidite. β Iudas ſtatuet.] *Compl.* ἰούδα στήσεται ὅριον ἀπὸ λιβὸς αὐτοῖς, καὶ οἱ υἱοὶ ἰωσὴφ στήσονται ἐπὶ τὸ ὅριον αὐτῶν ἀπὸ βοῤῥᾶ. Iudæ ſtabit terminus ab Africo eis: & filii Ioſeph ſtabunt ſuper terminum ſuum ab Aquilone. γ Ite.] *Compl.* διέλθατε, καὶ περιέλθετε τὴν γῆν, tranſite,& ambulate terram. δ Ieſum.] *Alii addunt* εἰς σηλὼ, in Selo. *Compl. præterea.* εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐν σηλώ. *Et vulgata*, in caſtra Silo. ε Dominum.] *In Compl,*
C *ſequitur.* καὶ ἐμέρισεν ἐκεῖ ἰησοῦς τὴν γῆν τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ κατὰ μερισμοὺς αὐτῶν, & partitus eſt ibi Ieſus terrã filiis Iſrael ſecundum partitiones eorum. ζ Super dorſum Luza.] *hæc abſunt a Compl. ſed non ab hebræo.* η Maatarob Orech.] *Alii* ἀπὸ ἀταρὼθ ἐδδάρ, ab Ataroth Eddar. A *Compl. abeſt illud* ἀπὸ, *ſicut etiam ab hebræo. Vulgata ſupplet præpoſitionem.* in Aſtaroth Addar. θ In parte.] *In ceteris legitur* ἐπὶ μέρους τοῦ ὄρους, ὅ ἐστι, in parte montis,qui eſt. ι Gæenna.] *Alii* γαιεννὸμ, *&* *vulgata* Gehennon, ideſt vallis Ennom. κ Bethſamys.] *Alii* σαμὶ, *aut* σαμὶς, *vulgata* En ſemes, ideſt fontem Solis. λ Ad fines.] *Hoc abeſt ab aliquo libro.* μ Mare] *In aliis* βαιθαγλά, Bethagla, *vt vulgata.* ν Duodecim.] *Tot modis variant hæc locorum nomina, & ex vno fiunt duo, ac vicißim ex duobus vnum; ut mirandum non ſit; ſi numerus non conſtet.*

CAP. XIX.

D ET exiit ſecunda ſors ^α^ filiorum Symeon. Et facta eſt hæreditas eorum inter ſortes filiorum Iuda. Et facta eſt ſors eorum Berſabee,& Samaa,& Cadadam,& Arſola,& Bola,& Iaſon,& Erthula,& Bula,& Herma, & Sicelac, & Bæthmachereb,& Sarſuſin, & Batharoth,& agri earum, ciuitates tredecim, & pagi earum. Eremmon,& Thalcha,& Iether & Aſan,ciuitates quatuor, & pagi earum ^β^ in circuitu ciuitatum earum vſque Balec euntibus Bameth ad Africum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Symeon ſecundum populos eorum. De ſorte Iuda hæreditas tribus filiorum Symeon: quoniam fuit pars filiorum Iuda maior ea, quæ ipſorum: & hæreditauerunt filii Symeon in medio ſortis eorum. Et exiit ſors tertia ipſi Zabulon ſecundum populos eorum. ^γ^ Eſedec Gola, fi-
E nes eorum mare, & Magelda, & contingent ad Betharaba in valle, quæ eſt ad faciem Iemman. Et reuerterunt a Sadduc ex aduerſo ab oriente Bethſamys ad fines Chaſeloth æth,& tranſibunt in Dabiroth,& aſcendent in Phagæ. Et inde circuibunt ex aduerſo ad Orientem in Gebere ad ciuitatem Cataſem: & pertranſibunt in Remmonaa Macharaoza. Et circuibunt fines ad Aquilonem ad Amoth. Et erit exitus eorum ad Gæphael,et Catanath,et Nabaal, et Symoon, et ^δ^ Hiericho, et Bæthman. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabulon ſecundum populos eorum,ciuitates,et pagi earum. Et ipſi Iſſachar exiit ſors quarta.

Et

Et facti sunt fines eorum Iazel, et Chasaloth, et Sunam, et Agim, et Siona, et A
Reeroth, & Anachereth, & Dabiron, & Cison, & Rebes, & Remmas, & Icon,
& Tomman, & Æmarec, & Bersaphes. Et contigent fines ad Gæth Bor, et ad
Salim ad mare, & Bæthsamys. Et erit eius exitus finium [e] Iordanis. Hæc est hæ-
reditas tribus filiorum Issachar secundum populos eorum, ciuitates, & pagi ea-
rum. Et exiit sors quinta Aser secundum populos eorum. Et facti sunt fines eorũ
Exelceth, & Aleph, & Bæthoc, & Ceaph, & Elimelech, & Amiel, & Maasa. Et
cõtingent Carmelum ad mare, & Siõ, & Labanath. Et reuertent ab ortu solis, &
Bæthegeneth: & cõtingent Zabulon & Eugai, & Phthael ad Aquilonẽ: & ingre-
dientur fines Saphthæ Bæthme, & Inael: & transibunt in Choba Masomel, & El B
bon, & Raab, & Ememaon, & Canthan vsque Sidonem magnam. Et reuertent
fines in Rama, & vsque ad fontem Masphasat, & Tyrios. Et reuertent fines ad
Iasiph. Et erit exitus eius mare, & Apoleb, & Echozob, et Archob: et Aphec, et
[ζ] Raay. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Aser secundum populos eorum, ciuita
tes et pagi earum. Et Nephtali exiit sors sexta Et facti sunt fines eorũ Moolam
et Mola, et Beseniin, et Arme, et Naboc, et Iephtame vsque Dodam. Et facti
sunt exitus eius Iordanes. Et reuertent fines ad mare in Atthabor, et transibunt
inde Iacana, et contingent Zabulon ab Austro: et Aser contingent ad mare: et
Iordanes ab ortu solis: et ciuitates muratæ Tyriorũ, [η] Cyrus, et Omothadaceth: C
et Cenereth, & Armeth et Arael, et Asor, et Cades, et Assari, et fons Asor, et
Ceroe, et Megalaarim, et Betthame, et [θ] Thessamys. Hæc est hæreditas tribus
filiorum Nephtali. Et Dan exijt sors septima. Et facti sunt fines eorum Sa
rath, et Asa, et ciuitates Sammays, et Salamin, et Ammon, et [ι] Ilatha, et Alõ,
et Thamnatha, et Accaron, et Alcatha, et Begethon, et Gebeelã, et Azor, et Ba
næ bacat, et Geth Remmõ. Et a mari Hierachon terminus prope Ioppen. [κ] Hæc
hæreditas tribus filiorum Dan secundum populos eorũ, ciuitates eorũ, & pagi
earum. Et non extriuerunt filii Dan Amorræũ vexantẽ eos in monte. Et non si-
nebant eos Amorræi descendere in conuallem. Et vexauerunt a se terminum D
portionis eorum. Et iuerunt filii Dan, & oppugnauerunt [λ] Lachis, & ceperunt
eam, & percusserunt eam in ore gladii. Et habitauerunt eam: & vocauerunt no-
men eius [μ] Lasendan. [ν] Et Amorræus permansit habitare in Elom, et in Sala
min. Et grauata est manus Ephræm super eos; et facti sũt illis tributarii. Et [ξ] iue
runt adire terram secundum terminum ipsorum. Et dederunt filii Israel sortem
Iesu filio Naue inter ipsos per præceptum Dei: et dederunt ei ciuitatem, quam
petiit, Thamnasarach, quæ est in monte Ephræm. Et ædificauit ciuitatem:
et habitabat in ea. Hæ sunt diuisiones, quas in hæreditatem dedit Eleazar sacer
dos et Iesus Naue, et principes familiarum in tribubus Israel secundum sortes E
in Selo ante Dominum apud ianuas tabernaculi testimonii. Et iuerunt adire
terram.

[a] Filiorum.] *Compl.* τοῦ συμεὼν, τῇ φυλῇ υἱῶν συμεὼν, ipsi Symeon, tribui filiorum Symeon. [β] In circuitu.] *Est aliqua varietas & in aliis libris.* Compl. καὶ πᾶσαι αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν κύκλῳ τῶν πόλεων τούτων, & omnes vicul: per circuitum vrbium istarum, *quemadmodum vulgata.* [γ] Eledec Gola, fines.] *In aliis,* καὶ ἔσται τὰ ὅρια τῆς κληρονομίας αὐτῶν ἕως σαρίδ. τὰ ὅρια. Et erunt fines hæreditatis eorum vsque Sarid. Fines, *&c. nec multo aliter Complut. De varietate, quæ tantum in nominibus propriis, nihil dicimus.* [δ] Et Hiericho, & Bæthman.] *Compl.* καὶ ἰεδαλὰ καὶ βηθλεέμ (*quomodo etiam habent alii libri*) πόλεις δώδεκα, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, & Ledala, & Bethleem, ciuitates duodecim, & pagi earum. [ε] Iordanes.] *In Compl. additur* πόλεις ἑκκαίδεκα καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, ciuitates sedecim

A *sedecim, & pagi earum.* ζ Raay. *In aliis est* ῥεὼβ πόλεις εἰκοσιδύο Roob, ciuitates vigintiduæ. *Et Compl addit,* καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, & pagi earum. η Tyrus.] *Alii* ἀσσενδὺμ τύρος, καὶ ἀμμάθ. *A Compl. abest* ἀσσενδὺμ, *quod autem respondet vulgata* θ Thessamys.] *Compl & ex parte etiam alii,* βαιθσαμὺς πόλεις δέκα, καὶ ἐννέα, καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν, Bethsamis, ciuitates decem, & nouem, & villæ earum. ι Hæc est hæreditas.] *Hæc in Compl. habētur paulopost: hic autē* καὶ ἐξῆλθεν τὸ ὅριον υἱῶν δάν, & exiit terminus filiorū Dan. *Cetera autē vsq. ad illud* Et fuerunt, *absunt a Compl. vt a vulgata. Quæ tamen agnoscuntur a S. Aug. q. 22. Eadē fere habentur c. 1. Iud.* κ Lachis.] *Ceteri* λεσεμ; *& vulgata* Lesem λ Lasendan] *In Compl. additur,* κατὰ τὸ ὄνομα δὰν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, secundum nomen Dan patris sui μ Et Amorræus] *Hæc vsque ad illud*, Et fuerunt, *absunt a Comp. vt a vulgata: quæ tamen agnoscuntur a S. Aug. q. 20. & Ab Origene hom. 24.* ν Et fuerunt adire terram, secū dum terminum ipsorum.] *Pro his in Compl.* καὶ συνετέλεσαν τοῦ κληροδοτῆσαι τὴν γῆν εἰς τὰ ὅρια αὐτῆς. Et consūmauerunt sorte diuidere terram in terminos eius.

CAP. XX.

B

ET locutus est Dominus Iesu, dicēs: Loquere filiis Israel, dicens: Date ciuitates refugiorum, quas dixi ad vos per Moysem: refugium homicidæ, qui percussit animā nō sponte. Et erunt vobis ciuitates refugiū: & nō morietur homicida a persequente sanguinem; [a] quoadusque constiterit corā Synagoga in iudiciū. Et distinxit Cades in Galilæa in monte ipsi Nephtali, & Sychē in monte ipsi Ephræm, & ciuitatē Arboc (hæc est Chebron) in monte ipsi Iuda. Et trans Iordanem [b] dedit Bosor in deserto in campo de tribu Ruben, & Aremoth in Galaad de tribu Gad, & Gaylon in Basanitide de tribu Manasse. Hæ
C sunt ciuitates celebres filiis Israel, & proselyto apposito in eis, ad confugiendū illuc, omni percutienti animam non sponte: vt non moriatur in manu persequē tis sanguinem; donec constiterit coram Synagoga in iudicium.

a Quoadusque constiterit coram Synagoga in iudicium.] *Hæc absunt a Compl. in qua, quemadmodum & in aliis libris, sequuntur ista,* καὶ φεύξεται εἰς μίαν τῶν πόλεων τούτων, καὶ στήσεται ἐπὶ τὴν θύραν τῆς πύλης τῆς πόλεως, καὶ λαλήσει ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς πόλεως ἐκείνης τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψουσιν αὐτὸν ἡ συναγωγὴ πρὸς αὐτούς, καὶ δώσουσιν αὐτῷ τόπον, καὶ κατοικήσει μετ' αὐτῶν. καὶ ὅτι διώξῃ ὁ ἀγχιστεύων τὸ αἷμα ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ οὐ συγκλείσουσι τὸν φονεύσαντα ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἐπάταξε τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐ μισῶν αὐτὸς αὐτὸν ἀπ' ἐχθὲς, καὶ τρίτης. καὶ κατοικήσει ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἕως στῇ κατὰ πρόσωπον τῆς συναγωγῆς εἰς κρίσιν, ἕως ἀποθάνῃ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ὃς ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. τότε ἐπιστρέψει ὁ φονεύσας, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ εἰς πόλιν, ὅθεν ἔφυγεν ἐκεῖθεν. Et fugiet in vnam ciuitatum harum: & stabit ad ostium portæ ciuitatis: & loquetur in auribus seniorum
D ciuitatis illius verba sua. Et colligent eum synagoga ad se: & dabunt ei locum: & habitabit cum eis. Et quando redimens sanguinem persequutus fuerit post eum; & non concludent homicidam in manu eius: quoniam non sciēs percussit proximum suum, & non odio habens ipse eum ab hesterna, & nudiustertiana. Et habitabit in ciuitate illa; donec steterit ad faciē synagogæ in iudicio, donec moriatur sacerdos magnus, qui erit in diebus illis. Tunc reuertet homicida, & ingredietur in ciuitatem suam, & ad domum suam, & ad ciuitatem, unde sugerat inde. *De his verbis sic in commentariis græcis notatum est.* ταῦτα δὲ τοῖς ἑβδομήκοντα ἀπέλειπε, hæc in lxx. sunt omissa. b Dedit Bosor.] *Alii* ἱεριχὼ ἀπὸ ἀνατολῶν ἔδωκε (al. ἔδωκαν) τὴν βοσὸρ Hiericho ab oriente, dederunt (*al.* dedit) Bosor.

CAP. XXI.

E ET accesserunt principes familiarum filiorum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & ad Iesum filium Naue, & ad principes tribuum familiarum ex tribubus Israel. Et dixerunt ad eos in Selo in terra Chanaan, dicentes: Mandauit Dominus in manu Moysi dare nobis ad habitandum, & suburbana pecoribus nostris. Et dederunt filii Israel Leuitis in adeūda hæreditate per præceptum Domini ciuitates, & suburbana earum. Et exiit sors populo Caath. Et factæ sunt filiis Aaron sacerdotibus Leuitis de tribu Iuda, & de tribu Symeon, & de tribu Beniamin per sortem ciuitates tredecim. Et filiis Caath reliquis, de

tribu

tribu Ephræm,& de tribu Dan, & de dimidio tribus Manasse per sortem ciui- A
tates decē. Et filijs Gedsō, de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephtha
li, & de dimidio tribus Manasse in • Basan ciuitates tredecim. Et filiis Merari se
cundum populos eorum, de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon
per sortem ciuitates duodecim. Et dederunt filii Israel Leuitis ciuitates, & su-
burbana earum, quemadmodum mandauerat Dominus Moysi, per sortem
Et dedit tribus filiorum Iuda, & tribus filiorum Symeon• et de tribu filio-
rum Beniamin ciuitates has: ʏ & vocatæ sunt filiis Aaron de populo Caath fi-
liorum Leui, quoniam his fuit • sors. Et dedit eis Cariath Arboc metro-
polim Enac(hæc est Chebron)in monte Iuda. • Suburbana autem in circui- B
tu, & agros ciuitatis, & pagos eius dedit Iesus filiis Caleb filii Iephone in pos-
sessionem. Et filiis Aaron dedit ciuitatem, refugium homicidæ, ipsam Che-
bron, & segregata, quæ cum ea: & Lemna, & segregata, quæ ad eam: Ælom, & se
gregata ei: & Tema, & segregata ei: & Gella, & segregata ei; & Dabir, & segrega
ta ei: & Asa, & segregata ei: & Tany, & segregata ei: & Bethsamys, & segregata
ei: ciuitates nouem a duabus tribubus his. Et a tribu Beniamin Gabaon, & segre
gata ei: & Gadeth, & segregata ei: & Anathoth, & segregata ei: & Gamala, & se-
gregata ei: ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiorū Aaron sacerdotum, ζ tre-
decim. Et populis • filiis Caath Leuitis reliquis de filiis Caath, & facta est ciui C
tas • sacerdotum eorum, de tribu Ephræm. Et dederunt eis ciuitatem refugii
homicidæ, Sichem, & segregata • ei: & Gazara, • & quæ ad eam; & segregata
ei: • & Bæthoron, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu Dan Helco-
thæm, & segregata ei: & Gethoda, & segregata ei; & Ælon, & segregata ei; & Ge-
theremmon, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de dimidio tribus Manasse
Tanach, & segregata ei: & Iebatha, & segregata ei, ciuitates duas. Omnes ciuita
tes, decem, & segregata ipsi, quæ ad eas, populis filiorum Caath reliquis. Et fi-
lijs Gedson • Leuitis de dimidio tribus Manasse ciuitates segregatas homici-
dis, Gaulon in Basanitide, & segregata: & Bosoran, & segregata ei: ciuitates duas D
Et de tribu Issachar Cison, & segregata ei: & Debba, & segregata ei: & Rhēmach,
& segregata ei: Fontē litterarum, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu
Aser Basellam, & segregata ei: & Dabbon, & segregata ei: & Chelcat, & segrega
ta ei: & Raab, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu Nephthali ciuitatē
segregatam homicidæ, Cades in Galilæa, & segregata ei: & Nemmath, & segre
gata ei: & Themon, & segregata ei: ciuitates tres: Omnes ciuitates ipsius Ged-
son, secundum populos eorum, ciuitates • tredecim. Et populo filiorum Me-
rari Leuitis reliquis, de tribu ξ Zabulon Maan, & suburbana eius: & Cades, et
suburbana eius: et Sella, et suburbana eius: ciuitates tres: Et • trans Iordanem
qua contra Hiericho, de tribu Ruben ciuitatem, refugiū homicidæ, Bosor • in E
deserto: Miso, & suburbana eius: & Iazer, et suburbana eius: & Beemon, & subur
bana eius: & Mapha, & suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Gad ciui
tatem, refugium homicidæ, & Rhamoth in Galaad, & suburbana eius: Camin,
& suburbana eius; & Esbon, & suburbana eius: & Iazer, & suburbana eius:
omnes ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiis Merari secundum populos
eorum residuorum de tribu Leui. Et factæ sunt • fines ciuitates duode-
cim omnes ciuitates Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel, quadra-
ginta

A ginta octo ciuitates, & suburbana earum in circuitu ciuitatum istarum: ° ciuitas
& suburbana in circuitu ciuitatis omnibus ciuitatibus istis. Et cōsūmauit Iesus
diuidens terram in finibus eorum. Et dederunt filii Israel portionem Iesu per
constitutionem Domini: dederunt ei ciuitatem, quam petiit: Thamnasachar
dederunt ei in mōte Ephræm. Et ædificauit Iesus ciuitatem, & habitauit in ea.
Et accepit Iesus cultros petrinos, in quibus circunciderat filios Israel, qui nati
fuerant in via in deserto: & posuit eos in Thānasachar. Et dedit Dominus ipsi Il
rael omnem terram, quam iurauerat dare patribus eorum, & hæreditauerunt eā,
& habitauerunt in ea. Et requiem dedit illis Dominus in circuitu, sicut iuraue-
B rat patribus eorū. Non restitit quisquam ante faciem eorum ab omnibus inimi-
cis eorum: omnes inimicos eorum tradidit ᵘ Dominus in manus eorum. Non
decidit ex omnibus verbis bonis, quæ locutus est Dominus filiis Ifrael: omnia
aduenerunt.

α Basan.] *Alii addunt* κλήρῳ, per sortem. β Et de tribu filiorum Beniamin] *Hæc absunt à Compl. vt à vulgata.* γ Et vocatæ sunt filiis Aaron.] *Copl.* καὶ ἐπεκλήθησαν ἐν ὀνόματι, καὶ ἐγένοντο υἱοῖς. Et vocatæ sunt in nomine. Et fuerunt filiis, *&c.* δ Sors] *Compl. addit* πρῶτος, prima. ε Suburbana autem.] *Ita etiā Compl Vulgata autem coniungit hæc cum antecedentibus, vt intelligatur filiis Aaron donatam esse Chebron cum suburbanis, sicut etiam paulo post repetitur, ipsi autem Caleb iam antea donatum fuisse agrum, & villas.* ζ Tredecim.] *Alii* πόλεις δεκατρεῖς καὶ περισπόρια αὐτῶν, ciuitates tredecim, & suburbana earum η Filiis.] *In*
C *aliis,* υἱῶν, filiorum, *quæ locutio est vsitatior.* θ Sacerdotum.] *Alii,* ὁρίων finium. ι Et] *Compl.* τὰ πρὸς αὐτῇ ἐν τῷ ὄρει ἐφραίμ, quæ ad eam in monte Ephraim. κ Et quæ ad eam, & segregata ei.] *videntur esse duæ interpretationes. in aliis est* καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ, & segregata, quæ ad eam. *Videntur autem suburbana ideo vocari posse segregata, quoniam seposita sunt ei, cui & ciuitas ipsa.* λ Et Bæthoron, & segregata ei.] *In aliis,* καὶ τὴν καβσαείμ (*al.* καβσείν) καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ, καὶ βαιθωρὼν (*al* καὶ τὴν ἄνω βαιθωρων) καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ. Et Cabsaim (*al.* Cabsem) & segregata, quæ ad eam, & Bathoron (*al.* & superiorem Bæhorō) & segregata, quæ ad eam. μ Leuitis.] *Compl.* τοῖς συγγενέσιν τοῖς λευΐταις, cognatis Leuitis. ν Tredecim] *In Compl additur,* καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐταῖς, & segregata, quæ ad eas. ξ Zabulon.] *Alii* υἱῶν ζαβουλών. τὴν ἰεκναὰμ καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν καρθὰ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν δαμνὰ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν δαλὰλ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, πόλεις τέσσαρες, filiorum Zabulon, Iecnaam, & suburbana eius, & Cartha, & suburbana eius, & Damna, & suburbana eius, & Dalol, & suburbana eius: ciuitates quatuor. *Nec multo aliter* Compl. *& vulgata, quamuis hæc compendio vtatur.* ο Et trans Iordanem, qua contra Hiericho.] *A nonnullis abest illud,* τῆ, *quod vertimus* quæ. *Et leguntur ista verba in aliquot editionibus vulgatæ, licet non*
D *sint in hebræo. In Compl. autem est nihilo melius,* καὶ πόλεις τοῦ ἰορδάνου τὴν ἱεριχὼ, & ciuitates Iordanis ipsam Iericho. *Notandum etiam est in vulgata prius commemorari ciuitates Gad, quam Ruben, licet græco cum hebræo, & chaldæo conueniat. Sed alibi de varietatibus vulgatæ.* π In deserto Miso.] *Hæc absunt a Compl. vt ab hebræo. In aliquo libro est* ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ μισώρ. *& vulgata* in solitudine Misor. ρ Fines.] *In aliis additur* αὐτῶν, eorum. σ ciuitas.] *Compl* πόλεις καὶ πόλεις, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῶν κύκλῳ τῶν πόλεων οὕτως πάσαις ταῖς πόλεσι ταύταις: ciuitates, & ciuitates, & suburbana earum in circuitu ciuitatum: sic omnibus ciuitatibus istis. τ Et dederunt.] *Hæc usque ad illud,* Et dedit Dominus, *absunt a Compl vt a vulgata : quæ tamen manifesto agnoscuntur ab Origene hom. 26. & a S. Aug. in locutionibus, ubi de cultris petrinis.* υ Dominus in manus.] *Apud S. Aug. q. 21.* Dominus eis: & manus eorum non decidit. Ex omnibus uerbis bonis, *&c.*

CAP. XXII.

E TVnc conuocauit Iesus filios Ruben, & filios Gad, & dimidiū tribus Manasse & dixit eis: Vos audistis omnia, quæcunque mandauit vobis Moyses puer Domini: & obedistis voci meæ secundum omnia, quæcumque
α mandauit vobis: Non dereliquistis fratres vestros his diebus pluribus. Vsque ad hodiernam diem seruastis mandatum Domini Dei vestri. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus noster fratribus nostris; quemadmodum dixerat eis. Nunc igitur reuertentes redite ad domos vestros, & ad terram possessionis vestræ; quam dedit vobis Moyses trans Iordanem. Sed custodite valde facere mandata,

mandata,& legem, quam mandauit nobis facere Moyses puer Domini: dilige A
re Dominum Deum nostrum, ambulare [a]omnibus viis eius, seruare mandata
eius, & adhærere ei, & seruire ei ex tota mente vestra, & ex tota anima vestra. Et
benedixit eos Iesus, & dimisit eos. Et iuerunt ad domos suas. Et dimidiæ tribui
Manasse dedit Moyses in Basanitide, & dimidiæ dedit Iesus cum fratribus eius
trans Iordanem iuxta mare. Et vbi dimisit eos Iesus in domos suas, & benedixit
[y] eis: & in diuitiis multis abierunt in domos suas, & pecora multa valde, & ar-
gentum, & aurum, & ferrum, & vestem multam diuiserunt, prædã [z] inimicorũ
cum fratribus suis. Et iuerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidiũ tribus Manas
se a filiis Israel in Selo in terra Chanaan ad abeundum in terram Galaad, in ter- B
ram possessionis eorum, quam hæreditauerunt eã per constitutionem Domini
in manu Moysi. Et venerunt in [a] Galaad Iordanis, quæ est in terra Chanaan. Et
ædificauerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse illic aram su-
per Iordanem, aram magnã [b] videre. Et audierunt filii Israel [c] dicentium, ecce
ædificauerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse aram super fi-
nes terræ Chanaam super Galaad Iordanis in trãsitu filiorũ Israel. Et congrega
ti sunt omnes filii Israel in Selo, vt ascendentes debellarent eos. Et miserunt fi
lii Israel ad filios Ruben, & ad filios Gad, & ad filios dimidiæ tribus Manasse in
terram Galaad Phinees filium Eleazari filii Aaron principis sacerdotũ, & decẽ C
ex principibus cum eo: princeps vnus de domo familiæ ex omnibus tribubus
Israel: principes domorum familiarum sunt Chiliarchi Israel. Et aduenerunt ad
filios Ruben, & ad filios Gad, & ad dimidios tribus Manasse in terram Galaad
Et locuti sunt ad eos, dicentes: Hæc dicit vniuersa Synagoga Domini: Quod
est delictum hoc, quod deliquistis ante Deũ Israel, auerti hodie [d] a Domino, æ-
dificantes vobis ipsis aram, apostatas vos fieri a Domino? Nunquid paruum vo
bis peccatum Phogor? quod non sumus mundati ab eo vsque in diem hanc: &
facta est plaga in Synagoga Domini. Et vos auersi estis hodie a Domino. Et erit
si recesseritis hodie a Domino, & cras; super omnem Israel erit ira. Et nũc si par D
ua terra vestra possessionis vestræ; transite ad terram possessionis Domini; vbi
habitat illic tabernaculum Domini: & possidebitis in nobis: & nolite a Deo fie
ri apostatæ & vos: & nolite recedere a Domino, eo quod ædificetis vos arã ex-
tra altare Domini Dei nostri. Nonne ecce Achar filius Zara delicto deliquit
ab Anathemate: & super vniuersam Synagogam Israel facta est ira? Et vnus hic
ipse mortuus est in suo ipsius peccato? Et responderunt filij Ruben, & filii Gad,
& dimidium tribus Manasse: & locuti sunt Chiliarchis Israel, dicentes: Deus
Deus Dominus est: & Deus Deus ipse nouit: & Israel ipse cognoscet. Si in apo
stasia deliquimus ante Dominum; non eximat nos in die hac: & si ædificauimus E
nobis ipsis aram, vt recedamus a Domino Deo nostro, vt ascendere faciamus
super eam sacrificium holocaustomatum, vt faciamus super eam salutarium;
Dominus exquiret. Sed propter cautelam verbi fecimus hoc, dicentes: vt
non dicant cras filij vestri filijs nostris: Quid vobis, & Domino Deo Israel? Et
fines posuit Dominus inter nos, & vos Iordanẽ, & non est vobis pars Domi-
ni: & abalienabunt filii vestri filios nostros; vt non venerentur Dominum.
Et diximus facere sic, ædificare aram hanc non propter oblationes neque pro-
pter sacrificia; sed vt sit hoc testimonium inter nos, & vos, & inter progenies no
stras

A stras post nos, seruire seruitutem Domini coram eo in oblationibus nostris, & in sacrificijs nostris, & in sacrificijs salutarium nostrorum. Et non dicent filii vestri filiis nostris cras, Non est vobis pars Domini. Et diximus: Si quando factum fuerit, & locuti fuerint ad nos, vel generationibus nostris cras; & dicent: Videte simulachrum altaris Domini, quod fecerunt patres nostri, non propter oblationes, neque propter sacrificia: sed testimonium est inter vos, & inter nos, & inter filios nostros. Absit igitur nos auerti à Domino in hodierna die, recedere à Domino, ædificando nos altare oblationibus, & sacrificijs ^κ Salamin, & sacrificio salutaris, præter altare Domini, quod est ante tabernaculum eius. ^λ Et audiens

B Phinees sacerdos, & omnes principes Synagogæ Israel, qui erant cum eo, verba quæ locuti sunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidium tribus Manasse; & placuit eis. Et dixit Phinees sacerdos filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidiæ tribui Manasse: Hodie cognouimus, quia nobiscum Dominus, eo quod non deliquistis ante Dominum delictum, & quia eruistis filios Israel de manu Domini. Et reuertit Phinees sacerdos, & principes à filiis Ruben, & à filijs Gad, & à dimidia tribu Manasse de Galaad in terram Chanaan ad filios Israel. Et responderunt eis verba: & placuit ^μ filiis Israel. Et locuti sunt ad filios Israel; & benedixerunt Deum filiorum Israel. Et dixerunt non vltra ascendere ad eos in bellum ad exterminandam terram filiorum Ruben, & filiorum Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Et ha-

C bitauerunt super eam. Et cognominauit Iesus aram ipsorum Ruben, & ipsorum Gad, & dimidiæ tribus Manasse: & dixit: Quoniam testimonium est inter eos; quia Dominus Deus eorum est.

α Mandauit.] *In aliis est* ἐνετειλάμην, mandaui. β omnibus.] *Alii* ἐν πᾶσι, in omnibus. γ Eis.] *Alii addunt* λέγων, dicens. *Et S. Aug in locut. notat han. locutionem; quomodo, cum his verbis intentos fecisset audire, quid benedicendo dixit Iesus; ea tamen subiecerit scriptura, quæ magis esse narrantis, quàm benedicentis apparet. In vulgata tamẽ vt in hebræo, quæ sequuntur, dicuntur ex persona Iosue vsque ad illud* Et iuerunt. δ Inimicorum.] *In aliis additur* αὐτῶν, *&* S. *Aug.* inimicorum suorum. ε Galaad] *Alii* γαλιλωθ, Galiloth, *quod significat confinia, vel tumulos, vt habet vulgata.* ζ *Vide.c.*] S. *Aug in locut* Ista locutio etiam in sermone latino nota est. *Posset tamen etiam verti*, ad videndum, *vel*, visu. η Dicentium.] *Ita idem* S. *Aug. & significat*, eos qui dicerent. θ A Domino] *Compl* ἀπὸ ὄπισθεν κυρίου ab eundo post Dominum: *quod sapit hebraismum.* ι Et vnus hic ipse.] *Alii* καὶ οὗτος εἷς μόνος ἦν (*istud* ἦν, *abest a Compl*) μὴ μόνος οὗτος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ. Et hic vnus solus erat: non solus hic mortuus est in suo ipsius peccato. κ Salamin.] *Abest a Compl.* λ Audiens.] *Alii* ἀκούσαντες, *& S. Aug. in locut.* Audientes. μ Placuit.] *hic in aliis additur* ὁ λόγος, verbum. *A Compl. autem abest quod sequitur*, καὶ ἐλάλησαν πρὸς τοὺς υἱοὺς ἰσραήλ.

CAP. XXIII.

ET factum est post dies plures, postquam Dominus quiescere fecit Israel ab omnibus inimicis eius in circuitu; & Iesus senior, prouectus diebus. Et conuocauit Iesus omnes filios Israel, & seniores eorum, & principes eorum, & iudices eorũ, & scribas eorũ; & dixit ad eos. Ego senui, & prouectus sũ diebus. Vos autẽ vidistis, quæcunq. fecit Dominus Deus noster omnibus gentibus his

E à facie vestra: quoniã Dominus Deus vester, qui debellauit ^α vobis. Videtis, quia feci cadere vobis gẽtes residuas vobis has in sortibus in tribus vestras: à Iordane omnes gẽtes ^β & exterminaui, & à mari magno terminabit ad occasũ solis. Dominus autẽ Deus noster hic exterminabit eos à facie nostra, ^γ donec pereant. Et mittet eis bestias agrestes; quoadusq. exterminauerit eos, & reges eorum à facie vestra: & hæreditabitis terrã eorum; sicut locutus est Dominus Deus noster vobis. Confortamini igitur valde ad custodiendum, & faciendum omnia, quæ scripta sunt in libro legis Moysi; vt non declinetis in dextra, vel sinistra, vt non in-

tretis in gentes residuas istas. Et nomina Deorum eorum non nominabuntur in [α] A
vobis; neque seruietis, neque adorabitis eos. Sed Domino Deo nostro adhære-
bitis; sicut fecistis vsque in diem hanc. Et exterminabit eos Dominus à facie ve-
stra, gentes magnas, & fortes. Et nemo restitit coram nobis vsque in diem hanc.
Vnus è vobis persequutus est mille: quoniã Dominus Deus noster, hic debella-
bat vobis, sicut dixit nobis. Et obseruate valde diligere Dominum Deum no-
strum. Si enim auersi fueritis, & appositi fueritis residuis gentibus istis, quæ vo-
biscum, & connubia feceritis ad eos, & commisti fueritis eis, & ipsi vobis; [δ] no-
scite, quia non adiiciet Dominus exterminare gentes istas à facie vestra. Et erũt
vobis in laqueos, & in scandala, & in clauos in [ε] calcaneis vestris, & in iacula B
in oculis vestris; donec disperdamini de terra bona hac, quam dedit vobis Do-
minus Deus vester. Ego autem [ζ] recurro viam, sicut & omnes, qui sunt super
terram. Et cognoscetis corde vestro, & anima vestra, quoniam non cecidit vnũ
verbum de omnibus [η] verbis, quæ dixit Dominus Deus noster [θ] ad omnia perti-
nentia nobis: non dissonuit ex eis. Et erit, quemadmodum veniunt ad [ι] nos om-
nia verba bona, quæ locutus est Dominus super vos; ita inducet Dominus Deus
super vos omnia verba mala; quoadusq. exterminauerit vos de terra bona hac,
quam dedit Dominus vobis, in transgrediendo vos testamentum Domini Dei
nostri, quod mandauit nobis, & ambulantes [κ] seruieritis Diis alijs, & adoraue- C
ritis [λ] eos.

α Vobis.] *Est hebraismus, & accipiendum, ac si diceretur,* pro uobis. β Et exterminaui.] *Illud,* Et, *abest ab aliis: hebræus loco istius coniunctionis habet,* quas. γ Donec pereant] *Pro his vsque ad illud,* & hæreditabitis, *in Cõpl. sunt tantũ ista,* καὶ ἐξολοθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου σου, & exterminabit eos a facie tua. δ Noscite.] *Ita est in Theodoretus q. 18. Alii* γνώσει γνώσεσθε, cognitione cognoscite. ε Calcaneis.] πλευραῖς. *Theodoretus* πλευραῖς ὑμῶν, καὶ σκόλοπες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, in costis vestris, & aculei in oculis vestris. ζ Recurro.] *Disputat de ista locut. S. Aug. q. 24.* η Verbis.] *In Compl. & apud Theodoretum additur* τῶν ἀγαθῶν, bonis. θ Ad omnia pertinentia nobis] πρὸς πάντα τὰ ἀνήκοντα ὑμῖν. *Compl. habet* πρὸς ὑμᾶς πάντα τὰ ἀνήκοντα ὑμῖν. *Etiã Theodoretus habet,* πρὸς ὑμᾶς, *sed non cetera. In aliquo libro est* κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς. πάντα ἥκει ὑμῖν. οὐ διεφώνησεν ἐξ αὐτῶν, Dominus Deus vester ad vos, omnia veniunt vobis: vnum non dissonuit ex eis. ι Ad nos.] *Alii* ἐφ' ὑμᾶς, super nos, *itemque Theodoretus.* κ Seruieritis.] λατρεύσητε. *Melius, quàm quod in Compl.* λατρεύσετε, seruietis. *Est enim hebraismus, vt intelligatur in hoc eos violasse mandatum, si iuerint, et seruierint Diis alienis.* λ Eos.] *In aliis sequitur,* καὶ ὀργισθήσεται θυμῷ κύριος ἐν ὑμῖν, καὶ ἀπολεῖσθε (*Compl.* καὶ ἐξολεῖ ὑμᾶς) τὸ τάχος ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς ἔδωκε κύριος ὑμῖν. Et irascetur furore Dominus in vos: & expellet te (C. & peribitis) cito de terra ista bona, quam dedit Dominus vobis. D

CAP. XXIIII.

ET congregauit Iesus omnes tribus Israel in [α] Selo, & conuocauit seniores
eorum [β] & scribas eorum, & iudices eorum: & statuit eos ante Deum. Et
dixit Iesus ad omnem populum: Hæc dicit Dominus Deus Israel. Trans
flumen inhabitarunt patres vestri ab initio, Thara pater Abraam, & pater Na-
chor: & seruierunt Diis alienis. Et assumpsi patrem vestrum Abraam de trans-
flumine, & deduxi eum in omnem [γ] terram: & multiplicaui eius semen: & dedi E
ei Isaac: & ipsi Isaac Iacob, & Esau. Et dedi Esau montem Seir ad hæredi-
tandum ei. Et Iacob, & filii eius descenderunt in Aegyptum: & [δ] facti
sunt ibi in gentem magnam, & multam, & validam. Et afflixerunt eos Ae-
gyptij. Et percussi Aegyptum in signis, quæ feci in eis. Et post hæc edu-
xit patres nostros de Aegypto, & intrastis in mare rubrum. Et persecuti sunt
Ægyptij post patres nostros in curribus, & in equis in mare rubrum. Et ex-
clamauimus ad Dominum, & dedit nubem, & caliginem inter nos, & inter

Aegy-

A Ægyptios:& induxit super eos mare,& operuit * illos. Et viderunt oculi vestri, quæcunque fecit Dominus in terra Aegypto:& fuistis in deserto dies plures. Et duxit nos in terram Amorræorum habitantium trans Iordanem: & tradidit eos Dominus in manus nostras:& hæreditastis terram eorum:& exterminastis eos à facie vestra. Et surrexit Balac filius Sephor rex Moab,& instruxit exercitum cõtra Israel:& mittẽs vocauit Balaam ad maledicendum vos. Et noluit Dominus Deus tuus perdere te. Et benedictionibus benedixit nos:& eripuit vos de manibus eorũ: ς & tradidit eos. Et trãsistis Iordanem,& aduenistis in Hiericho. Et bellauerũt aduersus nos, qui habitabãt Hiericho, Amorræus & Chananæus,& Pherezæus & Euæus,& Iebusæus,& Chettæus,& Gergesæus. Et tradidit eos Dominus in manus nostras. Et misit ante vos * vespas: & emisit eos à facie nostra; * duodecim reges Amorræorũ, non in gladio tuo, neque in arcu tuo. Et dedit vobis terram, super quam non laborastis super eam & ciuitates, quas non ædificastis;& habitastis in eis:& vineas:& olíueta, quæ nõ plantastis, vos comeditis. Et nunc timete Dominum,& seruite ei in rectitudine, & in iustitia, & circumauferte Deos alienos, quibus seruierunt patres nostri trans flumen,& in Ægypto:& seruite Domino. Si autem non placet vobis seruire Domino; eligite vobis ipsis hodie, cui seruiatis, siue Dijs patrum vestrorum, ijs, qui in transfluuiali,

C siue Dijs Amorræorum, in quibus vos habitatis super terram eorum. Ego autem,& domus mea seruiemus Domino, * quia sanctus est. Et respondens populus dixit: Absit a nobis derelinquere Dominum; vt seruiamus dijs alijs. Dominus Deus noster, ipse Deus est. Ipse eduxit nos, & patres nostros de ^ Aegypto:& custodiuit nos in omni via, qua iuimus in ea,& in omnibus gẽtibus, quas transiuimus per eas:& eiecit Dominus Amorræũ, & omnes gentes inhabitantes terram, a facie nostra. Sed & nos seruiemus Domino. Hic enim Deus noster est. Et dixit Iesus ad populum: Non poteritis seruire Domino; quoniam Deus sanctus est,& zelans ipse: non dimittet peccata vestra,& iniquitates vestras; quãdocunque dereliqueritis Dominum, & seruieritis Dijs aliis. Et inuadens affliget vos,& delebit vos pro ijs, quæ benefecit vobis. Et dixit populus ad Iesum: Nequaquam: sed Domino seruiemus. Et dixit Iesus ad populum: Testes vos cõtra vos, quia vos elegistis * Domino seruire ei. Et nunc circumauferte Deos alienos, qui in vobis,& dirigite cor vestrum ad Dominum Deum Israel. Et dixit populus ad Iesum: Domino seruiemus,& vocem eius audiemus. Et disposuit Iesus testamentum ad populum in illa die:& dedit illi legem, & iudicium in Selo coram tabernaculo Dei Israel. Et scripsit verba hæc in libro * legum Dei:& accepit lapidem magnũ;& statuit illũ Iesus sub terebintho ante Dominũ. Et dixit

E Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit ς in vobis in testimonium; quia hic audiuit omnia, quæ dicta sunt * ei a Domino, * quicquid locutus est ad vos hodie:& hic erit in vobis in testimoniũ in nouissimis diebus; cum mentiti fueritis Domino Deo * meo. Et misit Iesus populum: * & iuerunt vnusquisque ad locum suũ. Et seruiuit Israel Domino omnes dies Iesu,& omnes dies seniorũ; quicunq. traduxerãt tempus cũ Iesu, & quicunq. viderãt omnia opera Domini, quæ fecerat ipsi Israel Et factũ est post illa,& mortuus est Iesus filius Naue seruus Domini, * centũ decẽ annorũ. Et sepelierũt eũ ad fines sortis eius in * Thãnasachar in mõte, qui Ephrẽ ab Aquilone mõtis, qui Galaad. Ibi posuerũt cũ eo in monumento,

in quo sepelierunt eum, ibi cultros petrinos, in quibus circũcidit filios Israel in A
Galgalis; cum eduxit eos de Ægypto: sicut constituit eis Dominus. Et ibi sunt
vsque in hodiernam diem. Et ossa Ioseph extulerũt filij Israel de Ægypto: & de-
foderunt in Sicimis, in parte agri, quem acquisiuit Iacob ab Amorræis habitan
tibus in Sicimis, agnabus centum, & dedit eam Ioseph in parte. Et factũ est post
hæc, & Eleazar filius Aaron princeps sacerdotum defunctus est: & sepultus est in
Gabaar Phinees filii sui, quã dedit ei in monte, qui Ephræm. χ In illa die sumen
tes filii Israel arcam Dei circuntulerunt in seipsis. Et Phinees functus est sacer-
dotio pro Eleazaro patre suo: quoadusq. mortuus est, & defossus est in Gabaar,
quæ ipsius. Filii autem Israel abierunt vnusquisque ad locum suum, & ad suam B
ciuitatem. Et coluerunt filii Israel Astarten, & Astaroth, & Deos gentium, quæ
in circuitu ipsorum. Et tradidit eos Dominus in manus Eglom regi Moab. Et
dominatos est eorum annos decem octo.

α In Selo.] *Alii codices habent εἰς σηχὲμ*, in Sychem, *quomodo in vulgata, atque eadem varietas est paulo post, vbi scribitur Iesum dedisse populo legem, & iudicium in* Selo. *Nam & ibi alii habent σηχὲμ. S. Aug. q.* 30. Sylo, β Et Scribas eorum.] *In aliis est, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ τοὺς δικαστὰς αὐτῶν, καὶ τοὺς γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ ἔστησαν.* Et principes eorum, & iudices eorum, & scribas eorum, & steterunt. γ Terram.] *Alii libri addunt χαναάν*, Chanaan. *Sed S. Aug. q.* 25. Interpretatio, quæ est in hebræo, habet, & induxi eum in terram Chanaan. Mirum est ergo, si lxx. pro terra Chanaan omnem terram ponere voluerunt, nisi intuentes, *&c.* δ Et facti sunt.] *Pro his vsque ad illud*, & intrastis, *habentur ista in Compl. καὶ ἀπέστειλα μωυσῆν, καὶ ἀαρὼν, καὶ ἐπάταξεν τὴν αἴγυπτον, ἐν οἷς ἐποίησεν ἐν αὐτοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξήγαγεν ὑμᾶς, καὶ ἐξήγαγεν τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ αἰγύπτου.* Misique Moysem, & Aaron; & percussit Aegyptum in ijs, quæ fecit in eis: & post hæc eduxit vos: & eduxit patres vestros de Ægypto. ε Illos.] *S. Aug. in locut. videtur legisse* super illos. ζ Et tradidit eos.] *Hæc non sunt in Compl. quemadmodum neque in vulgata.* η Vespas.] *Sic S. Aug. q.* 27. *quod græce σφηκίαν, quasi examen vesparum.* θ Emisit.] *In aliquot libris est ἐξέβαλεν, & S. Aug. ibid.* eiecit. ι Duodecim.] *In aliis δύο*, duos, *& sic vulgata.* κ Quia sanctus est.] *Absunt hæc a Compl. vt à vulgata: Codices, & Theodoretus q.* 18. *habent.* λ Ægypto.] *In Compl. additur, ἐξ οἴκου δουλείας, καὶ ὅσα ἐποίησεν ἡμῖν, τὰ σημεῖα τὰ μεγάλα ταῦτα,* è domo seruitutis, & quæcunque fecit nobis, signa magna hæc. μ Domino.] *In aliis codicibus & apud Theodoretum, est τὸν κύριον*, Dominum. ν Legum.] *Alii νόμου, & S. Aug. q* 30. legis. ξ In vobis.] *Alii non habent ἐν, & S. Cyp. lib.* 2. *testim. & S. Aug. ibid.* vobis, *eadem varietas est paulo post.* ο Ei.] *Abest illud αὐτῷ ab aliis, et à Theodoreto q.* 19. *& a S. Aug. & S. Cyp. ibidẽ.* π Quodcumque.] ὅ, τι. *In aliis est ὅσα, & S. Cyp.* quanta. *S. Aug.* quæcumque. *Theodoretus ἃ*, quæ. ρ Meo.] *Alii ὑμῶν, & S. Aug.* vestro. σ Et ierunt vnusquisque.] *In aliis est tantũ ἕκαστον*, vnumquẽque. *Et in Comp. statim sequũtur, quæ de morte Iesu* Et factũ D
est post illa, *&c. Et quæ hic interijciuntur, in Compl. ponuntur paulo post, eo nimirũ loco, vbi habet vulgata. Sed Origenes hom.* 2. *in* Iud. *hoc eodem loco, quo nostra, videtur habere.* τ Centum.] *Compl. υἱὸς ἑκατὸν*, filius centum. υ Thamnasachar.] *In aliis codicibus est ἐν θαμναθσαχὰρ (al. θαμναθσαχὰρ) ἐν τῷ ὄρει ἐφραὶμ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ τοῦ ὄρους γαάς.* In Thãnasachar (*al.* Thamnathsachar) in monte Ephræm ab Aquilone montis Gaas. *In libro quidem Iudicum c.* 2. *legitur θαμναθαρὲς, & τοῦ ὄρους γαάδ.* φ Ibi posuerunt.] *Hinc vsque ad illud*, Et ossa, *absunt à Compl. Quod quidẽ de cultellis petrinis dicitur: hoc etiam loco uidetur agnosci a S. Aug. q.* 30. χ In die illa.] *Hinc vsque in finem absunt a Compl. vt a vulgata. Agnoscuntur tamen magnam partẽ a Theodoreto ibidem, et a S. Aug. in præfatione quæstionum in librum Iudicum.*

A

IVDICES

CAP. I.

ET factum eſt, poſtquam defunctus eſt Ieſus; & interrogabāt filii Iſrael [α] per
B Dominum, dicentes: Quis aſcendet nobis ad [β] Chananæos dux ad bellū
dum aduerſus eos? Et dixit Dominus: Iudas aſcendet. Ecce dedi terram
in manu eius. Et dixit Iudas ad Symeon fratrem ſuum: Aſcende mecum in ſor
tem meam: & [γ] inſtruamus exercitum aduerſus Chananæos; & ibo etiam ego
tecum in ſortem tuam. Et iuit cum eo Symeon. Et aſcendit Iudas. Et tradidit
Dominus Chananæum, et Pherezæum in manus [δ] eorum. Et conciderunt
eos in Beſec, ad decem millia virorum. Et [ε] aſſecuti ſunt Adonibezec in Beſec,
et ſtruxerunt aciem aduerſus eum: et conciderunt Chananæum, et Pherezæum.
Et fugit Adonibezec. Et cucurrerunt poſt eum, et ceperunt eum: et præciderūt
C ſummitates manuum eius, et ſummitates pedum eius. Et dixit Adonibezec: Se
ptuaginta reges ſummitates manuum ſuarum, et ſummitates pedum ſuorū ab-
ſciſi, erant colligentes, quæ ſub menſa mea. Sicut igitur feci; ſic retribuit mihi
Deus. Et ducunt eum in Hieruſalem, et mortuus eſt ibi. Et oppugnabāt filii Iu-
da [ζ] Hieruſalem: et ceperunt eam, et percuſſerunt eam in ore gladij: et ciuita-
tem incenderunt in igni. Et poſt hæc deſcenderunt filii Iuda bellare in Chana-
næum inhabitantem montanam, et auſtrum, et campeſtrem. Et iuit Iudas ad
Chananæum habitantem in Chebron. Et exiit Chebron ex aduerſo. Et nomen
erat Chebron, antea Cariath arboc [η] ſepher. et percuſſerunt Seſſi, et Achiman
D et Tholmi, genimina ipſius Enac. Et aſcenderunt inde ad habitātes Dabir. No
men autem Dabir erat antea Cariathſepher, [θ] ciuitas litterarum. Et dixit Cha-
leb: Quicunque percuſſerit ciuitatem litterarum, et præoccupauerit eam; da-
bo ei [ι] Aſcha filiam meam in vxorem. Et præoccupauit eam Gothoniel filius
Cenez [κ] fratris Chaleb, qui iunior. Et dedit ei Chaleb Aſcha filiam ſuam in
vxorem. Et factum eſt in [λ] ingreſſu eius, et [μ] incitauit eam Gothoniel
ad petendum a patre ſuo agrum. Et [ν] murmurauit, et clamauit de ſubiugali: In
terrā Auſtri tradidiſti me. Et dixit ei Chaleb: Quid eſt tibi? Et dixit ei Aſcha: Da
nunc mihi benedictionem, quoniam in terrā Auſtri tradidiſti me: et dabis mihi
E [ξ] redēptionem aquæ. Et dedit ei Chaleb ſecundum cor eius redemptionē ex-
celſorum, et redemptionem humilium. Et filii Iothor [ο] affinis Moyſi aſcende-
runt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in deſertum, [π] quod eſt in Auſtro Iu
da, quod eſt ſuper deſcenſum Arad. [ρ] Et habitauerūt cum populo. Et iuit Iudas
cum Symeon fratre ſuo, & concidit Chananæum habitantē Sephet, & [σ] exter-
minauerunt eos. Et vocauit nomen ciuitatis, anathema. Et [τ] non hæreditauit
Iudas Gazā, neq. fines eius, neque Aſcalonem, neque fines eius, & Accaron, neq.
fines eius, Azotum, neque adiacentia eius. Et erat Dominus cum Iuda. Et hære
ditauit montem: quoniam non potuerunt [υ] exterminare inhabitantes in valle:

quoniam ᵗ Rechab obstitit eis. Et dederunt ipsi Chaleb Chebron; sicut locu- A
tus est Moyses. Et hæreditauit inde tres ciuitates filiorum ᵡ Enac. Et Iebusæũ
habitantem in Hierusalẽ non ᵠ hæreditauerũt filii Beniamin. Et habitauit Iebu
sæus cum filiis Beniamin in Hierusalem vsque in diem hanc. Et ascenderunt fi-
lii Ioseph, & vtiq. ipsi in Bæthel. Et Dominus fuit cum eis. Et castrametati sũt
ᵚ et explorauerunt Bæthel. Nomen autem ciuitatis erat antea Luza. Et viderũt,
qui obseruabant; ᵃᵃ & ecce vir egrediebatur e ciuitate, & ceperunt eum: & dixe
runt ei: ostende nobis ciuitatis ingressum: & faciemus tecum misericordiam.
Et ostendit eis ingressum ciuitatis. Et percusserunt ciuitatem in ore gladij:
virum autem, & cognationem eius dimiserunt. Et iuit vir in terram Chettin: & B
ædificauit ibi ciuitatem: & vocauit nomen eius Luza. Hoc est nomen eius vsque
in diem hanc. Et ᵝᵝ non abstulit Manasses Bæthsan, quæ est Scytharum ciuitas,
neque filias eius, neque adiacentia eius, neque Thanac, neque filias eius, neque
habitantes Dor, neq. filias eius, neque habitantem Balac, neque adiacẽtia eius,
neque filias eius, neque habitantes Magedo, neque adiacẽtia eius, & filias eius,
neque habitantes Ieblaã, neque adiacentia eius, neque filias eius. Et cepit Cha-
nanæus habitare in terra hac. Et factum est, quando præualuit Israel; & ᵞᵞ fecit
Chananæum in tributum: & auferens non abstulit eum. Et Ephræm non abstu
lit Chananæum habitantem in Gazer. Et habitauit Chananæus in medio eius C
in Gazer; & ᵟᵟ factus est in tributũ. Et Zabulon non abstulit habitantes Cedron,
neque habitantes Domana. Et habitauit Chananæus in medio eorum: & factus
est ei in tributũ. Et Aser nõ abstulit habitãtes Ancho ᵋᵋ & factus est ei in tributũ,
& habitantes Dor, & habitantes Sidona, & habitãtes Dalaph, Aschazi, & Cheb
da, & Nai, & Ereo. Et habitauit Aser in medio Chananæi habitantis terrã: quo-
niam nõ potuit auferre eum. Et Nephthali non abstulit habitantes Bæthsamys
& habitantes Bæthanac. Et habitauit ᶻᶻ Nephthali in medio Chananæi habitan
tis terram. Habitantes autem Bæthsamys, & ᵑᵑ Bætheneth facti sunt eis in tribu
tum. Et contribulauit Amorræus filios Dan in monte; quoniam ᶿᶿ non permise D
runt eum descendere in vallem. Et cepit Amorræus habitare in monte ᶥᶥ testa-
ceo (ᵏᵏ in quo vrsi, & in quo vulpes) in Myrsinoni, & in Thalabin. Et grauata
est manus domus Ioseph super Amorræũ: & factus est ᶺᶺ eis in tributum. Et ter-
minus Amorræi ab ascensu Acrabin a petra, & supra.

α Per Dominum.] *Alii ἐν κυρίῳ, & S. Aug. in locut.* in Domino, *quamuis q. 2 habeat* Dominum. β Chananæos.] *Alii* τὸν χαναναῖον ἀφηγούμενος τοῦ πολεμῆσαι ἐν αὐτοῖς. *Compl. autem* ἐν αὐτῷ. *S. Aug. ibid.* Quis ascendet nobiscum ad Chananæum dux ad bellandum eum? γ Instruamus exercitum.] παραταξώμεθα πρὸς τοὺς χαναναίους. *In aliis est* πολεμήσωμεν, (*Compl.* πολεμήσωμεν) ἐν τῷ χαναναίῳ. *Et S. Aug. in locut.* Et bellemus in Chananæo: *quamuis q. 2. habeat* in Chananæos. δ Eorum.] Ita etiam vulgata, & *hebræus. Alii, & Compl.* αὐτῶν, eius. ε Assecuti sunt.] κατέλαβον. *Alii* εὗρον, inuenerunt. ζ Hierusalem.] *Comp.* ἐπολέμησαν υἱοὶ Ἰούδα ἐν ἱερουσαλὴμ, pugauerunt filii Iuda contra Hierusalem. η Sepher.] *Hæc dictio abest a Compl. quemadmodũ etiam nulla fit ipsius mentio Ios. 15. aut alus locis, vbi ista ciuitas commemoratur. Est tamen in plerisque codicibus: & videri potest ex loco, qui paulo post sequitur, huc irrepsisse* S. *Aug. q* 3. Cariathharbe, vel Sepher. θ Ciuitas litterarum.] *Est interpretatio proxime præcedentis dictionis. Quare vulgata* Cariat Sepher, id est, ciuitas litterarum. *Apud S. Aug. ibid. est tantum,* Nomen autem Dabir, quod erat ante ciuitas litterarũ. ι Ascha.] *Compl.* ἀχσάν. *S. Aug. ibid.* Axam *vt vulgata. Sed multę semper in his nominibus varietates etiam eiusdem libri.* κ Fratris.] *Respondet hebræo, sicut dictum est Ios.* 15. *Compl. habet* ἀδελφός, frater. λ *In* ingressu.] ἐν τῷ εἰσόδῳ αὐτῆς. *Alij* ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν, *eodem sensu, idest,* dum illa ingrederetur iter. *S. Aug. q. 4. habuit,* cum ingrederetur ipse: *& confert hunc locum cum loco Ios* 15. *vbi legit,* cum ingrederetur ipsa, *licet ibi quidem sit* ἐκπορεύεσθαι. μ Incitauit.] ἐπέσειεν. *Propius ad hebræum, quam* ἐπεσέλευσεν, *quod habet Complut. & S. Aug.* monuit, *ut vulgata.* ν Et murmurauit.] *Alij* καὶ ἐγόγγυζεν ἐπάνω τοῦ ὑποζυγίου, καὶ ἐκέκραξεν ἀπὸ τοῦ ὑποζυγ- E

A ἀπὸ ζυγίου. *Compl. hanc secundam partem totã omittit S. Aug. hac tantum refert,* clamans de subiugali. ξ Re
demptionem aquæ.] *Theodoretus,* Symm. *est interpretatus* λύτρωσιν ὕδατος irrigationem aquæ. *Et pro* ταπεινῶν,
humiliũ, *ipse dixit* πεδινῶν, campestriũ. ο Affinis.] γαμβροῦ: *& sic infra c.4. Compl. hic* πενθεροῦ, soceri. *Alij li*
bri & Theodoretus q.3. καὶ υἱοὶ ἰωβὰβ τοῦ κιναίου (*al.* ἰωβὰδ) πενθεροῦ μωυσῆ, & filii Iobab Cinæi soceri Moysi. *Atq.*
addit Theodoretus. Et iam dixi Iobab fuisse filium Iothor. Eum autem vocauit πένθερον, tamquam vxoris
fratrem. Nã & multi nunc eos, qui tales sunt, vocant πενθερίδας. *Vulgata* Cinæi cognati Moysi. π Quod
est in Austro Iuda.] *Compl.* εἰς τὴν ἔρημον ἰούδα τὴν οὖσαν ἐν τῷ νότῳ ἐπὶ καταβάσεως ἀράδ, in desertum Iuda, quod est
in Austro super descensum *Arad. Et sic hebræus; nisi quod non habet* super descensum. ρ Et habitauerunt]
Alii καὶ ἐπορεύθησαν, καὶ κατῴκησαν, & iuerunt, & habitauerunt. σ Et exterminauerunt eos.] *In aliis est* καὶ ἀνε-
θεμάτισαν αὐτήν, καὶ ἐξωλόθρευσαν αὐτήν. Et anathemarunt eam, & exterminarunt eam: *ac uidentur duæ interpre-*
tationes. Quare in uerbis proxime sequentibus, ubi nostra habet, anathema, *alii habent* ἐξολόθρευσις, extermina
tio. τ Et non hæreditauit.] *Alii* καὶ ἐκληρονόμησεν ἰούδας τὴν γάζαν καὶ τὸ ὅριον αὐτῆς, & hæreditauit Iudas Gazam,
& terminum eius: *& sic deinceps. Sed S. Aug. q.5.* Et non hæreditauit Iudas Gazam, & finem eius, & Asca
B lonem, & finem eius, & Accaron, & finem eius, *&c.* υ exterminare.] *Alii* κληρονομῆσαι. *Et Theodoretus*
q.5. (nec multo aliter Compl.) οὐκ ἐδυνήθη κληρονομῆσαι: *& S. Aug ibid.* non potuit hæreditare. φ Rechab ob-
stitit eis] *Ita S. Aug. quod græce est* διεστείλατο. *Theodoretus putat* Rhecab *uirum pium distincte, & aperte cõ-*
minatum esse eis, ut uallem fugerent. In aliis libris additur, καὶ ἅρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς. *Et S. Aug. paulo aliter.* & cur
rus erant ei ferrei. *Ac uidentur duæ interpretationes. Nam dictio hebræa, unde ducitur* ῥηχάβ, *significat currus.*
χ Enac.] *In aliis, sed non in Compl. sequitur,* καὶ ἐξῆρεν ἐκεῖθεν τοὺς τρεῖς υἱοὺς ἐνάκ: *& apud S. Aug. q.6.* & abstu-
lit inde tres filios Enac. ψ hæreditauerunt.] *Ita etiam S. Aug. q.7. Alii* ἐξῆραν, abstulerunt. ω Et ex-
plorauerunt.] *Pro his in aliis est* οἶκος ἰσραήλ, domus Israel. αα Et ecce vir egrediebatur] *Alii* ἄνδρα ἐκ-
πορευόμενον, virum egredientem. ββ Abstulit.] *Ita hebræus. In aliis* ἐκληρονόμησεν μανασσῆς, *& apud S. Aug q.*
8 Et non hæreditauit Manasses: *ubi etiam disputat, quid sit quod sequitur,* quæ est Scytharum ciuitas: *quod*
abest à Compl. ut a uulgata. γγ Fecit.] *alii* ἔθηκε, *& S. Aug. q. 10.* posuit. δδ Et factus est ei in tribu-
tum.] *Hæc absunt a Compl. ut a uulgata.* εε Et factus est ei in tributum, & habitantes Dor.] *Hæc in Com*
plut. non sunt, neque in uulgata. ζζ Nephthali.] *In Compl. est* ἰσραήλ, Israel. *Ab hebræo abest utrumque.*
C ηη Bathenech.] *Ita fere etiam Compl. in aliquo libro est* βεθανάχ: *& in hebræo est eadem dictio, quæ paulo ante*
uersa est Bæthanac. θθ Non permiserunt eum.] *Compl.* οὐκ ἀφῆκαν αὐτόν, *alii propius hebræo* αὐτούς, *& S.*
Aug. q.11. non permisit eos. ιι Testaceo.] *Alii* τοῦ μυρσινῶνος. *Compl* τῷ ἄρες. *Vulgata,* In monte Ares, quod
interpretatur testatio. κκ In quo vrsi, & in quo vulpes.] *Sunt hæc in Compl. sed non, quæ sequuntur,* in
Myrsinom, & in Thalabin. *In uulgata est,* in Haylon, & Salabin. λλ eis.] *Alii* αὐτῷ. *In Compl. & hebræo*
neutrum est.

CAP. II.

ET ascendit Angelus Domini super ᵃ Clauthmona, & super Bæthel, & su-
D per domum Israel, & dixit ad eos: Hæc dicit Dominus: Ascendere vos
feci de Ægypto: & induxi vos in terram, quam iuraui patribus vestris.
Et dixi: Non dissipabo testamentum meum, quod vobiscum, in seculum.
Et vos non disponetis testamentum iis, qui insident in terra hac, neque
Deos eorũ adorabitis: sed sculptilia eorũ cõteretis: altaria eorum destruetis. Et
non exaudistis vocem meam. Quoniam hæc fecistis; & ego dixi: ᵞ Non auferam
eos a facie vestra: & erunt vobis in angustias: & Dii eorum erunt vobis in scan-
dalum. Et factum est, postquam locutus est angelus Domini verba hæc ad om-
nes filios Israel; & eleuauerunt populus vocem suam, & plorauerunt. Et cogno-
minauerunt nomen loci illius ᵟ Clauthmones, id est, plorationes. Et sacrificaue
E runt ibi Domino. Et dimisit Iesus populum: & ᵋ venit vir ad hæreditatem suam
hæreditare terrã. Et seruiuit populus Domino omnes dies Iesu, & omnes dies
seniorum, qui prolongauerunt dies ᶻ cum Iesu, quicumque cognouerunt om-
ne opus Domini magnum, ᵑ quæcunque fecit in Israel. Et mortuus est Iesus fi-
lius Naue seruus Domini, filius centum decem annorum. Et sepelierunt eum
in termino hæreditatis eius in Thamnathares in monte Ephræm ab Aquilone
montis Gaas. Et omnis generatio illa appositi sunt ad patres suos. Et surrexit
generatio altera post eos, qui non scierunt Dominum, & opus, quod fecerat in
Israel

Israel. Et fecerunt filii Israel malignum coram Domino: & seruierunt Baalim. A
Et dereliquerũt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Æ-
gypti: & ambulauerũt post Deos alios de Dijs gentium, quæ in circuitu eorum,
& adorauerunt eos. Et exacerbarunt Dominum: & dereliquerũt eum: & seruie-
runt Baal, & [θ] Astartibus. Et iratus est furore Dominus in Israel. Et tradidit eos
in [ι] manus prædantium: & deprædati sunt eos. Et vendidit eos in manibus ini-
micorum suorum in circuitu: & non potuerunt vltra resistere ad faciem inimi-
corum suorum in omnibus, in quibus [κ] ibant. Et manus Domini erat super eos
in mala: sicut locutus est Dominus, & sicut iurauit Dominus eis. Et contribula-
uit eos valde. Et suscitauit Dominus Iudices: & saluauit eos Dominus de manu B
deprædantium eos. Ac ne iudicibus quidem obedierunt, quoniam exfornicati
sunt post Deos alios, & adorauerunt eos. Et declinauerunt cito de via, qua am-
bulauerunt patres eorum ad exaudiendum verba Domini: non fecerunt ita.
Et [λ] quia suscitabat Dominus eis Iudices; & fuit Dominus cum iudice, & salua
uit eos de manu inimicorum eorum omnes dies iudicis: quoniam flectebatur
Dominus a gemitu eorum a facie obsidentium eos, & contribulantium eos. Et
factum est, postquam mortuus est iudex; & [μ] reuerterunt, & iterũ corruperunt
super patres suos eundo post Deos alios, ad seruiendum illis, & adorandum il-
los. Non abiecerunt studia sua, & vias suas duras. Et iratus est furore Dominus C
in Israel, & dixit: [ν] Pro iis, quanta dereliquerunt gens hæc testamentum meũ,
quod mandaui patribus eorum, & non obedierunt voci meæ; & ego non appo-
nam auferre virum a facie ipsorum de gentibus, quos reliquit Iesus filius Naue:
& [ξ] dimisit ad tentandum in eis Israel, si obseruarent viã Domini ire in ea, que-
madmodum custodierunt patres eorum, an nõ. Et [ο] dimittet Dominus gentes
has; vt non auferat illas celeriter. Et non tradidit eas in manu Iesu.

[α] Clauthmona.] *Retinuimus nomen græcum, imitati S. Aug q. 12. qui tamen addit* montem: *nec refert ea, quæ sequuntur*, & super Bæthel, & super domum Israel: *quæ etiam absunt à Compl & a vulgata: habentur tamen apud Theodoretum q. 6. in codicibus manuscriptis.* [β] Quoniam hæc fecistis.] ὅτι ταῦτα ἐποιήσατε. *Sic habet etiam Theodoretus, & ita videtur interpungere. Propius tamen accederet ad hebræum, & vulgatam si ita verteretur*, Cur hæc fecistis? *In aliquo libro pro* ὅτι *est* ὅτε, quando, *in Compl.* οὔτε, neque. [γ] Non auferam.] *Ita hebræus. In aliis codicibus, & apud Theodoretũ, et in Compl. est* οὐ προσθήσω μετοικίσαι τὸν λαόν, ὃν εἶπα τοῦ ἐξῶσαι. *Et in nonnullis quidem sequitur*, οὐ μὴ ἐξάρω αὐτοὺς ἐκ προσώπου ὑμῶν, *& apud S. Aug. q. 13.* non adiciã transmigrare populum, quem dixi eiicere: non auferam eos a facie vestra. *Theodoretus autem, & Compl. habent tantum* ἐξῶσαι αὐτὸν (*aut* αὐτοὺς) ἀπὸ (*aut* ἐκ) προσώπου ὑμῶν. [δ] Clauthmones.] *Theodoretus videtur habuisse, vt Compl.* κλαυθμῶν. *Vox hebræa significat* flentium. [ε] Et venit vir.] *Alii libri, & Theodoretus*, καὶ ἀπῆλθον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἕκαστος εἰς τὸν τόπον (*al.* οἶκον) αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, & abierunt filii Israel, vnusquisque in locum (*al.* domum) suum, & vnusquisque in hæreditatem suam. *S. Aug q.* 14. Et abierunt filii Israel vnusquisque in domum suam. *In hebræo est*, & abierunt filii Israel, vir ad hæreditatem suam. *Ex quo colligi potest, quid sit ex alia interpretatione admistum.* [ζ] Cum Iesu.] *Ita apparet legisse S. Aug. ex q. 17. Alii libri, & Theodoretus*, μετ' ἰησοῦ, post Iesum. *Apud Origenem hom. 1. videtur agnosci vtraque lectio: ita enim inquit Interpres.* Seniores, qui vel cum Iesu, vel post Iesum fuerunt. [η] quæcumque fecit in Israel.] *Alii, & Theodoretus*, ὃ ἐποίησε τῷ ἰσραὴλ, quod fecit Israeli; *quod etiam repetitur paulo post.* [θ] Astartibus.] *Ita S. Aug. q. 16 vbi hunc locum diligenter tractat.* [ι] Manus.] *alii* χειρὶ, manui: *& sic S. Aug. in locut.* [κ] Ibant.] ἐπορεύοντο, *Compl.* ἐπόρνευον, fornicabantur. *Sed illud* ἐπορεύοντο respondet hebræo. [λ] Et quia suscitabat.] καὶ ὅτι ἤγειρε. *Plerique codices ac Theodoretus habent* ὅτε, *& S. Aug. in locut.* Et cum suscitauit. [μ] Reuerterunt] καὶ ἀπέστρεψαν καὶ πάλιν διέφθειραν. *Alii, & Theodoretus*, καὶ ἀπεστρέφοντο, καὶ πάλιν διέφθειρον, *al.* διέφθειραν *S. Aug. in locut.* Et factũ est, cum moreretur iudex; & reuertebãtur, & iterum corrumpebant. [ν] Pro ijs, quanta] ἀνθ' ὧν ὅσα *S. Aug. in locut. et q. 17.* Propter quod tanta, [ξ] Et dimisit ad tentandum] *Sic S. Aug. q. 17. licet Compl. alio modo interpungant, & interpretentur.* [ο] Dimittet] ἀφήσει. *Alij* ἀφῆκε, *& S. Aug.* Et dimisit Dominus.

CAP.

A

CAP. III.

ET hæ gentes, quas reliquit ª Dominus eas, vt ᵇ tentaret in eis Israel, omnes qui nescierunt ᶜ bella Chanaan: ᵈ tantum propter generationes filiorũ Israel, vt doceret illos bellum: verum, qui ante illos, nescierunt ᵉ illas: Quinque satrapias alienigenarum, & omnem Chananæum, & Sidoniũ, & Euæũ inhabitantem Libanum à monte Ærmon vsque ᶠ Laboemath. Et factum est, vt tentaret in ipsis Israel, ad sciendum, si audient mandata Domini, quæ mandauit patribus eorum in manu Moysi. Et filiis Israel habitauerunt in medio Cha-
B nanæi & Chettæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Euæi, & Iebusæi. Et acceperunt filias eorum sibi ipsis in vxores: & filias suas dederunt filijs eorũ: & seruierũt dijs eorum. Et fecerunt filij Israel malum ante Dominũ, & obliti sunt Domini Dei sui, & seruierunt Baalim, & ª Lucis. Et iratus est furore Dominus in Israel: & vẽdidit eos in manu Cusarsathæm regis Syriæ ᵇ fluminum. Et seruierũt filij Israel Cusarsathæm annos octo. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum. Et excitauit Dominus saluatorem Israel, & saluauit eos; Gothoniel filium Cenez ᶜ fratris Chaleb minorem super ipsum. Et factus est super eum spiritus Domini: & iudicauit Israel. Et exijt ad bellũ ᵃ aduersus Chusarsathæm. Et tradidit Dominus in
C manu eius Cusarsathæm, regem Syriæ fluminum. Et præualuit manus eius super Cusarsathæm: & quieuit terra annos quadraginta. Et mortuus est Gothoniel filius Cenez. Et adiecerunt filii Israel facere malum in conspectu Domini. Et confortauit Dominus Eglom regem Moab super Israel, eo quod ipsi fecerant malum ante Dominum. Et congregauit λ ad se omnes filios Ammon, & Amalec, & iuit, & percussit Israel: & hæreditauit ciuitatem palmarum. Et seruierunt filii Israel Eglom regi Moab annos decem octo. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum. Et suscitauit eis saluatorem Aod filium Gera ᵃ filium Iemeni virum ambidexterum. Et miserunt filii Israel munera in manu
D eius Eglom regi Moab. Et fecit sibi Aod gladium ᵇ habentem duo ora: palmi longitudo eius. Et accinctus est eo sub sago super fæmur suum dextrum. Et iuit: & attulit munera Eglom regi Moab. Et Eglom vir ᶜ vrbanus valde. Et factum est, postquam consũmauit Aod offerens munera; & dimisit ferentes munera, & ipse reuersus est à sculptilibus, quæ ᵈ cum Galgal. Et dixit Aod: Verbũ occultũ mihi est ad te rex. Et dixit Eglom ad eum. Tace: & dimisit a se omnes, qui astabant super eum. Et Aod intrauit ad eum. Et ipse sedebat in cænaculo æstiuo suo prorsus solus. Et dixit Aod: Verbum Dei mihi ad te rex. Et exurrexit Eglom de throno prope eum. Et factum est simul, dum ille surgeret; & extẽdit Aod manum sinistram suam: & sumpsit gladium desuper femore suo dextro: & infixit
E illum in ventre eius: & superimmisit etiam capulum post ᵐ flammam: & conclusit ᵉ adeps super flammam; quoniam non extraxit gladium e ventre eius. Et exiit Aod ᶠ vestibulum: & transijt obseruantes: & clausit ianuas cænaculi super se, & coarctauit. Et ipse exiit. Et pueri eius superuenerunt: & ecce ianuæ cænaculi coarctatæ. Et dixerunt: Nunquid forte ᵍ euacuat pedes suos in conclaui æstiuo? Et sustinuerunt, quoadusque erubuerunt. Et ecce non est, qui aperiat ianuas cænaculi. Et sumpserunt clauim, & aperuerunt. Et ecce Dominus eorum prolapsus in terram mortuus. Et Aod saluus euasit; dum turbabantur, & non erat, qui atten-

attenderet ei. Et ipse trāsijt sculptilia: & euasit saluus in Setirotha. Et factum est, A
postquam venit Aod in terram Israel; & cecinit in cornea in monte Ephræm: &
descenderūt cum eo filij Israel de monte: & ipse ante eos. Et dixit ad eos: descen
dite post me: quia tradidit Dominus Deus inimicos nostros, ipsā Moab in ma-
nu nostra. Et descenderunt post eum: & præoccuparunt transitus Iordanis ipsius
Moab: & non ᵘ permisit virum transire. Et percusserunt ipsam Moab die illa,
circiter decem millia virorum, ᵠ omnem pinguem, & omnem virum virtutis:
& non euasit saluus vir. Et ᵡ confusa est Moab in die illa sub manu Israel. Et quie
uit terra octuaginta annos. Et iudicauit eos Aod; quoadusque mortuus est. Et
post eum surrexit Samegar filius Dinach, & percussit alienigenas in sexcentos B
viros in ᵠ vomere boum: & saluauit & ipse Israel.

α Dominus.] *Sic omnes præter Theodoretum q. 7. & Compl. qui habet* Ἰησοῦ, Iesus. β Vt tentaret.] *Theodoretus.* Illud quidem πειράσαι, Symm. interpretatus est ἀσκῆσαι, exercere. γ Bella.] *Sic etiam Theodoretus. Alii* πάντας τοὺς πολέμους, & *S. Aug.* omnia bella. δ Tantum.] *Abest ista dictio a S. Aug.* ε Illas.] αὐτά. *Putat. n. S. Aug. intelligi* τὰ ἔθνη, gentes, *Alii tamen vertunt*, qui ante ipsos non cognouerunt ea. ζ Laboemath.] *Et significat* ad introitum Emath, *vt habet vulgata. S. Aug.* aut montem Hermon vsque ad Cabemath. η Lucis.] τοῖς ἄλσεσι. *vbi vulgata Asteroth.* θ Fluminū.] *Respondet hebræo. Alii, & Compl.* μεσοποταμίας, Mesopotamiæ, *vt vulgata.* ι Fratris Chaleb.] *Ita collati codices; quamuis postea habeant* τὸν νεώτερον αὐτοῦ, *& Compl.* ὁ νεώτερος αὐτοῦ, *Theodoretus q. 8. habuit* ἀδελφὸν, fratrem: *& de hac re disputat. Et S. Aug. q. 18.* fratrem Chaleb minorem ipsius. *Adiungit autem ista,* & exaudiuit eos: *quæ etiam sunt in aliquo libro græco,* καὶ εἰσήκουσεν αὐτῶν. κ Aduersus Cusarsathæm.] *Hæc absunt a Compl. vt a vulgata: sicut etiam paulo post illud,* fluminum: *quod abest etiam ab aliis libris.* λ Ad se.] *Ita etiā hebræus. Compl.* πρὸς αὐτοὺς contra eos. *alii* πρὸς αὐτὸν, ad eum. *vulgata,* & copulauit ei. μ Filium.] υἱόν. *Compl.* υἱοὺς filii, *quæ varietas sæpe obseruari potest.* ν Habentem duo ora.] δίστομον, *& respondet hebræo. Alii uertunt* ancipitem, *vt vulgata.* ξ Vrbanus.] ἀστεῖος. *ac fortasse significat* pinguem, *vt dictio hebraica. Tales enim fere esse solent vrbanis deliciis innutriti. Attamen S. Aug. & q. 21. & in locut. habuit,* exilis: *& vtrobique rem considerat.* ο Quæ cum Galgal.] *Est hebraismus, pro* in Galgal. *Et multi putant significari lapidicinas, quæ essent in Galgal. Sed Theodoretus q. 8. habet,* καὶ Ἐγλὼμ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐν Γαλγάλοις, Et Æglom reuersus est ab Idolis in Galgalis. π Flammam.] *Theodoretus.* φλόγα *autem nominauit* ferrum ipsius gladij. ρ Et conclusit adeps super flammam.] *S. Aug. q. 21. & in locut. uidetur habuisse,* & concluserunt adipes vulnus. *Theodoretus autē,* καὶ ἐξῆλθεν τὸ στέαρ τῆς παραξιφίδος, & defluxit adeps super capulum. *Idem enim notat* παραξιφίδα *valere idem, quod* τὴν λαβήν. σ Vestibulum.] *Alii* εἰς τὴν προστάδα, ad vestibulū *S. Aug. q. 22.* exiit ad fores, *vbi etiam pro* ὑπερῷον, *habet* domus superioris: *licet nos more aliorum dixerimus cœnaculum.* τ Euacuat pedes suos in conclaui æstiuo.] *Satis prope ad hebræum. In aliis est* μήποτε πρὸς δίφρους κάθηται ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος; numquid forte in sedibus sedet in secessu cubilis? υ Permisit.] *Alii* ἀφῆκαν, permiserunt. φ Omnem pinguem.] *Ita hebræus. alii* πάντας τοὺς μαχητὰς, omnes bellatores. χ Confusa est.] ἐνετράπη. *Sic etiam Compl. In aliquibus est* ἐταπεινώθη, humiliata est. ψ Vomere.] ἐν τῷ ἀροτρόποδι τῶν βοῶν. *Int. Orig. hom. 4.* in stiua vel pede aratri. *In aliis* ἐν τῷ ἀρότρῳ τῶν βοῶν ἐκτὸς μόσχων, in aratro boum. præter vitulos. *S. Aug. q. 25.* præter vitulos boum. *Et hac notat,* Non autem habet interpretatio ex hebræo, præter vitulos boum, sicut ista, quæ secundum lxx. est, sicut habet illa ex hebræo, vomere occisos sexcentos viros, quod ista non habet. *Chaldæus habet* stimulo boum.

C

D

CAP. IV.

E

ET adiecerunt filii Israel facere malum in conspectu Domini. Et Aod
mortuus est. Et vendidit filios Israel Dominus in manu Iabin regis Cha-
naan, qui regnauit in Asor. Et princeps virtutis eius Sisara: & ipse habita-
bat in Asiroth gentium. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum; quoniam nō-
genti currus ferrei erāt ei. Et ipse vexauit Israel imperiose viginti annos. Et Deb
bora mulier prophetissa vxor Laphidoth, ipsa iudicabat Israel in tēpore illo. Et
ipsa sedebat sub palma Debbora inter Rhama, & inter Bæthel in mōte Ephræm.
Et ascendebant ad eam filij Israel ᵃ ad iudicium. Et misit Debbora, & vocauit Ba
rac

A rac filium Abineem è Cades Nephthali:& dixit ad eum: Nnone præcepit Do-
minus Deus Israel tibi, & perges ad montẽ Thabor? Et accipies tecũ β decẽ mil
lia virorum ex filijs Nephthali, & ex filijs Zabulon:& inducã ad te ad torrentẽ
Cison γ super Sisarã principem virtutis Iabin, & currus eius, & multitudinem
eius: & tradam eum in manus tuas. Et dixit ad eam Barac: Si ieris mecũ, ibo.
& si non ieris, non ibo; δ quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus an
gelum mecum. Et dixit: Pergens pergam tecum. Verum cognosce, quia non erit
ε primatus tuus super viam, quam tu ambulas: quoniam in manu mulieris ven
det Dominus Sisaram. Et surrexit Debbora:& iuit cum Barac è Cades. Et Barac
B ζ conclamauit Zabulon, & Nephthali è Cades, & ascenderunt iuxta pedes eius
decem millia virorum. Et ascendit Debbora cum eo. Et η Chaber Cinæus se-
cesserat à Cainã de filijs Iobab affinis Moysi:& fixerat tabernaculũ suum vsque
ad quercum θ rapacium, quæ est iuxta Cedes. Et nunciatũ est Sisaræ, quia ascen
dit Barac filius Abineem in montem Thabor. Et vocauit Sisara omnes currus
suos, nongentos currus ferreos, & omnem populum, qui secum ab Arisoth gen
tium ad torrentem Cison. Et dixit Debbora ad Barac: Surge, quoniam hæc est
dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manu tua: ι quoniam Dominus egre-
dietur ante te. Et descendit Barac de monte Thabor, et decem millia virorum
C post eum. Et pauefecit Dominus Sisaram et omnes currus eius, & omnia castra
eius in ore gladii in conspectu Barac. Et descendit Sisara desuper curru suo, et
fugit pedibus suis. Et Barac persequens post currus, et post castra vsq. κ Arisoth
gentiũ. Et ceciderunt omnia castra Sisaræ in ore gladii: non remansit vsque ad
vnũ. Et Sisara fugit pedibus suis ad tabernaculum Iael vxoris Chaber λ sodalis
Cinæi: quoniã pax erat inter Iabin regem Asor, et inter domũ Chaber Cinæi.
Et exiit Iael in occursũ Sisaræ, et dixit ei: Declina domine mi, declina ad me,
ne timeas. Et declinauit ad eam in tabernaculum. μ Et circunuoluit eum in-
dumento: Et dixit Sisara ad eam: Pota me nunc pusilla aqua, quoniam sitiui. Et
D aperuit vtrem lactis, et potauit eum: et operuit eum. Et dixit ad eam Sisara: Sta
nunc ad portã tabernaculi: et erit, si vir venerit ad te, & interogauerit te, et dixe
rit, si est hic vir? et dices, ν non est. Et sumpsit Iael vxor Chaber paxillum taber-
naculi:& posuit malleum in manu sua: & intrauit ad eum ξ in occulto: & fixit
paxillum in tempore eius, & prolapsus est in terrã: & ipse soporatus obtenebra-
tus est, & periit. Et ecce Barac persequens Sisaram. Et exiit Iael in occursum ei:
& dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum, quem tu quæris. Et intrauit ad eam. Et
ecce Sisara proiectus mortuus, & paxillus in tempore eius. Et ο fugauit Deus Ia
bin regem Chanaan in die illa ante filios Israel. Et pergebat manus filiorũ Israel
E pergens, & indurata super Iabin regem Chanaan; quoadusque exterminauerũt
Iabin regem Chanaan.

α *Ad iudicium.*] εἰς κρίσιν *sic hebræus. Alii,* τοῦ κρίνεσθαι, *&* Int. Orig. *hoc est*, vt iudicarentur. β Decem millia] *Int. Orig.* duodecim millia. *Sed est perspicuum erratum.* γ Super Sisara.] ἐπὶ τὸν σισάρα. *A Compl. abest illud* ἐπὶ, *quemadmodum & a vulgata.* δ Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum.] *Ita S. Aug. q. 26. & in locut. vbi addit.* vtrum prosperat actus angeli eius, qui mecum est, an prospera mihi facit per angelum. *Int. Orig.* quia nescio diem, in qua mittet Dominus angelum suum mecũ. *S. Amb. in lib. de Viduis*, quia non noui diem, in qua diriget Dominus angelum suum mecum. *Quæ tamen absunt a Compl. ut a vulgata.* ε Primatus.] *Sic Int. Orig. quod græce* [illegible], *& alii interpretantur victoriã*

ζ Con-

ζ Conclamauit.] Sic hebræis: quasi clamando conuocauit. In aliis libris est, [illegible], & annunciauit Barac ipsi Zabulon, & ipsi Nephthali in cedes. η Chaber.] Melius A
& propius etiam vulgata, quam quod in aliis legitur, [illegible], & propinqui ipsius Cinæi recesserant. θ Rapacium.] [illegible]. Alii [illegible], quiescentium. Vulgata Sennim. Chaldæus, lacuum. ι Quoniam. Dominus.] Compl. [illegible], nonne ecce Dominus. κ Arsloth.] Alii [illegible], Sylvam. λ Sodalis.] [illegible]. Hæc dictio non est in aliis exempp. neque apud Ioannem Damascenum, in collectaneis locorum communium. μ Et circumuoluit eum indumento.] In aliis est, [illegible]. Et S. Aug. in locut. Et cooperuit eum in pelle sua. Vulgata, pallio. ν Non est.] Ita etiam Compl. & respondet vulgatæ: nec plura refert S. Damascenus in collectaneis hunc locum citans. in aliis sequitur [illegible], & cooperuit eum in pelle sua. ξ In occulto.] Alii [illegible] tacite: & adegit paxillum in mala eius: & impulit in terram. Origenes hanc rem narrans, post hæc palum malleo adactum per eius malas, vel maxillas defixit. Noster tamen magna ex parte propior hebræo quemadmodum etiam in sequentibus, & ipse soporatus obtenebratus est, & periit. Nam alii [illegible] (Compl. addit [illegible]) [illegible], & ipse palpitauit (inter pedes eius) & expirauit, & periit. ο Fugauit.] [illegible]. In aliis [illegible], humiliauit. B

CAP. V.

ET α cecinerunt Debbora, & Barac filius Abineem in die illa, dicentes: β Reuelata est reuelatio in Israel, dum sponte se offerret populus, benedicite Dominũ. Audite reges: & auribus percipite Satrapæ. γ Canam ego quidẽ Domino, ego quidẽ psallam Domino Deo Israel. Domine in exitu tuo δ in Seir, dũ promoueres tu ex agro Edõ, terra cõmota est: & ε cælum stillauit rores, & nubes stillarũt aquã. Mõtes cõmoti sũt à facie Domini ζ Heloi: iste Sina a facie Domini Dei Israel. In diebus Samegar filii Anath in diebus Iael reliquerunt vias: & ambulauerunt η diuerticula, ambulauerunt vias distortas. Defecerunt θ potentes in Israel, defecerunt: quoadusque surrexit Debbora, ι quoadusque surrexit mater in Israel. κ elegerunt Deos nouos: tunc expugnauerunt ciuitates principum. λ Clypeus si apparuerit, & lancea in quadraginta millibus in Israel; cor meum ad ea, quæ disposita sunt huic Israel. μ Qui sponte agitis in populo, benedicite Dominum: Qui ascendistis super ν asinam fæmellam meridie sedentes super ξ tribunal, & ambulantes ο super vias consessorum super viam π narrate, a voce agitantium in medio haurientium aquam. Ibi dabunt ρ iustitias. Domine iustitias auge in Israel. Tunc descendit ad ciuitates populus Domini. Expergiscere, expergiscere Debbora: expergiscere, σ expergiscere: loquere canticũ. Exurge Barac, & captiua captiuitatem tuam filius Abineem. τ Tunc descendit residuum fortibus: populus Domini descendit ei in potentibus ex me. υ Ephræm eradicauit eos in Amalec, post te Beniamin in populis tuis. In φ me Machir descenderunt perscrutantes. Et de Zabulon χ trahentes in virga narrationis scribæ. Et principes in Isachar cum Debbora, ψ & Barac, sic Barac in vallibus misit in pedibus suis. In ω portionibus Ruben, magni, penetrantes corde. Ad quid sederunt inter medium αα digomiæ, ad audiendum sibilum ββ gregum? In γγ diuisionibus Ruben magnæ perscrutationes cordis. Galaad trans Iordanem, δδ vbi habitauit. Et Dan ad quid incolit nauibus? Aser sedit εε ad litus marium & super exitus eius habitabit. Zabulon populus improperauit animam suam in mortem. Et Nephthali venerunt ad ζζ altitudines agri sui. Reges pugnauerunt: tunc pugnauerunt reges Chanaan in Thanac super aquam Mageddo: ηη munus argenti non acceperunt. De cælo θθ pugnauerunt stellæ: è ιι semitis suis pugnauerunt cum Sisara. Torrens Cison κκ deuoluit eos, torrens λλ antiquitatum, torrens

Margin letters: C, D, E

A torrens Cison. Conculcabit eum anima mea potens. ᵐᵐ Quando impediti sunt
calcanei equi; ⁿⁿ festinatione festinauerunt fortes eius. Maledicite Meroz, di-
xit angelus Domini, ᶠᶠ maledicite. Maledictus omnis inhabitans eam: quoniã
non venerunt in auxilium ᵒᵒ Domini, in auxilium in potentibus. Benedicatur
in ᵖᵖ mulieribus Iael vxor Chaber Cinæi, à mulieribus in tabernaculis benedi-
catur. Aquã petijt: Lac dedit in phiala: præstantium attulit butyrum. Manum
suam sinistram ad paxillum extẽdit, & dextram suam in malleum laborantiũ:
& malleo terebrauit Sisaram, perforauit caput eius, & percussit, perforauit tẽ-
pus eius: inter pedes ipsius deuolutus est: cecidit, & dormiuit inter pedes eius.
B Procumbens cecidit: sicut procubuit, ibi cecidit expirans. Per fenestram respe-
xit mater Sisaræ, extra ᑫᑫ fenestellã. Cur erubuit ʳʳ currus eius? Cur tardauerunt
pedes curruũ eius? Sapientes principes eius responderunt ad eam: & ipsa con-
uertit sermones suos sibi. Nonne inuenient eum diuidentẽ spolia? ˢˢ Misericors
miserebitur; in caput viri. Spolia tincturarum ipsi Sisaræ, spolia tincturarum va
rietatis, spolia variatorum ipsa, capiti eius spolia. Sic pereant omnes inimici tui
Domine. Et qui diligunt eum, sicut ᵘᵘ exitus solis in ᵗᵗ virtute sua. Et quieuit
terra quadraginta annis.

α Cecinerunt.] *Alii* ᾖσε, cecinit, *& paulo post pro* λέγοντες, dicentes, *habent*, καὶ εἶπε, & dixit. β Reue
lata.] *Alii*, ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ἰσραὴλ ἐν προαιρέσει λαοῦ εὐλογεῖτε κύριον: *& Int. Orig. hom.* 6. In incipiendo
C principes in Israel in voluntatibus populi, benedicite Dominum. *Sanctes ad verbum ex hebræo*, In vlciscen
do vltiones Israel, in offerendo te spontaneum populus, benedicite Domino. γ Canam ego quidem
Domino, ego quidem.] *Illud* εἰμι, *quod nos vertimus* quidem, *abest ab aliis: nec repetitur* ἐγὼ: *quæ tamen*
repetitio est in hebræo. δ In Seir, dum promoueres tu.] ἐν Σηεὶρ ἐν τῷ ἀπαίρειν. *Alii* ἐκ Σηεὶρ ἐν τῷ ἐπαίρειν σε,
è Seir, in eleuando te. ε Et cælum stillauit rores.] *Alii*, καὶ ὁ (*Compl.* καί γε) οὐρανὸς ἐταράχθη & ipsum cæ
lum turbatum est, *hebræus*, Etiam cæli destillauerunt. ζ Heloi.] *Abest à Compl. vt à vulgata.* η Diuer
ticula.] ἀτραποὺς. *Compl.* τρίβους, semitas. θ Potentes.] δυνατοὶ. *Theodoretus q.* 11. οἱ κρατοῦντες, *quod idem*
valet. Alii οἱ κατοικοῦντες habitantes *& ita S. Aug. q.* 29 *Vulgata*, cessarunt fortes. ι Quoadu que.] *Me-*
lius, quàm quod in Compl. ὅτι quoniam. κ Elegerunt.] *Alii, & Theodoretus*, ᾑρέτισαν θεοὺς καινοὺς, elegerunt
Deos vanos. *Compl. tamen habet* καινοὺς, nouos. *Apud eosdem, (non autem in Compl.) sequitur*, ὡς ἄρτον κρι-
θινον *Et S. Aug. q.* 30 elegerunt, vt panem ordeaceum Deos nouos. λ Clypeus si apparuerit.] *In aliis,*
legitur, σκέπη νεανίδων σειρομαστῶν ἐὰν ὀφθῇ καὶ σειρομάστης ἐν τεσσαράκοντα, tegmen nouellarum siromastarum si con-
spectum fuerit, & siromastes in quadraginta, *&c. Deterius etiã* Compl. *pro* ἐὰν ὀφθῇ, *habet* ὤφθη, apparuit
D *& pro* σειρομάστης ἐν, σειρομάστην, siromastis pugnauit. *Huiusmodi tamen di tionem videtur habuisse Theodore-*
tus Ita enim inquit, ἐὰν ἴδω, φησί, σειρομαστῶν μυριάδας, ἡ καρδία μου ἐπὶ τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰσραὴλ si videre Syroma
starum quadraginta millia; Cor meum est ad ea, quæ disposita & parata sunt Israeli: *hoc autem interpreta*
tur auxilium diuinum. μ Qui sponte agitis.] οἱ ἑκουσιαζόμενοι. *Respondet magis hebræo quàm quod in aliis*
& apud Theodoretum οἱ δυνάσται, & Int. Origenis, potentes populi. ν Super asinam fæmellam meridie.]
ἐπὶ ὄνου θηλείας μεσημβρίας, *& posset etiam fortasse verti*, super asinam teneram meridiei *id est meridianam, ac*
nitentem. In aliquo manuscripto sequitur, καὶ λαμπουσῶν, & nitentia. *In aliis* ἐπὶ ὑποζυγίων μεσημβρίας καὶ λαμπη-
νῶν. super subiugalia meridiei, & lecticas. *Compl. pro* καὶ λαμπηνῶν *habet* ἐπὶ λαμπηνῶν: *& fortasse sunt duæ di-*
ctiones ἐπὶ λαμπηνῶν. *Int. Origenis*, Qui ascenditis super iumẽta, super vehicula sedentes, & super asinas reful
gentes, *vbi apparet quædam variarum interpretationum admistio. Theodoretus refert tantum hæc*, ἐπιβεβηκότες ἐπὶ ὑποζυγίων. ξ Super tribunal] ἐπὶ κριτηρίου. ο Super vias consessorum] ἐπὶ ὁδοὺς συνεδρίων. *Hæc absunt*
à Compl. & fortasse admista sunt ex alia interpretatione. π Narrate à voce agitantium] διηγεῖσθε ἀπὸ φωνῆς
ἀνακρουομένων. *Et videtur significari*, à strepitu agitantium, & iaculantium sagittas. *Nam ita multi reddunt ex*
E *hebræo. In aliis tamen, & apud Theodoretum est*, φθέγξασθε φωνὴν ἀνακρουομένων ἀναμέσον εὐφραινομένων, loquimi-
ni vocem agitantium in medio lætantium: *Int. Orig. hunc locum significans*, & in medio lætantium lauda
te Deum. ρ Iustitias. Domine iustitias auge in Israel.] *Alij* δικαιοσύνας κυρίῳ (*& hucusque etiam Theo*
doretus) δικαιοσύνας ἐνίσχυσον ἐν τῷ Ἰσραήλ. Iustitiam Domino: iustitias conforta in Israel. *Compl. pro* δικαιο-
σύνας ἐν ἰσχύσαν, *habet*, δίκαιοι ἐνίσχυσαν. *Et Int. Orig.* Ibi dabunt iustitias Domino: iusti confortati sunt in Israel.
σ Expergiscere.] *hoc loco Int. Orig. videtur habuisse*, & suscita dena millia populi. τ Tunc descendit re-
siduum fortibus: populus Domini descendit ei in potentibus ex me.] *Pro his, quorum multa vestigia*
sunt in hebræo, & vulgata (& Chaldæus habet, tunc descendit vnus ex exercitu Israel, *&c.) in*
aliis legitur τότε ἐμεγαλύνθη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. κύριε ταπείνωσόν μοι τοὺς ἰσχυροτέρους μου, Tũc magnificata est fortitudo eius
Domine humilia mihi fortiores me: *quæ posterior pars habetur etiã apud Int Orig.* υ Ephræm eradicauit eos
in Amalec, post te Beniamin.] *Pro his, quæ satis respondẽt hebræo, & vulgatæ, in aliis est*, λαὸς Ἐφραὶμ ἐτιμωρή-
σατο αὐτοὺς ἐν κοιλάδι ἀδελφός σου Βενιαμὶν, populus Ephraim vlti sunt eos in valle, frater tuus Benia-

 min.

min ρ In me Machir.] ἐν ἐμοὶ μαχὶρ, *Alij* de me Machir. *Vulgata*, de Machir. χ Trahentes in virga narrationis A
scribæ.] *Alii* ἐξ ἐμοῦ μαχὶρ κατῆλθον ἐξερευνῶντες, ἰσχύοντες ἐν σκήπτρῳ διηγήσεως γραμματέως, potentes in sceptro narrationis scribæ. *A Compl. abest illud* διηγήσεως. *Quod autem in nostra est* ἕλκοντες trahentes, *valde respondet hebræo.* ψ Et Barac, sic Barac in vallibus misit in pedibus suis.] *Complutensis & magna ex parte alii,* καὶ ἰσάχαρ, οὕτω βαρὰχ ἐν τῇ κοιλάδι ἐξαπέστειλε πεζοὺς αὐτοῦ. *Et Issachar, sic (& valet, vt etiam in hebræo, sicut)* Barac in vallem misit pedites suos. *Hebræus tamen habet, in* pedibus suis, *vt intelligatur Barac pedibus suis, id est sponte, ac fidenter misisse se in vallem: quod significat vulgata.* ω In portionibus Ruben; magni penetrantes corde.] εἰς τὰς μερίδας ῥουβὴν μεγάλοι ἐξικνούμενοι καρδίαν. *Sic fere hebræus. Compl.* ἐν διαιρέσεσι ῥουβὴν μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας in diuisionibus Ruben magnæ perscrutationes cordis: *quæ verba habentur etiam in aliis libris, sed valde perturbate.* αα Digomiæ.] *videtur dictum, quasi in medio duorum ponderum, quod latino prouerbio dicitur, sedētes in duabus sellis. Alii,* ἵνα τί μοι κάθησαι (Compl. κάθησθε) ἀναμέσον τῶν μοσφαιθαίμ, vt quid mihi sedes (*al* sedetis) inter ordines (*aut* terminos, *vt vulgata*) duos. *Theodoretus & ipse videtur habuisse dictionem hebræam. Nam ita inquit.* μοσφαὶθ autem exponuntur ἀγροὶ, agri. ββ Gregum.] ἀγγέλων *visum est (nam librarius Vaticanus solet sæpe geminare consonantes) hoc loco idem valere, atque* ἀγέλων. *Et ita etiā* B
vulgata, & hebræus. Theodoretus hoc fortasse loco habuit dictionem hebræam, quæ apud ipsum est ἀμαδαρώθ *& redditur* ἀβλεψία, cæcitas, *quamuis & paulo inferius est,* μαδαρώθ *In aliis est,* ἐξεγειρόντων, excitantium. γγ In diuisionibus Ruben magnæ perscrutationes cordis.] *Est repetitio sententiæ superioris, quemadmodū in hebræo, & uulgata. Alii* τοῦ ἐλθεῖν (*al.* ἐξελθεῖν) εἰς τὰ τοῦ ῥουβὴν. μεγάλοι, ad veniendum (*al* transeundum) in ea quæ ipsius Ruben. Magnæ, *&c.* δδ Vbi habitauit.] ὃ ἐσκήνωσεν. *Alii* κατεσκήνωσεν, inhabitauit *sine* ὃ. εε Ad littus marium: & super exitus suos habitauit.] *Alii* παρ' αἰγιαλὸν θαλασσῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διακοπὰς αὐτοῦ κατεσκήνωσεν, ad littus marium, & super contractiones eius inhabitauit. ζζ Altitudines.] ὕψος. *& idem significat ac* Merome, *quod est in vulgata. Compl. corrupte,* ὕλη, sylua. ηη Munus.] *Alii* πλεονεξίαν, abundantiam. θθ Pugnauerunt.] παρετάξαντο. *melius, quām quod in Compl.* ἐπολεμήθησαν, oppugnati sunt. ιι E semitis suis.] ἐκ τρίβων αὐτῶν. *Alii* ἐκ τῆς τάξεως αὐτῶν, è gradu suo. κκ Deuoluit.] ἐξέσυρεν. *optime ad hebræū. Alii* ἐξέβαλεν, eiecit. λλ Antiquitatum.] ἀρχαίων. *Alii habent dictionem hebræam hoc significantē,* καδημίμ, *& uulgata* Cadenim. μμ Quando impediti sunt.] ὅτε ἐνεποδίσθησαν. *Alii* τότε ἐνευροκοπήθησαν, tunc subneruati sunt. *Compl.* ἀπεκόπησαν, succisi sunt. νν Festinatione festinauerunt fortes eius.] *Alii* μαδαρώθ δυνατῶν C
αὐτοῦ, à calcitrationibus potentum eius: *& est idem sensus. Theodoretus, si minus in loco superiore, certe ex hoc uidetur accepisse illud suum.* ἀμαδαρώθ. ξξ Maledicite. Maledictus.] *Alii* καταράσασθε καταράσει τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτήν, *aut, ut Compl.* τοὺς ἐνοίκους αὐτῆς, maledictione maledicite habitatores eius. οο Domini, in auxilium in potentibus.] *Ita fere hebræus. Alii* κυρίου, βοηθὸς κύριος ἐν μαχηταῖς, Domini, auxiliator Dominus in pugnatoribus. *Compl* κύριος βοηθὸς ἡμῶν, κύριος ἐν μαχηταῖς δυνατός, Dominus adiutor noster, Dominus in pugnatoribus potens. ππ In mulieribus.] ἐν γυναιξὶν, *id est* inter mulieres, *ut uulgata. alii* ἐκ γυναικῶν, præ mulieribus. *Sunt etiam in sequentibus aliæ uarietates, sed non magni ponderis.* ρρ Fenestellam.] ἐκ τῆς τοξικοῦ. *Alii* διὰ τῆς δικτυωτῆς, per cancellum. σσ Erubuit.] *Ita hebræus. Alii* ἠσχάτισεν, cunctatus est. ττ Misericors miserebitur.] *Alii* φιλιάζοντα φίλοις, amice agentem cum amicis. *Compl.* φιλιάζων φίλοις. υυ Exitus.] ἔξοδος *Sic hebræus. Alii* ἀνατολὴ, ortus. *& sic S. Aug. in locut.* φφ Virtute.] δυνάμει, *Alii.* δυναστείᾳ, potentatu. *S. Aug.* potentia.

C A P. VI.

ET fecerunt filii Israel malum in conspectu Domini: & tradidit eos Domi- D
nus in manu Madiam septem annos: & inualuit manus Madiam super
Israel. Et fecerunt sibi filij Israel à facie Madiam antra, quæ in mon-
tibus, & speluncas, & [a] pensilia. Et factum est, [b] si seminauerunt filii Israel;
& ascendebant Madiam, & Amalec: & filii orientis simul [c] ascendebant
cum eis. Et castrametabantur aduersus eos: & corrumpebant [d] fructus eorum,
donec venias in Gaza. Et non relinquebāt substantiam vitæ in terra Israel, [e] neq.
in gregibus, taurum, & asinum. Quoniam ipsi, & [f] possessiones eorum ascen-
debant, & tabernacula eorum [g] adueniebant, tanquam locusta in multi-
tudine: & eis, & camelis eorum non erat numerus. Et veniebant in ter- E
ram Israel, & corrumpebant eam. Et mendicauit Israel valde à facie Ma-
diam. Et clamauerunt filij Israel ad Dominum à facie Madiam. [h] Et misit
Dominus virum prophetam ad filios Israel. Et dixit eis: Hæc dicit Dominus
Deus Israel: Ego sum, qui eduxi vos de terra Ægypti: & eduxi vos de do-
mo seruitutis [i] vestræ: & liberaui vos de manu Ægypti, & de manu
omnium tribulantium vos: & eieci eos à facie vestra: & dedi vobis terram eo-
rum. Et dixi vobis: Ego Dominus Deus vester: Non timebitis Deos Amorræi,

A in quibus ſedetis in terra eorum. Et non exaudiſtis vocem meam. Et venit an-
gelus Domini, et ſedit ſub terebintho, quæ in Ephratha in terra Ioas patris
Eſdri. Et Gedeon filius eius excutiens frumentum in torculari ad effugiendum
à facie ipſius Madiam. Et apparuit ei angelus Domini, et dixit ad eum: Domi-
nus tecum, fortis uirtutum. Et dixit ad eum Gedeon: In me Domine mi. Et,
ſi eſt Dominus nobiſcũ; ad quid inuenerũt nos mala hæc? Et ubi ſunt omnia mi-
rabilia eius, quæ narrauerunt nobis patres noſtri, dicentes, Nonne ex Ægypto
eduxit nos Dominus? Et nunc proiecit nos; & dedit nos in manu Madiam. Et re
ſpexit ad eum angelus Domini, et dixit: Vade in fortitudine tua hac: et ſalua-
bis Iſrael de manu Madiam. Ecce miſi te. Et dixit ad eum Gedeon: In me Do-
B mine mi, in quo ſaluabo Iſrael? Ecce chilias mea infirmata eſt in Manaſſe, et
ego ſum minor in domo patris mei. Et dixit ad eum angelus Domini: Domi-
nus erit tecum; et percuties ipſam Madiam tanquam uirum vnũ. Et dixit ad eũ
Gedeon: Si nunc inueni miſericordiã in oculis tuis, et facies mihi hodie om
ne, quicquid locutus es mecum; ne ſecedas hinc, quoaduſque ego ueniam ad te:
et proferam ſacrificium et ſacrificabo coram te. Et dixit: Ego quidem ſedebo,
donec tu reuerteris. Et Gedeon intrauit, & fecit hœdum caprarum, & œphi fari-
næ, azyma: & carnes impoſuit in cophino: & ius iniecit in ollam: & protulit ea
ad eum ſub terebintho, & appropinquauit. Et dixit ad eum angelus Dei: Acci
C pe carnes, & azyma, & pone ad petram illam: & ius iuxta effunde. Et fecit ſic.
Et extendit angelus Domini ſummum virgæ, quæ in manu ſua: & tetigit carnes,
& azymos. Et aſcendit ignis de petra: & comedit carnes, & azymos. Et ange-
lus Domini iuit ab oculis eius. Et vidit Gedeon, quoniam angelus Domini hic
eſt. Et dixit Gedeon: Ah, ah Domine mi Domine: quia vidi angelum Domi-
ni, faciem ad faciem. Et dixit ei Dominus: Pax tibi: ne timeas: non morieris. Et
ædificauit ibi Gedeon altare Domino: & vocauit ei, pax Domini vſque in
diem hanc, adhuc illo exiſtente in Ephratha patris Eſdri. Et factum eſt in no
cte illa, & dixit ei Dominus: Accipe vitulum, taurũ, qui eſt patri tuo, & vitu
D lum ſecundum ſeptem annorum. Et deſtrues altare ipſius Baal, quod eſt patri
tuo: & lucum, qui eſt ſuper illud, exterminabis. Et ædificabis altare Domino
Deo tuo ſuper cacumen Maozi huius in ordine. Et ſumes vitulum ſecun-
dum: & offeres holocauſtomata in lignis lucus, quem exterminaſti. Et ſumpſit
Gedeon decem viros ex ſeruis ſuis: & fecit, quemadmodum locutus eſt ad eum
Dominus. Et factum eſt, ſicut timuit domum patris ſui, & viros ciuitatis fa-
ciendo in die; & fecit nocte. Et diluculo ſurrexerunt viri ciuitatis mane: & ecce
deſtructum erat altare ipſius Baal, & lucus, qui ſuper illud, erat exterminatus.
Et viderunt vitulum ſecundum, quem obtulerat ſuper altare ædificatum. Et
E dixit vir ad proximum ſuum; Quis fecit verbum hoc? Et inquiſierunt, & inueſti
garunt, & cognouerunt, quia Gedeon filius Ioas fecit verbum hoc. Et dixerunt
viri ciuitatis ad Ioas: Profer filiũ tuũ: & moriatur: quoniã deſtruxit altare Baal,
& quoniã exterminauit lucum, qui ſuper illud. Et dixit Gedeõ filius Ioas viris
omnibus, qui inſurrexerant ei: Nunquid vos nũc iudiciũ facitis pro Baal? Aut
vos ſaluatis eũ? Quicunq. iudiciũ fecerit ei; morti detur vſq. mane. Si Deus eſt;
iudicium faciat ſibi: quoniã dextruxit altare eius. Et vocauit eũ in die illa Iero
baal, dicens: Iudicet in eum Baal; quia diruit altare eius. Et vniuerſa Madiam,

& Amalec, & filii orientis congregati sunt in idipsum: & castrametati sunt in val- A
le Iezrael. Et spiritus Domini θθ induit Gedeon. Et cecinit in cornea. Et ιι cla-
mauit Abiezer post se. Et nuncios misit in omnem Manasse, & in Aser, & in Za-
bulon, & in Nephthali. Et ascendit in occursum eorum. Et dixit Gedeó ad Deú:
Si tu saluas in manu mea Israel, sicut locutus es; ecce ego pono vellus lanæ in
area. Si ros factus fuerit super vellus solú, & super vniuersam terrá siccitas; cogno-
scam, quia saluabis in manu mea Israel, sicut locutus es. Et factum est sic. Et sur-
rexit diluculo die crastina: & expressit vellus: & stillauit ros de vellere, plena la-
gæna aquæ. Et dixit Gedeon ad Deum: Ne irascatur nunc furor tuus in me: & lo-
quar adhuc semel: tentabo núc & quidé adhuc semel in vellere: & fiat siccitas su- B
per vellus solum: & super vniuersam terram fiat ros. Et fecit Deus sic in nocte
illa. Et facta est siccitas super vellus solum: & super vniuersam terram factus
est ros.

α Pensilia.] τὰ κρεμαστά: *& videtur significare aggeres, & munitiones aut altas, aut non valde firmas, sed quasi suspensas. Alii* μάνδρας ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς σπηλαίοις, καὶ τοῖς ὀχυρώμασιν, antra in montibus & speluncis, & munitionibus: *& sic videtur habuisse* Int. Orig. hom. 7. *Sed nostra respondet hebræo ad verbum.* β Si seminauerút.] *In aliis,* ὅτι ἔσπειρεν ἀνὴρ Ἰσραήλ. Et S. Aug. *in locut.* quando seminauit vir Israel. *Int. Orig.* cum seminasset vir Israel: *In hebræo est,* si seminabat Israel. γ *Simul ascendebant cum eis.*] συνανέβαινον αὐτοῖς. *Alii,* καὶ ἀνέβαινον ἐπ' αὐτὸν, & ascendebant super eum. *& sic* S. Aug. *in locut. Int. Origenis,* super eos. δ Fructus.] *Alii* ἐκφόρια, prouentus. *In Compl. videtur corrupte legi* ἐφόρια. ε Neque in gregibus, taurú.] *In aliis,* καὶ ποίμνιον, καὶ μόσχον, καὶ ὄνον, & gregem, & vitulum, & asinum. ζ Possessiones.] *Sic hebræus: ac tamen intelliguntur pecora: quod est in aliis* κτήνη. η Aduenıebant.] *hebræus,* & aduenıebant, *cetera, vt nostra. In aliis est,* καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν παρέφερον, καὶ παρεγίνοντο, & tabernacula sua afferebant, & adueniebant. θ Et misit.] Alii, καὶ ἐγένετο ἐπεί (Compl. ἐπί) ἐκέκραξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πρὸς κύριον διὰ Μαδιάμ, καὶ (*abest* καὶ *a Compl.*) ἐξαπέστειλε. Et S. Aug. q. 31. Et factum est, quando clamauerunt filii Israel ad Dominum propter Madiam: & misit. ι Vestræ.] *Abest ab aliis.* κ Terebintho.] Alii δρυΐ, *&* S. *Aug. ibidem,* sub quercu *eadem varietas est paulo inferius, et alibi.* λ Ephratha in terra.] ἐν Ἐφραθὰ ἐν γῇ Ἰωάς. *Alii* ἐν Ἐφρὰ τῇ τοῦ Ἰωάς in Ephra, quæ ipsius Ioas. *Etiam* S. Aug. *ibid. habet Ephra & eadé varietas est c. 8.* μ Fortis virtutú.] ἰσχυρὸς τῇ δυνάμει. *Alii* δυνατὸς τῇ ἰσχύϊ, *et* S. *Aug. q. 32.* potens in fortitudine: *ac putat esse referendú ad Deum. Sed vulgata,* virorú fortissime. ν In me Domine mi.] S. *Aug. in locut.* subintelligitur, intende. *Apud hebræos illud,* in me, *valet,* obsecro. ξ Angelus Domini.] *Sic etiam Chaldæus. vulgata ex hebræo,* Dominus. ο Ecce.] S. *Aug. q. 33.* nonne ecce misi te? *quod respondet hebræo.* π Infirmata est.] ἠσθένησε. *Alii & Theodoretus* ταπεινοτέρα, *&* S. *Aug. q. 34.* ecce mille mei humiliores. *Et addit,* intelligitur præpositus fuisse mille hominum. ρ Angelus Domini, Dominus erit tecum.] *Ita etiam Theodoretus q. 12. Alii* κύριος, ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ, Dominus, quia ero tecum. D
σ Hodie omne, quicquid locutus es mecum.] *Compl.* σημεῖον, ὅτι σὺ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ, signum, quia tu loqueris mecum. τ Sacrificium.] *Alii* καὶ οἴσω τὴν θυσίαν μου, καὶ θήσω ἐνώπιόν σου. *Et* S. *Aug. q. 35.* offeram sacrificium meum, & ponam in conspectu tuo. *Compl. tamen & ipsa habet* θυσίαν. υ Cophino.] *Alii* ἔθηκε τὰ κρέα ἐν τῷ κανῷ, in canistro, *vt vulgata.* φ Appropinquauit.] προσήγγισεν, *melius, quam quod in aliis,* καὶ προσεκύνησε, & adorauit. *Vulgata,* & obtulit ei. χ Iuxta.] ἐχόμενα. *abest ab aliis, & a* S. *Aug. ibidem.* ψ Ascendit.] *Sic hebræus. Alii* καὶ ἀνήφθη, *&* S. *Aug. ibidem,* accensus est. ω Ah, ah Domine.] *Alii* οἴμοι κύριε, κύριε, ὅτι εἶδον, heu mihi Domine, Domine, quia vidi. *& Compl.* ὅτι ἐπὶ τοῦτο εἶδον· quoniam ad hoc vidi. αα Ei.] *est phrasis hebræa. Alii* αὐτῷ, illud. ββ Illo existente.] *Ita vertimus, vt seruetur ambiguitas, quæ est in hebræo, an de altari, an de Gedeone; sicut videtur accipi in vulgata.* γγ Vitulum, taurum.] *hebræus* vitulum bouis. *Alii* τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, vitulum saginatum. δδ Maozi huius.] *quod valet* fortitudinis, *siue* petræ, *vt vulgata,* siue arcis huius. *Alii addunt* τοῦ ὄρους, montis: *quod non est in hebræo.* εε Vitulum secundum.] *Melius, quàm quod in Compl.* σὺν τῷ μόσχῳ τῷ δευτέρῳ, Cum vitulo secundo. ζζ Sicut.] *Idest,* quoniam: *nam ita etiam est interpretanda dictio hebræa.* ηη Gedeon filius Ioas.] *In aliis est tantum* Ἰωάς: *vt pater ipse fuerit, qui protulerit verba sequentia.* θθ Induit.] *Sic hebræus. Alii* ἐνεδυνάμωσε. *Et Int. Orig.* Confortauit. *Itemq.* S. *Aug. q. 49.* ιι Clamauit.] *Supra etiam dictum est ita interdú dici pro* clamando vocare. *Quare Int. Orig. habet* vocauit. *Posset tamen etiam verti,* & clamauit Abiezer post eum. E

CAP. VII.

Et diluculo surrexit Ierobaal (ipse est Gedeon) et omnis populus cum eo,
et castrametati sunt super fontem Arad: & castra Madiá erant ei ab Aqui-
lone à α Gabaathmoræ in conualle. Et dixit Dominus ad Gedeon. Multus
est

A est populus, qui tecum; ita ut non ego traditurus sim Madiam in manu eorũ, ne quando glorietur Israel super me, dicens: manus mea saluauit me. Et nunc loquere vtique in auribus populi, dicens: Quis est timẽs, & formidolosus? reuertatur, & recedat a monte Galaad. Et reuerterunt de populo viginti, & duo millia: & remanserunt decem millia. Et dixit Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est. Fac eos descendere ad aquam: & emundabo tibi eum illic: & erit quemcumque dixero ad te, hic ibit tecum; ipse ibit tecum: & omnis, quemcumque dixero ad te, hic non ibit tecum; ipse non ibit tecum: Et descendere fecit populum ad aquam. Et dixit Dominus ad Gedeon: Omnis, quicunque lambuerit lingua sua de aqua, tamquam si lamberet canis; statues eum seorsum: & omnis,
B quicunque inclinauerit super genua sua ad bibendum. Et factus est numerus eorum, qui lambuerunt in manu sua ad os suum, trecenti viri. Et omne residuũ populi procubuerunt super genua sua ad bibendam aquam. Et dixit Dominus ad Gedeon: In trecentis viris lambentibus saluabo vos: & dabo Madiam in manu tua: & omnis populus ibunt, vir ad locum suum. Et sumpserunt cibaria populi in manu sua, & corneas suas. Et omnem virum Israel dimisit, virum in tabernaculum eius. Et trecentos viros confortauit. Et castra Madiam erant de subter eius in conualle. Et factum est in nocte illa, & dixit ad eum Dominus: Exurge: descende in castra: quoniam tradidi ea in manu tua. Et, si times tu descendere;
C descende tu, & Phara puer tuus in castra: & audies, quid loquentur: Et post hoc inualescent manus tuæ: & descendes in castra. Et descendit ipse, & Phara puer eius ad principium ipsorum quinquaginta, qui erant in castris. Et Madiam, & Amalec, & omnes filii orientis iacentes in valle, sicut locusta in multitudine: & camelis eorum non erat numerus: sed erant velut arena, quæ est ad labium maris, in multitudine. Et venit Gedeon: & ecce vir narrãs proximo suo somnium, & dixit: Ecce somniaui somnium: & ecce mensa panis ordeacei voluens se in castra Madiam: & venit vsque ad tabernaculum, & percussit illud: & cecidit. Et subuertit illud desuper: & cecidit tabernaculum. Et respondit proximus eius
D & dixit: Non est hæc, nisi gladius Gedeon filij Ioas, viri Israel. Tradidit Deus in manu eius Madiam, & vniuersa castra. Et factum est: postquã audiuit Gedeõ narrationem somnii, & interpretationem eius; & adorauit Dominum: & reuertit in castra Israel, & dixit: Surgite: quoniam tradidit Dominus in manu nostra castra Madiam. Et diuisit trecentos viros in tria principia: & dedit corneas in manu omnium, & hydrias vacuas, & lampadas in hydrijs: & dixit ad eos: Ex me videbitis: & sic facietis. Et ecce ego ingredior in principiũ castrorum: & erit, sicut vtique fecero; sic facietis. Et canam in cornea ego: & omnes mecum canetis in corneis in circuitu omnium castrorum: & dicetis, Domino, & ipsi Gedeon.
E Et intrauit Gedeon, & cẽtum viri, qui cum eo in principium castrorum, in principio custodiæ mediæ. Et excitantes excitarunt custodes: & cecinerunt in corneis, & excusserunt hydrias, quæ in manibus eorum: & cecinerunt tria principia in corneis: & contriuerunt hydrias: & tenuerunt in manibus sinistris suis lampadas, & in manibus dextris suis corneas ad clangendum. Et exclamauerũt, Gladius Domino, & ipsi Gedeon. Et stetit vir super se in circuitu castrorum: & cucurrerunt vniuersa castra, & significauerunt, & fugerunt. Et cecinerunt in trecẽtis corneis. Et posuit Dominus gladium viri in proximum eius in vniuersis ca-

stris. Et fugerunt castra vsque Bethseed [ν] Tagaragatha Abelmeula super Thabath. Et clamauerunt vir Israel ex Nephthali, & ex Aser, & ex omni Manasse: & persecuti sunt post Madiã. Et núcios misit Gedeon in omnem montẽ Ephræm, dicens: Descendite in occursum Madiam: & occupate [ξ] eis aquam vsque Bæthæra, & Iordanem. Et clamauit omnis vir Ephræm: & præoccupatunt aquam vsque Bæthæra, & Iordanem. Et comprehenderunt principes Madiam, & Oreb & Zeb: & interfecerunt Oreb in Sur Oreb: & Zeb interfecerunt in [ο] Hiacephzeph. Et persequuti sunt Madiam: & caput Oreb, & Zeb attulerunt ad Gedeon de trans Iordanem. A

B

[α] Gabaathamore.] *Sunt duæ dictiones hebreę, significantes collem Hamoreoh. In Compl. est* ἐν τῷ βουνῷ τοῦ ἀβώρ colle Abor. [β] Ita vt non ego traditurus sim.] ὅτι μὴ παραδῶναί με, *Theodoretus q. 15.* ὅτι παραδῶναί με quàm vt tradã ego. [γ] Reuertatur & secedat.] *Propius ad phrasim hebræã, quàm quod in aliis,* καὶ ἐξώρμησαν, & recesserunt: *quod tamen habet vulgata. Int.* Orig. *hom. 9. habet tantũ,* reuertatur. Et reuersi sunt de monte Galaad de populo, *&c.* [δ] Et emundabo tibi eum ibi.] *Numerum singularem habet etiam hebraus. Alii* καὶ δοκιμῶ αὐτούς ἐκεῖ, *& Int.* Orig. & ibi eos probabo tibi. [ε] Ad bibendum.] *Sic etiam hebraus; & subintelligitur ex membro superiore,* statues eum seorsum. *In aliis additur* μεταστήσεις αὐτὸν καθ' αὐτὸν transferes eum per se. *Etiam Int. Orig. habet,* transferens eum. [ζ] Manu sua.] *Sic hebraus, & etiam Theodoretus. Compl.* ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ, *in lingua sua. In aliquo libro vtrumq. coniũgitur,* ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ. *Et S. Aug. q. 37.* manu sua, lingua sua: & *ita testatur habuisse gręcum, quamuis plerique latini codices haberent duntaxat* lingua sua. *Int. Orig.* qui lamberunt in manu aquam, vel lingua. [η] Confortauit.] κατίσχυσεν, *nisi fortasse ducatur a verbo* κατέχω, *quod significat retinere. Nam in aliis est,* τοὺς δὲ τριακοσίους ἄνδρας ἐκράτησε, trecentos autem viros retinuit. [θ] Principium.] *Alii* εἰς μέρος, *& S. Aug. q. 38.* in partem, *& hæc addit:* quod latini quidem codices habent, in eam partem, in qua erant quinquaginta custodes in castris: alij vero, partem quinquagesimam in castra. *& alia de hac re. Idem vero in locut. ad locum qui inferius sequitur in hoc capite,* in tria principia, *notat principia esse posita pro partibus.* [ι] Mensa.] *Ita S. Aug. q. 39. quod græce est* μαγὶς, *& potest etiam significare genus offæ, aut tortam. Vulgata,* quasi subcinericius panis. [κ] Et cecidit.] *Abest hoc ab aliis, itemque, quod paulo post sequitur,* desuper, *quæ tamen sunt in hebræo.* [λ] Domino, & ipsi Gedeon.] *Sic etiam Compl. & hebraus, & vulgata. In aliis est* ῥομφαία τῷ κυρίῳ καὶ τῷ γεδεών. *Et S. Aug. q. 40.* Gladius Domino, & Gedeon. *Videri potest illud* ῥομφαία, *huc irrepsisse ex loco, qui paulo post sequitur.* [μ] Significauerunt.] ἐσήμαναν. *Alibi etiam notatum est* σημασίαν *indicare vehementem quendam sonum: quare hoc etiam loco significatur vociferatio.* [ν] Tagaragatha Abelmeula super Tabath.] *Pro his in vulgata est,* & crepidinem Abelmeula in Tebbath. *In aliis,* καὶ συνήγαγεν (*Compl.* καὶ ἦν συνηγμένη) ἕως χείλους ἀβελμεουλά, καὶ ἐπὶ ταβάθ, & congregauit se vsque ad labium Habelmeula, *&* super Tabath. [ξ] Eis.] *Ita habet hebraus: neque est inusitatum* ἑαυτοῖς *idem valere quod* αὐτοῖς. *Alii vertunt* vobis. [ο] Hiacephzeph.] *Alii* ἐν ἰακὲβ ζὴβ in Iaceb (*idest in torculari*) *Zeb.* C D

CAP. VIII.

ET dixerunt ad Gedeon vir Ephræm: Quid, verbum hoc fecisti nobis, vt nõ vocares nos, quando iuisti pugnare in Madiam? Et [α] iurgabant aduersus eum fortiter. Et dixit ad eos: Quid feci nunc, sicut vos? Nõne melior racemus Ephræm, quàm vindemia Abiezer? In manu vestra tradidit Dominus principes Madiã, Oreb, & Zeb. Et quid potui facere, sicut vos? Tunc remisit se spiritus eorum ab eo, dum ille loqueretur sermonem hunc. Et venit Gedeon ad Iordanem; et transijt ipse, et trecenti viri, qui cum eo, [β] esurientes, & persequẽtes. Et dixit viris Socchot: Date nunc panes in alimentum populo huic, [γ] qui in pedibus meis: quoniam deficiunt: & ecce ego sum persequens post Zebee, et Salmana reges Madiam. Et dixerunt principes Socchoth: Nunquid manus Zebee, et Salmana nunc in manu tua; quia [δ] dabimus virtuti tuæ panes? Et dixit Gedeon: [ε] Propter hoc in dando Dominus Zebee, et Salmana in manu mea, et ego [ζ] triturabo carnes vestras in spinis deserti, et in [η] Barcenim. Et ascendit inde in Phanuel: et locutus est ad eos similiter. Et responderunt ei viri Phanuel; quẽadmodum responderant viri Socchoth. Et dixit Gedeon ad viros Phanuel: E

In

A In reditu meo cum pace demoliar turrim hanc. Et Zebee, & Salmana in Carcar, et castra eorum cum eis circiter quindecim millia: omnes, qui residui fuerant de vniuersis castris alienigenarum. Et qui ceciderant, centum viginti millia virorum educentium gladium. Et ascendit Gedeon viam habitantium in tabernaculis ab Oriente, ipsius Nabæ, et Iegebal. Et percussit castra: et castra erant confidentia. Et fugerunt Zebee, et Salmana. Et persequutus est post eos: et tenuit ambos reges Madiam Zebee, et Salmana: et vniuersa castra pauefecit. Et reuertit Gedeon filius Ioas a prælio desuper acie Ares. Et cepit puerum de viris Socchoth, et interrogauit eum: et scripsit apud se nomina principum Soc-

B choth, et seniorum eorum septuaginta, et septem viros. Et aduenit Gedeon ad principes Socchoth, et dixit: Ecce Zebee, et Salmana, in quibus exprobrastis me dicentes, nunquid manus Zebee, & Salmana nunc in manu tua, quia dabimus viris tuis deficientibus panes? Et apprehendit seniores ciuitatis in spinis deserti, & Barcenim: & triturauit in eis viros ciuitatis. Et turrim Phanuel euertit: & interfecit viros ciuitatis. Et dixit ad Zebee, & Salmana: Vbi viri, quos interfecistis in Thabor? Et dixerunt: sicut tu, sicut ipsi in simulachrum filij regis. Et dixit Gedeon: Fratres mei, & filij matris meæ erant. Viuit Dominus, si viuificassetis eos; non interfecissem vos. Et dixit ad Iether primogenitum suum: in-

C terfice eos. Et non eduxit puer gladium suum, quia timuit: quoniam adhuc iunior erat. Et dixit Zebee, & Salmana: Surge tu, & occurre nobis; quoniam tanquam viri est virtus tua. Et surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana. Et sumpsit lunulas, & quæ in ceruicibus camelorum eorum. Et dixerunt vir Israel ad Gedeon: Domine principare nostri, et tu, & filius tuus & filius filij tui; quoniã tu saluasti nos de manu Madiã. Et dixit ad eos Gedeon: Non principabor ego, & nõ principabitur filius meus in vobis: Dominus principabitur vestri. Et dixit ad eos Gedeon: Petam à vobis petitionem: & date mihi vir inaurẽ de spolijs suis. Quoniam inaures aureæ illis: quia erãt Ismaelitæ. Et dixerunt: Dãtes dabimus.

D Et expandit vestimentum suum: & misit eò vir inaurem spoliorũ suorum. Et factum est pondus inaurium inaurearum, quas petiit, mille & septingenti auræi præter lunulas, & monilia, & vestimenta, & purpurea, quæ super reges Madiam, & præter torques, quæ erant in ceruicibus camelorum ipsorum. Et fecit illud Gedeon in Ephod: et statuit illud in ciuitate sua in Ephratha. Et fornicatus est omnis Israel post illud. Et factum est Gedeon, et domui eius in scandalum. Et compressus est Madiam coram filiis Israel: et non adiecerunt leuare caput suum. Et quieuit terra quadraginta annos in diebus Gedeon. Et iuit Ierobaal filius Ioas: & sedit in domo sua. Et ipsi Gedeon fuerunt filij septuaginta exeuntes è femorib. eius: quoniam vxores multæ fuerunt ei. Et concubina ip-

E sius fuit in Sychem: & peperit ei etiam ipsa filium: & posuit nomẽ Abimelech. Et mortuus est Gedeon filius Ioas in ciuitate sua: & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephratha Abi Esdri. Et factum est, postquam mortuus est Gedeon; & reuerterunt filij Israel: & fornicati sunt post Baalim: & posuerũt sibi, ipsi Baal testamentum, vt esset eis ipse in Deum. Et non sunt recordati filij Israel Domini Dei, qui eruerat eos de manu omnium tribulantium eos in circuitu. Et non fecerũt misericordiam cum domo Ierobaal (ipse est Gedeon) secundum omnia bona, quæ fecerat cum Israel.

ᵃ Et iurgabant aduerſum eum fortiter.] *καὶ διελέξαντο πρὸς αὐτὸν ἰσχυρῶς. Alii eodem fere ſenſu, καὶ ἐκρίνοντο μετ' αὐτοῦ κραταιῶς.* ᵝ Eſurientes, & perſequentes.] Alii ὀλιγοψυχοῦντες καὶ πεινῶντες, animo deficientes, & eſurientes. *Hebræus*, laſsi, & perſequentes. ᵞ Qui in pedibus meis, quoniam deficiunt.] *Multo propius hebræo, quam quod eſt in aliis, τῷ μετ' ἐμοῦ, ὅτι πεινῶσι,* qui mecum, quoniam eſuriunt. ᵟ Quia dabimus virtuti tuæ.] *δυνάμει. In aliis ὅτι δώσομεν τῇ στρατιᾷ σου,* quod demus exercitui tuo. ᵋ Propter hoc.] *Sic hebræus. Alii οὐχ οὕτως,* non ſic. ᶻ Triturabo.] *ἀλοήσω. Optime ad hebræum. Alii καταξανῶ,* lacerabo. ᵑ Barcenim.] *Compl. ἐν ταῖς τριβόλοις,* in tribulis: *quod eſt illius interpretatio.* ᶿ Alienigenarum.] *Alii υἱῶν ἀνατολῶν* filiorum orientis: *quod reſpondet vulgatæ.* ᶥ Et Iegebal.] *Reſpondet hebræo, & vulgatæ. Alii καὶ ἐξ ἐναντίας Ναβὶ,* & è regione Nabe. ᵏ Pauefecit.] *ἐξέστησεν. Propius hebræo, quàm quod in Compl. ἐξέστρεψε,* euertit. ᶫ A prælio deſuper acies Ares.] *ἀπὸ τῆς παρατάξεως ἀπὸ ἐπάνωθεν τῆς παρατάξεως Ἀρές. Suſpicari licet ἀπὸ τῆς παρατάξεως per errorem eſſe repetitum, ac legendú eſſe, ἀπὸ τῆς παρατάξεως ἐπάνωθεν Ἀρές,* a prælio, deſuper ſole. *Ita enim ad verbum hebræus: ac quidam hoc ſignificari putant, reuerſum eſſe a prælio, cum adhuc ſol eſſet ſuper terram. quidam ante ortum ſolis, vt vulgata. Alii ἐκ τοῦ πολέμου ἀπὸ ἀναβάσεως Ἀρές, aut, ἡλίου, vt Compl.* a bello, ab aſcenſione ſolis. ᵘ Apud ſe.] *πρὸς αὐτὸν, & poſſet etiam verti* ad eum, *vt puer fuerit, qui ſcripſerit, aut deſcripſerit. Nam alii ἀπεγράψατο.* ᵛ In ſpinis.] *Compl. addit καὶ κατεδίωξεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἀκάνθαις.* Et perſecutus eſt eos in ſpinis: *ſed redundat.* ᶳ In ſimulachrum.] *εἰς εἴδωλον. Si eſset εἷς,* vnus; *valde reſponderet hebræo. In aliis eſt, ὡς σὺ, ὡς αὐτοί, ὅμοιός σοι, ὅμοιος αὐτοῖς, ὡς εἶδος υἱῶν βασιλέων,* ſicut tu, ſic ipſi, ſimilis tibi, ſimilis ipſis, ſicut ſpecies filiorum regis. *& ſunt commiſtæ duæ interpretationes.* ᵒ Tamquam uiri, eſt virtus tua.] Alii *ὅτι ὡς ἀνὴρ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ. quod in vulgata ſic exponitur,* quia iuxta ætatem robur eſt hominis. ᵖ Inaurem.] *Compl. addit χρυσοῦν,* auream, *quod non eſt in hebræo, neque in vulgata.* ᶣ Mille.] *Sic hebræus. Alii χίλιοι χίλιοι,* Sicli mille, *Apud S. Aug. q. 41.* mille ſeptingenti auri ſicli, *nam & in aliquo eſt χρυσίου.* ᶴ Et purpurea.] *Ab hebræo abeſt illud,* Et: *cætera reſpondent. In aliis verba ſunt perturbata. In Compl. πλὴν τῶν στρώσεων τῶν ὁρμίσκων, καὶ τῶν περιβολαίων τῶν πορφυρῶν,* abſque ornamentis monilium, & indumentorum purpureorum. *S. Aug.* præter brachialia, & torques, & operimenta purpurea. ᵗ Torques.] *τῶν περιθεμάτων, quaſi* circumpoſitiones. *Alii τῶν κλοιῶν, quod hoc loco idem valet. Etiam S. Aug. habet* torques. ᵘ Ephod.] Alii, *& Theodoretus q. 16. ἐφούδ. S. Aug. q. eadem 41.* Quod enim apud lxx. ſcriptum eſt Ephud: hoc in hebræo perhibetur dici Ephod. *Theodoretus addit,* Aquila autẽ id vocauit *ἐπένδυμα*, ſuperindumentum. ᵠ Nomen.] *Alii τὸ ὄνομα αὐτοῦ,* nomen eius. ᵡ Ciuitate ſua.] *πόλει αὐτοῦ. Alii ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ* in canicie bona. ᵠ Abi.] *Alii πατρὸς,* patris, *quod eſt illius interpretatio, & non raro ſignificat familiam.* ᵚ Reuerterunt.] *ἐπέστρεψαν. Reſpondet hebræo. Alii ἀπεστράφησαν, & S. Aug. q. 43.* & auerſi ſunt. ᵃᵃ Baal teſtamentum.] *Alii τῷ Βααλβερὶθ διαθήκην, & Compl. τὸν Βααλβερὶθ εἰς διαθήκην. S. Aug. ibidẽ,* & poſuerunt ipſi ſibi Baalberith teſtamentũ. *atque addit.* Et Baalim, & Baalberith idola intelligenda ſunt. *Sed dictio διαθήκην* teſtamentum *videri poteſt interpretatio dictionis hebraicæ.* Berith. *Quare vulgata.* Percuſſeruntque cum Baal fœdus. *Aut ſi Berith aliud ſignificet, redundat illud διαθήκην.*

CAP. IX.

ET iuit Abimelech filius Ierobaal in Sychem ad fratres matris ſuæ: & locutus eſt ad eos, & ad vniuerſam cognationem domus ᵃ patris matris ſuæ, dicens: Loquimini nunc in auribus omniũ virorum Sychem: Quid bonum vobis, dominari vobis ſeptuaginta viros omnes filios Ierobaal, an dominari vobis virum vnum? Et recordamini, quia os veſtrũ, & caro veſtra ſum. Et locuti ſunt de eo fratres matris eius in auribus omniũ virorum Sychem omnia verba hæc. Et inclinauit cor eorum poſt Abimelech: quia dixerunt, frater noſter eſt. Et dederunt ei ᵝ ſeptuaginta argenti de domo ᵞ Baalberith. Et conduxit ſibi Abimelech viros inanes, et ᵟ miſeros: et iuerunt poſt eum. Et intrauit in domum patris ſui in Ephratha: et interfecit fratres ſuos filios Ierobaal, ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum. Et remanſit Ioatham filius Ierobaal iunior, quoniam abſcondit ſe. Et congregati ſunt omnes viri Sicimorũ, et vniuerſa ᵋ domus Bethmaalo: et iuerunt, et fecerunt regem Abimelech ᶻ iuxta quercum inuentam ſtationis, quæ in Sicimis. Et nunciatum eſt ipſi Ioatham. Et iuit, et ſtetit ſuper cacumen montis Garizin: et eleuauit vocem ſuam, et ᵑ plorauit, et dixit eis: Audite me viri Sicimorum: et ᶿ audiet uos Deus. Euntia iuerunt ligna ad ungendum ſuper ſe regem: et dixerunt ipſi oliuæ: Regna ſuper nos. Et dixit eis oliua: Nũquid derelinquens pinguedinem meam, in ᶥ qua glorificabunt Deum uiri,

A ibo ut promouear super ligna? Et dixerũt ligna ficui: Veni, regna super nos. Et dixit eis ficus: Nunquid derelinquens ego dulcedinẽ meam, et genimina mea bona, ibo, vt promouear super ligna? Et dixerunt ligna ad uitem: Veni, regna super nos. Et dixit eis vitis: Nunquid derelinquens vinũ meum, quod lætificat Deum & homines, ibo promoueri super ligna? Et dixerunt omnia ligna rhamno: Veni tu, regna super nos. Et dixit rhamnus ad ligna: Si in veritate vngitis me vos regnare super vos; venite, subsistite in vmbra mea. Et si non; exeat ignis a me, & comedat cedros Libani. Et nunc si in veritate, & perfectione fecistis, & regem constituistis Abimelech, & si bonitatem fecistis cum Ierobaal, & cum

B domo eius, &, si, prout retributio manus eius, fecistis ei, sicut præliatus est pater meus pro vobis, & proiecit animam suam ex aduerso, & eruit vos de manu Madiam. Et vos insurrexistis super domum patris mei hodie: & interfecistis filios eius septuaginta viros super lapidem vnum: & fecistis regem Abimelech filium ancillæ eius super viros Sicimorum, quoniam frater vester est. Et, si in veritate, & perfectione fecistis cum Ierobaal, & cum domo eius in die hac; lætamini in Abimelech: & lætetur etiam ipse in vobis. Si autem non; exeat ignis ab Abimelech: & comedat viros Sicimorum, & domum Bethmaalo: & exeat ignis a viris Sicimorum, & de domo Bethmaalo: & comedat ipsum Abimelech. Et fugit

C Ioathã, & recessit, & iuit vsque Bæer: & habitauit ibi à facie Abimelech fratris sui. Et dominatus est Abimelech super Israel tres annos. Et emisit Deus spiritũ malignum inter Abimelech, & inter viros Sicimorum. Et spreuerunt viri Sicimorum in domo Abimelech, ad inducendam iniustitiam septuaginta filiorũ Ierobaal, & sanguines eorum ad ponendum super Abimelech fratrem eorum, qui interfecit eos, & super viros Sicimorum, quoniam confortauerunt manus eius ad interficiendos fratres suos. Et posuerunt ei viri Sicimorum, insidiãtes super capita montium: & diripiebant omnem, qui præteribat super eos in via. Et nunciatum est regi Abimelech. Et venit Gaal filius Iobel, & fratres eius: & transierunt in Sicima. Et sperauerunt in eo viri Sicimorum. Et egressi sunt in

D agrum, & vindemiauerunt vineas suas, & calcauerũt, & fecerũt Ellulim. Et intulerunt in domum Dei sui, & comederunt, & biberunt, & maledixerunt Abimelech. Et dixit Gaal filius Iobel: Quis est Abimelech? Et quis est filius Sychẽ, quia seruiemus ei? Nonne filius Ierobaal? Et Zebul visitator eius, seruus eius cũ viris Emmor patris Sychem? Et quid, quod seruiemus ei nos? Et quis det populum hunc in manu mea? & amouebo Abimelech, & dicam ad eum: Multiplica virtutem tuam, & egredere. Et audiuit Zebul princeps ciuitatis verba Gaal filii Iobel: & iratus est furore ipse. Et misit nuncios ad Abimelech clam, dicens: Ecce Gaal filius Iobel, & fratres eius adueniunt in Sychem: & ecce ipsi obsidẽt

E ciuitatem super te. Et nunc surge nocte, & populus, qui tecum: & insidiare in agro. Et erit, mane simul vt oritur Sol, surges diluculo, & tendes super ciuitatem. Et ecce ipse, & populus, qui cum eo, egrediuntur ad te: & facies ei; quæcũque inuenerit manus tua. Et surrexit Abimelech, & omnis populus cum eo nocte: & insidiati sunt super Sychem quatuor principiis. Et egressus est Gaal filius Iobel: & stetit ad ostium portæ ciuitatis. Et surrexit Abimelech, & populus qui cum eo, ex insidijs. Et vidit Gaal filius Iobel populum: & dixit ad Zebul: Ecce populus descendit de capitibus montium. Et dixit ad eum Zebul: Vmbram

montium

montium tu vides, tanquam viros. Et adiecit adhuc Gaal loqui, & dixit: Ecce A
populus descendens *ζ* iuxta mare de contiguo vmbilico terræ: & principium a-
liud venit per viam *η* Helon Maonenim. Et dixit ad eum Zebul: Et vbi est os
tuum, sicut locutus es, quis est Abimelech, quia seruiemus ei? Nonne hic est po-
pulus, quem *θ* spreuisti. Exi vtique nunc, & congredere cum eo. Et exiuit Gaal in
conspectu virorum Sychem: & cõgressus est cũ Abimelech. Et persecutus est eũ
Abimelech. Et fugit à facie eius: & ceciderunt cœsi multi vsque ad ostium por-
tæ. Et intrauit Abimelech in Arema. Et Zebul eiecit Gaal, & fratres eius; vt non
habitarent in Sichẽ. Et factum est in crastina, & exijt populus in agrum: & *αα* an-
nunciauit ipsi Abimelech. Et accepit populum; & diuisit eos in tria principia: B
& insidiatus est in agro. Et vidit, & ecce populus exiuit è ciuitate: & surrexit su-
per eos, & percussit eos. Et Abimelech, & *ββ* principes, qui cũ eo, extenderunt,
& steterunt apud ostium portæ ciuitatis. Et duo principia *γγ* tetenderunt su-
per omnes, qui in agro, & percusserunt eos. Et Abimelech pugnauit in vrbẽ to-
ta die illa: & cepit ciuitatem, & populum, qui in ea, interfecit: & ciuitatem de-
struxit: & seminauit eam sale. Et audierunt omnes viri turris Sychem: & vene-
runt in *δδ* conuentum Bæthel Berith. Et nunciatum est Abimelech, quia congre
gati sunt omnes viri turris Sychem. Et ascẽdit Abimelech in montem Selmon,
& omnis populus, qui cũ eo. Et sumpsit Abimelech secures in manu sua: & suc C
cidit *εε* ramum ligni, & tulit, & posuit super humeros suos. Et dixit populo, qui
secum: Quod vidistis me facientem; cito facite, sicut ego. Et succiderunt etiam
vir ramum, omnis vir: & iuerunt post Abimelech: & imposuerunt super conuen
tum: & incenderunt super eos conuentum in igni. Et mortui sunt etiam omnes
viri turris Sicimorum, circiter mille viri, et mulieres. Et iuit Abimelech *ζζ* de
Bæthel Berith: et castrametatus est in Thebes: et cepit eam. Et turris fortis erat
in medio ciuitatis: et fugerunt illuc omnes viri, et mulieres *ηη* ciuitatis: et clau-
serunt *θθ* deforis se: et ascenderunt super tectum turris. Et venit Abimelech vs-
que ad turrim: et pugnauerunt cum eo. Et appropinquauit Abimelech vsque ad D
ostium turris ad incendendam eam in igni. Et proiecit mulier una fragmentum
ιι supermolare super caput Abimelech: et fregit cranium eius. Et clamauit cito
ad puerum, qui ferebat uasa eius: et dixit ei: Educ gladium *κκ* meum, et interfi-
ce me; nequando dicant, mulier occidit eum. Et transfodit eum puer eius: et
mortuus est. Et uidit uir Israel; quia mortuus est Abimelech. Et iuerunt, uir ad lo
cum suum. Et retulit Deus malignitatem Abimelech, quam fecerat patri suo,
interficiẽdo septuaginta fratres suos. Et omnem malignitatem uirorum Sychẽ
retulit Deus in caput eorum. Et superuenit super eos maledictio Ioatham fi-
lii Ierobaal.
E

α Patris matris suæ.] *Ita etiam hebræus. uulgata*, patris, matrisque. *Compl. habet tantum* τῆς μητρὸς αὐτοῦ, matris suæ. *β* Septuaginta.] *S. Aug. in locut.* Subauditur, pondo, vel tale aliquid. Interpretatio ex hebræo septuaginta pondo habet. *γ* Baalberith.] *Rursus in aliis, & in Compl. additur*, διαθήκης, testamenti: *cũ hoc sit interpretatio Berith.* *δ* Miseros.] *Hoc visum est hoc loco ualere* δειλούς. *Alii* θαμβουμένους. *S. Aug. in locut.* perturbatos. *ε* Domus Bethmaalo.] *Ab aliis abest illud* Beth: *nam ualet idem, ac* domus. *Eadem uarietas est inferius in hoc eodem capite.* *ζ* Iuxta quercum.] πρὸς τῇ βαλάνῳ τῇ ἀφορμῇ τῆς στάσεως τῆς ἐν Σικίμοις. *A ceteris abest illud* τῇ ἀφορμῇ. *Et uulgata*, iuxta quercum, quæ stabat in Sychem. *Et in aliquo est*, πρὸς τὴν βαλανῶνα στάσεως. ad querceam stationem. *hebræas dictiones quidam interpretantur*, ad quercũ statuæ, quæ in Sychem, *alii* ad quercum sitam, *alii*, ad planiciem sitam in Sychem: *quare in nostra uideri possunt admistæ duæ interpretationes.* *η* Plorauit.] ἔκλαυσε. *In aliis est* ἐκάλεσε, vocauit. *θ* Audiet.] *Compl.* ἀκουσάτω audiat.

ι In qua

ι In qua glorificabunt Deum uiri.] *Alii*, ἣν ἐν ἐμοὶ ἐδόξασεν ὁ θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, quam in me glorificauit
A Deus, & homines. κ Promoueat.] *Ita etiam vulgata. Alii* ἄρχειν τῶν ξύλων, principari lignorum. λ Subsistite.] ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ μου. *& vulgata*, sub umbra mea requiescite. *Alii* πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου. *& S. Aug. q.* 4 ?. confidite in protectione mea. μ A me.] *In aliis* ἀπὸ τῆς ῥάμνου, *& S. Aug.* de rhamno. ν In domo.] *Notat locutionem S. Aug in locut.* ξ Eius.] *Melius quam quod in Compl* αὐτῶν, eorum. ο Insidiantes.] *Alii* ἔνεδρα, insidias. π Ellulim] *Alii* χορούς, Choreas: *quod est interpretatio illius.* ρ Clam.] *Ita etiam vulgata. alii* μετὰ δώρων, cum donis. σ Et populus.] *Compl.* σὺ καὶ ὁ λαός, *& S. Aug. q.* 46. tu, & populus. τ Surges diluculo.] *Ita putat S. Aug apte verti* ὀρθριεῖς, *quod alii verterint*, maturabis, *aut* manicabis. υ Quatuor principijs.] *In aliis* τέσσαρες ἀρχαί. *& S. Aug. in locut.* quatuor principia. φ Et egressus.] *Ita etiam vulgata. Alii*, καὶ ἐγένετο πρωΐ, καὶ ἐξῆλθεν. Et factum est mane, & exijt. χ Iuxta mare.] *Hoc est etiam in Compl. vt ceteris libris collatis, quod tamen abest a vulgata, & hebraeo. Quod autem sequitur*, de contiguo vmbilico terrae, ἀπὸ τοῦ ἐχόμενον ὀμφαλοῦ τῆς γῆς, *est imitatio hebraismi, qui habet* de cum vmbilico terrae, *atque idem valet, ac si diceretur*, de vmbilico terrae. ψ Helon Maonenim.] *Alii*, δρυὸς ἀποβλεπόντων, quercus aspicientium. *Vulgata*, quae respicit quercum. *licet alii hebraeas uoces aliter*
B *etiam interpretentur.* ω Spreuisti.] *Compl. addit* ἐν αὐτῷ, in eo. αα Annunciauit.] *hebraeus*, annunciauerunt. *In aliis est* ἀπηγγέλη, nunciatum est. ββ Principes qui.] *Compl.* ἀρχαὶ αἱ, principia, quae. γγ Tetenderunt. *In aliis* ἐξεχύθησαν, effuderunt se, *In hebraeo est eadem dictio, qua paulo ante etiam in Compl. uersa est* ἐξέτειναν. δδ Conuentum.] εἰς συνάλλαγμα. *Alii*, εἰς τὸ ὀχύρωμα οἴκου τοῦ Βαιθὴλ βερίθ. *in munitionem domus Bethel Berith. Sed* οἴκου *est interpretatio* βηθ. εε Ramum.] *Sic etiam uulgata. Alii*, φορτίον. onus: *itemque paulo post.* ζζ De Baethel Baerith] *Cōpl.* εἰς Θηβὴς, in Thebes. ηη Ciuitatis.] καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως, & omnes duces ciuitatis. θθ Deforis se.] ἔξωθεν αὐτῶν. *Alii* ἐφ' ἑαυτοῖς, *aut* ἐφ' ἑαυτούς, super seipsos. ιι Supermolare.] ἐπιμύλιον. *Alii* μύλης, molae. *Chaldaeus*, currus molae. κκ meum.] *Alii* σου, tuum, *ut uulgata.*

CAP. X.

C ET surrexit post Abimelech, qui saluum faceret Israel, Thola filius Phua
a patrui eius, vir de b Issachar. Et ipse habitabat in Samir in monte
Ephraem: & iudicauit Israel viginti tres annos. Et mortuus est, &
sepultus est in Samir. Et surrexit post eū Iair, qui de Galaad: & iudicauit Israel
viginti duos annos. Et erant ei γ triginta, & duo filij inscendentes super triginta
duos pullos: & triginta duae ciuitates eis. Et vocabant eas oppida Iair vsque in
diem hāc in terra Galaad Et mortuus est Iair, & sepultus est in δ Rhamnon. Et ad
diderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini: & seruierunt ipsis Baa
lim, & ε Astaroth, & Diis ζ Aram, & Diis Sidonis, & Diis Moab, & Dijs filiorū
Ammon, & Dijs η Phylistiim. Et dereliquerunt Dominum, et nō seruierunt ei.
D Et iratus est furore Dominus in Israel: et vendidit eos in manu Phylistiim, et in
manu filiorum Ammon. Et tribulauerunt, et fregerunt filios Israel in tempore
illo, octo et decem annis omnes filios Israel, qui trans Iordanem, in terra ipsius
Amorrhi, qui in Galaad. Et transierunt filii Ammon Iordanem ad pugnandum
aduersus Iudam, et Beniamin, et aduersus Ephraem. Et vexati sunt filij Israel val
de. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum, dicentes: Peccauimus tibi: quia dereliquimus Deum: et seruiuimus θ ipsi Baalim. Et dixit Dominus ad filios Israel:
Nonne ι ab Aegypto, et ab Amorraeo, et à filiis Ammon, et à Phylistijm, et Si-
donijs, et Amalec, et Madiam, ij qui tribulauerunt vos? Et clamastis ad me, et
E saluaui vos de manu eorum? Et vos dereliquistis me: et seruiuistis Dijs alijs.
Propter hoc nō apponam saluare vos. Ite, et clamate ad Deos, quos elegistis vo
bis ipsis: & ipsi saluent vos in tempore tribulationis vestrae. Et dixerunt filij
Israel ad Dominum: Peccauimus: fac tu nobis iuxta κ omne, quod bonum in o-
culis tuis. Veruntamen erue nos in die hac. Et remouerunt Deos alienos de me-
dio sui; & seruierunt Domino soli: et λ diminuta est anima eius in labore Israel.
Et ascenderunt filij Ammon: et castrametati sunt in Galaad. Et congregati sunt
filij Israel, et castrametati sunt in μ specula. Et dixerunt populus, ipsi principes

Galaad, vir ad proximum suum: Quis est vir, qui incipiet pugnare aduersus filios Ammon, & erit in ᵛ principem omnibus inhabitantibus Galaad? A

ᵅ Patrui eius] S. Aug. q. 47. *habuit*, patris fratris eius: *quod ei nonnihil molestiæ exhibuit, ac vidit tamen valere*, patrui. ᵝ De Isachar] *Ita S. Aug quamuis græce sit tantum* ἀνὴρ ἰσσάχαρ, vir Isachar, *sicut etiam in hebræo: & in vtroque subintelligitur præpositio* ᵞ Triginta & duo.] *Compl vt vulgata habet tantum triginta: itemque de pullis asinarum, & ciuitatibus.* ᵟ Rhammon] *Alii* καμών, Camon, *vt vulgata.* ᵋ Astaroth] *est nomē hebræum, quod ad nostram formam inflexum supra ex S Aug. dictum est*, Astartibus ζ Aram.] *Alii* συρίας, Syriæ: *& est interpretatio illius.* ᵑ Phylistijm] *Alii & Theodoretus* τῶν ἀλλοφύλων, alienigenarum. *Et alibi notatum est proprie Phylistium dici alienigenas.* ᶿ Ipsi Baalim] τῇ βααλίμ. *In aliis* τοῖς βααλίμ ipsis Baalim. ᶥ Ab Ægypto] *Respondet phrasi hebraicæ. In aliis est* οὐχ οἱ αἰγύπτιοι, *&c.* ἐξέθλιψαν ὑμᾶς, Nonne Ægyptij, *&c.* tribulauerunt vos. ᵏ Omne.] *Sic hebræus. Alii* κατὰ πάντα, ὅσα ἂν ἀρέσκῃ, secundu omnia, quæcunque placuerint. ᶺ Diminuta est anima.] ὠλιγώθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, *respondet hebræo, qui habet*, abbreuiata, vel angustata est anima eius. *Alii* ὠλιγοψύχησεν. *Et vtraque phrasi videtur significari remissio iræ, & animositatis.* ᵘ Specula.] ἐν τῇ σκοπιᾷ. *Alii habent dictionem hebræam*, ἐν τῇ μασσηφά. in Massepha: *vt etiam nostra in sequentibus.* ᵛ Principem. ἄρχοντα, *Alii* κεφαλὴν, caput: *quæ varietas & in sequenti capite, & alibi sæpe notari potest.* B

CAP. XI.

ET Iephthæ Galaaditides ᵅ eleuatus virtute, & ipse filius mulieris meretricis, quæ genuit ipsi Galaad ipsũ Iephtæ. Et peperit vxor Galaad ei filios. Et creuerũt filii vxoris: & eiecerũt Iephthæ: & dixerũt ei: Nõ hæreditabis in domo patris nostri: quoniã filius mulieris ᵝ fornicariæ es. Et fugit Iephthæ a facie fratrũ suorũ, & habitauit in terra Tob. ᵞ Et conglobati sunt ad Iephthæ viri ᵟ inanes: & egressi sunt cum eo ᵋ Et factum est, quando pugnarunt filii Ammon cũ Israel; & iuerunt seniores Galaad assumere Iephthæ de terra Tob: & dixerunt Iephthæ: Veni, & eris nobis in principẽ: & pugnabimus aduersus filios Ammon. Et dixit Iephthæ senioribus Galaad: Nõne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à vobis? Et propter quid venistis ad me nũc quãdo egetis? Et dixerũt seniores Galaad ad Iephthæ: ᵑ Propter hoc nũc reuerti mus ad te: & ibis nobiscum: & pugnabis aduersus filios Ammon: & eris nobis in ᶿ principem omnibus inhabitantibus Galaad. Et dixit Iephthæ ad seniores Galaad: Si reducitis me vos ad pugnandum in filios Ammon, & tradiderit eos Dominus corã me; & ego vobis ero in principem. Et dixerunt seniores Galaad ad Iephthæ: Dominus sit audiens inter nos, si non iuxta verbum tuum sic faciemus. Et iuit Iephthæ cum senioribus Galaad: & posuerunt eum populus super se in caput, & in principem. Et locutus est Iephthæ omnia verba sua coram Domino in Massepha. Et misit Iephthæ nuncios ad regem filiorum Ammon, dicens: Quid mihi, & tibi, quia venisti ad me ad pugnandum in terra mea? Et dixit rex filiorum Ammon, ad nuncios Iephthæ: Quoniam cepit Israel terram meam, dum ipse ascenderet ex Ægypto ab Arnon vsque Iaboc, & vsque ad Iordanem. Et nunc restitue eas in pace: ᶥ & ibo. Et apposuit adhuc Iephthæ: & misit nuncios ad regem filiorũ Ammon: & ᵏ dixit ei: Sic dicit Iephthæ: Non cepit Israel terram Moab, & terram filiorum Ammon: quoniam cum ascenderent ipsi ex Ægypto, iuit Israel in deserto vsque ad mare ᶺ Siph: & venit in Cades. Et misit Israel nuncios ad regem Edom dicens: præteribo nunc in terra tua. Et non audiuit rex Edom. Atque etiam ad regẽ Moab misit: & nõ bene sensit. Et sedit Israel in Cades: & iuit in deserto: & circuiuit terram Edom, & terram Moab. Et venit

C D E

ab

A ab ortu solis terræ Moab: & castrametatus est trans Arnon: & non intrauit in fines Moab: quoniam Arnon est terminus Moab. Et misit Israel nuncios ad Seon regem ipsius Amorræi, regem Esebon: & dixit ei Israel: Prætereamus nunc in terra tua vsque ad locum nostrum. Et Seon non * credidit Israeli transire in termino suo. Et congregauit Seon omnem populum suum: & castrametati sunt in Iasa: & pugnauit aduersus Israel. Et tradidit Dominus Deus Israel Seon, & vniuersum populum eius in manu Israel. Et percussit eum: & hæreditauit Israel omnẽ terram Amorræi inhabitantis terram illam ab Arnon, & usque Iaboc, & à deserto vsque ad Iordanem. Et nunc Dominus Deus Israel abstulit Amorræum à facie populi sui Israel: Et tu hæreditabis eum? Nonne quæcumque * hæreditabit te Chamos Deus tuus; hæc hæreditabis? Et * omnes, quos abstulit Dominus Deus noster à facie vestra, eos hæreditabimus? Et nunc nunquid in * bono melior tu super Balac filium Sephor regis Moab? Nũquid pugnans pugnauit cum Israel, aut bellans bello aggressus est eũ; cum habitaret in Esebon, & in * finibus eius, & in terra Aroer, & in finibus eius, & in omnibus ciuitatibus, quæ apud Iordanem, trecentos annos? Et cur non * eruisti eos in tempore illo? Et nunc ego quidem non peccaui tibi: & tu facis mecum malignitatem, pugnando in me. Iudicet Dominus, qui iudicat, hodie inter filios Israel, & inter filios Ammon. Et nõ audiuit rex filiorũ Ammon verba Iephthæ, quæ misit ad eum. Et factus est super Iephthæ spiritus Domini: & præteriit Galaad & Manasse, & * præteriit speculã Galaad trans filios Ammon. Et vouit Iephtæ votum Domino, & dixit: Si * dans dederis mihi filios Ammon in manu mea; & erit, exiens, quicũq. exierit de ianua domus meæ in obuiã mihi, in reuertẽdo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino: * offeram eum holacaustoma. Et transijt Iephthæ ad filios Ammon, pugnare aduersus eos. Et tradidit eos Dominus in manu eius. Et percussit eos ab Aroer, donec venias * vsque Arnon, in numero uiginti ciuitates, & vsq. Ebel * Charmin, plagam magnam valde. Et * humiliati sunt filij Ammon à facie filiorum Israel. Et venit Iephthæ in Massepha in domum suam. Et ecce filia eius egrediebatur in occursum in tympanis, & choris: & hæc erat * vnigenita ei: non erat ei alius ** filius, vel filia. Et factum est, vt vidit eam ipse; discidit vestimenta sua, & dixit: Ah, ah filia mea, ** perturbatione perturbasti me: & tu fuisti in turbamentum meum: & ego ipse aperui contra te os meum ad Dominũ: & nõ potero reuocare. Illa vero dixit ad eum: Pater aperuisti os tuum ad Dominum? Fac mihi, quemadmodum exiit ex ore tuo, ** dum faceret tibi Dominus vindictam inimicorum tuorum de filijs Ammon. Atque ipsa dixit ad patrem suum: Faciat nunc pater meus verbum hoc: permitte me duos mẽses: & ibo, & descendam ** super montes: & plorabo super virginalibus meis, ego ipsa, & sodales meæ. Et dixit, vade. Et dimisit eam duos menses. Et iuit ipsa, & sodales eius: & plorauit super virginalibus suis super montes. Et factum est in fine duorum mensium, & reuertit ad patrem suum. Et fecit in ea votum suum, quod vouerat. Et ipsa non cognouerat virum. Et factum est in præceptum in Israel: ex diebus in dies ** ibant filiæ Israel lamentari filiam Iephthæ Galaaditidis ad quatuor dies in anno.

 a Eleua

α Eleuatus virtute.] ἐπηρμένος δυνάμει. *Alii* ἦν δυνατὸς ἐν ἰσχύϊ, fuit potens in fortitudine. β Fornicariæ.] *Ita S. Aug. q. 49. quod græce est* ἑταίρας. *Suspicari tamen licet, hoc loco idem valere, ac si diceretur* ἑτέρας, alterius. *Nam & vulgata sic habet,* de altera matre natus es. γ Conglobati sunt.] συνεστράφησαν. *Alii* συνελέγοντο. *Et S. Aug ibidem,* colligebantur. δ Inanes.] *Sic hebræus. In aliis* ἄνδρες λιτοὶ, καὶ συνεξεπορεύοντο μετ' αὐτοῦ. *quod apud S. Aug. videtur esse,* viri latrones, qui ambulabant cum ipso. *quamquam* λιτοὶ *soleat significare tenues & inopes. vulgata* inopes, & latrocinantes. ε Et factum est, quando pugnarunt.] *In aliis,* καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας καὶ ἐπολέμουν οἱ υἱοὶ ἀμμὼν μετὰ ἰσραήλ. καὶ ἐγενήθη ἡνίκα ἐπολέμουν. Et factum est post dies, & bellarunt filii *A*mmon cum Israel. Et factum est, quando bellarunt, *&c.* ζ Et propter quid.] καὶ τί ὅτι ἤλθετε πρός με νῦν, ἡνίκα ἐθλίβητε; & quid est, quod venistis ad me nunc, quando tribulati estis? *Et sic S. Aug. nisi, quod non habet,* ad me nunc. η Propter hoc.] *Respondet, hebræo, & vulgatæ. Alii* οὐχ οὕτως νῦν ἤλθομεν, (Complut. συνήλθομεν) πρὸς σέ. *Et S. Aug.* Non sic modo venimus ad te. θ In principem.] *Alii* εἰς κεφαλὴν, *& S. Aug. in locut.* In caput. ι Et ibo.] *Abest hoc a Compl. ut a vulgata.* κ Dixit.] *Sic etiam hebræus. Alii* εἶπαν, dixerunt. λ Siph.] *Alii* ἐρυθρᾶς, rubrum. μ Non credidit.] *Ita hebræus. Alii* οὐκ ἠθέλησεν, non voluit. ν Hæreditabit te.] *Id est,* hæreditare te faciet: *& respondet hebræo. Alii* κατεκληρονόμησέ σοι, hæreditauit tibi *S. Aug.* hæreditabit tibi. ξ Et omnes, quos abstulit.] *Compl.* καὶ πάντα ὅσα κατεκληρονόμησεν, & omnia, quæcunque hæreditauit. *Et ita S. Aug nisi quod habet,* hæreditabit. *In aliquo libro est vtrumque,* καὶ πάντας ὅσους ἐξῆρε, καὶ πάντα, ὅσα κατεκληρονόμησεν. ο In bono melior.] *imitatur geminationem, quæ est in hebræo. Alii tantum* κρείσσων. melior. π Finibus.] *Alii* θυγατράσι, filiabus: *itemque paulo post.* ρ Eruisti.] *Alii* ἐῤῥύσαντο. eruerut. *Vulg.* nihil super hoc repetitione tentastis. σ Et præterijt speculã Galaad trans filios Ammon.] *Alii,* καὶ διέβη τὴν σκοπιὰν γαλαὰδ καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς γαλαὰδ εἰς τὸ πέρας υἱῶν ἀμμών. *Et S. Aug.* & trãsijt speculam Galaad: & de specula Galaad transijt ad filios Ammon. τ Dans dederis.] *Ita fere hebræus. Alii* παραδόσει παραδῷς, *& S. Aug.* traditione tradideris. υ Offerã.] *In aliis est* καὶ ἀνοίσω, & offerã *S. Aug. vtroque modo.* φ Vsque Arnon.] *Alii* ἕως τοῦ ἐλθεῖν σε μεννίθ. *& vulgata,* vsque du venias in Mennith. *A Compl. abest* σε. χ Charmim.] *Alii* ἀμπελώνων, vinearũ: *quod est interpretatio illius.* ψ Humiliati.] συνεστάλησαν. *propius hebræo, quàm quod in aliis,* ἐνετράπησαν confusi sunt. ω Vnigenita.] μονογενής. *Schol.* In alia editione est ποθητή, optata. Ex quadam autem consuetudine, aut idiomate, eam, quæ optata est, sic vocat *In aliquo libro est* μονογενὴς αὐτῷ ἀγαπητή, *quam lectionem videtur fere S. Aug. in q. 49 habuisse, cũ ita inquit,* vnicæ, & charissimæ necæ: *licet in locut. habeat tantum,* vnica. αα alius filius, vel filia.] *Alii* πλὴν αὐτῆς υἱὸς ἢ θυγάτηρ. *Et S. Aug. in locut.* præter ipsam filius, aut filia. ββ Perturbatione perturbasti me: & tu fuisti in turbamentum meum.] *Alii* ἐμπεποδοστάτηκάς με, εἰς σκῶλον ἐγένου ἐν ὀφθαλμοῖς μου. Et S. Aug. Heu me filia mea impedisti me: in offendiculum facta es in oculis meis. *In aliquot libris vtraque lectio ponitur, hæc primo loco nostra secundo. Schol.* Sic habet in alia editione, ἐμπόδιον ἐγένου μοι, perinde, ac si diceret, facta es mihi impedimentum, & præcisio eius, quæ mihi ex te orta erat, lætitiæ. γγ Dum faceret.] ἐν τῷ ποιῆσαί σε *Alii & Theodoretus q. 19* ἀνθ' ὧν ἐποίησέ σοι, pro eo, quod fecit tibi. δδ Descendam.] *Ita etiam hebræus Videtur enim significare quandam non tam corporis, quàm animi demissionem: sicut ascendere interdum significat non tam gressum ad superiora, quam animi elationem, & alacritatem.* εε Ibant filiæ Israel lamentari filiam Iephthæ Galaaditæ ad quatuor.] *Alij pro* ἐπορεύοντο, *habent:* συνεπορεύοντο, *& pro* ἐπὶ τέσσαρας, *tantum* τέσσαρας. *Et S. Aug.* conueniebant lamentari filiam Iephthæ Galaaditæ quatuor dies in anno.

CAP. XII.

ET clamauit vir Ephræm: & transierunt ad α Aquilonem: & dixerunt ad Iephthæ: Propter quid transisti pugnare in filios Ammon, & nos non vocasti ire tecum? Domum tuam incendemus super te in igni. Et dixit ad eos Iephthæ: Vir pugnator eram ego, & populus meus: & filii Ammon β valde. Et clamaui vos: & non saluastis me de manu eorum. Et vidi, quia non γ es saluator: & posui animam meam in manu mea: & transii ad filios Ammon: & dedit eos Dominus in manu mea. Et ad quid ascendistis super me in die hac, ad pugnandum in me? Et conglobauit Iephthæ omnes viros Galaad, & conflixit cum Ephræm. Et percusserunt viri Galaad ipsum Ephræm, quia dixerunt; δ euasores ipsius Ephræm vos Galaad, in medio ipsius Ephræm, & in medio ipsius Manasse. Et præoccupauit Galaad transitus Iordanis ipsius Ephræm. Et ε dicebant eis ij, qui euaserant de Ephræm: Transeamus. Et dixerunt eis viri Galaad: Nunquid Ephratites es? Et dixit: Non. Et dixerunt ei: Dic nunc ζ spica. Et non dirigebat loqui sic. Et apprehendebant eum: & η immolabant eum ad trãsitus Iordanis. Et ceciderunt in tempore illo de Ephræm duo

A duo & quadraginta millia. Et iudicauit Iephthæ Israel sex annis. Et mortuus est
Iephthæ Galaadites: & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Et post eum iudica
uit Israel Abæssam de Bethleem. Et erant ei triginta filii, & triginta filiæ: quas
emisit foras: & triginta filias introduxit filiis suis deforis. Et iudicauit Israel se-
ptem annis. Et mortuus est Abæssan: & sepultus est in Bethleem. Et iudicauit
post eum Israel Ælom Zabulonites decem annis. Et mortuus est Ælom Zabu-
lonites: & sepultus est in Ælom [η] in terra Zabulon. Et iudicauit post eũ Israel
Abdon filius Ellel Pharathonites. Et erant ei quadraginta filij, & triginta filio-
rum filij inscendentes super septuaginta pullos. Et iudicauit Israel octo annis.
B Et mortuus est Abdon filius Ellel Pharathonites: & sepultus est in Pharathon in
terra Ephræm in monte ipsius [θ] Amalec.

[α] Aquilonem.] *Alii*, σεφινά, Sephena: *quod est verbum hebræum significans Aquilonem*. [β] Valde] *Ita hebræus, Alii* ἐταπείνουν με σφόδρα, humiliabãt me valde. [γ] Non est saluator.] *Respondet hebrgo. Alii*, οὐκ ἦν ὁ σώζων, non erat, qui saluaret. [δ] Euafores.] *διασεσωσμένοι, quasi qui fugiendo euasistis, fugitiui Ephræm vt explanat vulgata.* [ε] Et dicebant eis.] Alii, καὶ εἶπον αὐτοῖς, in (*al* ὅτε) εἴπατε. Et factum est, quia (*al* quando) dixerunt. [ζ] Spica.] στάχυς. *Alii libri, & Theodoretus q.* εἴπατε δὴ σύνθημα, dicite nunc tesseram. *In Comp. coniungitur utrumque* στάχυς σύνθημα *Schol.* In alia editione, μὴ ἐκ τῆς Ἐφραὶμ ὑμεῖς; καὶ εἶπεν, οὐκ εἰμί. καὶ εἶπον αὐτῷ, εἴπατε δὴ σύνθημα, καὶ εἶπεν στάχυς, καὶ οὐ κατηύθυνεν τοῦ λαλῆσαι οὕτως· καὶ ἐπελάβοντο αὐτοῦ. Nunquid de Ephræm vos? Et dixit, non sum. Et dicebant ei, dicite nunc tesseram; & dicebant spica: & non assequebantur loqui sic. Deinde & apprehendebant eos. *Res longe clarior in hebrgo, & in vulgata. Nam dictio hebraica significans spicam non eodem modo ab Ephratæis, atque a Galaaditis pronunciabatur. Et idcirco ea Galaaditæ tamquam tessera vtebantur ad dignoscendos Ephratæos ab aliis Israelitis.* [η] Immolabant.] ἔθυον, *Alii* ἔσφαζον, iugulabant. [θ] Ælom.] Alii αἰλείμ, Ælim. [ι] Amalec] *Ita etiam vulgata, & hebræus. Compl. autem* λαάκ, Laac.

CAP. XIII.

ET addiderunt adhuc filii Israel facere malũ in conspectu Domini. Et tra
didit eos Dominus in manu Phylistiim quadraginta annos. Et erat vir v-
nus de Saraa, de populo cognationis Dani: & nomen ei Manoe: & vxor
D eius sterilis, & non pariebat. Et apparuit angelus Domini ad vxorem: & dixit ad
eam: Ecce tu sterilis, & nõ peperisti: & [α] concipies filium. Et nunc obserua [β] nũc:
& non bibas vinum, & [γ] inebriamentum: & non manduces omne immundum:
quoniam ecce tu in vtero habes, & paries filium. Et ferrum super caput eius nõ
ascendet: quoniam [δ] Nazir Dei erit puerulus à ventre: & ipse incipiet saluare
Israel de manu Phylistiim. Et intrauit mulier, & dixit viro suo, dicens: Homo
Dei venit ad me: & species eius, sicut species angeli Dei, [ε] terribilis valde. Et
[ζ] non interrogaui eum, vnde est: & nomen suũ non annunciauit mihi. Et dixit mi
hi: Ecce tu in vtero habes, & paries filiũ. Et nũc ne bibas vinum, & inebriamen
E tũ, & non manduces omne immundũ: quoniã Dei [η] sanctus erit puer à ventre vs
que ad diem mortis suæ. Et deprecatus est Manoe ad Dominum, & dixit: In me
Domine [θ] Adonaie: hominem Dei quem misisti, veniat nunc adhuc ad nos: &
instruat nos, quid facturi sumus puero nascenti. Et exaudiuit Deus vocem
Manoe: & venit angelus Dei adhuc ad mulierem: & ipsa sedebat in agro: & Ma
noe vir eius non erat cum ea. Et festinauit mulier & cucurrit, & annũciauit viro
suo, & dixit ad eum: Ecce apparuit ad me vir, qui venit in die ad me. Et surre-
xit, & iuit Manoe post vxorem suam: & venit ad virum, & dixit ei: Si
tu es vir, qui locutus es ad mulierem? Et dixit angelus: Ego. Et ait Manoe: [ι] Nũc

veniet verbum: quod erit iudicium pueri, & opera eius? Et dixit angelus Domi A
ni ad Manoe: Ab omnibus, quæ dixi ad mulierem, custodietur: ab omni, quod
egreditur de vite vini, non comedet: & vinum, & inebriamentum non bibat, &
omne immundum non manducet: omnia quæcunque mandaui ei, obseruabit.
Et dixit Manoe ad angelum Domini: ᵏ Retineamus nunc te: & faciamus in cō
spectu tuo hœdum caprarum. Et dixit angelus Domini ad Manoe: Si retinueris;
non manducabo de panibus tuis: &, si feceris holocaustum; Domino offeres il-
lud: Quoniam ignorauit Manoe; quia angelus Dei ipse. Et dixit Manoe ad ange
lū Domini: Quod nomen tibi? quoniā veniat verbum tuū: & glorificabimus te.
Et dixit ei angelus Domini: Ad quid hoc interrogas nomen meum? ᵏ & ipsum B
est admirabile. Et sumpsit Manoe hœdū caprarū, & ᵘ sacrificiū, & obtulit super
petrā Domino. Et ᵛ discessit ad faciendū: & Manoe, & vxor eius aspicientes. Et
factum est, dum ascenderet flamma desuper altari vsque ad cælum; & ascendit
angelus Domini in flamma. Et Manoe, & vxor eius aspicientes: & ceciderunt su-
per faciem suam super terram. Et non apposuit vltra angelus Domini apparere
ad Manoe, & ad vxorem eius. Tunc cognouit Manoe, quoniam angelus Domi
ni hic. Et dixit Manoe ad vxorem suam: Morte moriemur; quoniam Deum
vidimus. Et dixit ei vxor eius: Si vellet Dominus mortificare nos; non accepis
set de manu nostra holocaustoma, et sacrificiū: et ᶓ non ostendisset nobis hæc C
omnia, et sicut tēpus, nō audire fecisset nos hæc. Et peperit mulier filiū: et voca
uit nomen eius Sampson. Et creuit puer: et benedixit eū Dominus: et cepit spi-
ritus Domini simul egredi cū eo in castra Dan, et inter Saraa, et inter Esthaol.

α Et concipies filium.] *Alii*, καὶ ἐν γαστρὶ ἕξεις καὶ τέξῃ υἱόν. & in vtero habebis, & paries filium. β Nunc.] נא. *Ita enim solet sæpe verti etiam dictio hebræa, cui hæc respondet: ea significat, vt alibi notatum est, quendam precantis affectum, ac si diceremus quæso, obsecro. Abest autem hoc loco ab aliis codicibus, & a S. Aug. q. 50.* γ Inebriamentum.] μέθυσμα: *& est interpretatio dictionis*, σίκερα, Sicera, *quæ est in aliis, & apud S. Aug. item- que in sequentibus.* δ Nazir.] *In aliis ista dictio hebraica est inflexa ad formā græcam*, ναζιραῖον, *aut* ναζιραῖον Nazeræus. ε Terribilis.] *Sic etiā vulgata. Alii*; καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ, ὡς ὅρασις ἀγγέλου τοῦ θεοῦ, ἐπιφανὴς σφόδρα. & aspe ctus eius, sicut aspectus angeli Dei: splendens valde. ζ Et non interrogaui.] *Sic hebræus, & chaldæus.* D
Alii codices, καὶ ἠρώτων *& S. Aug. q. 51.* & interrogabam. η Sanctus.] ἅγιον. *Est interpretatio dictionis he- braicæ, quæ est in aliis*, ναζηραῖον. *& S. Aug. q. 5.* Nazaræus Dei. θ Domine Adonaie.] *Videntur duæ in- terpretationes. Alii habēt* ἐν ἐμοὶ κύριε, ἄνθρωπε. *Et S. Aug in locut.* In me Domine, homo, *&c.* ι Nūc veniet verbum.] *Alii* νῦν δὴ ἐλθόντος τοῦ ῥήματός σου, nunc vtique si venerit verbum tuū. κ Retineamus.] κατάσχω- μεν. *Et respondet hebræo. Alii* βιασώμεθα δή σε, *& paulo post*, ἂν βιάσῃ με *quomodo etiam habet Theodoretus. Et S. Aug. q. 53.* Vim faciamus tibi nunc *&*, si vim feceris mihi. λ Et ipsum.] καὶ αὐτό. *S. Dionysius in libro de diuinis nominibus* καὶ τοῦτ' ἔστι θαυμαστόν, & hoc est admirabile. μ Et sacrificium, & obtulit.] *Ita collati co- dices, & hebræus. Nam* θυσία *proprie significat oblationes ex farina, quæ fiebant super victimas S. Aug. q. 54. habuit*, & sacrificium obtulit Domino. ν Discessit ad faciendum.] διεχώρισε ποιῆσαι *uidetur hoc valere, discessit ab vsitato rerum ordine in faciendo. Nam hebræus, & chaldæus habent*, & mirificauit ad facien- dum. *In aliis libris est* τῷ θαυμαστὰ ποιοῦντι. *& S. Aug. q. 54.* mirabilia facienti. ξ Et non ostendisset.] *Sic etiam vulgata. Alii* καὶ οὐκ ἂν ἐφώτισεν ἡμᾶς, *& S. Aug.* nec illuminasset nos.

E

CAP. XIIII.

ET descendit Sampson in Thamnatha, et vidit mulierē in Thamnatha de
filiabus alienigenarum. ᵃ Et ascēdit, et nunciauit patri suo, et matri suæ: et
dixit: Mulierē vidi in Tahmnatha de filiabus Phylistijm: et nūc accipite eā
mihi in vxorē. Et dixit ei pater eius, et mater eius: Nōne sunt ᵇ filiæ fratrū tuorū,
et de omni populo meo mulier; quia tu vadis accipere vxorem de alienigenis
incir-

A incircuncisis? Et dixit Sampson ad patrem suum: Hanc accipe mihi; quoniam
hęc [γ] recta in oculis meis. Et pater eius, & mater eius ignorabant, quia à Domi
no est; quoniam vindictam ipse quærit de alienigenis. Et in tempore illo alieni
genæ [δ] dominantes in Israel. Et descendit Sampson, & pater eius, & mater eius
in Thamnatha. Et [ε] venit vsque ad vineam Thamnatha: & ecce catulus leonis
rugiens in occursum eius. Et insiliit in eum spiritus Domini: & contriuit eum;
sicut contereret hœdum caprarum: & nihil erat in manibus eius. Et non annúcia-
uit patri suo, & matri suæ, quod fecerat. Et descenderunt, & locuti sunt mulieri,
& [ζ] direxit in oculis Sampson. Et reuertit post dies accipere eam: & declinauit
ad videndũ cadauer leonis: & ecce congregatio apũ in ore leonis, & mel. Et ab-
B stulit illud in manus suas: & perrexit pergens, & comedẽs. Et iuit ad patrem suũ
& ad matrem suã: & dedit eis: & comederũt: & nõ annunciauit eis, quia de [η] ore
leonis abstulit mel. Et descendit pater eius ad mulierem: & fecit ibi Sampson
conuiuium dies septem: quia sic faciunt iuuenes. Et factum est, quando [θ] vide-
runt eum; & acceperunt triginta vocatos: & fuerunt cum eo. Et dixit eis Sam-
pson: Problema vobis propono: & si indicantes indicaueritis mihi illud in sep
tem his diebus conuiuii, & inueneritis; dabo vobis triginta sindones, & triginta
stolas vestimentorum. Et, si nonpotueritis indicare mihi; dabitis vos mihi tri-
ginta [ι] lintea, & triginta [κ] mutatorias stolas vestimentorum. Et dixerunt ei:
C Propone problema tuum: & audiemus illud. Et dixit eis: [λ] Manducabile quid
exijt de manducante, & de forti dulce. Et non potuerunt indicare problema
per tres dies. Et factum est in die [μ] quarta, & dixerunt vxori Sampson: Decipe
nunc virum tuum: & annunciet tibi problema; ne forte incendamus te, & domũ
patris tui in igni. Numquid ad [ν] extorquendum nos vocastis? Et plorauit vxor
Sampson ad eum, & dixit: Veruntamen odio habuisti me, & non dilexisti me;
quoniam problema, quod proposuisti filiis populi mei, non indicasti mihi il-
lud. Et dixit ei Sampson: Si patri meo, & matri meæ non indicaui; & tibi indi-
cabo? Et plorauit ad eum per septem dies, quos fuit eis conuiuium. Et factum
D est in die septima, & indicauit ei; quoniam perturbauerat eum. Et ipsa indicauit
filiis populi sui. Et dixerunt ei viri ciuitates in die septima, antequam [ξ] oriretur
sol. Quid dulcius melle? & quid fortius leone? Et dixit eis Sampson: Si non aras-
setis in vitula mea; non intellexissetis problema meum. Et insiliit in eum spiri-
tus Domini: & descendit in Ascalonem: & percussit ex eis triginta viros: & ce-
pit vestimenta eorum, & dedit stolas ijs, qui indicauerant problema. Et iratus
est indignatione Sampson: & ascendit in domum patris sui. Et [ο] facta est vxor
Sampson vni amicorum eius, quos dilexit.

E [α] Et ascendit] *Sic etiam hebraus In aliis est,* καὶ ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ κατέβη, & placuit coram eo, & ascen-
dit. [β] Filiæ.] *Alii* ἀπὸ τῶν θυγατέρων, de filiabus. [γ] Recta.] *respondet hebręo. Alii* ἤρεσεν, *placuit.* [δ] Do-
minantes.] *Item hoc: vbi alii* κυριεύοντες, dominabantur. [ε] Venit.] *In aliis* ἐξέκλινεν, declinauit; aut ἐξέκλι-
ναν, declinauerunt. [ζ] Direxit.] εὐθύνθη. *est eadem phrasis cũ superiore, id est recta stetit, quod in aliis* ἤρεσεν.
[η] De ore.] *Alii* ἐκ τῆς ἕξεως, de corpore. [θ] Quando viderunt eum.] *Respondet etiam uulgatę Alii* ἐν τῷ
φοβεῖσθαι αὐτοὺς αὐτόν, cum ipsi timerent eum. [ι] Lintea.] σινδόνια. *Alii* σινδόνας, sindones. [κ] Mutatorias.]
Abest ab aliis Hebręus utrobique habet, triginta mutatorias vestes. [λ] Manducabile quid.] τί βρωτόν.
Alii ἐκ τοῦ ἔσθοντος ἐξῆλθεν βρῶσις, de comedente exiuit cibus. [μ] Quarta.] *Compl.* τῇ ἑβδόμῃ, septima. [ν] Ad
extorquendum.] ἐκβιάσαι, *quasi ad opprimendum nos, & quasi per extorsionem possidendos: quod respondet
hebraeo. Alii* πτωχεῦσαι, ad inopes faciendos. [ξ] Oriretur.] *Alii* πρὸ δυσμῶν. *& S. Amb epist. 70.* ante occasum
solis. [ο] Et facta est vxor.] *In aliis* καὶ συνῴκησεν ἡ γυνὴ Σαμψὼν τῷ νυμφαγωγῷ αὐτοῦ, ὃς ἦν ἑταῖρος αὐτοῦ. Et cohabi
tauit vxor Sampson cum pronubo eius, qui erat sodalis eius.

 A

CAP. XV.

ET factum est post dies in diebus messis tritici, & uisitauit Sampson vxorē
suam in ᵃ hœdo caprarum: & dixit: Intrabo ad uxorem meam, & in ᵝ cu
biculum. Et non dedit eum pater eius intrare. Et dixit pater eius, dicēs:
Dixi, quia odio habens odisti eam: & dedi eam vni ex amicis tuis. Nonne soror
eius iunior melior super eam? Sit nunc tibi pro ea. Et dixit eis Sampson: Inno-
cens factus sum ᵞ etiam semel ab alienigenis; quia facio ego cum eis malum.
Et iuit Sampson, & comprehendit triginta vulpes, & cepit lampadas, & ᵈ con- B
uertit caudam ad caudam: & posuit lampadem vnam inter duas caudas, ᵉ & li-
gauit: & accendit ignem in lampadibus: & emisit in spicas alienigenarum. Et
ζ arserunt ab area, & vsq. ad spicas rectas, & vsque ad uineam, & oliuetum, & di
xerūt alienigenæ: Quis fecit hæc? Et dixerunt: Sampson ᵑ gener ipsius Thам-
ni: quoniam tulit vxorem eius, & dedit eam ᶿ vni ex amicis eius. Et ascenderūt
alienigenæ, & combusserunt eam, & domū patris eius in igni. Et dixit eis Sam-
pson: ᶥ Si feceritis sic hanc; quinimmo vlciscar in vobis: & tandem quiescam.
Et percussit eos ᵏ tibiam super femur plagam magnam. Et descendit, et sedit
in spelunca pætræ Etam. Et ascēderunt alienigenæ, & castrametati sunt in Iuda, C
& dispersi sunt in Lechi. Et dixerunt ᴧ vir Iuda: Ad quid ascendistis super nos?
Et dixerunt alienigenæ: Ligare Sampson ascendimus, & facere ei, quemadmo-
dum fecit nobis. Et descenderunt ter mille viri de Iuda in speluncam petræ E-
tam: & dixerunt ad Sampson: Nonne nosti, quia alienigenæ dominātur nostri?
Et quid hoc fecisti nobis? Et dixit eis Sampson: Quemadmodū fecerunt mihi,
sic feci eis. Et dixerunt ei: Ligare te descendimus; vt demus te in manu alienige
narum. Et dixit eis Sampson. Iurate mihi, ne forte ᵘ occurratis in me vos. Et dixe
runt ei dicentes: Non: quia tantum vinculo vinciemus te, & trademus te in ma
nu eorum: & morte non mortificabimus te. Et ligauerunt eum in duobus funi- D
bus nouis, & eduxerunt eum de petra illa: & ᵛ venerunt vsque ad maxillam. Et
alienigenæ vociferati sunt: & cucurrerunt in occursum eius. Et ξ insiliit in eū
spiritus Domini, & facti sunt funes, qui super brachiis eius, tanquā stuppa, quæ
ᵒ succēsa est in igni: & resoluta sunt vincula eius de manibus eius. Et inuenit ma
xillam asini proiectam: & extendit manum suam, & accepit eam: & percussit in
ea mille viros. Et dixit Sampson: In maxilla asini delens deleui eos: quia in ma
xilla asini percussi mille viros. Et factum est, vt cessauit loquens; & proiecit ma-
xillam de manu sua. Et vocauit locum illum, eleuatio maxillæ. Et sitiuit valde,
ᵖ & plorauit ad Dominum, & dixit: ᵖ Tu benedixisti in manu serui tui salutem
magnam hanc: & nunc moriar siti, & incidam in manum incircuncisorum. ᵋ Et E
rupit Deus lacum, qui in maxilla: & exiit ex eo aqua, & bibit. Et reuertit spiritus
eius, & vixit. Propter hoc vocatum est nomen eius, fons inuocantis, ᵛ qui est in
maxilla vsque in diem hanc. Et iudicauit Israel in diebus alienigenarum vi-
ginti annos.

ᵃ In hœdo.]

A α In hœdo.] *Sic hebræus. Alii* φέρων ἔριφον, afferens hœdum. β Et in cubiculum.] καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον. *Alii* καὶ εἰς τὸν κοιτῶνα, *& in Compl. abest illud* καὶ. γ Etiam semel.] καί γε τὸ ἅπαξ. *Ab aliis abest etiã hoc loco illud* καί. δ Conuertit.] ἐπέστρεψε: *& respondet hebræo. Alii* συνέδησε, colligauit. ε Et ligauit.] *Abest a Compl. In aliquo est,* καὶ ἀνέζευξε, & deduxit. ζ Asserunt.] ἐνέπρησε. *Alii* ἐνεπύρισε, combussit, *Et in Compl. sequitur* τοὺς στάχυας καὶ τὰ προτεθερισμένα ἀπὸ στοιβῆς, καὶ ἕως ἑστῶτος, spicas, & ante messa à staba, & vsque ad stantem. η Gener ipsius Thamni.] νυμφίος τοῦ θαμνί. *Alii* ὁ γαμβρὸς τοῦ θαμναθαίου, gener Thamnathæi. θ Vni ex amicis eius.] *Alii* τῷ συνεταίρῳ αὐτοῦ, Sodali eius: *quæ varietas etiam initio huius capitis notari potest.* ι Si feceritis.] *Aptissime ad hebræum. & habent verba ironiam minarum, & terroris plenam. Alii longe laxiore structura,* ἐὰν ποιήσητε οὕτως, οὐκ ἀρεστόν, ἀλλὰ τὴν ἐκδίκησίν μου ἐξ ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν ποιήσομαι, si feceritis sic, non bene sentiã: sed vltionem meam ex vnoquoque vestrum faciam. κ Tibiam super femur.] *S. Aug. in locut.* hoc est, percussit eos ad admirationem, ad stuporem. *Quod q. 55. copiose explicat: & hanc sententiam præfert vulgata: Chaldæus interpretatur,* equites super pedites. λ Vir Iuda.] *Ita etiã S. Aug. in locut. & respondet hebræo. Alii* πᾶς ἀνὴρ ἰούδα, omnis vir Iuda. μ Occurratis.] *S. Aug. in locut.* pro eo, quod est, occidatis me: *itemq. vlt. q. quo quidem loco hæc refer-*

B *ũtur,* Iurate mihi, ne interficiatis me vos: & tradite me eis, ne forte occurratis in me vos. *Et ita in aliquo lib.* ὀμόσατέ μοι, καὶ μὴ ἀποκτείνητέ με ὑμεῖς, καὶ παράδοτέ με αὐτοῖς, μήποτε ἀπαντήσητε ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς. *nec multo aliter Compl. sed facile apparet mistura pluriũ interpretationũ.* ν Venerũt.] Alii, καὶ αὐτὸς ἦλθεν, & ipse venit, *quomodo videtur habuisse S. Aug. in locut. vbi etiam exponit, quid sit illud, quod sequitur,* vsque ad maxillã: *significatur enim locus, qui ab hac re postea nominatus fuit* Lechi, *idest, maxilla.* ξ Insiliut.] ἥλαντο. *Alii* κατεύθυνε, direxit, prosperauit. *S. Io. Chrys. in lib. decem homiliarum Romæ impresso hom. 2. interdum habet* κατεύθυνε, *interdum* ἐπῆλθεν, κατῆλθε, ἦλθεν. ο Succensa est.] *respondet hebræo. Alii, & Chrys. ibidem.* ἐνέπρησαν ἐν ὀσφρανθῆναι πυρός. *Et S. Aug. in locut.* cum olfecerit ignem, *quæ locutio est in sequenti capite.* π Explorauit.] καὶ ἔκλαυσε. *Alii* καὶ ἐβόησε, & clamauit. ρ Tu benedixisti.] σὺ εὐδόκησας. *Videtur dictum, quemadmodum in psalmo 84.* Benedixisti Domine terram tuam: *nam & ibi idem græcum verbum. Alii autem hic* σὺ ἔδωκας, tu dedisti, *aut* σὺ εὐόδωσας, tu prosperasti. σ Et rupit Deus lacum.] *Schol.* In alia editione καὶ ἀνέρρηξεν ὁ θεὸς τὸ τραῦμα τὸ ἐν σιαγόνι, & aperuit Deus vulnus, quod in maxilla: *quomodo fere habent ceteri impressi, & multi manuscripti. Chaldæus,* rupit Deus rupem: *alii ex hebræo,* & rupit Deus mortarium: *quo nomine putant significari molarem dentem: quod est in vulgata.* τ Qui est in maxilla.] *id est,* qui fons: *quod con-*

C *stat ex græco* ἥ ἐστι: *refertur enim ad* πηγή. *Et videtur intelligi hunc fontem remansisse in loco illo, qui, vt diximus, ab euentu isto fuit vocatus* Lechi, *idest maxilla. Vulgata tamen habet* de maxilla.

CAP. XVI.

ET iuit Sampson in Gazam: & vidit ibi mulierem meretricem: & intrauit ad eam. Et nunciatum est Gazæis, dicentes: Venit Sampson huc. Et circũdederunt, et insidiati sunt in eum tota nocte, in porta ciuitatis. Et mu-

D tiuerunt tota nocte, dicentes: Donec illuxerit α mane; & interficiemus eum. Et dormiuit Sampson vsque ad mediam noctem: & surrexit in β dimidio noctis: & apprehendit ianuas portæ ciuitatis cum ambabus postibus: & sustulit eas cum vecte, & posuit super humeros suos. Et ascendit in cacumen montis; qui est super faciem Chebron: et posuit ea ibi. Et factum est post hoc, et amauit mulierem in γ Alsorech: et nomen ei Dalida. Et ascenderunt ad eã principes alienigenarum, & dixerunt ei: Decipe eum: et vide, in quo fortitudo eius magna, et in quo δ præualebimus ei, et ligabimus eum ad humiliandum eum. Et nos dabimus tibi vir mille et centum argenti. Et ait Dalida ad Sampson: An-

E nuncia nunc mihi, in quo fortitudo tua magna, & in quo ligaberis ad humiliandum te. Et dixit ad eam Sampson: Si ligauerint me in septem neruis humidis ε nondũ siccatis; et infirmabor, et ero sicut vnus hominũ. Et attulerunt ad eam principes alienigenarum septem neruos humidos nondum siccatos: et ligauit eũ in illis. Et insidiæ ζ ei sedebant in cubiculo. Et dixit ad eum: Alienigenæ super te Sampson. Et disrupit neruos, ac si quis rumperet globum stuppæ, dum ea olfecerit ignẽ: et non est cognita fortitudo eius. Et dixit Dalida ad Sampson: Ecce decepisti me, et locutus es ad me falsa. Nunc igitur annuncia mihi, in quo ligaberis. Et dixit ad eam: Si ligantes ligauerint me in funiculis nouis, quibus non est

est factum in eis opus; & infirmabor, & ero, sicut vnus hominum. Et sumpsit Da- A
lida funiculos nouos: & ligauit eum in illis. * Et insidiæ exierunt de cubiculo.
Et dixit: Alienigenæ super te Sampson. Et disrupit eas à brachijs suis tanquam
filum. Et dixit Dalida ad Sampson: Ecce decepisti me, & locutus es ad me falsa.
Annuncia nunc mihi, in quo ligaberis. Et dixit ad eam: Si intexueris septem cin
cinnos capitis mei cum licio, & infixeris paxillo in parietem; & ero, tanquam
vnus hominum, infirmus. * Et factum est, cum ille dormiret; & sumpsit Dalida
septem cincinnos capitis eius, & intexuit in licio, & infixit paxillo in parietem.
Et dixit: Alienigenæ super te Sampson. Et expergefactus est è somno suo: & ab-
stulit paxillum texturæ de pariete. Et dixit ad eum Dalida: Quomodo dicis, B
amaui te; & cor tuū non est mecum? * Hoc tertiū fefellisti me: & non annūcia-
sti mihi; in quo fortitudo tua magna. Et factum est, quando vexauit eum in ver
bis suis omnes dies, & angustiauit eum; & defecit animo vsque ad morien-
dum. Et annunciauit ei omne cor suum: & dixit ad eam: Ferrum non ascendit
super caput meum: quoniam sanctus Dei ego sum à ventre matris meæ. Si igitur
rasus fuero; discedet à me fortitudo mea, & infirmabor, & ero sicut omnes ho-
mines. Et intellexit Dalida, quia annunciauerat ei omne cor suum. Et misit, &
vocauit principes alienigenarum, dicens: Ascēdite adhuc vice hac; quoniā an-
nunciauit mihi omne cor suum. Et ascenderunt ad eam principes alienigenarū:
& attulerunt argentum in manibus suis. Et dormire fecit Dalida Sampson su- C
per genua sua: & vocauit * virum: & rasit septē cincinnos capitis eius: & cepit
humiliare eum. Et discessit fortitudo eius ab eo. Et dixit Dalida: Alienigenæ su
per te Sampson. Et expergefactus est è somno suo: & dixit: Exibo, ^ vt semel, &
semel: & excutiā me. Et ipse non intellexerat, quia Dominus recesserat desuper
eo. Et tenuerunt eū alienigenæ: & exciderūt oculos eius: & deposuerunt eum in
Gazam: & ligauerunt eum in compedibus æneis: & erat molens in domo carce
ris. Et cepit capillus capitis eius germinare; sicut rasus fuerat. Et principes alie-
nigenarum congregati sunt ad sacrificādum sacrificium magnum Dagon Deo
suo, & lætandum. Et dixerunt: Dedit Deus in manu nostra Sampson inimicum D
nostrum. Et viderunt eum populus: & hymnis celebrarunt Deum suum: * quia
tradidit Deus noster inimicum nostrum in manu nostra, qui vastabat terram
nostram, & qui multiplicabat cæsos nostros. Et quando * bonum fuit cor eorū;
& dixerunt: Vocate Sampson è domo custodiæ: & ludat coram nobis. Et voca
uerunt Sampson è domo carceris: & * ludebat coram eis: & alapis percutiebant
eum: & statuerunt eum * inter columnas. Et dixit Sampson ad puerum, qui te-
nebat manum eius: Dimitte me: et palpabo columnas, super quas * domus su-
per eas: & innitar super eas. Et domus plena virorum, et mulierū: et ibi omnes
principes alienigenarū: et in solario circiter ter mille viri, et mulieres spectātes E
ad ludos Sampson. Et plorauit Sāpson ad Dominū, et dixit: Adonaie Domine
memēto nūc mei: et conforta me * adhuc vice hac D?e: et retribuā retributionē
vnam alienigenis pro duob. oculis meis. Et apprehendit Sampson ambas colū
nas domus, super quas domus stabat: et innixus est super illas: et tenuit vnā dex
tra sua, et vnā sinistra sua. Et dixit Sampson: Moriatur anima mea cū alienige
nis. Et sustulit in fortitudinę: et cecidit domus super principes, et super omnē
populū, qui in ea. Et fuerunt mortui, quos mortificauit Sampson in morte sua,
plures,

A plures quam quos mortificauit in uita sua. Et descenderũt fratres eius, & domus patris eius, & tulerunt eum. Et ascẽderunt, & sepelierunt eum inter Saraa, & inter Esthaol in sepulchro Manoe patris eius. Et ipse iudicauit Israel viginti annis.

α Mane, & interficiemus.] *Sic fere hebraeus. Alii,* ὄρθρου μείνωμεν καὶ ἀποκτείνωμεν, mane expectemus, & interficiamus illum. *Compl. autem,* ἕως φωτὸς πρωῒ μείνωμεν, vsque ad lucem matutinam expectemus, *&c.* β In dimidio noctis.] *Sic hebraeus. Compl.* περὶ τὸ μεσονύκτιον, circa mediam noctem. γ Allsorech.] *Alii* ἐν τῷ, *aut* ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου σωρήχ, in torrente Sorech. *Illud* Al, *quod est in nostra, est vestigium dictionis hebraicae, quae significat torrentem, aut vallem.* δ Praeualebimus ei.] δυνησόμεθα αὐτῷ. *& repraesentat phrasim hebraeam.* Alii πρὸς αὐτὸν, aduersus eum. ε Nondum siccatis.] *Ita S. Aug. in locut. quod graece est* μὴ διεφθαρμένας. *nam corruptio, & putredo oritur ex siccitate.* ζ Et sedebant.] *Sic etiam S. August. in locut. quod graece est,* αὐτῇ ἐκάθητο, *id est, sedebant, & manebant apud eam. In aliis est* αὐτοῦ, eius. *Compl.* αὐτοῦ, illic.

B η Et insidiae exierunt de cubiculo. Et dixit; Alienigenae super te Sampson.] *In aliis* καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, οἱ ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ σαμψών. καὶ τὸ ἔνεδρον ἐκάθητο ἐν τῷ ταμιείῳ. Et dixit ad eum: alienigenae super te Sampson. Et insidiae sedebant in cubiculo. θ Et factum est.] *In his vsque ad illud,* Et dixit, *sunt nonnullae varietates. Sed ab hebraeo absunt omnia ista: ac tantum habetur,* Et dixit ad eum. *Nam cogitatione supplendum est illa fecisse Dalidam.* ι Hoc tertium.] *S. Aug. in locut.* Tertium posuit pro tertio, siue ter. κ Vitium.] *Ita hebraeus. Alii,* τὴν κουρὰν, tonsorem. λ Vt semel, & semel.] *Respondet hebraeo. Alii & Theodoretus* καὶ ποιήσω, ὡς ἀεὶ, & faciam, sicut semper. μ Quia tradidit.] *Alii* ὅτι εἶπαν, παρέδωκεν, quia dixerunt, tradidit. ν Bonum fuit] ἠγαθύνθη *Sic hebraeus, & valet,* exhilaratum est. ξ Et ludebat coram eis.] *Alii,* καὶ ἐνέπαιζον *aut* ἐνέπαιζεν, *ut Compl.* αὐτῷ, & illudebant ei. *Quae autem in nostra sequuntur* & alapis percutiebant eum, *absunt a ceteris.* ο Inter columnas.] *Sic hebraeus. Alii* ἀναμέσον τῶν δύο στύλων, inter duas columnas. π Domus super eas] *Alii* ὁ οἶκος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῶν. *Et S. Aug. in locut.* domus confirmata est super eas. *Comp sic habet verba Sampsonis,* ἀνάπαυσόν με δὴ, καὶ ποίησον ψηλαφῆσαί με τοὺς στύλους, ἐφ' ὧν ὁ οἶκος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπιστηρίσομαι ἐπ' αὐτούς. *Et sic ea vertit,* Dimitte me iam: & fac tangere me columnas, in

C quibus domus firmata est super illis: & reclina me super eas. ρ Adhuc.] *νῦν. Alii* νῦν ἅπαξ, nunc tantum. *Compl. autem longius ab hebraeo.* διπλῇ, in duplo.

CAP. XVII.

ET fuit vir de monte Ephraem: & nomen ei α Michaeas. Et dixit matri suae: Mille, & centum, β quos accepisti argenti tibi ipsi, & γ me maledictis adiurasti, & etiam dixisti in auribus meis; ecce argentum apud me: ego accepi illud. Et dixit mater eius: Benedictus filius meus Domino. Et reddidit mille, & centum argenti matri suae. Et dixit mater eius: δ Sanctificans sanctifica

D ui argentum Domino de manu mea ε filio meo ad faciendum sculptile, & fusile. Et nunc reddam illud tibi. Et reddidit argentum matri suae. Et sumpsit mater eius ducentos argenti: & dedit illud ζ argentario: & fecit ipsum sculptile, & fusile. Et fuit in domo Micheae. Et domus Micheae, ipsi domus Dei. Et fecit Ephod & Theraphim. Et impleuit manum η vnius de filiis suis: & factus est ei in sacerdotem. In diebus autem illis non erat rex in Israel: θ vir, quod rectum in oculis suis, faciebat. Et fuit adolescens de Bethleẽ de populo Iuda, & ipse Leuita: & hic incolebat ibi. Et iuit vir de Bethleem ciuitate Iuda ad incolendum, in quocunque inuenisset loco: & venit vsque ad montem Ephraem, & vsque ad domum

E Micheae ad faciendũ iter suum. Et dixit ei Michaeas: Vnde venis? Et dixit ad eũ: Leuita sum de Bethleem Iuda: & ego vado ad incolendum, in quocunque loco inuenero. Et dixit ei Michaeas: Sede mecũ: & sis mecũ in patrem, & in sacerdotẽ: & ego dabo tibi decem argenti in diem, & stolam vestimentorum, & ea, quae ad vitam tuam. Et iuit Leuita, & cepit incolere apud virum. Et factus est adolescens ei, sicut vnus de filiis eius. Et impleuit Michaeas manum Leuitae: & factus est ei in sacerdotem: & fuit in domo Micheae. Et dixit Michaeas: Nunc cognoui, quia benefaciet mihi Dominus; quoniam factus est mihi Leuita in sacerdotem.

α Michaeas]

α Michæas.] *Alii,* μιχὰ, Micha. β Quos accepisti argenti tibi ipsi.] *Alii* ἀργυρίου *(aut* ἀργυρίους*)* τοὺς συλλημφθέντας σοι, Argenteos *(aut* argenti*)* sublatos tibi *Vulgata tamen habet,* quos separaueras. γ Et me maledicens adiurasti, & etiam dixisti.] καί με ἠράσω, καὶ προσεῖπας. *Alii* καὶ ἐξώρκισας καὶ εἶπας, & adiurasti, & dixisti. A
δ Sanctificans.] *Propius hebræo, quam quod in aliis,* ἁγιασμῷ, sanctificatione, *aut* ἁγιασμόν, sanctificationẽ.
ε Filio meo.] *Ad verbum ex hebræo. In aliis est,* κατὰ μόνας, seorsum. ζ Argentario.] *Sic etiam vulgata. quod græce est* ἀργυροκόπῳ, sculptori argenti. *Alii* τῷ χωνευτῇ, fusori, & conflatori. η Vnius de filiis suis.] *Nam* ἕνα ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, *videtur dictum pro* ἕνα ἀπὸ υἱῶν αὐτοῦ, *Abest tamen illud* ἀπὸ, *ab aliis libris. & à Theodoreto.*
θ Vir, quod rectu.] *Theodoretus* ἀνὴρ ἕκαστος τὸ ἀρεστὸν, vir vnusquisque, quod placebat. *Sed* ἀνὴρ, *&* ἕκαστος, *sunt duæ interpretationes: & prior respondet hebræo: cui etiam magis respondet* τὸ εὐθὲς, *quàm* τὸ ἀρεστόν.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Israel. Et in diebus illis tribus Dan querebat si- B
bi hereditatem ad habitandum: quia non ceciderat ei vsque in diem illam
in medio tribuum filiorum Israel hæreditas. Etmiserunt filij Dan de po
pulis suis quinque viros filios virtutis, de Saraa, & de Esthaol ad conside-
randam terram, & inuestigandam eam. Et dixerunt ad eos: Ite, &inue-
stigate terram. Et venerunt vsque ad montem Ephræm; vsque ad domum
Micheæ. α Et manserunt ipsi illic in domo Micheæ: & ipsi agnouerunt vo-
cem adolescentis Leuitæ & declinauerunt illuc: & dixerunt ei: Quis attulit te
huc? Et tu quid facis in loco hoc? Et quid tibi hic? Et dixit ad eos: Sic, & sic fecit C
mihi Micheas: & mercede conduxit me: et factus sum ei in sacerdotem. Et dixe
runt ei: Interroga nunc in Deo: et cognoscemus, si prosperabitur via nostra, in
qua nos imus in ea. Et dixit eis sacerdos: Ite in pace. Coram Domino via ve-
stra, in qua pergitis in ea. Et perrexerunt quinque viri, et venerunt in
Laisa: et viderunt populum, qui in medio eius, sedentem in spe, sicut est
iudicium Sidoniorum. β Quiescens, et non est deterrrens, vel confundens
verbum in terra, possessor exprimens thesauros: et procul sunt a Sidoniis: et nõ
habent verbũ ad hominem. Et venerũt quinque viri ad suos in Saraa, et Esthaol:
et dixerunt fratribus suis: Quid vos sedetis? Et dixerunt: Surgite, et ascendamus D
super eos: quoniam vidimus terram: et ecce bona valde et vos quiescitis. Ne
torpeatis ire, et intrare ad hæreditandam terram. Et quandocũque venietis; in-
trabitis ad populum in spe: et terra lata: quoniam dedit eam Deus in manu ve-
stra locus, vbi non est ibi inopia omnis verbi eorum, quæ in terra. Et promoue-
runt inde de populis Dan à Saraa, et ab Esthaol sexcenti viri accincti vasis belli.
Et ascenderunt, et castrametati sunt in Cariathiarim in Iuda. Propter hoc voca
tum est in loco illo, castra Dan vsque in diem hanc: ecce post Cariathiarim. Et
prætericrunt inde montem Ephræm: et venerunt vsque ad domum Micheæ. Et
responderunt quinque viri euntes considerare terram Laisa: et dixerunt ad fra E
tres: Nostis, quia est in domo hac Ephod, & Theraphim, et sculptile, et fusile? Et
nunc intelligite, quid facietis. Et declinauerunt inde, et intrauerunt in domum
adolescentis Leuitæ, in domum Micheæ: et interrogauerunt eum in pace. Et
sexcenti viri, qui erant accincti uasis belli suis, stantes apud ianuas portæ: qui
erant de filijs Dan. Et ascenderunt quinque uiri, qui iuerant considerare terrã
et intrauerunt illuc in domum Micheæ. Et sacerdos stans. Et sumpserunt sculpti
le, et Ephod, et Theraphin, et fusile. Et dixit ad eos sacerdos. Quid uos facitis?
et dixerunt ei: Tace: impone manum tuam super os tuum: et ueni nobiscum; et

esto

A esto nobis in patrem, et in sacerdotem. Nunquid est bonum esse te sacerdotem domus uiri unius, an fieri te sacerdotem tribus, et domus in populo Israel? Et factum est bonū cor sacerdotis, et sumpsit Ephod, et Theraphin, & sculptile, et fusile: et uenit in medio populi. Et reuerterunt, et abierunt, et posuerunt filios, et possessionē, et γ quod preciosum, ante se. Ipsi elongauerāt à domo Micheæ: et ecce Michæas, & viri, qui in domibus, quæ cum domo Micheæ, clamauerunt, & assequuti sunt filios Dan. Et conuerterunt filij Dan faciem suam: & dixerunt Micheæ: Quid est tibi, quia clamasti? Et dixit Micheas: Quoniam sculptile meū quod feci, tulistis, & sacerdotem: & iuistis. Et quid mihi vltra? Et quid hoc dicitis ad me, Quid clamas? Et dixerunt ad eum filii Dan: Non
B audiatur nunc vox tua nobiscum: ne forte occurrant vobis viri amari animo: & δ aponent animam tuam, & animam domus tuæ. Et iuerunt filii Dan in viam suam. Et vidit Michæas, quia potentiores sunt super ipsum: & reuertit in domū suam. Et filij Dan tulerunt, quod fecerat Michæas, & sacerdotem, qui erat ei: & venerunt super Laisa, super populum quiescentem, & confidentē in spe. Et percusserunt eos in ore gladii: & ciuitatem incenderunt in igni: & non fuit, qui erueret. quoniam longe est à Sidonijs: & verbum non est eis cum homine: & ipsa in valle domus ε Rhaab. Et ædificauerunt ciuitatem, & habitarunt in ea, & vocauerunt nomen ciuitatis Dan, in nomine Dan patris eorum, qui natus est ipsi
C Israel. Et erat Vlamais nomen ciuitatis antea. Et statuerunt sibi filii Dan sculptile. Et Ionathan filius Gerson ζ filius Manasse, ipse, & filii eius erant sacerdotes tribui Dan vsque in diem transmigrationis terræ. Et posuerunt sibi sculptile, quod fecerat Michæas, omnibus diebus, quibus fuit domus Dei in Selom. Et factum est in diebus illis, non erat rex in Israel.

α Et manserunt.] *Alii* καὶ κατέπαυσαν ἐκεῖ. αὐτοὶ ὄντες ἐν τῷ οἴκῳ μιχὰ, καὶ αὐτοὶ ἐπέγνωσαν τὴν φωνὴν, & quieuerunt ibi. Cum ipsi essent in domo Micha, & ipsi agnouerunt vocem. β Quiescens] ἡσυχάζουσα. *Vix videtur referri posse ad id, quod proxime antecedit,* κρίσιν σιδωνίων, *nisi intelligamus iudicium, id est morem Sidoniorum fuisse quietum ac tranquillum, similemque in hac ciuitate fuisse. Sed potest facile referri ad ciuitatem, aut terrā. Cetera bene hebræo respondēt. In aliis est* ἡσυχάζοντα (al. ἡσυχάζοντας) ἐν ἐλπίδι, καὶ μὴ δυνάμενοι λαλῆσαι ῥῆμα ἐν τῇ γῇ, κληρονόμοι θησαυροῦ, ὅτι μακράν εἰσιν ἀπὸ σιδῶνος, καὶ λόγος οὐκ ἦν αὐτοῖς μετὰ συρίας quiescentem (*al.* quiescentes) in spe, & non potentes loqui verbum in terra, possessores thesauri, quoniam longe sunt à Sidone: & verbum non erat eis cum Syria: *quæ non cohærent.* γ Quod preciosum.] *Hoc enim videtur significare* τὸ βάρος, *quod magni ponderis, ac precii esset. atque apte respondet hebræo. Alii* τὴν κτῆσιν αὐτῶν τὴν ἔνδοξον, possessionem suam honoratam. δ Apponent.] *Alii* προσθήσεις, appones: *& videtur subintelligi* ad patres tuos, *aut,* ad populum tuum. *Valet enim* perdes. *Vide primo reg cap.27.* ε Rahaab.] *Schol.70.* τοῦ οἴκου ῥοώβ. domus Rheob. *Theodoretus* ῥηχάβ. Rhichab. ζ Filius Manasse] *Alii* υἱοῦ filii, *qua in re sæpe discrepat Vaticanus a ceteris. Apud Theodoretum autem est* ἰωνάθαν υἱὸς μανασσῆ υἱοῦ γηρσὰμ υἱοῦ μωυσῆ. Ionathan filius Manasse filii Gersam filii Moysi. *Vulgata* Ionathan filium Gersan filii Moysi. *Sed nostra, & ceteris græcis conuenit cum hebræo, & chaldæo.*

D

CAP. XIX.

E

ET fuit vir Leuita incolens in femoribus montis Ephræm: & accepit sibi vxorem concubinam de Bethleem Iuda. Et α iuit ab eo concubina eius, & abiit ab eo in domū patris sui in Bethleem Iuda: & fuit ibi dieb. mensiū quatuor. Et surrexit vir eius: & iuit post eam ad loquendum ad cor eius, ad reuocandam eam sibi: & puer eius cum eo, et par asinorum. Illa vero introduxit eum in domum patris sui. Et vidit eum pater adolescentulæ: & lætatus est in occursum eius. Et retinuit eum socer eius, pater adolescentulæ: & sedit cum

cum eo ad tres menses:& comederunt, & biberunt, & β manserunt ibi. Et factũ A
est die quarta:& surrexerunt mane:& surrexit ad eundum. Et dixit pater adole
scentulæ ad generum suum: Firma cor tuum bucella panis: & post hoc ibitis.
Et sederunt,& comederunt ambo in idipsum,& biberunt. Et dixit pater adole-
scentulæ ad uirum: Age nunc, maneas; & bonum fiet cor tuum. Et surrexit vir
ad eundum. Et coegit eum socer eius:& sedit,& mansit ibi. Et surrexit mane die
quinta ad eundum. Et dixit pater adolescentulæ: Firma nunc cor tuum, & γ in-
strue; donec inclinet dies. Et comederunt ambo,& surrexit vir ad eundum, ipse,
& concubina eius, & puer eius. Et dixit ei socer eius pater adolescentulæ: Ecce
iam infirmata est dies in vesperam: maneto hic:& bonum fiet cor tuum:& dilu- B
culo surgetis cras ad viam vestram:& ibis ad tabernaculum tuum. Et non pro-
bauit vir manere:& surrexit:& abijt,& venit usque contra Iebus (hæc est Hieru
salem) & cum eo par asinorum superstratorum:& concubina eius cum eo. Et
δ uenerunt usque Iebus: & dies processerat ualde. Et dixit puer ad dominum
suum: Veni nunc,& declinemus ad ciuitatẽ Iebusi hanc:& maneamus in ea. Et
dixit ad eum dominus eius: Non declinabimus ad ciuitatem alienam, in
qua non est de filiis Israel istic:& transibimus usque Gabaa. Et dixit puero suo:
Veni,& appropinquemus uni locorum:& manebimus in Gabaa, vel in Rhama.
Et præterierunt,& ierunt:& occidit eis Sol iuxta Gabaa, quæ est in Beniamin. C
Et declinarunt illuc, ut intrarent ad manendum in Gabaa. Et intrarunt, & sede-
runt in platea ciuitatis: et non erat uir conducens eos in domum ad manendũ.
Et ecce vir senex veniebat ab operibus suis ex agro ad vesperã:& uir erat de mõ-
te Ephræm: et ipse incolebat in Gabaa: et viri loci, filii Beniamin. Et leuauit o-
culos suos, et uidit uirum iter facientem in platea ciuitatis. Et dixit uir senex:
Quò uadis? Et unde uenis? Et dixit ad eum: Transimus nos à Bethleem Iuda usq.
ad femora montis Ephræm. Inde ego sum: et iui usque Bethleem Iuda: et ad do
mum meã ego uado: et non est vir conducens me in domum: & quidem paleæ
et pabula sunt asinis nostris; et panis, et uinum est mihi, et ancillæ, et adolescẽ- D
ti, ε cum pueris tuis non est defectus ullius rei. Et dixit uir senex: Pax tibi: Tã-
tum omnis defectus tuus super me: tantum in platea non manebis. Et introdu
xit eum in domum suam: et locum fecit asinis: et ipsi lauerunt pedes suos: et co
mederunt, et biberunt. ζ Ipsi autem bonum reddentes cor suum. Et ecce uiri ci
uitatis filij iniquorum circuierũt domum, pulsantes ad ostium. Et dixerunt ad
uirum dominum domus senem, dicentes: Produc uirum, qui intrauit in domũ
tuam; ut cognoscamus eum. Et exiit ad eos uir dominus domus, et dixit: Non
fratres, nõ malefaciatis nunc; postquam intrauit hic uir in domum meam: nõ
faciatis imprudentiam hanc. Ecce filia mea uirgo, et concubina eius. Educam E
eas: et humiliate eas, et facite eis, quod bonum in oculis uestris: et uiro huic ne
faciatis uerbum imprudentiæ huius. Et non probauerunt uiri audire eũ. Et ap-
prehendit uir concubinam eius: et eduxit eam ad eos foras. Et cognouerũt eã,
et illuserunt in ea totam noctem usq. mane, et dimiserũt eam, ut ascendit ipsum
mane. Et uenit mulier diluculum uersus: et cecidit ad ostium domus; ubi erat
ibi suus uir, quoadusque illuxit. Et surrexit uir eius mane: et aperuit ianuas do
mus, et exijt ad eundum uiã suã. Et ecce mulier eius concubina iacens apud ia-
nuas domus: et manus eius super limẽ. Et dixit ad eam: Surge, et abeamus. Et

non

A non respondit; quoniam erat mortua: et tulit eam super asinum, et iuit ad locum suum. Et sumpsit gladium, et tenuit concubinam suam: et ε partitus est eam in duodecim membra & misit ea in omnem terminum Israel. Et factum est omnis aspiciens dicebat: Non fuit, neque θ uisa est à die ascensionis filiorum Israel de terra Ægypti usque in diem hanc; sicut hæc. Ponite uobis ipsis consilium super eam, et loquimini.

α Et iuit ab eo.] *Non multo aliter vulgata. In aliis est,* καὶ ὠργίσθη αὐτῷ, *& S. Hieronymus in Michæam c.5* & irata est ei concubina sua. β Manserunt.] ηὐλίσθησαν. *Alii* ὕπνωσαν, dormierunt, pernoctarunt. γ Instrue.] *στήρισον, aut ut alii,* στήρισαι. *In quibusdam vero est,* καὶ ἠπάτα αὐτόν, & fallebat ac lactabat eum: *quod non longe abest ab hebræo.* δ Et venerunt usque Iebus.] *Alii,* αὐτοὶ κατὰ Ἰεβοῦς, ipsi iuxta Iebus. ε Cum pueris tuis.] *Sic fere hebræus. In aliis est* τοῖς δούλοις σου, seruis tuis. ζ Ipsi autem.] αὐτῶν δὲ ἀγαθυνθέντων, τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Cum ipsi exhilarati essent corde suo. η Et partitus est eam in duodecim membra.] *In aliis,* καὶ ἐμέλισεν αὐτὴν κατὰ τὰ ὀστᾶ αὐτῆς εἰς δώδεκα μερίδας, & diuisit eam secundum ossa eius in duodecim partes. θ Neque visa est.] *Est hebraismus vsitatus etiam apud lxx. vt fœmininum pro neutro ponatur.*

CAP. XX.

C ET exierunt omnes filij Israel: et euocata est Synagoga, tanquam uir unus à Dan, et usque Bersabee, et terram Galaad ad Dominum in Massepha. Et steterunt ad faciem Domini omnes tribus Israel in Ecclesia populi Dei, quadringenta millia uirorum peditum trahentium gladium. Et audierunt filij Beniamin, quia ascenderant filii Israel in Massepha. Et uenientes dixerunt filii Israel: Loquimini, ubi facta est malignitas hæc? Et respondit uir Leuita, uir mulieris occisæ, & dixit: In Gabaa Beniamin veni ego, & concubina mea ad manendum. Et surrexerunt super me viri Gabaa: & circundederunt super me domum nocte: me voluerunt occidere: & concubinam meam α humiliauerunt: & mortua est. Et tenui concubinam meam, & diuisi eam membratim: & emisi in omnem terminum hæreditatis filiorum Israel: quia fecerunt β feruorem, & ruinam in Israel. Ecce omnes vos filii Israel, date vobis verbum, & consilium illic. Et surrexit omnis populus, tanquam vir vnus, dicentes: Non abibimus vir ad tabernaculum suum: & non reuertemus vir in domum suam. Et nunc hoc est verbum, quod fiet ipsi Gabaa. Ascendemus super eam in sorte. Tantum sumemus decem viros è centum in omnibus tribubus Israel, et centum è mille, & mille è decem millibus ad accipienda cibaria, ad faciendum uenire eos in Gabaa Beniamin, ad faciendum ei secundum omnem ruinam, quam fecit in Israel. Et congregatus est omnis uir Israel in ciuitatem, tanquam vir vnus. Et miserunt tribus Israel viros in omnem tribum Beniamin, dicentes: Quæ est malignitas hæc, quæ facta est in vobis? Et nunc date viros filios iniquorum, qui in Gabaa: & morti trademus eos, & expurgabimus malignitatem ab Israel. Et non probauerunt filii Beniamin audire vocem fratrum suorum filiorum Israel. Et congregati sunt filij Beniamin de ciuitatibus suis in Gabaa ad exeundum in bellum aduersus filios Israel. Et recensiti sunt filij Beniamin in die illa de ciuitatibus γ viginti tria millia

A Et significatio ascendit in plus super ciuitatem, tanquam columna fumi. Et respexit Beniamin post se: & ecce ascendit consummatio ciuitatis vsque ad cælum. Et vir Israel reuertit. Et festinauerunt viri Beniamin; quoniam viderunt, quia occurrit super eos malum: & respexerunt coram filijs Israel ad viam deserti. Et fugerunt: & acies aduenit super eos: & de ciuitatibus corruperũt eos in medio sui. Et conciderunt Beniamin: & persequuti sunt eum à λ Nua iuxta pedem eius vsque contra Gabaa ad ortum Solis. Et ceciderunt è Beniamin octo & decẽ millia virorum. Omnes isti viri virtutis. Et respexerunt reliqui: & fugerunt in desertum ad petram ipsius Rhemmon. Et racemarunt ex eis filii Israel quin-
B quies mille viros. Et descenderunt post eos filij Israel vsque Gedan: & percusserunt ex eis bis mille viros. Et fuerunt omnes, qui ceciderunt de Beniamin, viginti quinque millia virorum trahentium gladium in die illa. Omnes hi viri virtutis. Et respexerunt reliqui: & fugerunt in desertum ad petram Rhemmon sexcẽti viri: & sederunt in petra Rhemmon quatuor menses. Et filij Israel reuerterunt ad filios Beniamin: & percusserunt eos in ore gladii à ciuitate μ Methla, & vsque ad pecus, et usque ad omne inuentum in omnibus ciuitatibus: & ciuitates inuentas incenderunt in igni.

C α Humiliauerunt.] *In alijs* ἐταπείνωσαν, καὶ ἐνέπαιξαν αὐτῇ, humiliauerunt, & illuserunt in eam: *quæ duæ videntur eiusdem dictionis hebraicæ interpretationes.* β Feruorem, & ruinam] ζῆμα, καὶ ἀπόπτωμα. *Et videntur significare inusitatum quendam excessum libidinis, & furoris. In hebræo etiam sunt duæ dictiones significantes scelus, & fœditatem. In aliis autem græcis codicibus tantum est,* ἐποίησαν ἀφροσύνην, fecerunt imprudentiam, *aut* impudentiam. γ *Viginti tria millia*] *In alijs,* εἴκοσι καὶ πέντε viginti, & quinque. & *sic vulgata, sed in hebræo* viginti & sex. δ Vir trahens gladium] *Ita fere hebraus. In aliis est* ἀνδρῶν σπωμένων ῥομφαίαν, virorum educentium gladiũ. ε Si adijciamus.] *In alijs est in numero singulari,* εἰ προσθῶ, & ἀδελφοῦ μου, *& multę aliæ vocum varietates, quas omnes non est visum necessariũ indicare.* ζ Holocaustoses, & consummatas, ὁλοκαυτώσεις καὶ τελείας. *Ita etiam cap. sequenti. Alij* ὁλοκαύτωμα σωτηρίας, holocaustoma salutaris. *Vulgata.* holocausta, atq. pacificas victimas. η Fratres nostros.] *Alii* τοῦ ἀδελφοῦ μου ἢ κοπάσω, fratris mei, an quiescam? θ Euacuemus.] ἐκκενώσωμεν. *Alii* ἐκσπάσωμεν auellamus, extrahamus. ι Maraagabe.] *sunt duæ dictiones hebrę a coagmentatæ, quę significant* à gramineto Gabaa, *aut* ab occidente Gabaa (*quod respondet vuulgata*) aut a planicie. *Et in multis grecis libris est,* ἀπὸ δυσμῶν τῆς γαβαά, *quod & a planicie, & ab occidẽte potest significare.* κ Pugnæ] τῆς μάχης. *Videtur rectius, quàm quod in aliis* μαχαίρας. *Non enim signum constitutum erat gladius, sed fu-*
D *mus.* λ A Nua.] *Abest hæc dictio à Compl. est tamen in hebræo: & significat aut certum locum, aut requietem: quare in vulgata est,* nec erat vlla requies morientium. μ Methla.] *In alijs* ἑξῆς, consequenter. *Sed in nostra est vestigium dictionis hebraicę, quæ significat perfectionẽ: & à multis accipitur de virili ætate. Quare vulgata,* à viris vsque ad iumenta.

CAP. XXI.

ET filii Israel iurauerunt in Massepha dicentes: Vir è nobis nõ dabit filiam suam ipsi Beniamin in vxorem. Et venit populus in Bæthel, & sederunt ibi vsque ad vesperam coram Deo. Et eleuauerunt vocem suam, & plora-
E uerunt plorationem magnam: & dixerunt: Ad quid Domine Deæ Israel α facta est hæc; vt β requireretur hodie de Israel tribus vna? Et factum est crastina; & diluculo surrexit populus, & ædificauerũt ibi altare, & obtulerunt holocaustoses & consummatas. Et dixerunt filii Israel: γ Quis non ascendit in Ecclesiã de omnibus tribubus Israel ad Dominum: Quoniam iuramentum magnum erat ijs, qui non ascendissent ad Dominum in Massepha, dicentes: Morte mortificetur. Et pænituit filios Israel erga Beniamin fratrem suum: & dixerunt: Excisa est hodie tribus vna de Israel. Quid faciemus δ superstitibus ijs, qui

residui sunt, ad vxores? Et nos iurauimus in Domino non dare eis de filiabus no- A
stris in vxores. Et dixerunt: ᵉ Quis vnus de tribubus Israel, qui non ascendit ad
Dominum in Massepha? Et ecce non venerat vir in castra de Iabis Galaad ad
Ecclesiam. Et recognitus est populus: & non fuit ibi vir de habitantibus Iabis
Galaad. Et misit illuc Synagoga duodecim millia virorum de filijs virtutis. Et
mandauerunt eis, dicentes: Ite, & percutite habitantes Iabis Galaad in ore ζ gla-
dij: & hoc facietis: Omne masculinum, & omnem mulierem, quæ nouit cubile
masculi, anathemabitis: virgines autẽ conseruabitis. Et fecerunt sic. Et inuene-
runt de habitantibus Iabis Galaad quadringentas adolescentulas virgines: quæ
non nouerant virum in cubili masculi. Et attulerunt eas in castra in Sylo, quæ B
in terra Chanaan. Et misit vniuersa Synagoga: & locuti sunt ad filios Beniamin
in petra Rhemmon: & vocauerunt eos in pace. Et reuertit Beniamin ad filios
Israel in tempore illo. Et dederunt eis filij Israel mulieres, quas viuificauerant
de filiabus Iabis Galaad. Et placuit eis sic. Et pænituit populum super Benia-
min: quoniam fecerat Dominus scissuram in tribubus Israel. Et dixerunt senio-
res Synagogæ: Quid faciemus residuis in vxoribus? quoniam deleta est de Be-
niamin mulier? Et dixerunt: η Hæreditas superstitum de Beniamin: & non
delebitur tribus de Israel: quoniam nos non poterimus dare eis vxores de filia-
bus nostris: quoniam iurauimus in filiis Israel, dicentes: Maledictus qui dederit C
vxorem ipsi Beniamin. Et dixerunt: Ecce nunc solemnitas Domini in Selo ex
diebus in dies, quæ est ab Aquilone ipsius Bæthel, ab ortu Solis super viam
ascendentem à Bæthel in Sychem, & ab θ austro ipsius Lebona. Et mandauerunt
filiis Beniamin, dicentes: Ite, & insidiamini in vineis: & aspicietis: & ecce, si exie-
rint filiæ habitantium Selo ducere choræas in choris; & exitote è vineis, & rapi-
te vobis ipsis, vir mulierem de filiabus Selo: & ite in terram Beniamin. Et erit,
quando venerint patres earum, vel fratres earum cõtendere in iudicio ad nos;
& dicemus eis: ι Misericordiam facite nobis eas: quoniam nõ cepimus vir vxo-
rem suam in bello: quia non vos dedistis eis; κ sicut sors, deliquistis. Et fecerũt D
sic filii Beniamin: & ceperunt mulieres ad numerum suũ de choræas agentibus,
quas rapuerunt. Et iuerunt, & reuerterunt ad hæreditatem suam: & ædificaue-
runt ciuitates, & sederunt in eis. Et obambulauerunt inde filii Israel in tempore
illo, vir ad tribum suam, & ad cognationem suam: & exierunt inde vir ad hære-
ditatem suam. In diebus autem illis non erat rex in Israel: vir, quod rectum co-
ram se, faciebat.

α Facta est hæc.] *Est hebraismus, vt alibi dictum est. Compl.* ἐγενήθη τοῦτο, factum est hoc. β Requireretur.] *Hoc visum significare hoc loco illud* τῷ ἐπισκέψασθαι, *quasi in recognitione, & numeratione deesse.* γ Quis non ascendit.] τίς οὐκ ἀνέβη. *In alijs* τίς ὁ μὴ ἀναβάς, Quis est, qui non ascendit. δ Superstitibus, ijs, qui residui sunt.] τοῖς περισσοῖς, τοῖς ὑπολειφθεῖσι. *Videntur duæ interpretationes. Nam illud* τοῖς περισσοῖς *abest a cæteris.* E
Quod autem sequitur εἰς γυναῖκας *valet*, ad hoc, vt possint habere vxores. ε Quis vnus.] *Longe propius ad hebræum quam, quod est in aliis.* τίς μία τῶν φυλῶν, quæ vnā tribuum. ζ Gladij.] *In alijs additur:* καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὸν λαὸν, & mulieres, & populum. η Et dixerunt, hæreditas superstitum.] *Aptissime ad hebræum: idest* hæreditas sit eorum, qui euaserunt. *Alii*, καὶ πῶς ἔσται κληρονομία διασεσωσμένη, & quomodo erit hæreditas incolumis. *Compl.* καὶ εἶπαν, κληρονομία διασεσωσμένη, & dixit, hæreditas incolumis. θ Austro.] *In Compl. additur* τοῦ Λιβάνου, *quod neque vulgatæ, neque hebræo respondet* ι Misericordiam facite nobis eas: quoniam non cepimus.] *Sic fere hebræus. Alii* ἐλεήσατε αὐτούς, ὅτι οὐκ ἔλαβεν, misereminі eorum: quoniam non cepit. κ Sicut sors, deliquistis.] ὡς κλῆρος, ἐπλημμελήσατε. *Vulgata*, à vestra parte peccatum est, *Alii* ὅτι οὐκ ἐπλημμελήσατε, quoniam non deliquistis: *idest, quoniam timuistis ne contra iusiurandi religionem delinqueretis. Compl.* κατὰ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἐπλημμελήσατε secundum tempus, quo deliquistis, *non longe ab hebræo. Et alibi autem notatum est, quod in aliis exemplaribus est* καιρός, *in vaticano esse* κλῆρος.

RVTH.

A

RVTH.

CAP. I.

ET factum est, cum iudices iudicarent; & facta est fames in terra. Et iuit vir de Bethleem Iuda ad incolendum in agro
B Moab, ipse, & uxor eius, & duo filii eius. Et nomen uiro Elimelech: & nomen uxori eius Noemin: & nomen duobus filiis eius Maalon, & Chelæon: Ephrathæi de Bethleem Iuda. Et uenerunt in agrum Moab: & fuerunt ibi. Et mortuus est Elimelech uir ipsius Noemin: & remansit ipsa, & duo filii eius. Et sumpserunt sibi uxores Moabitidas: nomen uni Orpha: & nomen secundæ Ruth. Et habitauerunt ibi circiter decem annos. Et mortui quidem sunt utrique, Maalon, & Chelæon: & relicta est mulier à uiro suo, & à duobus filiis suis. Et surrexit ipsa, & duæ nurus eius: & reuerterũt ex agro Moab: quoniam au
C diuit in agro Moab, quia uisitauit Dominus populum suum, dando eis panes. Et exiit è loco, ubi fuerat ibi: & duæ nurus eius cum eo. Et ibant in uia ad reuertendum in terram Iuda. Et dixit Noemin duabus nuribus suis: Ite nunc, reuertimi unaquæque in domum matris suæ. Faciat Dominus uobiscum misericordiam; sicut fecistis cum mortuis, & mecum. Det Dominus uobis: & inueniatis requiem unaquæque in domo uiri sui. Et osculata est eas. Et eleuauerunt uocẽ suam, & plorauerunt, & dixerunt ei: Tecum reuertimur ad populum tuum. Et dixit Noemin: Reuertimini nunc filiæ meæ. Et vt quid itis mecum? Nunquid vltra mihi filii in vtero meo; & erunt vobis in viros? Reuertimini nunc filiæ
D meæ: quoniam senui, vt non sim viro: quia dixi, * quia est mihi substantia, vt ego fiam viro, & pariam liberos: nunquid ipsos expectabitis, donec adoleuerint? aut ipsis detinebimini; vt non sitis viro? Nequaquam nunc filiæ meæ: nam amaritudo est mihi super vos: quoniam exiit in me manus Domini. Et eleuauerunt vocem suam, & plorauerunt adhuc. Et osculata est Orpha socrum suam: & reuertit ad populum suum. Ruth autem sequuta est eam. Et dixit Noemin ad Ruth: Ecce rediit cognata tua ad populũ suum, & ad Deos suos. Reuertere nunc & tu post cognatam tuam. Dixit autem Ruth: Ne * occurrat mihi, vt derelinquã te, aut auertar à post te: quoniã quocũque tu iueris; ibo: & vbicumque manse-
E ris; manebo. Populus tuus, populus meus: Et Deus tuus, Deus meus. Et vbicunque morieris; moriar, & ibi sepeliar. Hæc vero faciat mihi Dominus, & hæc adiiciat: quia mors diuidet inter me, & te. Videns autem Noemin, quia illa perdurat ad eundum secum; cessauit loqui ad eã vltra. Iuerũt autem ambæ; quoadusque ipsæ aduenirent in Bethleem. Et factum est, dum ipsæ venirent in Bethleẽ & sonuit vniuersa ciuitas super eas: & dixerunt: Si hæc est Noemin? Et dixit ad eas: Nequaquã nunc vocate me Noemin: vocate me amarã: quoniã inamaruit in me omnipotens valde. Ego plena iui: & inanem reduxit me Dominus. Et vt

quid

quid vocatis me Noemin? & Dominus humiliauit me, & omnipotẽs afflixit me? A
Et rediit Noemin, & Ruth Moabites nurus eius, redeuntes ex agro Moab. Hæ vero aduenerunt in Bæthleem in principio messis ordeorum.

a Quia est mihi substantia.] *Nomen ὑποστάσεως sumi interdum pro spe alibi notabitur. Sunt autem hæc dicta quasi per quandam doloris plenam ironiam: vult enim significare nullam superesse spem. Apud Theodoretũ legitur:* οὐκ ἔστι μοι ἐλπὶς, non vltra mihi spes. b Ne occurrat mihi.] *Vulgata*, ne aduerteris mihi *Theodoretus* μὴ μοι γένοιτο. Absit a me.

CAP. II.

ET ipsi Noemin erat vir notus viro eius: Vir autem potens fortitudine ex B
cognatione Elimelech: & nomẽ ei Booz. Et dixit Ruth Moabites ad Noemin: Vadam nunc in agrum: & colligam in spicis à tergo, cuiuscunque inuenero gratiam in oculis eius. Dixit autem ei: Vade filia. Et iuit: & veniens collegit in agro à tergo metentium. Et euenit euentu ad partem agri Booz, qui ex cognatione Elimelech. Et ecce Booz venit de Bethleem: & dixit messoribus: Dominus vobiscum. Et dixerunt ei: Benedicat te Dominus. Et dixit Booz puero suo, qui assistebat super messores. Cuius est adolescentula hæc? Et respondit puer assistẽs super messores, & dixit: Puella Moabites est, quæ reuertit cũ Noemin ex agro Moab: & dixit: colligã nũc, & cõgregabo in manipulis post messo- C
res: & venit, & stetit à mane, & vsque ad vesperam non cessauit in agro pusillũ. Et dixit Booz ad Ruth: Nõne audisti filia? Ne ieueris colligere in agro altero: & tu ne eas hinc: hic adhære cum puellis meis. Oculi tui ad agrũ, quemcunq. messuerint: & ibis post eas. Ecce mandaui pueris, ne tangant te. Et quando sities; & ibis ad uasa, et bibes vndecunque hauserint pueri. Et cecidit super faciem suam & adorauit super terram, & dixit ad eum: Quid, quod inueni gratiam in oculis tuis, vt agnosceres me, & ego sum peregrina? Et respondit Booz, & dixit ei: Renunciatione renunciata sunt mihi, quæcumque fecisti cum socru tua, postquam mortuus est vir tuus: & quomodo reliquisti patrem tuum, & matrem tuam, & D
terram generationis tuæ: & iuisti ad populum, quem nõ noueras heri, & nudiustertius. a Rependat Dominus operationem tuam. Fiat merces tua plena à Domino Deo Israel: ad quem venisti ad confidendum sub alis eius. Illa vero dixit: Inueniam gratiam in oculis tuis Domine: quia consolatus es me: & quia locutus es ad cor seruæ tuæ. Et ecce b ego ero tanquam vna ancillarum tuarum. Et dixit ei Booz. Iam hora comedendi. Accede huc, & comedes panes, & tinges buccellam tuam in aceto. Et sedit Ruth à latere messorum: & porrexit ei Booz polentam: & comedit, & saturata est, & c reliquit: & surrexit ad colligendũ. Et mandauit Booz pueris suis, dicens: Et quidem inter manipulos colligat: & ne E
confundatis eã: & d portãtes portate ei & quidẽ proijcientes proiicite ei ex congestis: & comedet, & colliget: & non increpabitis eam. Et collegit in agro vsq. ad vesperam: & virga excussit, quæ collegerat: & fuit circiter Oephi ordeorum. Et tulit, & intrauit in ciuitatem. Et vidit socrus eius, quæ collegerat: & proferens Ruth dedit ei, quæ reliquerat ex iis, quibus saturata fuerat. Et dixit ei socrus eius: Vbi collegisti hodie, & vbi fecisti? Sit, qui agnouit te, benedictus. Et nunciauit Ruth socrui suæ, vbi fecisset; & dixit: Nomen viri, cum quo feci hodie, Booz Dixit autem Noemin nurui suæ: Benedictus est Domino: quoniam

A nó dereliquit misericordiam suam cum viuentibus, & cum mortuis. Et dixit ei Noemin: Propinquus est nobis vir: de redemptoribus est nobis. Et dixit Ruth ad socrum suam: Et quidem, quia dixit ad me: cum puellis meis adhære, quoadusque consummauerint totá messem, quæ est mihi. Et dixit Noemin ad Ruth nurum suam: Bonum filia, quia existi cum puellis eius: & non occurrent tibi in agro alio. Et adhæsit Ruth puellis Booz colligendo; quoadusque consummaretur messis ordeorum, & [e] triticorum.

[a] Rependat.] *Sic etiam hebraus. Theodoretus autem,* ἀποτίσαι σοι rependat tibi. [b] Ego ero.] *Compl.* ἐγὼ οὐκ ἔσομαι, ego non ero. *Vulgata*, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum. [γ] Reliquit.] ἐγκατέλιπεν. *Valet autem*, fecit superesse reliquias; *quemadmodú etiam paulo post* dedit ei, quæ reliquerat, *idest* dedit ei
B reliquias, quas seruarat. [δ] Et portantes portate ei.] H*æc absunt a Compl. vt etiam a vulgata.* [e] Et triticorum.] *Compl.* καὶ τὸν θερισμὸν τῶν πυρῶν, & messem triticorum.

C A P. III.

ET sedit cum socru sua. Dixit autem ei Noemin socrus eius: Filia nóne quæram tibi requiem; vt bene sit tibi? Et nunc nonne Booz notus noster, cuius fuisti cum puellis eius? Ecce ipse ventilat aream ordeorum hac nocte. Tu autem lauaberis, & vngeris, & circumpones vestimentum tuum super te, &
C ascendes ad aream. Ne innotescas viro, quoadusque ipse consummauerit edere & bibere. Et erit, cum ipse dormierit; & nosces locú, vbi dormit illic: & venies, & discooperies, quæ ad pedes eius, & dormies: & ipse indicabit tibi, quæ facies. Dixit autem Ruth ad eam: Omnia, quæcunque dixeris, faciam. Et descendit ad aream, & fecit iuxta omnia, quæcunque mandauit ei socrus eius. Et comedit Booz, et bibit, & bonú factum est cor eius: et venit ad dormiédum in parte aceruI. Illa autem venit in occulto, et discooperuit, quæ ad pedes [a] eius. Factum est autem in media nocte; et expauit vir, et turbatus est: et ecce mulier dormit ad pedes eius. Dixit autem: Quis es tu? At illa dixit: Ego sum Ruth serua tua: et cir-
D cumpones alas tuas super seruam tuam; quoniá redemptor es tu. Et dixit Booz: Benedicta tu Domino Deo filia: quoniam bonam fecisti misericordiam tuam postremam super primam, non eundo post iuuenes, siue inops, siue diues. Et nunc filia ne timeas. Omnia, quæcunque dixeris, faciam tibi. Nouit enim vniuersa tribus populi mei, quia mulier uirtutis tu es. Et nunc uere redéptor ego sum. Et quidem est redemptor propinquus super me. Maneto nocte: & erit mane: Si redemerit te; bonum: redimat. Si autem noluerit redimere te; redimam te ego. Viuit Dominus. Dormi vsque mane. Et dormiuit ad pedes eius vsque mane. Illa vero surrexit; antequam agnosceret vir proximum suum. Et di-
E xit Booz: Ne innotescat, quia uenit mulier ad areá. Et dixit ei: Da palliú, quod super te. Et tenuit illud, & mensus est sex ordeorú: & imposuit super eam: & intrauit in ciuitatem. Et Ruth intrauit ad socrum suam. At illa dixit ei: Filia. Et dixit ei omnia, quæcumque fecerat ei vir. Et dixit ei: Sex ordeorum hæc dedit mihi; quoniam dixit ad me: ne intres vacua ad socrum tuam. At illa dixit: Sede filia; quoadusque tu cognoscas, quomodo non cadet verbum. Non enim quiescet vir; quoadusque consummauerit uerbum hodie.

[a] Pedes eius.] *In alijs additur,* καὶ ἐκοιμήθη, *aut, vt in Compl.* καὶ ἐκάθευδεν, & dormiuit.

C A P.

A

REGNORVM LIB. I.

CAP. I.

HOMO[a] fuit de Armathæm Sipha, de mõte Ephræm: & no
B men ei Elcana filius Ieremeel filij Eliu filij Thoce [b] in Na-
sib Ephræm. Et huic duæ vxores: nomen vni Anna: & nomẽ
secundæ Phennana. Et erant Phennanæ filij: & Annæ non
erat filius. Et ascendebat homo ex diebus in dies de ciuita-
te sua de Armathæm adorare, & sacrificare Domino Deo
Sabaoth in Selom. Et ibi Heli, & duo filii eius Ophni, &
Phinees sacerdotes Domini. Et facta est dies, & sacrificauit Elcana: & dedit
Phennanæ vxori suæ, & filijs [c] eius partes: & Annæ dedit partem [d] vnam; quia
non erat ei filius: veruntamen Annam diligebat Elcana super hanc. Et Domi-
C nus concluserat, quæ circa vuluam eius: [e] quia non dederat ei Dominus filiũ,
secundum tribulationem eius, & secundum tristitiam tribulationis eius. Et tri
stabatur propter hoc; quoniam concluserat Dominus, quæ circa vuluam eius,
non dando ei filium. Sic faciebat annum per annum in ascendendo ipsam in do
mum Domini: & tristabatur, & plorabat, & non comedebat. Et dixit ei Elcana
vir eius: Anna. Et [f] dixit ei: Ecce ego domine. Et dixit ad eam: Quid est tibi, quia
ploras? & vt quid non comedis? et vt quid verberat te cor tuum? nonne bonus
ego tibi super decem filios? Et surrexit Anna, postquam ipsi comederant in Se
lom: & [g] stetit coram Domino. Et Heli [h] sacerdos super sellam super limina tẽ
D pli Domini. Et ipsa mæsta animo, & orauit ad Dominum, & plorans plorauit:
& vouit votum Domino, dicens. [i] Adonai, Domine Eloe Sabaoth, si respiciẽs
respexeris super humiliationem seruæ tuæ, & recordatus fueris [k] mei, & dederis
seruæ tuæ semen [l] virorum; & dabo eum coram te datum vsque ad diem mor
tis eius: [m] & vinum, & inebriamentum non bibet: & ferrum non ascendet super
caput eius. Et factum est, quando multiplicabat orans coram Domino; & Heli
sacerdos obseruabat os eius. Et ipsa loquebatur in corde suo; & labia eius moue
bantur, & vox eius non audiebatur. Et reputauit eam Heli in ebriam. Et dixit
ei [n] puer Heli: Quousque eris ebria? Aufer vinum [o] tuum, & vade à facie Domi-
E ni. Et respondit Anna, & dixit: Nequaquam Domine. Mulier [p] dura dies ego
sum: & vinum, & inebriamentum non bibi: & effundo animã meam coram Do-
mino. Ne dederis seruam [q] tuam in [r] filiam pestilentem quoniã; ex multitudine
meditationis [s] meæ [t] extendi vsque nunc. Et respondit Heli; & dixit ei: Vade in
pace. Deus Israel det tibi omnem petitionem tuam, quã petiisti ab eo. Et dixit;
[u] Inuenit serua tua gratiam in oculis tuis. Et iuit mulier in viam suam: & intrauit
in diuersoriũ suum, & comedit cũ uiro suo, & bibit, & facies eius nõ concidit vl
tra. Et surgunt mane, & adorant Dominum, & vadunt viam suam. Et intra-
uit Elcana in domum suam Armathæm, & cognouit Annam vxorem suam: &

recordatus est eius Dominus: & concepit. Et factum est tempore dierum, & pe A
perit filium: & vocauit nomen eius Samuel, & dixit: Quoniam à Domino ^φ^ Deo Sabaoth petij eum. Et ascendit homo Elcana, & vniuersa domus eius sacrificare in Selom sacrificium dierum, & vota sua, & omnes decimas terræ suæ. Et Anna nõ ascendit cũ eo: quoniam dixit viro ^χ^ suo: donec ascendat puer. Si ablactauero eum; & apparebit faciei Domini, & sedebit vsque in seculum ibi. Et dixit ei Elcana vir eius: Fac, quod bonũ in oculis tuis: sede, quoadusque ablactaueris eum: sed firmet Dominus, ^ψ^ quod exiit ex ore tuo. Et sedit mulier, & lactauit filium suum, donec ablactasset eum. Et ascendit cum eo in Selom in vitulo ^ω^ trienni, & panibus, & Oephi similaginis, & Nebel vini. Et intrauit in domum B
Domini in Selom: & puer cum eis. Et ^αα^ adduxerunt coram Domino: & mactauit pater eius sacrificium, quod faciebat à diebus in dies Domino. Et adduxit Anna mater pueri ad Heli, & dixit: In me Domine viuit anima tua. Ego illa mulier, quæ steti coram te ^ββ^ tecum: cum orarem ad Dominum: pro puero hoc oraui; & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam petij ab eo. Et ego commodo eũ Domino omnes dies, quos ipse viuit, cõmodationẽ Domino. ^γγ^ Et dixit.

α Homo fuit.] *In alijs est*, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἷς & fuit homo vnus. *Int. Origenis habet duas lectiones*, erat vir vnus, *&*, erat vir quidam: *ac priorem consentientibus etiã hebræis magis probat.* β In Nasib Ephræm.] *In alijs*, ἐν νασίβ. *Compl.* υἱὸς σουφ ἐξ ὄρους ἐφραίμ, filij *Soph* de monte Ephraim, *quod in vulgata*, filij Suph Ephrateus. *Multæ autem semper in his proprijs nominibus varietates: quæ omnes indicari nullo modo possunt.* γ Et filijs eius.] *In alijs additur*, καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς, & filiabus eius. δ Vnam.] *In Compl. additur* κατὰ πρόσωπον, *quod in vulgata est* tristis: *quasi diceret*, demissa facie. *Dictionem tamen hebræam* faciecrum *alij interpretantur electam, & honoratam. Quæ autem sequuntur*, quia non erat ei filius, *sunt etiam in Compl. sed absunt à vulgata, & hebræo.* ε Quia non dederat ei Dominus filium, secundum tribulationem eius, & secundũ tristitiam tribulationis eius: & tristabatur propter hoc.] *Int. Orig. in hom. vnica ex hoc loco hæc tantum refert.* Tum deinde refert scriptura, quia contristata est Anna; quod cum acceperit Fenenna plurimas portiones cum filijs; ipsa vnam solam acceperit partem; & quia hoc dolore percussa templum Domini ingressa defleuerit, *&c. In Compl. autem hoc loco ista leguntur*, καὶ παρώργιζεν αὐτὴν ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς καί γε παροργισμῷ διὰ τὴν ἐξουδένωσιν αὐτῆς, & irritabat eam æmula eius etiam irritatione, eo quod sperneret eam: *quæ in collatis vetustis codicibus non sunt inuenta: sed respondent hebræo, & eodem fere modo leguntur apud S. Ioannem Chry in hom. de fide Annæ*, καὶ παρώργιζεν αὐτὴν ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς παροργισμῷ ἐξουδενοῦσα αὐτήν, *& similia quædam videntur indicari à Theodoreto in cãticum ad ea verba*, dilatatũ est os meum super inimicos meos. *itemque à Diodoro Tharsensi.* ζ Et dixit ei: Ecce ego domine. Et dixit ad eam.] *Hæc absunt a Compl. vt a* D
vulgata. η Et stetit coram Domino.] *Pro his in Compl. est*, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν, & postquam biberant. θ Sacerdos.] *In alijs additur* ἐκάθητο sedebat. ι Adonai Domine Eloe Sabaoth.] *Ita etiam in aliis, nisi quod habent* ἐλωί. *Sed Compl. habet tantum* κύριε σαβαώθ, *& vulgata*, Domine exercituum. κ Mei.] *In Compl. additur*, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τῆς δούλης σου, *quod vulgata*, nec oblitus ancillæ tuæ. λ Virorum] *Sic hebræus Alij* ἀνδρῶν viri. μ Et vinum, & inebriamentum non bibet.] *Hec videntur agnosci etiam a Theodoreto q. 5. Absunt tamen a Compl. vt a vulgata.* ν Puer] *Dictio*, τὸ παιδάριον *in vno vetusto codice, & in Compl. non est, quemadmodum neque in vulgata: habetur tamen in ceteris vetustis, & apud Philonem de ebrietate, & apud S. Chrisost. in homilia de fide Annæ, & hom. 15. in acta Apost.* ξ Tuum] *In Compl.* ἐνώπιόν σου *a te.* ο Dura dies.] *Ita & alius liber vetus, & Philo ibidẽ. In aliis libris, & apud S. Chrysost. est* ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ in dura die. π Tuam.] *Compl. addit* εἰς πρόσωπον, in faciem: *neque abhorret ab hebræo.* ρ In filiam pestilentem.] *Theodotio* ὡς μίαν τῶν ἀπαιδεύτων: tanquam vnam indisciplinatarum. σ Meæ.] *In alijs additur* καὶ ἐκ πλήθους ἀθυμίας μου, & ex multitudine mœroris mei: *quod non abhorret ab hebræo.* τ Extendi.] κατέτεινα, *propius ad hebræum, quàm quod in aliis:* ἐκτέτακα, extabui. υ Inueniat.] *Compl.* εὗρεν, inueniat. φ Deo Sabaoth.] E
Compl. παντοκράτορος, omnipotente. *A uulgata, & hebræo vtrumque abest.* χ Suo] *In Compl. sequitur* οὐκ ἀναβήσομαι, non ascendam: *quæ tamen absunt ab hebræo. sunt enim supplenda cogitatione.* ψ Quod exijt ex ore tuo] *Ita etiam Compl. sed uulgata ex hebræo*, verbum suum. ω Trienni] τριετίζοντι. *Theodoretus q. 5.* obtulit eum Deo, & cum eo vitulum eiusdem ætatis. *Vulgata ex hebræo* in vitulis tribus. αα Et adduxerunt coram Domino, & mactauit pater eius sacrificium, quod faciebat à diebus in dies Domino.] *Pro his in Compl est* καὶ προσήγαγον τὸ παιδάριον, καὶ ἔσφαξαν τὸν μόσχον, & adduxerunt puerum, & iugularunt uitulum. *In aliis libris coniunguntur utræque lectiones, sed in hac secunda pro* προσήγαγον, *&* ἔσφαξαν *est*, προσήγαγε, *&* ἔσφαξε, adduxit, *&* iugulauit: *ut appareat coagmẽtatio quædã. Vulgata ex hebræo* Et immolauerunt vitulũ, & obtulerunt puerum Heli. Et ait. ββ Tecum cum orarem.] *Compluten.* ἐν τούτῳ προσεύξασθαι, in hoc ut orarem. γγ Et dixit.] *Alii* καὶ εἶπεν, (*Compl.* καὶ προσηύξατο) ἄννα, καὶ εἶπεν, *quod uulgata*, & orauit Anna & ait. *Itemque Int. Orig.*

A CAP. II.

Confirmatum [a] est cor meum in Domino: exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: [b] lætata sum in [c] salute tua. Quoniam non est sanctus, sicut Dominus: et non est iustus, sicut Deus noster: non est sanctus præter te. Nolite gloriari, et nolite loqui [d] excelsa: [e] non procedat magniloquentia de ore uestro. Quoniam Deus [f] scientiarum Dominus: et [g] Deus præparans adinuentiones suas. [h] Arcus potentium infirmatus est: et infirmi accincti sunt uirtute. [i] Pleni panibus [k] minorati sunt, [l] trāsierunt terram. Quoniam sterilis peperit septem: et multa in filiis infirmata est.
B Dominus mortificat, et uiuificat: deducit ad inferos, et reducit. Dominus pauperem facit, et ditat: humiliat, et exaltat. Suscitat à terra pauperem: et de stercore erigit inopem: ut sedere faciat cum potentibus populi, et sedem gloriæ hæreditatem dans eis. Dans uotum uouenti: & benedixit annos iusti. Quoniam non in uirtute potens est uir: Dominus infirmum faciet aduersarium [m] suum, Dominus sanctus. Et non glorietur [n] prudens in prudentia sua: et non glorietur potens in potentia sua: et non glorietur diues in diuitijs suis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, et scire Dominum, et facere iudiciū, et iustitiam in medio terræ. Dominus ascendit in cælos, et tonuit: ipse iudicabit extrema [o] terræ. Et [p] dat uirtutē regibus nostris: et exaltabit cornu Christi sui.
C Et [q] reliquit eū ibi ante Dominū: et abiit in Armathæm. Et puer erat ministrās [r] faciei Domini coram Heli sacerdote. Et filij Heli sacerdotis, filij pestilentes, non scientes Dominum. Et iustificatio sacerdotis ab uniuerso populo sacrificāte. Et ueniebat puer sacerdotis, dum coqueretur caro: et fuscinula tridens in manu eius: et [s] percutiebat in lebetem magnum, uel in caldariā, uel in ollam, et omne, quodcunque ascenderat in fuscinula, sumebat sibi sacerdos. Iuxta hæc faciebant uniuerso Israel, uenientibus sacrificare Domino in Selom. Et antequam adoleretur adeps; ueniebat puer sacerdotis, et dicebat uiro sacrificanti:
D Da carnem ad assandum sacerdoti: et non accipiam à te carnem coctam de lebete. Et dicebat uir sacrificans: Adoleatur primum, sicut decet, adeps: et [t] sume tibi de omnibus, quæ concupiscit anima tua. Et dicebat: Nequaquam; quia nūc dabis: et si non; sumam uiolente. Et erat peccatum, coram Domino, puerorum, magnum ualde, quoniam contemnebant sacrificium Domini. Et Samuel erat ministrans coram Domino, puer accinctus [u] Ephod Bad Et diploidem paruam fecit ei mater eius: et afferebat ei ex diebus in dies, in ascendendo ipsam cum uiro suo ad sacrificandum sacrificium dierum. Et benedixit Heli Elcana, et uxorem eius, dicens: Retribuat tibi Dominus semen ex muliere hac pro commodato, quod commodasti Domino. Et abiit homo ad locum suum. Et
E uisitauit Dominus Annam: et peperit adhuc tres filios, et duas filias. Et magnificatus est puer Samuel coram Domino. Et Heli senex ualde. Et audiuit, quæ faciebant filij sui filijs [x] Israel: et dixit eis: Vt quid facitis iuxta uerbum hoc, quod ego audio ex ore uniuersi populi Domini? Non [y] filii: quoniam non bona auditio, quam ego audio: [z] nolite facere ita; quoniam non bonæ auditiones, quas ego audio; ut faciatis non seruire populum Deo Si peccans peccauerit uir in uirum; et orabunt pro eo ad Dominum. Et, si Domino peccauerit; quis orabit pro eo? Et non audiebant uocem patris sui; quoniam uolens uolebat Dominus

nus disperdere illos. Et puer Samuel ° ibat: et erat bonus cum Domino, et cũ A
hominibus. Et uenit homo Dei ad Heli, et dixit: Hæc dicit Dominus. ^{αα} Reuelans reuelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Ægypto serui in domo Pharaonis: et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel, mihi sacerdotio fungi: ut ascenderẽt ad altare meum, et incenderent incensum, et portarent Ephod. Et dedi domui patris tui omnia, quæ sunt ^{ββ} ignis filiorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in incẽsum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo? Et glorificasti filios tuos super me, ^{γγ} benedicere de primordio omnis sacrificij Israel in conspectu meo. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israel: Dixi; domus tua, et domus patris tui transibunt coram me vsque B
in æternum: Et nunc dicit Dominus: Nequaquam mihi: ^{δδ} quoniam tantum glorificantes me glorificabo. Et ^{εε} qui spernit me, honore priuabitur. Ecce dies veniunt, & exterminabo semen tuum, & semen domus ^{ζζ} patris tui: & non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus: & virum ^{ηη} non exterminabo tibi ab altari meo; vt deficiant oculi eius, & defluat anima eius: & omnis, qui supererit domus tuæ, decident in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos, Ophi, & Phinees: vna die morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem; qui omnia, quæ in corde meo, & quæ in anima mea, faciet & ædificabo ei domum fidelem: & transibit coram ^{θθ} Christo meo ^{ιι} omnibus C
diebus. Et erit, qui supererit in domo tua, ^{κκ} veniet adorare cum obolo argenti, dicens: Iacta me ad ^{λλ} vnam sacerdotiorum tuorum, manducare panem.

α Confirmatum est] *Ita etiam S. Aug. 17. de ciuitat. cap. 4. vbi totum hoc canticum recitat, & magna ex parte explanat. Int. Orig.* Exultauit cor meum. β Lætata sum.] *Ita idem S. Aug. & alij multi. In quibusdã est*, ὅτι ἐφ' ἐστὶν *&* Int. Orig. quia lætata sum. γ Salute.] *Sic etiam liber vetus manuscriptus, in quo cum multiplici psalterio est etiam hoc canticum, & græcum latinis characteribus scriptum, & præterea versum ex græco. In alijs est, & apud Theodoretum in hoc canticum.* ἐν σωτηρίᾳ σου, *& S. Aug. & Int. Origenis,* in salutari tuo. δ Excelsa] *Ita S. Aug. & S. Cyprianus ad Nouatianum, licet 3. testim. habeat,* neque loquamini elata. *Nec plura refert Int. Orig. In alijs codicibus additur* ὑπεροχήν: *& ita habet Eusebius ad Marinum, itemque Diodorus Tharsensis explanans hunc locum & Theodoretus in hoc canticum, itemq. liber manuscriptus, de quo diximus: in quo in latina versione est,* excelsa eminentia. ε Non procedat.] *Alij* μὴ δ' ἐξελθέτω. *Et S Cyp. lib. 3 test.* & non procedat magniloquentia: *ad Nouatianum,* & ne exeat. *S. Aug.* neque procedat magniloquium *Int. Orig. interdum,* nolite multiplicare mala, neque exeat maliloquacitas de ore vestro, *quamuis paulo post pro,* mala, *habeat* excelsa, *& pro* maliloquacitas, magniloquiũ. ζ Scientiarum.] *Ita fere omnes. Liber ille manuscriptus habet* gnoseos, *& latine* scientiæ. *Int. Orig. interdum,* quia fortis in scientia Dominus, *interdum vero,* quia fortis scientiarum Dominus. *Et potuit illud,* fortis, *esse ex Aquilæ interpretatione.* η Et Deus præparans adinuentiones D
suas.] *Symm.* καὶ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτῷ προφάσεις & non sunt apud eum prætextus, & excusationes. *Int. Orig.* & non emẽdauerũt excusantes. θ Arcus potentiũ infirmatus est.] τόξον δυνατῶν ἠσθένησε. *S. Aug. habuit initio,* arcũ potentium fecit infirmum: *sed paulo post habet vt nos, & explanat: itemque Int. Origenis: & S. Cyprianus lib. 3. test.* inualidus factus est arcus. ι Pleni.] *Symm. & Theodotio.* κεχορτασμένοι, saturati. κ Minorati sunt.] ἠλαττώθησαν, *& probat istam versionem quamuis minus latinam, S. Aug. Schol.* αὐτὶ τοῦ ἐμισθώσαντο, locauerunt se, *Aquila* συνετρίβησαν, contriuerunt se. λ Transierunt terram.] *Sic S. Aug. & liber ille manuscriptus, quod græce est* παρῆκαν γῆν. *Symm.* ἀπεσχόντο ἐγένοντο, abundantes facti sunt *Int. Orig. hæc refert ex hoc loco.* saturati panibus deducti sunt ad seruitutem: esurientes dereliquerunt, vsq. quo sterilis peperit septem. μ Vt sedere faciat.] *Ita fere hebræus. In quibusdam codicibus & apud Theodoretum est* τοῦ καθίσαι αὐτόν. *S. Cyp. lib. 3. testim.* Et sedere E
eum facit cum potentibus populi. *S. Aug.* vt collocet eum cum potentibus populi sui. *Liber ille manuscriptus,* vt sedere eos faceret cum potentibus seculi. ν Suum.] *disputat S. Aug. quomodo illud* αὐτοῦ *possit significare* suum, *&* eius. ξ Prudens.] *Ita S. Aug. quod græce* ὁ φρόνιμος ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ. *Theodoretus* ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, *& Lucifer pro S. Athanasio,* sapiẽs in sapiẽtia sua, *itẽq. liber ille manuscriptus. A Cõpl. absunt hæc omnia vsque ad illud,* Dominus ascendit in cælos, *sicut etiam à vulgata.* ο Terra.] *Sic Eusebius lib. 4. de Euang. demonstr. & hebræus. In alijs codicibus & apud Theodoretum hic, q. s. in manuscriptis, & in explanatione huius cantici additur* δίκαιος ὤν. *Et S. Aug.* quia iustus est, *itemque liber ille manuscriptus.* π Et dat] *Ita etiam S. Aug. Alij & Theodoretus,* καὶ δώσει, & dabit. ρ Et reliquit.] *In alijs,* καὶ κατέλιπον & reliqui erunt. *absunt autem ab hebræo, vsque ad illud,* & abijt. *In Complut. autem sunt & illa præterea,* καὶ προσεκύνησαν τῷ κυρίῳ & adorauerunt Dominum. σ Faciei Domini coram Heli.] *Compl.* τῷ κυρίῳ πρὸ προσώπου Ἡλί, Domino ante faciem Heli. τ Percutiebat.] *propius ad hebræum, quàm quod est in alijs,* καθίει, *aut* καθῆκεν, mittebat. υ Et sume.] *Sic hebræus Alij* καὶ τότε λάβε, & tunc sume, *vel* καὶ τότε λήψῃ *& tunc sumes.* φ Ephod Bad.]

A Bad.] *Abest dictio* Bad *à Compl. quæ tamen est in hebræo, & de ea S. Hieronym. ad Fabiolã. Theodoretus q. 7. ex Aquila* ἐπένδυμα ἐξαίρετον, superindumentum insigne, selectum. *Schol. ex Symm.* ἐφοὺδ λινοῦν καὶ ἐφεστρίδα μικράν. Ephud lineum, & palliolum paruum. χ Filijs Israel.] *In Schol. hæc adduntur,* καὶ ὡς ἐκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν παρεστηκυιῶν παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, & quomodo dormiebant cum mulieribus assistentibus ad ianuam tabernaculi testimonij: *nec multo aliter in Compl. videturque hic locus agnosci a Theodoreto q. 16.* ψ Non filij.] *Alii repetunt* μή, non filij, non: *quæ repetitio abest ab hebræo.* * Nolite facere ita: quoniam non bonæ auditiones, quas ego audio.] *Hæc absunt à Compl. & videntur esse altera interpretatio eiusdem sententiæ.* ω Ibat.] *Alii,* ἐπορεύετο, καὶ ἐμεγαλύνετο, ibat, & fiebat magnus. αα Reuelans reuelatus sum.] *Sic S. Aug. q. 17 de ciuit. c. 5. quod græce est,* ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην, *idest,* reuelans reuelaui me. *Lucifer pro S. Athanasio,* manifeste ostendi me. *Nos autem libentius sequimur S. Aug. cuius versio valde tenax verborum est.* ββ Ignis.] τοῦ πυρός, *id est, ex sacrificiis: atque ita habet S. Aug. Lucifer vero* omnia frumenta filiorum Israel, *vt videatur legisse* πυρῶν. γγ Benedicere de primordio.] ἐνευλογεῖσθαι ἀπ' ἀρχῆς. *Et sic hebræus: nec multo aliter Lucifer,* vt benediceres eos a primordio. *Alii & Theodoretus habẽt* ἀπαρχῶν

B *& S. Aug.* benedicere primitias. *Schol.* τοῦ ἐνευλογεῖσθαι ὑμᾶς. vt impinguaretis vos. δδ Quoniam tantum.] ὅτι ἀλλ' ἤ, *& sic sæpe librarius vaticanus, præsertim in his regnorum libris. Compl. habet tantum* ὅτι, *& Lucifer* quoniã, qui honorificãt me. *S. Aug. habet tantũ,* sed, *& Theodoretus* ἀλλ' ἤ. εε Et qui spernit me; honore priuabitur.] καὶ ὁ ἐξουθενῶν με ἀτιμωθήσεται. *S. Ambr. de paradiso cap. xv.* & contẽptor mei honore priuabitur. *Lucifer,* & qui spernit me, ad nihilum redigetur. *Compl. & Theodoretus* καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουδενωθήσονται. *S. August.* & qui spernit me: spernetur; *itemque S. Cyprianus de oratione Dom. & de Zelo.* ζζ Patris tui.] *Ita S. Aug. & Lucifer. Theodoretus autem addit* καὶ ἐπιβλέψεις (*al.* ἐπιβλέψει, *& ita Compl.*) τὸ κραταίωμα ὢν ἐν πᾶσιν οἷς ἀγαθυνεῖ τὸν Ἰσραήλ. Et aspicies firmamentum ὢν in omnibus, quibus benefaciet Israel. *Et multa affert, cur* ὢν *intelligi debeat is, qui vere est Deus;* κραταίωμα *autem sacerdotium, quod secundum ordinem Melchisedec. In Scholio inserto ad finem huius capitis in codice Silertio primum ista ponũtur,* καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ὤν, *&c. deinde adiungitur,* ὁ γὰρ μετὰ πάσης πάντοτε ἰσχύος ὢν δοκιμάσει τίνι ... κατὰ τὸ δέον ἀγαγεῖν τὸν λαόν. Ἀκύλας καὶ ἐπιβλέψει ἀντίζηλον κατοικητηρίου· οἱ ἑβδομήκοντα καὶ Θεοδοτίων καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ὤν. *&c.* Nam qui, inquit, cum omni semper virtute est, iudicabit, quo modo decebat iuxta id, quod cõueniens est, deduci populum. Aquilæ

C & aspicies æmulum habitaculi. lxx. & Theodotionis, & aspicies firmamentum ὤν, *&c. In alio scholio affertur ex Symmacho,* καὶ ὄψει θλίψιν κατοικήσεως ἐν παντὶ ᾧ ἀγαθυνθήσεται Ἰσραήλ. & aspicies tribulationem habitationis in omni, in quo bene fiet Israel. *Fieri potest, vt* ὢν *sit vestigium dictionis hebrææ, quæ significat habitaculum, &* κραταίωμα *hoc loco significet quasi violentam occupationem, sicut paulo ante in hoc capite* κραταιῶς *significauit violente: atque ita idem valebit hæc interpretatio, atque illa Aquilæ, & Symmachi. In Compl. est,* καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ναῶν, *atque ita uertunt,* & aspiciet firmamentũ templorum. *Sed fortasse istud* ναῶν *est similiter uestigium eiusdem dictionis hebraicæ.* ηη Non exterminabo] *Abest illud,* non, *à S. Aug. & a Lucifero quemadmodum & a nonnullis græcis codicibus* οὐκ. *In Compl. est,* καὶ ἄνδρα ὃν οὐκ ἐξολοθρεύσω σοι ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου μου ἐκλείπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. & virum, quem non exterminabo tibi ab altari meo, faciam deficere oculos eius. *Cuius lectionis sunt etiam expressa uestigia in aliis libris. Nostra satis respondet hebræo; nisi quod hebræus* pro oculi eius, *&* anima eius, *habet,* oculi tui, anima tua. θθ Christo meo.] *Ita etiam S. Aug. & conuenit cum vulgata, & hebræo. In aliis est* τῶν χριστῶν μου, Christis meis. *Et S. Cyprianus lib. 1. testim.* in conspectu Christorum meorum. *Ita etiam habet Theodoretus q. 10. in codicibus manuscriptis: & multa in hunc*

D *locum affert, quorum nonnulla referuntur in commentariis ex* Diodoro *Tharsensi.* ιι Omnibus diebus.] *Theodoretus ibid.* Istud, πάσας τὰς ἡμέρας, non conuenit hominibus mortalibus breue tempus viuentibus. *Libuit hunc locum afferre, quoniam in versione latina valde est corruptus.* κκ Veniet adorare ei obolo argenti.] *Sic S. Aug. Compl. habet* ἐν ὀβολῷ ἀργυρίου καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνί. *Et S. Cyprianus lib. 1. test.* in obolo pecuniæ, & in pane vno. *In codice Theodoreti Sirletio est hoc loco insertum huiusmodi Scholion Theodori.* Ad quem, inquit, tantum erit eorum, qui ex genere tuo, discrimen, vt qui ex ijs remanserint, multa cum reuerentia ad eum sint accessuri, & ei tanquam sacerdoti, oblationes allaturi. Hoc enim est προσκυνῆσαι αὐτῷ ἐν ὀβολῷ ἀργυρίου, καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνί. λλ Ad vnam sacerdotiorum tuorum.] ἐπὶ μίαν τῶν ἱερατειῶν σου, *id est,* ad vnam partium sacerdotaliũ tuarum. *S. Aug.* in vnam partem sacerdotij tui: *& testatur nonnullos esse interpretatos,* sacrificij tui.

CAP. III.

E ET puer Samuel erat ministrans Domino coram Heli sacerdote. Et verbũ Domini erat preciosum in diebus illis; non erat visio distinguens. Et factum est in die illa, & Heli dormiebat in loco suo: & oculi eius cœperant grauari: & nõ poterãt videre. Et lucerna Dei ᵃ antequã ᵇ esset instructa; & Samuel dormiebat in templo, vbi arca Dei. Et vocauit Dominus: Samuel, Samuel. Et dixit: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quoniam vocasti me. Et dixit: Nõ vocaui te: reuerte, dormi. Et adiecit Dominus, & vocauit: Samuel, Samuel. Et iuit ad Heli secundo, & dixit: Ecce ego, quoniã vocasti me. Et dixit:

non vocaui te: reuerte, dormi. Et Samuel, antequam cognosceret Deum, & re A
uelaretur ei verbum Domini. Et adiecit Dominus vocare Samuel in tertio. Et surrexit: & iuit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quoniam vocasti me. Et intellexit Heli, quia Dominus uocauit puerum, & dixit: Reuerte, dormi fili. Et erit, si vocauerit te, & dices: Loquere, quoniã audit seruus tuus. Et iuit Samuel, & dormiuit in loco suo. Et venit Dominus, & stetit, & vocauit eũ, sicut semel, & semel. Et dixit Samuel: Loquere, quoniam audit seruus tuus. Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego facio verba mea in Israel: omnis audientis ea tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo super Heli omnia, quæcunq. locutus sum in domũ eius: incipiã, & consummabo. Et annũciaui eis, quia vlciscar ego domũ eius B
vsq. in æternum in iniustitiis filiorum γ eius: quoniam maledicentes Deum filij eius: & non monebat eos. δ Et neque sic: iuraui domui Heli; si propitiabitur iniustitia domus Heli in incenso, & in sacrificijs vsque in æternum. Et dormit Samuel vsq. mane: & surrexit mane, & aperuit ianuas domus Domini. Et Samuel timebat annunciare visionem. Et dixit Heli ad Samuel: Samuel fili. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Quod est verbum, quod dictum est ad te? Noli nunc occultare à me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc adiiciat; si occultaueris à me verbum ex omnibus sermonibus, qui dicti sunt tibi in auribus tuis. Et annunciauit Samuel omnia verba, & non occultauit ab eo. Et dixit Heli: Dominus ipse: quod bonũ C
in conspectu suo, faciet. Et magnificatus est Samuel: & erat Dominus cum eo: & non cecidit de omnibus verbis eius super terrã. Et cognouerunt omnis Israel à Dan, & vsque Bersabee; quia fidelis Samuel in prophetã Domino. Et adiecit Dominus manifestari in Selom: quoniã reuelatus est Dominus ad Samuel. Et ε creditus est Samuel propheta esse Domino in omnẽ Israel ab extremis terræ, & vsque ad extrema. Et Heli senex valde: & filii eius euntes ibant: & maligna via eorum in conspectu Domini.

α Antequam.] *In hebræo dictio quæ significat*, antequam, *valet etiam*, nondum: *quare hoc etiam modo posset accipi hic, consentiente etiam Theodoreto, pro* nondum instructa erat, *vt paulo post*. Et Samuel antequam cognosceret, *pro*, Samuel nondum cognoscebat. β Esset instructa.] ἐπισκευασθῆναι. *Theodoretus q. 11.* κατασκευασθῆναι, *eodem sensu: putatque significari ante mediam noctem: nam media nocte apparabatur lucerna infecto oleo. Compl. habet*, πρὶν ἢ κατασβεσθῆναι, antequam extingueretur. *Scholium insertum codici Theodoreti Sirletio.* Nunquid forte rectè dicunt ij, qui spectant ad editionem Aquilæ, & Symmachi, dicentiũ πρὶν σβεσθῆναι? *Aquila*, καὶ λύχνος τοῦ θεοῦ πρὶν σβεσθῆναι. & lucerna Dei antequam extingueretur. Symmachus, οὔπω ἐσβέσθη, nondum extincta erat. γ Filiorum eius.] *In aliis libris sequitur* ἃς ἔγνω, quas nouit. *Lucifer pro S. Athanasio habet*, propter iniquitatem filiorum eius, quam ego scio. δ Et neque sic.] καὶ οὐδ' οὕτως *Compl.* καὶ οὐχ οὕτως, & non sic, *& fortasse subintelligendum*, & non sic erit, sicut illi putant. Iuraui enim, *&c. Lucifer*. Et nunc sic iuraui domui Heli. ε Et creditus est.] *Pro his vsque in finem, in Compl. sunt tantum hæc* ἐν Σηλὼ κατὰ ῥῆμα κυρίου, In Sylo iuxta verbum Domini. *Ac certe ista*, Et creditus est Samuel propheta (*aut, vt alii libri*, εἰς προφήτην, in phophetam) esse Domini in omnem Israel, ab extremis terræ & vsque ad extrema, *videri possunt alia interpretatio præcedentis sententiæ*, & cognouerunt omnis Israel, *&c. Sed postrema*, Et Heli senex valde, *&c. referuntur etiam à Lucifero ibidem.* E

CAP. IV.

ET factum est α in diebus illis: & congregantur alienigenæ aduersus Israel ad bellum. Et exiit Israel in occursum eis in bellum: & castrametantur super Abenezer. Et alienigenæ castrametantur in Aphec: & aciem instruũt alienigenæ in prælium super Israel. Et inclinauit prælium: & cecidit vir Israel coram alienigenis: & percussi sunt in acie in agro quatuor millia virorum. Et venit

A nit populus in castra: & dixerunt seniores Israel: Ad quid [β] deficere nos fecit Dominus hodie coram alienigenis? Sumamus arcam Dei nostri de Selom: & egrediatur [γ] è medio nostri: & saluabit nos de manu inimicorum nostrorum. Et misit populus in Selom: & tollunt inde arcam Domini [δ] insidentis Cherubim. Et ambo filij Heli cum arca, Ophi, & Phinees. Et factum est, vt venit arca Domini in castra; & exclamauit vniuersus Israel voce magna: & sonuit terra. Et audiuerũt alienigenæ clamorem: & dixerunt alienigenæ: [ε] Quis clamor magnus hic in castris hebræorum? Et cognouerunt, quia arca Domini venit in castra. Et timuerunt alienigenæ, & dixerunt: Hi Dij venerunt ad eos in castra. Veh nobis. Erue nos Domine hodie: quoniam non est facta [ζ] talis heri, & nudiustertius. Veh nobis.
B Quis eruet nos de manu Deorum [η] firmorum horum. Hi sunt Dij, qui percusserunt Ægyptum in omni plaga, & in deserto. Inualescite, & estote in viros alienigenæ; vt non seruiatis hebræis, sicut seruierunt nobis: & estote in viros, & impugnate eos. Et impugnarunt eos Et cadit vir Israel, & fugit vnusquisq. ad tabernaculum suum. Et facta est plaga magna valde. Et ceciderunt de Israel triginta millia [θ] ordinum. Et arca Dei capta est: & vtrique filij Heli mortui sunt, Ophni, & Phinees. Et cucurrit vir Ieminæus è prælio: & venit in Selom in die illa: & [ι] vestimenta ipsius discissa: & terra super caput eius. Et venit. Et ecce Heli super sellam apud ostium speculans viam: quoniam erat cor eius pauens pro
C arca Dei. Et homo intrauit in ciuitatem ad annunciandum. Et exclamauit ciuitas; & audiuit Heli vocem clamoris, & dixit: Quæ vox clamoris huius? Et homo festinans intrauit, & annunciauit Heli. Et Heli erat filius [κ] nonaginta annorum: & oculi eius [λ] steterant; & non perspiciebat: Et dixit Heli viris assistentibus sibi: Quæ vox soni huius? Et vir festinãs accessit ad Heli, & dixit ei: Ego sum qui veni è castris: & ego fugi è prælio hodie. Et dixit Heli: Quodnam verbum, quod factum est, fili? Et respondit puer, & dixit: Fugit vir Israel à facie alienigenarum, & facta est plaga magna in populo: & ambo filii tui mortui sunt, & arca Dei capta est. Et factum est, vt meminit arcæ Dei; & cecidit de sella retror-
D sum iuxta portam: & contribulatũ est dorsum eius, & mortuus est: quoniam senex erat homo, & grauis: & ipse iudicabat Israel [μ] viginti annos. Et nurus eius vxor Phinees cum concepisset ad pariendum; & audiuit nuncium, quia capta est arca Dei, & quia mortuus est socer suus, & vir suus: & [ν] plorauit, & peperit: quoniam irruerant in eam dolores sui. [ξ] Et in tempore suo moritur, & dicebant ei mulieres assistentes ei: Ne timeas, quoniam filium peperisti. Et nõ respondit, & non cogitauit cor eius. Et vocauit puerum [ο] Væbarchaboth pro arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo. Et [π] dixerunt: Transmigrauit gloria Israel, [ρ] in eo, quod capta est arca Domini.
E

[α] In diebus illis.] *Ita etiam Lucifer pro S. Athanasio. Complut.* καὶ ἐγένετο ῥῆμα Σαμουὴλ πρὸς πάντα Ἰσραήλ, *quod in vulgata est in extremo pręcedentis capitis*. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli. [β] Deficere nos fecit.] *Sic Lucifer. Videtur enim illud* ἔθραυσεν, *sumptum esse transitiue more hebraico. Compl.* διατί ἄρα ἔθραυσεν, Quare igitur quassauit. [γ] E medio.] *Compl.* ἐν μέσῳ, in medio: *& sic Lucifer. vulgata*, & veniat in medium nostri. [δ] Insidentis Cherubim.] καθημένου χερουβίμ. *Lucifer*, vbi sedebat Cherubim. *Compl.* κυρίου τῶν δυνάμεων, οὗ ἐπεκάθητο τὰ χερουβίν, Domini virtutum vbi insidebant Cherubim. [ε] Quis clmor magnus hic.] *Compl.* τίς ἡ φωνὴ τοῦ ἀλαλάγματος τούτου ἡ μεγάλη αὕτη. Quæ est vox magna hæc iubilationis huius. [ζ] Talis.] *Est hebraismus, & valet*, non est factum simile quid. *Compl.* ὅτι οὐ γέγονε οὕτως, quia non fuit sic. [η] Firmorum.] στερεῶν. *Compl.* στερεωτέρων. firmiorum. *Theodoretus q.13. habet in numero singulari* τοῦ θεοῦ στερεοῦ τούτου, οὗτος ὁ θεὸς ὁ πατάξας, Dei firmi huius; hic est Deus, qui percussit. [θ] Ordinum.] *Id est peditum descriptorum.*

plorum Lucifer uirorum. ι Vestimenta ipsius discissa.] *Refert Theodoretus q.43. Aquilã dixisse* μανδύαν *διερρηγμένην*, mantellum laceratum. κ Nonaginta.] *Compl. addit* καὶ ὀκτώ, & octo, *vt vulgata.* λ Stete- A
rant.] ἐπαρέστησαν: *obriguerant, aut quasi se exeruerant extra locum suum, aut suo amplius officio non fungeban tur. hebræus habet*, steti. *Compl.* ἐβαρύνθησαν, grauati erant. μ Viginti.] *Ita vetusti codices: & sic Eusebius in Chronicis affirmat scripsisse lxx. & ita Lucifer. Sed in impressis græcis est* τεσσαράκοντα, quadraginta, *quemadmodum etiam in vulgata.* ν Plorauit.] *Compl.* καὶ ἐστενώθη, & angustiata est: *vulgata*, incuruauit se. ξ Et in tempore suo moritur, & dicebant.] *Est locutio, quæ hoc significat*, dum ipsa moreretur, in ipso tempore mortis eius dicebant ei mulieres. ο Væbarchaboth.] *Compl.* ἰχαβώθ, *quod propius accedit ad uulgatam* Icabod. *Vide infra cap. 14. Nonnulla autem sunt hic in hebræo, & uulgata, quæ absunt etiam a Compl.* π Dixerunt.] *Compl.* εἶπεν, dixit. ρ In eo, quod capta est.] ἐν τῷ λημφθῆναι. *Compl.* ὅτι ἐλήφθη ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, quoniam capta est arca Dei.

C A P. V.

ET alienigenæ ceperunt arcam Dei: & intulerunt illam ex Abenezer in Azotum. Et ceperunt alienigenæ arcam Domini: & intulerunt eam in domum Dagon: & collocauerunt illam iuxta Dagon. Et mane vigilauerunt Azotii, & intrauerunt in domum α Dagon: & viderunt: & ecce Dagon cecidit in faciem β suam ante arcam Dei. Et erexerunt Dagon, & statuerunt in locum suum. γ Et grauata est manus Domini super Azotios: & cruciauit illos, & percussit illos in δ sedibus eorum, Azotum, & regiones eius. Et factum est, cum mane vigilassent; & ecce Dagon ceciderat in faciem suam ante arcam testamenti Domini: & caput Dagon, & ε ambo vestigia manuum eius super anteriora Amapheth singuli, & ambo articuli manuum eius ciciderant in limen. Tantummodo truncus Dagon remanserat. Propter hoc non incedunt sacerdotes Dagon, & omnis intrans in domum Dagon, super limen domus Dagon in Azoto vsque in diem hanc: quoniam trascendentes transcendunt. Et ζ grauata est manus Domini super Azotum: & induxit eis, & efferbuit eis in nauibus, & medium regionis eius expullularunt mures. Et facta est confusio mortis magna in ciuitate. Et viderunt viri Azotij, η quoniam sic: & dicunt: quoniam non sedebit arca Dei Israel nobiscum: quoniam dura est manus illius super nos, & super Dagon Deum nostrum. Et mittunt, & congregant θ satrapas alienigenarum ad se, & dicunt: Quid faciemus arcæ Dei Israel? Et dicunt Gethæi: Transeat arca Dei ad nos. Et transiijt arca Dei Israel in Geth. Et factum est, postquam ipsa transiit; & fit manus Domini ι ciuitati, turbatio magna valde: & percussit viros ciuitatis à paruo vsque ad magnum, & percussit eos in sedibus eorum. Et fecerunt sibi Gethæi κ sedes: et emittunt arcam Dei in Ascalonem. Et factum est, vt intrauit arca Dei in λ Ascalonem; et clamauerunt Ascalonitæ, dicentes: Quid conuertistis arcam Dei Israel ad nos, ad mortificandum nos, et populum nostrum? Et mittunt, et congregant satrapas alienigenarum, et dixerunt: Emittite arcam Dei Israel, et μ resideat in loco suo: et non morti dabit nos, et populum nostrum: quia facta est confusio in ciuitate tota, grauis valde, vt intrauit arca Dei Israel ν illuc. Et qui viuebant, et non sunt mortui; ξ percussi sunt in sedibus. Et ascendit clamor ciuitatis ad cælum.

α Dagon.] *Sic & Lucifer. In aliis sequitur* τῇ ἐπαύριον, *quod in uulgata est* altera die. β Suam.] *Ita etiã Lucifer. In Compl. additur* ἐπὶ τὴν γῆν, *quod in vulgata est*, in terra. γ Et grauata est.] *Hæc usque ad*, Et factum est, *hoc eodem loco habentur apud Luciferum: sed in Compl. paulo post, ubi in uulgata.* δ Sedibus eorum.] εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, *nec multo aliter Aquila*, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἕδραις, *Symm.* καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς κατὰ τῶν κρυπτῶν. *quod uulgata*, & percussit in secretiori parte natium. *Alii ex hebræo uertunt*, in locis altis, *aut* in mariscis, *aut* in constrictionibus. *Lucifer autem hic habet*, in domibus eorum: *licet paulo post eadem dictio græca apud*

ea apud ipsum quoque vertatur, sedibus. ε Et ambo vestigia manuum eius super anteriora Amapheth
V singuli.] *Hęc & quæ sequuntur*, & ambo articuli manuum eius ceciderant in limen, *sunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ: quod facile ex hebræo, & vulgata constare potest. Illud autem* Amapheth, *aut, vt in aliis*, Aphethem, *est vestigium dictionis hebraicæ, quę significat* limen: *& in aliquo libro vtrumque coniungitur* τῶν καρπῶν ἀφφεθ. *In* Compl. *autem est tantum* τῶν καρπῶν. *Illud* singuli, ἕκαστος, *in aliis est*, ἕκαστον, vnumquodque. *Lucifer videtur habuisse* ἕκαστον, *cum aliqua alia varietate. Ita enim inquit*, & ambo vestigia manus eius ablata erant per partes centum. *Qui non animaduerterunt coniunctas esse duas interpretationes, verisimile est putasse priore loco legendum esse* ἴχνη τῶν ποδῶν, vestigia pedum: *quod est in Compl. & aliis libris. Theodoretus q. 13. ita hoc factum narrat*, Inuenerunt eum postridie contritum, & extremis partibus priuatum. ζ Et grauata est.] *Pro his usque ad illud*, Et viderunt, *in Compl. habentur ea, quæ paulo superius indicauimus. Lucifer hoc loco hæc tantum refert*, Et grauata est manus Domini super Azotum, & induxit illis mures: & facta est confusio mortis magna in ciuitate. *Theodoretus eadem q. 13. uidetur indicare non ante expullulasse mures, quàm arca fuit relicta in agro: quod dicitur in sequenti capite.* η Quoniam sic.] *Ita hebræus, & subintelligendum est*, percussi sunt *Lucifer*, quoniam sic est. *Compl.* ὅτι οὕτως γίγνεται αὐτοῖς, quoniam sic euenit
B eis. θ Satrapas.] *Lucifer habet*, reliquos: *sed ex loco inferiore apparet hic etiam apud eum esse legendum*, regulos. ι Ciuitati.] *Alii* ἐν τῇ πόλει *& Lucifer* in ciuitate. κ Sedes.] *Hæc sententia abest à Compl. vt à vulgata. Lucifer habet*: & ebulliuit illis mures in sedibus: & fecerunt sibi Getthæi sedes pelliceas. *Theodoretus habet* ἕδρας χρυσᾶς, sedes aureas: *pro quo inquit cæteros esse interpretatos*, καὶ ἐσαλεύθησαν αὐτῶν αἱ ἕδραι, & vndique resolutæ sunt eorum sedes: *quod vulgata*, & computrescebant partes extales eorum. λ Ascalonem.] *Ita etiam* Theodoretus. *& Lucifer. Compl.* ἀκκαρῶνα, *& vulgata* Accharon. μ Residear.] καθίσατω. *Alii* ἀποστραφήτω, *aut* ἀποστρεψάτω: *& Lucifer*, reducatur. ν Illic.] *Abest dictio ista à Lucifero, & Compl sed non ab hebræo: a quo vicissim illa absunt*, vt intrauit arca Dei Israel. ξ Percussi sunt in sedibus.] *Theodoretus eadem q. 13. agnoscit hoc esse ex lxx. addit autem Aquilam dixisse*, τὸ τῆς φαγεδαίνης ἕλκος ἐνόσουν, laborarunt vlcere exedente quod vocant Phagedænam, *Iosephum autem docuisse, in dysenteriæ illos incurrisse morbum: atque ista, quomodo non discrepent inter se, accurate disputat.*

C CAP. VI.

ET fuit arca in agro alienigenarum septem menses: & efferbuit terra eorũ mures. Et alienigenæ vocant sacerdotes, & vates, & incantatores suos, dicentes: Quid faciemus arcæ Domini? Notum facite nobis, in quo mittemus eam ad locum suum. Et dixerunt: Si dimitittis vos arcam testamenti Domini Dei Israel; ne dimittatis eam inanem: sed reddentes reddite ei [a] pro cruciatu: & tunc curabimini: & depropitiabitur vobis. Nũquid nõ recedet [b] manus eius à vobis? Et dicunt: Quid est, quod pro cruciatu reddemus ei? Et dixerunt: Iuxta numerum γ satraparum alienigenarum quinque sedes aureas: quo-
D niam delictum in vobis, & principibus vestris, & populo: & [d] mures aureos similitudinem murium vestrorum corrumpentium terram. Et dabitis Domino gloriam; vt alleuet manum suam à vobis, & à Dijs uestris, & à terra vestra. Et vtquid aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suũ? Nõne quando illusit eis; dimiserũt eos, & abierũt? Et nũc sumite, & facite plaustrũ nouũ, & duas vaccas primo enixas [e] sine filiis: & iungite vaccas in plaustro: & abducite filios à post eas in domum. Et sumetis arcam: & ponetis eam super plaustrũ: & vasa aurea reddetis ei pro cruciatu: & ponetis in ζ capsula Bersechthan, [η] à parte eius. Et dimittetis eam: [θ] & expelletis eã, & abibitis: & videbitis. Si viã
E finiũ suorũ ibit [ι] post Bethsamys; ipse fecit nobis malum magnũ hoc. Et si non; & cognoscemus, quia nõ manus eius tetigit nos: sed accidens hoc euenit nobis. Et fecerunt alienigenæ sic: & sumpserunt duas vaccas primo enixas: & iunxerunt eas in plaustro: & filios earum abstraxerunt in domũ: & posuerunt arcam Domini super plaustrũ, & [κ] capsulam Ergab & mures λ aureos. Et direxerũt vaccæ in via ad viam Bethsamys: in semita vna ibant, & laborabant: & non declinauerunt à dextera, neque à sinistra. Et satrapæ alienigenarum ibant post eam vsque ad fines Bethsamys. Et qui in Bethsamys, metebant messem frumentorum in

in valle. Et eleuauerunt oculos suos,& viderũt arcam Domini:& lætati sunt in A
occursum eius. Et plaustrum intrauit in agrum Osee, qui in Bethsamys. ᵉ Et sta
tuerunt ibi apud eã lapidẽ magnũ. Et scindunt ligna plaustri, & vaccas attulerũt
in holocaustosim Domino. Et Leuitæ attulerũt arcam Domini,& capsulam Er-
gab cum ea, & quæ super eam vasa aurea:& posuerunt super lapidem magnum.
Et viri Bethsamys attulerunt holocaustoses,& sacrificia in die illa Domino. Et
quinque satrapæ alienigenarum videbant:& reuerterunt in Ascalonem die illa.
Et hæ sunt sedes aureæ, quas reddiderũt alienigenæ pro cruciatu Domino: Azo
ti vnam: Gazæ vnam, Ascalonis vnam: Geth vnam: Acaron vnam. Et mures au
rei iuxta numerum omnium ciuitatum alienigenarum quinque satraparum à B
ciuitate ᵛ confirmata, & vsque ad pagum Pherezæi, & vsque ad lapidem ma
gnum: in quo imposuerunt super eum arcam testamenti ξ Domini, quæ erat in
agro Osee Bethsamytæ. ᵒ Et non sunt delectati filii Iechoniæ in viris Bethsa-
mys; quia viderant arcam Domini. Et percussit in eis septuaginta viros,& quin
quaginta millia ϖ virorum. Et luxit populus, quia percusserat Dominus in po-
pulo plagam magnam valde. Et dixerunt viri, qui de Bethsamys: Quis poterit
ρ transire coram Domino Deo sancto isto? Et ad quem ascendet arca Domini à
nobis? Et mittunt nuncios ad inhabitantes Cariathiarim, dicentes: σ Redire fe-
cerunt alienigenæ arcam Domini: Descendite, & adducite eam ad vos ipsos. C

α Pro cruciatu.] *In nostra est tantum τῆς βασάνου, Sed vsitatum est huiusmodi locis subintelligi ὑπὲρ (vt hic habet Compl.) aut simile quiddam. In aliquo libro est τὸ τῆς βασάνου. Vsi autem sumus dictione cruciatus, imitati Luciferum qui βασανίζειν solet interpretari* cruciare. *Vulgata habet* pro peccato. *Alij ex hebræo vertunt*, culpatorium, *idest hostiam pro peccato, & culpa.* β Manus eius à vobis?] *Sic chaldæus: & videtur satis apta sententia. Vulgata autem*, & tunc curabimini,& scietis, quare non recedat manus eius à vobis. γ Satraparum.] *Ita hebræus Alij τῶν σατραπειῶν*, prouinciarum. δ Et mures aureos.] *In Compl. καὶ πέντε μύας χρυσοῦς, &* quinque mures aureos. *Et in aliquo libro sequitur ὁμοίωμα τῶν ἑδρῶν ὑμῶν, καὶ ὁμοίωμα τῶν μυῶν*, similitudinem sedium vestrarum & similitudinem murium, *&c. quod respondet vulgatæ;* ε Sine filijs.] *In Compl. additur, ἐφ' ἃς οὐκ ἐπετέθη ζυγὸς* super quas non est impositum iugum. *In hebræo hoc est: istud autem* sine filijs, *minime.* ζ Capsula Bersechtan.] *ἐν θέματι βερσεχθὰν, Compl. habet tantum ἐν θέματι. Theodoretus q. 13.* Ea autem posuerunt in quodã vase quod lxx. quidem dixerunt Boergaz. (*& est ipsa dictio hebræa cum præpositione significans*, in capsa) Iosephus autem *γλωσσόκομον*, loculum, marsupium. *Symm. θέτε ἐν τῷ λαρνακιδίῳ παρὰ πλευρὰν αὐτῆς* ponite in scrinio à latere eius. *Aquila ἐν ὑφαντῷ*, in texto cõmæ. *Addit Scholiastes citans Theodoretum.* Illud *βοεργὰζ*, nonnulli quidem dixerunt textilem quasi cophinum; nonnulli autem ex capillis compositum: qualia sunt ea, quæ dicuntur *σακκία*. Quodcunque autem denique sit illud, quod olim sic vocaretur, perspicuum est illos dixisse in re aliqua noua omnino,& apta alicubi ferenda esse huiusmodi anathemata. η A parte.] *In Compl. sunt iunctæ duæ interpretationes, ἐκ πλαγίων μέρους.* θ Et expelletis eam, & abibitis.] *In alijs tantum est καὶ ἀπελεύσεται*, & abibit. ι Post Bethsamys.] *μετὰ βαιθσαμύς Alij κατὰ βαιθσαμύς, & vulgata*, contra Bethsames. *In hebræo nulla est præpositio.* κ Capsulam Ergab] *τὸ θέμα ἐργὰβ, In alijs* Ergaz, *& est eadem dictio hebræa, quæ superius, sed hic sine præpositione. ac rursus in Compl. est tantum τὸ θέμα, quod est interpretatio dictionis* Ergaz. λ Aureos.] *In alijs additur, καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ἑδρῶν αὐτῶν*, & imagines sedium suarum. μ Et statuerunt.] *Compl. καὶ ἔστη ἐκεῖ παρὰ λίθον μέγαν*, & stetit ibi iuxta lapidem magnum. ν Confirmata.] *ἐστερεωμένης. Schol.* Aquila inquit *ἰσχυρᾶς*, forti, Symm. autem *τετειχισμένης ἕως κώμης ἀτειχίστου, καὶ ἕως ἄβελ τῆς μεγάλης, δι' ἧς ἀφῆκαν τὴν κιβωτὸν κυρίου* murata vsque ad villam, quæ erat sine muro,& vsque ad Abel magnam, per quam dimiserunt arcam Domini. *Illud quidem τοῦ φερεζαίου, quod est etiam in Compl. factũ est ex dictione hebræa, quæ significat* absq. muro. ξ Domini.] *In alijs sequitur ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. quod in vulgata coniungitur cum sequentibus*, quæ erat vsque in illa die in agro, *&c.* ο Et non sunt delectati filij Iechoniæ, in viris Bethsamys, quia viderãt arcam Domini.] *Sic etiam Theodoretus q. 14. Sed Compl. καὶ ἐπάταξεν ἄνδρας βαιθσαμυς, ὅτι εἶδον τὴν κιβωτὸν κυρίου*, Et percussit viros Bethsames, quia viderant arcam Domini. ϖ Virorum] *In Compl. & apud Theodoretum additur ἐκ τοῦ λαοῦ*, de populo: *quod tamen in hebræo nõ est hic, sed in superiore mẽbro pro eo, quod græce est ἐν αὐτοῖς* in eis. ρ Transire] *διελθεῖν Compl. & Theodoretus παραστῆναι ἐνώπιον κυρίου τοῦ ἁγίου τούτου*, stare coram Domino sancto hoc? σ Redire fecerunt,] *ἀπεστρέψαντο. Alij ἀπέστρεψαν, aut ἀπεστρέψασι, aut ἀπεστράφησαν eodem sensu.* D E

CAP. VII.

ET veniunt viri Cariathiarim:& reducunt arcam testamenti Domini. Et
introducunt eam in domum Aminadab, quæ in colle. Et Eleazarum filiũ
eius

eius sanctificauerunt ad custodiendam arcam testamenti Domini. Et factum est, ex qua die fuit arca in Cariathiarim; multiplicati sunt dies: & fuerũt viginti anni. Et [α] respexit omnis domus Israel post Dominum. Et dixit Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro vos reuertitis ad Dominum; circumauferte Deos alienos de medio vestri, & [β] lucos: & præparate corda vestra erga Dominũ: & seruite illi soli: & eruet vos de manu alienigenarum. Et circumabstulerunt filii Israel Baalim, & lucos Astharoth: & seruierunt Domino soli. Et dixit Samuel: Congregate vniuersum Israel in Massephat: & orabo pro vobis ad Dominũ. Et conuenerunt in Massephat: & hauriũt aquã & effundebãt coram Domino super terram: & ieiunarũt in die illa: & dixerunt:
B Peccauimus coram Domino. Et [γ] iudicabat Samuel vniuersum Israel in Massephat. Et audierunt alienigenæ; quia congregati sunt omnes filii Israel in Massephat. Et ascenderunt satrapæ alienigenarum super Israel. Et audiũt filii Israel, & timuerunt à facie alienigenarum. Et dixerunt filij Israel ad Samuel: Ne taceas à nobis; vt [δ] non clames ad Dominum Deum tuum: & saluabit nos de manu alienigenarum. Et sumpsit Samuel agnum lactentem vnum: & attulit eum holocaustosim cum vniuerso populo Domino. Et clamauit Samuel ad Dominum pro Israel: & exaudiuit eum Dominus. Et erat Samuel offerens holocaustosim: & alienigenæ accesserunt in prælium super Israel. Et tonuit Dominus in voce
C magna in die illa super alienigenas: & confusi sunt, & ceciderunt coram Israel. Et exierunt viri Israel è Massephat: & persecuti sunt alienigenas: & percusserũt eos vsque sub Bethchor. Et sumpsit Samuel lapidem vnum: & statuit illum inter Massephat, & inter veterem. Et vocauit nomen eius Abenezer, [ε] lapis adiutoris. Et dixit: Vsque huc adiuuit nos Dominus. Et humiliauit Dominus alienigenas: & non adiecerunt vltra accedere ad terminum Israel. Et facta est manus Domini super alienigenas omnibus diebus Samuel. Et redditæ sunt ciuitates, quas ceperant alienigenæ de filijs Israel: & [ζ] reddiderunt se ipsi Israel ab [η] Ascalone vsque Azob, & terminum Israel abstulerunt de manu alienigenarum. Et
D fuit pax inter Israel, & inter Amorræum. Et iudicabat Samuel Israel omnibus diebus vitæ suæ: & ibat per annum annum, & circuibat Bæthel, & Galgala, & Massephat: & iudicabat Israel in omnibus [θ] sanctificatis his. Reuersio autem eius erat in Armathæm: quoniam ibi erat domus eius: & iudicabat ibi Israel: & ædificauit ibi altare Domino.

[α] Respexit.] ἐπέβλεψεν. *Alij* ἐπέβλεψαν, respexerunt. *Compl.* ἐπέστρεψε, reuertit. *Vulgata*, requieuit: *& sic Chaldæus. Alij dictionem hebræam interpretantur* lamentati sunt. [β] Lucos.] *Theodoretus in extremo q.* 14. ἄλση autem Aquila interpretatus est ἀστρώθ, idest simulacra Astartes. Astartem autem vocãt Venerem ex astro cognomen facientes. Hanc enim esse Luciferum fabulantur. *Hinc colligi potest, vbi paulo post habetur etiã in Cõpl.* Lucos Astaroth, *esse iunctas duas interpretationes nimirũ lxx. & Aquilæ.* [γ] Iudicabat.]
E ἐδίκαζε *Compl.* ἐδίκασε iudicauit. [δ] Vt non clames.] τοῦ μὴ βοᾶν, *& in aliquot libris additur* σαμουὴλ, Samuel. *Sed Compl.* τοῦ βοᾶν, clamando. [ε] *Lapis.*] *Alij*, ὁ σημαίνει λίθος, quod significat lapis. *S. Aug.* 17 *de ciuit. ca.* 7. *ita refert hũc* locum, & statuit illum inter Maspha nouam, & veterem & vocauit nomen eius Abenezer, quod est latine, lapis adiutorij. *S. Cyp.* 2. *test.* Abennezer, idest, lapis auxiliator. [ζ] Et reddiderunt se ipsi Israel.] *Absunt hæc à Compl. Et fieri quidem potest, vt illud* καὶ ἀπέδωκεν αὐτάς, *sit admistum ex alia interpretatione, illud quidem* ipsi Israel τῷ ἰσραὴλ, *est etiam in hebræo, & vulgata.* [η] Ab Ascalone vsque Azob.] *Alii* ἀπὸ ἀκκαρὼν ἕως γέθ, ab Accaron vsque Geth, *vt vulgata. Verba autẽ quæ sequũtur, varie coniũgi possunt. Propius enim vulgatæ esset, si diceremus* ab Accaron vsq. Geth, & terminũ (*scilicet*, earũ,) Israel abstulerunt de manu alienigenarum. *Et ita hebræus, nisi quod addit illud*, earum, *& pro*, abstulerunt *habet*, liberauit. [θ] Sanctificatis.] ἡγιασμένοις. *Lucifer pro S. Athanasio* sanctificationibus. *Compl.* τόποις, locis.

CAP.

CAP. VIII. A

ET factum eſt, vt ſenuit Samuel; & conſtituit filios ſuos iudices ipſi Iſrael. Et hæc nomina filiorum eius. Primogenitus Ioel: & nomen ſecundi Abia: Iudices in Berſabee. Et non ambulauerunt filii eius in via eius: & declinauerunt poſt ᵃ conſummationem: & accipiebãt dona, & peruertebant iuſtificationes. Et congregantur viri Iſrael, & veniunt in Armathæm ad Samuel: & dixerunt ei: Ecce tu ſenuiſti: & filii tui non ambulant in via tua. Et nunc conſtitue ſuper nos regem ad iudicandum nos; ſicut & cæteræ gentes. Et malum fuit verbum in oculis Samuel, quia dixerunt: da nobis regem ad iudicandum nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Et dixit Dominus ad Samuel: Audi vo- B
cem populi iuxta quæcunque loquantur tibi: quoniam non te ſpreuerunt: ſed me ſpreuerunt, vt non regnem ſuper eos, ſecundum omnia facta, quæ fecerunt mihi, ex qua die eduxi eos ex Ægypto vſque in diem hanc: & dereliquerunt me, & ſeruiebant Dijs aliis. Sic ipſi faciunt & tibi. Et nunc audi vocẽ eorum. Tantummodo conteſtans conteſtaberis eis: & annunciabis eis iuſtificationem regis, qui regnabit ſuper eos. Et dixit Samuel omne verbum Domini ad populum petentes ab eo regem. Et dixit: Hæc erit iuſtificatio regis, qui regnabit ſuper vos. Filios veſtros capiet, & ponet eos in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, et præcurſores curruum ſuorum: et ᵇ ad ponendum eos ſibi centurio- C
nes, et Chiliarchos, et ad metendum meſsem ipſius, et vindemiandam vindemiam ipſius, et ad faciendum vaſa bellica ipſius, et vaſa currum ſuorum. Et filias veſtras capiet in vnguentarias, et in coquinarias, et in panificas. Et agros ueſtros, et vineas veſtras, et oliueta veſtra bona capiet, et dabit ſeruis ſuis: et ſemina ueſtra, et vineas veſtras decimabit, et dabit eunuchis ſuis, et ſeruis ſuis. Et ſeruos veſtros, et ſeruas ueſtras, et armenta, boum ueſtra bona, et aſinos ueſtros capiet, et decimabit ad opera ſua: et greges ueſtros decimabit: et uos eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa a facie regis ueſtri, quem elegeritis uobis: et non exaudiet Dominus uos in diebus illis: quoniam uos elegiſtis uobis ipſis regem. D
Et noluit populus audire Samuel: et dixerunt ei. Nequaquam: ſed rex erit ſuper nos: et erimus etiam nos, ſicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noſter: et egredietur ante nos: et bellabit bellum noſtrum. Et audiuit Samuel omnia uerba populi: et locutus eſt eos in aures Domini. Et dixit Dominus ad Samuel: Audi uocẽ eorum: et regnare fac eis regem. Et dixit Samuel ad uiros Iſrael: Recurrat unuſquiſque ad ciuitatem ſuam.

ᵃ Conſummationẽ] *τῆς συντελείας & ualet hoc loco* utilitatem propriam: *quæ eſt peſtis reip. Symm. ἀλλὰ μετέκλινον ἀκολουθοῦντες πλεονεξίᾳ.* ſed declinauerunt ſequentes auaritiam *Aquila, & Theodotio. καὶ ἐξέκλιναν ὀπίσω τῆς πλεονεξίας*, & declinauerunt poſt auaritiam. ᵇ Ad ponendum] *Sic hebræus Compl. θεῖναι.* ponet. E

CAP. IX.

ET vir de filiis Beniamin: & nomen ei Cis, filius Abiel filij Iared, filij Bachir, filij Aphec, filij viri Ieminæi, vir potens. Et huic filius: & nomen ei Saul, procerus vir bonus: & non erat in filijs Iſrael bonus ſuper eum: ab humero, & ſupra excelſus ſuper omnẽ ᵃ terram. Et perierunt aſinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filium ſuum: Sume tecum vnum puerorum: & ſurgite, & ite,

A ite,& quærite asinas. Et transierunt per montem Ephræm,& transierunt per terram Selcha,& non inuenerunt: & transierunt per terram Segalim, & non erãt: & transierunt per terram Iamin, & non inuenerunt. Ipsis autem venientibus in Siph,& Saul dixit puero suo, qui secum: Veni,& reuertamus, ne omittens pater meus [b] asinas, solicitus sit quæ de nobis. Et dixit ei puer: Ecce nunc homo Dei in ciuitate hac,& homo honoratus: omne quodcunque locutus fuerit, eueniens aderit. Et nunc [y] eamus, vt annunciet nobis viam nostram, super quam ibimus super eam. Et dixit Saul puero suo, qui secum: Et ecce ibimus: & quid feremus homini Dei? quoniam panes defecerunt de vasis nostris: & plus non est
B nobiscum ad afferendum homini Dei. [d] Quod est nobis? Et adiecit puer respondere Sauli,& dixit: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli argenti: & dabis homini Dei: & annunciabit nobis viam nostram. Et antea in Israel hæc dicebat vnusquisque in eundo ad interrogandum Deum: Veni, & eamus ad videntem: [e] quoniam prophetam vocabat populus antea, Videns. Et dixit Saul ad puerum suum: Bonum est verbum. Veni,& eamus. Et iuerunt in ciuitatem, vbi erat ibi homo Dei. Ipsis ascendentibus ascensionem ciuitatis, & ipsi inueniunt puellas exeuntes ad hauriendam aquam: & dicunt eis: Si est hic videns? Et responderunt puellæ eis,& dicunt eis: Est: ecce ad faciem [ʒ] vestram.
C Nunc per [a] diem venit in ciuitatem, quoniam sacrificium hodie populo in [b] Bama. Cum ingressi fueritis in ciuitatem, sic inuenietis eum in ciuitate, priusquã ipse ascendat in Bama ad manducandum: quoniam non manducabit populus, quoadusque ipse ingrediatur: quoniam hic benedicit sacrificium: & post hæc comedunt hospites. Et nunc ascendite; quia per diem inuenietis eum. Et ascendunt ciuitatem. Ipsis ingredientibus in mediũ ciuitatis,& ecce Samuel exiit in occursum eorum ad ascendendum in Bama. Et Dominus reuelauerat aurem Samuel die vna, antequam veniret ad eum Saul, dicens: Sicut [a] tempus, cras mittã ad te virum de terra Beniamin: & vnges eum in principem super populum
D meũ Israel: & saluabit populũ meum de manu alienigenarum: quoniã respexi super humiliationem populi mei: quia venit clamor eorum ad me. Et Samuel vidit Saul:&Dominus respondit ei: Ecce homo, quem dixi tibi. Hic principabitur in populo meo. Et accessit Saul ad Samuel in medium ciuitatis, & dixit: Annuncia nunc, qualis est domus videntis. Et respondit Samuel Sauli, & dixit: Ego sum ipse Ascende ante me in Bama:& manduca mecũ hodie:&dimittam te mane,& omnia, quæ in corde tuo, annunciabo tibi. Et de asinab. tuis, quæ perierunt, hodie tres dies, ne ponas cor tuum [h] eis: quoniam inuentæ sunt. Et cui speciosa Israel? Nonne tibi,& domui patris tui? Et respondit Saul,& dixit: Nõ-
E ne viri filius Ieminæi ego sum [m] pusilli scepteri tribus Israel, & tribus minimæ ex toto sceptro Beniamin? Et vt quid locutus es ad me iuxta verbum hoc? Et sumpsit Samuel Saulem, & puerum eius: & introduxit eos in diuersorium: & posuit eis ibi locum in primis vocatorum circiter septuaginta virorũ. Et dixit Samuel coquo: Da mihi partem, quam dedi tibi, quam dixi tibi vt poneres eam apud te. [r] Et coxerat coquus [ξ] armum:& apposuit illud corã Saul. Et dixit Samuel Sauli: Ecce [a] quod remansit. Appone illud coram te, & manduca: quoniam in [a] testimonium est positum tibi [r] præter alios. Carpe. Et

A de manu eorũ. Et post hæc ingredieris in collẽ Dei; vbi est ibi statio alienigenarum: ibi Nasib alienigena. Et erit, postquam intraueritis illuc in ciuitatem; & occurres choro prophetarum descendentium de Bama: & ante eos Nabla, & tympanum, & tibia, & Cithara: & ipsi prophetantes. Et insiliet super te spiritus Domini: & prophetabis cum eis: & verteris in virum alium. Et erit, quando venient signa hæc super te; fac omnia, quæcũque inuenerit manus tua: quoniam Deus tecũ. Et descendes ante Galgal; & ecce descendo ad te ad offerẽdum holocaustum, & sacrificia pacifica. Septem diebus differes, donec ego veniam ad te, & ostendã tibi, quæ facies. Et factum est, vt cõuerterit se humero suo
B ad abeundum à Samuel, mutauit ei Deus cor aliud: & venerunt omnia signa in die illa. Et pergit inde in collem: & ecce chorus prophetarũ ex aduerso ipsius. Et insilijt in eum spiritus Dei, & prophetauit in medio eorum. Et fuerunt omnes, qui nouerunt eum heri, & nudiustertius, & viderunt: & ecce ipse in medio prophetarũ. Et dixit populus vnusquisque ad proximum suum: Quid est hoc, quod euenit filio Cis? Nunquid & Saul in prophetis? Et respondit quispiam eorum, & dixit: Et quis pater eius? Et propter hoc factum est in parabolam: Nunquid & Saul in prophetis? Et consũmauit prophetãs, & venit in collem. Et dixit propinquus eius ad eũ, & ad puerũ eius: Quo iuistis? Et dixerunt: Ad que-
C rendas asinas, & vidimus, quia non sunt: & intrauimus ad Samuel. Et dixit propinquus ad Saul: Annuncia nunc mihi, quid dixit tibi Samuel. Et dixit Saul ad propinquũ suum: Annuncians annunciauit mihi, quia inuẽtæ sunt asinæ. Verbũ autẽ regni non annunciauit ei. Et condixit Samuel vniuerso populo ad Dominum in Massephat. Et dixit ad filios Israel: hæc dixit Dominus Deus Israel, dicens: Ego eduxi filios Israel ex Ægypto: & erui vos de manu Pharaonis regis Ægypti, et ex omnibus regnis tribulãtibus vos. Et vos hodie spreuistis Deum, qui ipse est saluator vester ex omnib. malis vestris, & tribulationibus vestris. Et dixistis: Nequaquam: sed quia regem constitues super nos. Et nunc state
D coram Domino secundum sceptra vestra, et secundum tribus vestras. Et applicuit Samuel omnia sceptra Israel: et sorte capitur sceptrum Beniamin. Et applicat sceptrum Beniamin in tribus: et sorte capitur tribus Mattarì. Et applicant tribũ Mattarì in viros: et sorte capitur Saul filius Cis. Et querebat eum, et non inueniebatur. Et interrogauit Samuel adhuc in Domino, si venit vir huc. Et dixit Dominus: Ecce ipse absconditus est in vasis. Et cucurrit, & sumit eum inde, & constituit in medio populi: & exaltatus est super omnem populũ ab humero, & supra. Et dixt Samuel ad vniuersum populum: Si vidistis, quem elegit sibi Dominus? quia non est similis ei omnibus vobis? Et cognouerũt vniuersus populus, & dixerunt: Viuat rex. Et dixit Samuel ad populum iustifica-
E tionem regis: & scripsit in libro; & posuit coram Domino. Et dimisit Samuel vniuersum populũ, & abijt vnusquisq. ad locum suum. Et Saul abiit in domum suam in Gabaa. Et iuerunt filii virtutum, quorum tetigit Dominus corda eorũ cum Saul. Et filij pestilentes dixerunt: Quis, saluabit nos iste? Et contempserunt eum: & non attulerunt ei munera.

 a Vnxit.]

α Vnxit.] *Hinc vsque ad illud*, quia vnxit te Dominus, *absunt a Compl. sicut etiam ab hebræo.* β In mõte Beniamin salientes granditer.] ἐν τῷ ὄρει Βενιαμὶν ἁλλομένους μεγάλα. *Alij libri addũt post*, Βενιαμὶν, ἥξει, ἐν Σηλὼ ἐν Βακαλάθ, in Selo, in Bacalath. *Compl.* ἐν τοῖς ὁρίοις Βενιαμὶν μεσημβρίας ἁλλομένους μεγάλα, in finibus Beniamin, A
in meridie salientes granditer. *Et ita vulgata; nisi quòd non habet hęc postrema*, salientes granditer. *Dictionem hebræam, quam vulgata vertit* in meridie, *alij vertunt*, in Selsach. γ Verbum.] *hebræus habet*, verba. *Compl.* τὴν φροντίδα, curam. δ Profundebat.] ἀποτετίνακται. *Videtur hoc significare*, pro nihilo habebat asinas, & cetera omnia bona præ solicitudine, quæ nunc illum angit propter vos. *In vno codice inuentum est* φροντίζει, solicitus est. *Compl.* μεριμνᾷ περὶ ὑμῶν, solicitus, & anxius est de vobis. ε Ibi Nasib alienigena.] *Hæc absunt a Compl. & videatur alia interpretatio proxime præcedentis sententiæ. Nam Nasib significat stationē.* ζ Ante Galgal.] ἔμπροσθεν τῆς Γαλγάλ. *Compl.* ἔμπροσθέν μου εἰς Γάλγαλα, *quod vulgata*, ante me in Galgala. η Et sacrificia.] *Alij*, καὶ θῦσαι θυσίας, & sacrificandum sacrificia. θ Prophetarum.] *In aliis additur*, προφητεύων, prophetans. ι Nunquid & Saul in prophetis.] *Eodem fere modo Symm.* μὴ ἔτι καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις; κ Propinquus.] οἰκεῖος. *Aquila* πατράδελφος, patruus: *& ita Compl.* λ Ei.] *In alijs additur* ὃ εἶπε Σαμουὴλ quod dixerat Samuel. μ Condixit. *Hoc visum est valere.* παρήγγειλε. *Compl. autem*, καὶ συνήγαγε Σαμουὴλ πάντα τὸν λαὸν, & congregauit Samuel vniuersum populum. ν Sed quia.] ἀλλ᾽ ἢ ὅτι. *Compl. habet tantum* ἀλλ᾽ ἤ. *hebræo autem magis respondet* ὅτι. ξ Sceptra vestra, & secundum tribus vestras.] *Compl.* κατὰ φυλὰς ὑμῶν καὶ κατὰ χιλιάδας ὑμῶν, per tribus vestras, & per millia vestra: *quod habet hebræus: itemque in sequentibus, vbi in nostra est* σκῆπτρον, *in Compl. est* φυλή. ο In tribus.] *Compl.* κατὰ πατριὰν καὶ κατακληροῦται πατριὰ Ἀματταρὶ εἰς ἄνδρας, καὶ κατακληροῦται Σαούλ. per familiam, & sorte capitur familia Amattari in viros, & sorte capitur Saul. *Theodoretus q. 25. hunc locum tractans hæc scribit.* εἶτα τῆς Βενιαμίτιδος κατακληρωθείσης φυλῆς, καὶ πάλιν εἰς πατριὰς καὶ οἴκους, καὶ ἄνδρας διαιρεθείσης τῷ Σαοὺλ ψῆφος ἀπεκληρώθη. Deinde, cum tribus Beniamiticæ sors obtigisset, & rursus in familias, & domos, & viros diuisa esset; Sauli calculus sortito obtigit. π Quis.] *Videtur hebraismus; vt valeat Quid?* ρ Munera.] *In Compl additur* καὶ ἐγενήθη ὡς κωφεύων: *quod vulgata*, dissimulabat se audire. *Pro quibus in nostra & aliis græcis legũtur ad initium sequentis capitis*, καὶ ἐγενήθη ὡς μετὰ μῆνα, & factum est quasi post mensem: *quę vicissim absunt a Compl.* B

C

CAP. XI.

ET factum est quasi post mensem: & ascendit Naas Ammanites: & castrametatur super Iabis Galaad. Et dixerunt omnes viri Iabis ad Naas Ammanitem: Dispone nobis testamentum: & seruiemus tibi. Et dixit ad eos Naas Ammanites: In α hac disponam testamentum vobis, in effodiendo vobis omnem oculum dextrum: & ponam opprobrium super Israel. Et dicunt ei viri Iabis: Permitte nobis septem dies: & mittemus nuncios in omnem terminum Israel. Si non fuerit, qui saluet nos; exibimus ad vos. Et D
veniunt nuncij in β Gabaa ad Saul: & loquuntur verba in aures populi. Et eleuauerunt vniuersus populus vocem suam, & plorauerunt. Et ecce, Saul veniebat γ post mane ex agro. Et dixit Saul: Quid est, quia plorat populus? Et narrant ei verba virorum Iabis. Et insiliit spiritus Domini super Saul; vt audiuit verba hæc: & indignatus est super eos ira sua valde. Et sumpsit duas vaccas, & membratim diuisit eas, & misit in omnem terminum Israel in manu nunciorum, dicens: Qui non est egrediens post Saul, & post Samuel; secundum hæc facient bobus eius. Et superuenit ecstasis Domini super populum Israel: & clamauerunt tanquam vir vnus. Et recenset eos in E
Bezec in δ Bama, omnem virum Israel ε sexcenta millia, & viros Iuda septuaginta millia. Et dixit nuncijs, qui venerant: Hæc dicetis viris Iabis. Cras uobis salus; cum incaluerit Sol. Et venerunt nuncii in ciuitatem: & nunciant viris Iabis: & lætati sunt. Et dixerunt viri Iabis ad Naas Ammanitem: Cras egrediemur ad vos: & facietis nobis, quod bonum in conspectu vestro. Et factum est post cras; & posuit Saul populum in tria principia: & ingrediuntur medium castrorum in custodia matutina; & percutiebant filios Ammon; quoad-

A quoadusque incaluit dies. Et factum est, & residui dispersi sunt: & non remanserunt in eis duo secundum idipsum. Et dixit populus ad Samuel: Quis est, qui dixit, quia Saul non regnabit super nos? Trade viros & mortificabimus eos. Et dixit Saul: Non morietur ullus in die hac: quoniam hodie fecit Dominus salutem in Israel. Et dixit Samuel ad populum, dicens: Eamus in Galgala; & innouemus ibi regnum. Et iuit omnis populus in Galgala. Et vnxit Samuel ibi Saul in regẽ coram Domino in Galgalis. Et sacrificauit ibi ζ sacrificia, & pacificas corã Domino. Et lætatus est η Samuel, & vniuersus Israel θ quamplurimum.

B α Hæc.] *Rursus hebraismus: pro quo in Compl.* ἐν τούτῳ in hoc. β Gabaa] *Compl.* βουνῷ collem: *quod, vt diximus cap. 9 ex Theodoreto, est Aquilæ.* γ Post mane.] *Compl* κατὰ πρωῒ τῶν βοῶν, *quod vulgata,* sequens boues: *dictiones hebrææ, quę significant,* mane, *&* boues, *iisdem constant litteris.* δ In Bama.] *Hæc absunt a Compl. ut a uulgata.* ε Sexcenta] *Compl.* τριακοσίας, trecenta, *vt vulgata: & paulo post* τριάκοντα, triginta, *vbi nostra, & cęteri codices grçci* ἑβδομήκοντα, septuaginta. ζ Sacrificia, & pacificas.] *Compl* θυσίας εἰρηνικάς, sacrificia pacifica. η Samuel.] *Ita libri veteres, qui collati sunt,* Compl. Σαούλ, Saul, *ut uulgata.* θ Quam plurimum.] ἕως λίαν. *hebræus,* usque ualde. *Compl.* σφόδρα, ualde.

CAP. XII.

ET dixit Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram in omnibus, quæcunque dixistis mihi: & feci regnare super vos regem: & nunc
C ecce rex graditur ante vos. Et ego senui, α & sedebo: & filii mei ecce in vobis. Et ego ecce β ambulaui coram vobis à iuuentute, & vsque ad diem hanc Ecce ego: respondete contra me coram Domino, & coram Christo eius: bouẽ cuius cepi, aut asinum cuius cepi, aut quem oppressi vestrum, aut quẽ expressi, aut de manu cuius cepi propitiationem, vel calceamentum. Respondete contra me, & reddam vobis. Et dixerũt ad Samuel: Non fecisti iniuriam nobis, neq. oppressisti nos, neque contriuisti nos: & non cepisti de manu cuiusquam quicquam. Et dixit Samuel ad populum: Testis Dominus in vos: & testis Christus eius γ hodie in hac die, quia non inuenistis in manu mea quicquã. Et dixe-
D runt: Testis. Et dixit Samuel ad populum, dicens: Testis Dominus, qui fecit Moysem, & Aaron, qui eduxit patres nostros ex Ægypto. δ Et nunc state: & iudicabo vos coram Domino, & annunciabo vobis omnem iustitiam Domini: quæ fecit in vobis, & in patribus vestris. Postquã intrauit Iacob, & filij eius in Ægyptum; et humiliauit eos Ægyptus: & clamauerunt patres nostri ad Dominum. Et misit Dominus Moysem, & Aaron: & ε eduxerunt patres vestros ex Aegypto: & habitare fecit eos in loco hoc. Et obliti sunt Domini Dei sui. Et vẽdidit eos in manus Sisaræ magistro militiæ Iabis regis Asor, & in manus alienigenarum, & in manus regis Moab: & pugnauit in eos. Et clamauerunt ad Domi-
E num, & dicebant: Peccauimus, quoniam dereliquimus Dominum: & seruiuimus Baalim, & Lucis. Et nunc erue nos de manu inimicorum nostrorum: & seruiemus tibi. Et misit Ierobaal, & Barac, & Iephtæ, & Samuel: & eripuit ζ nos de manu inimicorum nostrorum, qui in circuitu & habitastis confidentes. Et vidistis, quia Naas rex filiorum Ammon venit super vos, & dixistis: Nequaquam: θ sed quia rex regnabit super nos. Et dominus Deus noster, rex noster. Et nunc ecce rex, quem ι elegistis. Et ecce dedit Dominus super vos regem. κ Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non repugnaueritis ori Domini; & eritis & vos, & rex regnans super

vos post Dominum ambulantes. Si autem non audieritis vocē Domini, & re- A
pugnaueritis ori Domini; & erit manus Domini super vos, & super regem ve-
strum. Et nunc state, & videte verbum magnum hoc, quod Dominus faciet in
oculis vestris. Nonne messis frumentorum hodie? Inuocabo Dominum: & da-
bit voces, & pluuiam. Et cognoscite, & videte, quia maleficium vestrum est ma
gnum, quod fecistis in conspectu Domini, petentes vobisipsis regem. Et inuo-
cauit Samuel Dominum: & dedit Dominus voces, & pluuiam in die illa. Et ti-
muerunt omnis populus Dominum valde, & Samuel. Et dixerunt omnis popu
lus ad Samuel: Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum; & non moriamur
quoniam addidimus ad omnia peccata nostra ^λ maleficium, petentes nobisipsis B
sis regem. Et dixit Samuel ad populum: Ne timeatis. Vos fecistis omne malefi-
cium hoc. Veruntamen ne declinetis à post Dominum, & seruite Domino in
toto corde vestro. Et non transgrediamini post eos, qui nihil sunt, qui non perfi
cient quicquam, & qui non eruent; quia nihil sunt. Quoniam non abijciet Do-
minus populum suum propter nomen suum magnum: quoniam ^μ admodum
Dominus suscepit vos sibi in populum. ^ν Et mihi nequaquam, vt peccem Do-
mino, ommittendo orare pro vobis. Et seruiam Domino: & ostendam vobis
viam bonam & rectam. Tantummodo timete Dominum: & seruite ei in veri-
tate, & in toto corde vestro: quoniam videtis, quæ magnificauit vobiscum. Et, C
si maleficio malefeceritis; & vos, & rex vester ^ξ apponemini.

α Et sedebo.] *Quasi dicat, cessabo à functione muneris mei: Compl.* κ̀ πολιοῦμαι. & incanui. β Ambulaui] διελήλυθα. *Sic hebræus. Compl.* ἀνέστραμμαι conuersatus sum. γ Hodie.] *Abest illud* σήμερον, *à Complut. vt a vulgata.* δ Et nunc state.] *Symm.* κ̀ νῦν σταθῆτε, ἵνα διακριθῶ πρὸς ὑμᾶς ἔμπροσθεν κυρίου περὶ πασῶν ἐλεημοσυνῶν κυρίου, ἃς ἐποίησε. *quæ in vulgata.* Nunc ergo state, vt in dicio contendam aduersus vos corā Domino de omnibus misericordiis Domini, quas fecit. ε Eduxerunt.] *Sic etiā hebræus, & chaldæus. Compl.* ἐξήγαγε eduxit, *vt vulgata.* ζ Pugnauit.] *Alii* ἐπολέμησαν, pugnauerunt, *vt vulgata.* η Nos de manu inimicorum nostrorum.] *Compl.* vos, *&*, vestrorum. θ Sed quia.] *Rursus a Compl. abest* ἀλλ' ἢ, *ab aliis* ὅτι, *sicut a vulgata.* ι Elegistis.] *In aliis additur.* κ̀ ὃν ᾐτήσασθε. & quem petistis. κ Si timueritis.] *Ita etiam hebræus, & chaldæus, & vulgata. Compl.* ὅπως ἂν φοβῆσθε, vt timeatis *& post illa,* post Dominum ambulantes *addit,* καὶ ἐξελεῖται ὑμᾶς, & eruet vos. *Pro quibus est in aliis,* οὐκ ἔσται χεὶρ κυρίου ἐφ' ὑμᾶς, non erit manus Domini super vos. λ Maleficium.] *Aut* malum, *vt uulgata. Græce est* κακίαν, *& melius, quàm quod in Compl.* καὶ κακίας. μ Admodum.] ἐπιεικῶς. *quod Compl. non habet, sed vicissim addit* ὑμᾶς ποιῆσαι, vos facere. ν Et mihi nequaquam, vt peccem.] κ̀ ἐμοὶ μηδαμῶς τοῦ ἁμαρτεῖν. *Compl.* ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἁμαρτεῖν, mihi autem absit peccare. ξ Apponemini.] προστεθήσεσθε *videtur subintelligi posse,* ad patres vestros: *id est, eandē viā insistetis, quam patres uestri, & easdem pœnas subibitis, aut potius, inuoluemini eadem ruina. Sic cap. 15. Saul ad Cinæum,* προσθῶ σε, *vbi uulgata,* inuoluam te, *& alii ex hebræo,* deleam te. *Sic etiam cap. 26.* καὶ προστεθῇ, *pro* & pereat. *Compl.* ἀπολεῖσθε, peribitis, *ut uulgata.* D

CAP. XIII.

ET ^α elegit sibi Saul tria millia virorum ex viris Israel. Et fuerant cum
Saul bis mille, qui in Machmas, in monte Bæthel: & mille fuerunt
cū Ionathan in Gabaa Beniamin. Et residuum populi dimisit, vnumquen E
que in tabernaculum eius. Et percussit Ionathan ^β Nasib alienigenam, qui in col
le. Et audiunt alienigenæ. Et Saul tuba clangit in omnem terram, dicens: ^γ Spre
uerunt serui. Et omnis Israel audiuit dicentes: percussit Saul Nasib alienige-
nam: & ^δ puduit Israel in alienigenas. Et ^ε ascenderunt filij Israel post Saul in
Galgala. Et alienigenæ congregantur in prælium super Israel. Et ascendunt
super Israel triginta millia curruum, & sex millia equitum, & populus tanquā
arena, ^ζ quæ iuxta mare, multitudine. Et ascendunt, & castrametantur in Mach-

A mas[α] ex aduerso Bæthoron contra austrum. Et vir Israel vidit, [β] quia anguste sibi, ne ipse accedat: & occultauit se populus in speluncis, & in abditis, & in petris, & in foueis, & in cisternis. Et[γ] transitores transierunt Iordanem in terram Gad, & Galaad. Et Saul adhuc erat in Galgalis: & vniuersus populus expauit post eum. Et[δ] distulit septem dies testimonio, sicut dixerat Samuel: & non adueniebat Samuel in[ε] Galgala: & dispersus est populus eius ab eo. Et dixit [ζ]Saul: Adducite vt faciam holocaustosim, & pacifica. Et obtulit holcoaustosim. Et factum est, vt consummauit offerens holocaustosim; & Samuel aduenit. Et exijt Saul in occursum ei ad benedicendũ eũ. Et dixit Samuel: Quid fecisti? Et dixit Saul: Quoniam vidi, quia dispersus erat populus à me, & tu non adueniebas,
B sicut constitueras in testimonio dierum, & alienigenæ congregati erant in Machmas; & dixi: nunc descendent alienigenæ ad me in Galgala, & faciem Domini non sum deprecatus. Et vim feci: & obtuli holocaustosim. Et dixit Samuel ad Saul: Stulte actum est tibi: quoniam non cuctodisti mandatum meum, quod mandauit tibi Dominus:[η] quia nunc præparauerat Dominus regnum tuum super Israel vsque in seculum. Et nunc regnum tuum non stabit tibi: & quæret sibi Dominus hominem secundum cor suum: & mandabit Dominus in principem super populum suum: quoniam non custodisti, quæcunq. mandauit tibi Dominus. Et surrexit Samuel, & abijt de[θ] Galgalis. Et residuum
C populi ascendit post Saul in occursum post populum bellatorem. Ipsis aduenientibus è Galgalis in Gabaa Beniamin, & recensuit Saul populum, qui iuuentus erat cum eo circiter sexcentos viros. Et Saul, & Ionathan filius eius, & populus, qui inuenti sunt cum eis, sederunt in Gabaa Beinamin: [ι] & plorabant. Et alienigenæ castrametati erant in Machmas. Et egressus est vastator ex agro alienigenarum tribus principijs: principium vnum spectans viam Gophera ad terram Sogal: & principium vnum spectans viam Bæthoron: & principium vnum spectans [κ] viam Gabae vergentem ad Gæ Sabim. Et faber ferri non inueniebatur in vniuersa terra Israel: quoniam dixerunt alienigenæ: ne faciãt Hebræi gla
D dium, & lanceam. Et descendebant vniuersus Israel ad terram alienigenarum, fabricari vnusquisque [λ] messorium suum, & vas suum, & vnusquisque securim suam, & marram suam. Et erat [μ] vindemia parata ad metendum. [ν] Vasa autem erant, tres sicli in dentem: & securi, & falci substantia erat eadem. Et factũ est in diebus prælii [ξ] Machmas: & non est inuentus gladius, & lancea in manu vniuersi populi, qui cum Saul, & cum Ionathan. Et inuentus est Sauli, & Ionathan filio eius. Et exijt [ο] de statione alienigenarum trans Machmas.

α Et eligit. *Ante hęc in Scholio (quod uidetur sumptum ex Theodoreto q. 28.) hæc leguntur,* υἱὸς ἐνιαυτοῦ Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. filius anni erat Saul, cum ipse regnauit. *Symm.* υἱὸς ὤν, *(abest illud* ὤν, *a codicibus*
E *Theodoreti)* ἐνιαυσιαῖος Σαούλ, filius vnius anni Saul, *& addit Theod. etiam ex Symm. illa* ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. *Aliud Schol.* υἱὸς τριάκοντα ἐτῶν Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραήλ, filius triginta annorum Saul, cũ ipse regnauit: & duos annos regnauit in Israel: *quæ postrema uerba manifesto agnoscuntur a Theodoreto. Compl. habet, ut in priore Scholio, sed additis etiã his, quæ in posteriore adduntur.* β Nasib alienigenam.] *Schol. ex Aquila* τὸ ὑπόστημα. *Theodoretus q. 29. habet* τὸ ὑπόστημα τῶν ἀλλοφύλων, *& addit*. Alienigenæ, cum vicissent Hebræos, in munitioribus locis collocarunt præsidia, ὑπόστημα, igitur vocauit præsidium huiusmodi. *Similis uarietas notata est cap. 10. Vulgata habet* stationem. *Chaldæus tamen, & alii ex hebręo interpretantur* præsidem, *&* ducem. γ Spreuerunt serui.] *Theodoretus*. Illud ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι, Aquila explanauit ἀκουσάτωσαν οἱ Ἑβραῖοι, audiant Hebræi, *quod est in uulgata: & dictiones hebrææ, quæ hoc significant parum differunt ab ijs, quæ illud. Vide Cap. sequenti. Capite autem 17. in uerbis Goliath,* hebræi Saulis, *uidetur dictum pro* serui Saulis. *Schol. ex Symm.* ἀκουσάτωσαν οἱ ἐν τῷ πέραν, audiant, qui trans fluuium. *Notatum est enim in Gen. hebrãu dici transitorẽ, & trãs fluuialem. Chaldęus tamen habet,* Iudæi. δ. Et puduit.] καὶ ᾐσχύνθησαν

ϑησε. *Dictionem hebræam quidam uertunt*, fœtuit, *quidam* abominatus est. *Chaldæus* cõcitatus est. *Vulgata* erexit se. *Alii codices græci*, καὶ ἐξουδένωσαν (*al.* ἐξουδένωσε) ἰσραὴλ τοὺς ἀλλοφύλους, & contempserunt (*al.* contempsit) Israel alienigenas. ε Et ascenderunt filii Israel. *Compl.* καὶ ἀνέβη ὁ λαός, & ascendit populus. *Alii libri.* καὶ ἀνεβόησεν ὁ λαός, & clamauit populus, *quod est in uulgata.* ζ Quæ iuxta mare] *Alii*, ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης quæ ad labiũ maris. η Ex aduerso Bæthoron cõtra austrũ.] *Compl.* ἐξ ἐναντίας κατὰ νότου βαιθαβέν, Ex aduerso per dorsum Bæthaben. *Vulgata habet tantũ* ad orientẽ Bethauen. θ Quia anguste sibi, ne ipse accedat; & occultauit se.] *Idest, ita sibi rẽ in arcto esse, atq. ita se laborare, vt minime posset congredi cũ aduersariis: & idcirco occultauit se. Compl. planius, sed longius ab hebræo* ὅτι ἐθλίβοντο, καὶ ἀπεχώρησεν ὁ λαός, καὶ ἐκρύβη, quia premuntur, & recessit populus, & occultauit se. ι Transitores.] οἱ διαβαίνοντες. *Articulus ostendit non esse iterationẽ verbi propter ornatũ, sed significari illos, quos ab Aquila paulo ante notauimus vocatos esse hebræos a Symm. transfluuiales.* κ Et distulit septem dies testimonio, sicut dixerat Samuel.] *Aquila*, καὶ περιέμεινεν ἑπτὰ ἡμέρας εἰς συνταγὴν τοῦ σαμουήλ, & expectauit septem dies ad constitutionem Samuel. *Symm.* ἀνέμεινεν δὲ ἑπτά, expectauit autem septẽ, *&c. vt Aquila. Ac nomine testimonii significari statutum tempus, & constitutionem quandam innuimus etiam cap. 9. & in hoc paulo post dicitur* in testimonio dierum. λ Galgala.] *In Compl. additur*, καὶ εἶπε σαοὺλ, οὐκ ἦλθεν σαμουὴλ εἰς γάλγαλα, & dixit Saul, non venit Samuel in Galgala: *quæ manifesto redundant, & perturbant sententiam.* μ Quia nunc præparauerat.] ὡς νῦν ἡτοίμασε: *& optime respondet hebræo. Compl.* ὡς ἡτοίμασεν ἄν, vt præparasset. ν Galgalis.] *In aliis additur*, εἰς ὁδὸν αὐτοῦ, in viã suam: *in Compl. continuo sequitur*, εἰς βουνὸν βενιαμὶν in collem Beniamin: *quod fortasse est Aquila, qui* γαβαὰ *solet vocare* βουνόν. *Nam nostra (interiectis tamen istis*, Et residuum populi ascendit post Saul in occursum post populum bellatorem ipsis aduenientibus e Galgalis, *quæ absunt a Compl. vt a vulgata) habet* εἰς γαβαὰ βενιαμὶν *quod vulgata*, in Gabaa Beniamin. ξ Et plorabant] *Hæc absunt a Compl. vt a vulgata.* ο Viam Gabae vergentem ad Ge Sabim.] *In aliis additur* τὴν ἔρημον, desertum. *Symm.* κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ νενευκότος κατὰ τῆς φάραγγος τῶν σεβωὶμ πρὸς τὴν ἔρημον ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum (*Sic enim vulgata*) *Theodotio* ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ ἐπιβλέποντος ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, viam termini prospicientis in vallem caprearum. *Alius interpres* καὶ ἡ κεφαλὴ ἡ μία ἐκλίνεν ὁδὸν τοῦ ἐπιβλέποντος ἐπὶ φάραγγα τῶν ὑαινῶν, & caput vnũ declinabat in viã prospicientis in conuallẽ Hyænarũ. *Theodoretus q. 29 scribit Aquilã pro* γαβαὰ τὴν ἐν σεβωίν, *dixisse*, γῆν τὴν ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, terram, quæ in valle caprearum. π Messorium.] θέριστρον, *quod alij*, θεριστήριον, *& interpretantur falcem. Quid aliis locis sit Theristrum, dictum est in Genesi.* ρ Vindemia.] *Sic etiam Compl.* τρυγητός. *Sed fortasse hoc loco significat instrumentum aliquod cæteris instrumentis agricolarum acuendis idoneum. Schol.* ὁ τρυγητὸς ἡ παραβολὴ ὡς στόματα τοῖς ἀρότροις καὶ τοῖς θερίστροις καὶ τοῖς τεκταινομένοις καὶ ταῖς ἀξίναις, καὶ τὸ στρεψάντος *ex hebræo coniici potest legendum* στρεψάντων τ') βοῦκεντρον. Et erat lima, ora (*supplendum*, habens, *vt etiam in hebræo*) aratris, & ligonibus, & tridentibus. & securibus, & ad firmandum stimulum. *Quæ valde respondent hebræo, & chaldæo.* σ Vasa autem erant tres sicli in dentem.] *Compl* εἰς δὲ τὰ σκεύη ἦσαν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα καὶ τῇ ἀξίνῃ, καὶ τῷ δρεπάνῳ, καὶ τῷ κατορθῶσαι τὸ βούκεντρον ὑπόστασις ἦν ἡ αὐτή. In vasa autem erant tres sicli in dentem, & securi, & falci, & ad corrigendum stimulum eadem facultas erat. *Theodoretus (quantum refert Scholiastes: nam apud ipsum q. 30. etiam in codicibus manuscriptis aliqua desunt.)* ὀδόντα Symm. quidem interpretatus est τὴν ὕνιν, vomerem. Aquila autem τὸ ἄροτρον, aratrum. Siclum autem uocarunt στατῆρα, staterem. Siclus autem, qui accipitur in pondere, trahebat semipondus, in argento autem viginti obolos τ Machmas] *Abest à Compl. ut à vulgata.* υ De statione.] *Ita etiam Compl. & videtur sub intelligi e loco superiore* διαφθείρων, uastator. *Vulgata*, statio.

CAP. XIV.

ET fit dies: & dixit Ionathan filius Saul puero portanti vasa ipsius: Veni, & transeamus ad α Messab alienigenarum, quæ trans locum illum. Et patri suo non annunciauit. Et Saul sedebat super summitatem collis, sub malo granato, quod in Magdon: & erant cum eo quasi sexcenti viri. Et Achia filius Achitob fratris β Iochabed filij Phinees, filii Heli sacerdos Dei in Selom, portans Ephud. Et populus non sciebat, quia iuit Ionathan. Et inter transitum, vbi quærebat Ionathan transire ad stationem alienienigenarum, & γ dens petræ hinc, & dens petræ hinc. Nomen vni Bases: & nomen alteri Senna. Via vna ab Aquilone venienti Machmas: & via altera ab Austro venienti Gabae. Et dixit Ionathan ad puerum portantem uasa ipsius: Veni, transeamus ad Messab incircuncisorum horum; δ siquid faciat Dominus nobis: quoniam non est Domino restrictum saluare in multis, vel in paucis. Et dixit ei ille, qui portabat vasa eius: Fac omne, quodcunque cor tuum inclinauerit: ecce ego tecum: sicut cor tuum, cor meum. Et dixit Ionathan: Ecce nos transimus ad viros,

A & deuoluemur ad eos. Si hæc dixerint ad nos, ^l recedite illuc, ^m donec annunciemus vobis; & stabimus super nos ipsos, & nō ascendemus ad eos. Si autem dixerint ad nos, ascendite ad nos; & ascendemus: quoniam tradidit eos Dominus in manus nostras. Hoc nobis signum. Et intrarunt vtrique in Messab alienigenarū. Et dicunt alienigenæ. Ecce hebræi egrediuntur è cauernis suis, vbi absconditi erant illic. Et responderunt viri Messab ad Ionathan, & ad eum, qui portabat vasa eius, & dicunt: Ascendite ad nos: & notum faciemus vobis verbum. Et dixit Ionathan ad portantē vasa ipsius: Ascēde post me: quoniā tradidit eos Dominus in manus Israel. Et ascendit Ionathan super manus suas, & super pedes suos, & portans vasa eius cum eo. Et inspexerunt ad faciem Ionathan: & percussit eos: & portans vasa eius procedebat post eum. Et fuit plaga prima, quam percussit Ionathan, & portans vasa eius, circiter viginti uiri, in ^n iaculis, & lapidum iactu, & silicibus cāpi. Et factus est pauor in castris, & in agro: & vniuersus populus, qui in Messab: & qui vastabant, ^o obstupuerunt, & ipsi nolebant facere. Et obstupuit terra: & factus est pauor à Domino. Et viderunt speculatores Saulis in Gabaa Beniamin: & ecce castra perturbata hinc, & hinc. Et dixit Saul populo, qui cum ipso: Recognoscite nunc, et videte, quis iuit ex uobis. Et recognouerunt: et ecce non inueniebatur Ionathan, et portans vasa eius. Et dixit Saul ad Achia: Applica ^m Ephud: quoniam ipse tulit Ephud in die illa coram Israel.

C Et factum est, vt loquitur Saul ad sacerdotem; et sonus in castris alienigenarum pergebat pergens, et multiplicabatur. Et dixit Saul ad sacerdotem: Collige manus tuas. Et ascendit Saul, et omnis populus, qui cum eo: et veniunt usque in prælium. Et ecce factus est gladius uiri super proximum suum, confusio magna ualde. Et ^h serui, qui erant heri, et nudiustertius cum alienigenis, qui ascenderant in castra, reuerterunt et ipsi esse cum Israel ijs, qui cum Saul, et Ionathan. Et ^p omnis Israel, qui se absconderant in monte Ephræm, ^r et audierunt, quia fugerunt alienigenæ; et adhærent etiam ipsi post eos in prælium. Et saluauit Dominus in die illa Israel. Et prælium transijt ipsam ^s Bamoth. Et omnis populus erat cum Saul, circiter decem millia uirorum. Et erat prælium dispersum in totam ciuitatem in monte Ephræm. Et Saul ignorauit ignoratiam magnam in die illa: et maledicto obstringit populum, dicens: Maledictus homo, qui comedet panem vsque ad uesperam: et vlciscar inimicum meum. Et non gustauit omnis populus panem: ^t et uniuersa terra prandebat. ^u Et Iaal Sylua erat apiarij ad faciem agri. Et intrauit populus in apiarium: et ^x ecce ibat dicens: et ecce non fuit conuertens manum suam ad os suum: quoniam timuit populus iuramentum domini. Et Ionathan non audierat; cum adiuraret pater eius populum: et extendit summitatem sceptri

E sui, quod in manu sua, et tinxit illam in fauo mellis: et conuertit manum suam ad os suum: et suspexerūt oculi eius. Et respondit unus de populo, et dixit: Adiurans adiurauit populum pater tuus, dicens: Maledictus homo, qui comedet panem hodie. Et defecit populus. Et cognouit Ionathan, et dixit: Perturbauit pater meus terram. Vide, quia uiderunt oculi mei; quoniam gustaui breue quid de melle hoc. Vtinam comedisset comedens hodie populus de spoliis inimicorum suorum, quæ inuenit; quoniam nunc maior fuisset plaga in alienigenis. Et percussit in die illa de alienigenis ^y in Machmas. Et laborauit populus ualde.

de. [r] Et diuertit populus ad spolia: et cepit populus greges, et armenta boum, A
et filios boum: et iugulauit super terram: et comedit populus cum sanguine. Et
annunciatum est Sauli; dicentes: Peccauit populus Domino, comedens cum
sanguine. Et dixit Saul: [u] De Getthæm, uoluite mihi lapidem huc magnum. Et
dixit Saul: Dispergimini in populum, et dicite eis, ut adducat huc unusquisq.
uitulum suum, et unisquisque ouem suam: et iugulet super hunc: et non peccetis Domino, comedēdo cum sanguine. Et adduxit populus, unusquisque, quod
in manu [•] sua et iugularunt ibi. Et ædificauit ibi Saul altare Domino. Illud
cepit Saul ædificare altare Domino. Et dixit Saul: Descendemus post alienigenas nocte, et depredemur in eis, donec illucescat dies: et non relin- B
quamus in eis uiuum. Et dixerunt: Omne, quod bonum coram te, fac. Et
dixit sacerdos: Accedamus huc ad Deum: Et interrogauit Saul Deum; si
descendero post alienigenas, si trades eos in manus Israel? Et non respondit
ei in die illa. Et dixit Saul: Adducite huc omnes angulos Israel, et cogno
scite, et uidete, in quo factum est peccatum hoc hodie: Quoniam uiuit Dominus, qui saluauit Israel; quia si respōderit contra Ionathan filium meum; morte
morietur. Et non erat respondens de omni populo. Et dixit omni viro Israel:
Vos eritis in [x] seruitutem: & ego, & Ionathan filius meus erimus in seruitutē. Et
dixit populus ad Saul: Quod bonum coram te, fac. Et dixit Saul: Domine Deus C
Israel, [+] Quid, quod non respondisti seruo tuo hodie? Si in me, vel in Ionathan
filio meo iniustitia; Domine Deus Israel da manifestationes. Et si hæc dixerit,
da nunc populo tuo Israel, da nunc sanctitatem. Et sorte capitur Ionathan, &
Saul: & populus egressus est. Et dixit Saul: [*] Iacite inter me, & inter Ionathan
filium meum: [aa] quemcumq. sorte ceperit Dominus; moriatur. Et dixit populus ad Saul: Non est verbum hoc. Et præualuit Saul populo: & iaciunt inter eū
& inter Ionathan filiū eius: & sorte capitur Ionathan. Et dixit Saul ad Ionathan:
Annuncia mihi, quid fecisti. Et annunciauit ei Ionathan: & dixit: Gustans gusta
ui in summo sceptro, quod in manu mea, breue mel: & ecce ego morior. Et di- D
xit ei Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; quia morte morietur hodie.
Et dixit populus ad Saul: Si hodie morti tradetur, qui fecit salutem magnam
hanc in Israel? [ßß] Viuit Dominus, si cadet capillus de capite eius super terram:
quoniam [γγ] populus Dei fecit diem hāc. Et orauit populus pro Ionathan in die
illa: & non est mortuus. Et ascendit Saul à post alienigenas. Et alienigenæ abierunt ad locū suū. Et [δδ] Saul sorte cepit regnare, sorte capit opus super Israel. Et
oppugnabat in circuitu omnes inimicos suos in Moab, & in filios Ammon, &
in filios Edom, & in Betheor, & in regem Suba, & in alienigenas: quocumque
se vertebat; saluabatur. Et fecit virtutem: & percussit Amalec. Et eruit Israel de
manu conculcantium eum. Et fuerunt filii Saulis Ionathan, & Iessiu, & Melchi- E
sa. Et nomina duarum filiarum eius: nomen primogenitæ Merob: & nomen
secundæ Melchol. Et nomen vxori eius Achinoom filia Achimaas. Et nomen
principi militiæ eius Abenner filius [εε] Ner, filii propinqui Saul. Et Cis pater
Saul, & Ner pater Abenner [ζζ] filius Iamin filii Abiel. Et fuit bellum validum su
per alienigenas omnibus diebus Saul. Et videns Saul omnem virum potentem,
& omnem virum filium virtutis, & colligebat eos ad se.

A α Messab.] *Compl.* εἰς τὴν ὑπόστασιν, ad stationem, *quod habet vulgata, & est interpretatio illius dictionis hebraica. Eadem varietas est paulo post, vbi etiam Theodoretus habet* ὑπόστασιν. β Iochabed.] *Hoc nomen aliter habet supra cap. 4.* γ Deus.] *Ita hebræus, & chaldæus. Compl.* ἀκρωτήριον, eminentia, cacumen. *Item Schol. cum haberet* ἀκρωτήριον καὶ ἀκρωτήριον, *hæc addit,* Quinimo hæc in hexaplo sunt notata asterisco, quippe quæ ex Theodotione sint apposita. δ Siquid faciat.] εἴ τι ποιήσει. *Compl. & Theodoretus,* ὅπως ποιήσῃ, si forte faciet quid. ε Inclinauerit.] ὃ ἐὰν ἡ καρδία σου ἐκκλίνῃ. *Compl* ὃ ἂν ἡ καρδία σου θελήσῃ, ἔγκλινον σεαυτόν, quodcunque cor tuum voluerit; inclina te ipsum. ζ Recedite illuc.] ἀπόστητε ἐκεῖ. *Ita etiam Theodoretus. Compl.* στῆτε ἐκεῖ, state ibi. *Vulgata* manete. η Donec annunciemus vobis.] *Compl.* ἕως ἂν ἐγγίσωμεν ὑμῖν. donec appropinquemus vobis. θ In iaculis.] *Ita etiam Theodoretus: licet vulgata ex hebræo habeat*, in media parte iugeris, *&c.* ι Obstupuerunt, & ipsi nolebant facere] *Compl. habet tantum*, obstupuerunt & ipsi: *quod respondet hebræo. Alij codices* ἐξέστησαν καὶ αὐτοὶ (*in quo ipsis conuenit cum Compl.*) καὶ οὐκ ἤθελον ποιεῖν, *aut* πολεμεῖν obstupuerunt & ipsi: & nolebant laborem subire, *aut* pugnare. κ Ephud: quoniam ipse tulit Ephud.] *Theodoretus etiam ibidem solius vestis sacerdotalis mentionem facit. In aliis codicibus est,* τὸ ἐφούδ, ὅτι ἦν ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, Ephud: quoniam erat arca Dei. *vulgata etiam priore loco habet*, arcam Dei, *sine mentio-*

B *ne Ephod.* λ Serui.] *Rursus hic in vulgata est* hebræus: *de qua varietate dictum est cap superiore.* μ Omnis Israel.] *Alii* πᾶς ἀνὴρ ἰσραήλ, omnis vir Israel. ν Et audierunt.] *illud* καὶ, *abest ab aliis.* ξ Bamoth.] *Compl* βηθαυὰν, *vulgata* Bethauen. ο Et vniuersa terra prandebat.] *Hæc absunt à Compl. vt a vulgata.* π Et Iaal sylua erat.] *Alii* καὶ ἰδοὺ δρυμὸς ἦν. Et ecce sylua erat. *Compl.* καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἦλθεν εἰς δρυμὸν, καὶ ὁ δρυμὸς ἦν, Et omnis terra venit in saltum: & saltus erat. ρ Et ecce ibat dicens) *Compl.* καὶ ἰδοὺ διεπορεύετο μέλι, & ecce fluebat mel. σ In Machmas.] *Alij* πλείους ἢ ἐν μαχμάς, plures, quam in Machmas. *Vulg.* a Machmis vsque in Hailon. τ Diuertit.] *Non abhorret ab hebræo. Alij* ὥρμησαν, irruit. υ De Getthæm.] *Dictio hebræa accepta est pro loci nomine, quæ potest etiam significare* ἡμαρτήκατε, peccastis, *quod habet* Compl. φ Sua.] *In aliis additur* τὴν νύκτα, noctu. χ Seruitutem.] *Aliquis liber habet* δούλους, seruos. *Compl habet* εἰς ἓν μέρος in partem vnam, *quod habet vulgata: itemque paulo post. Dictiones hebraicæ, quæ significant seruitutem, & partem, siue transitum, valde similes sunt.* ψ Quid, quod.] *Ex his, quę sequuntur vsque ad illud*, Et sorte capitur Ionathan, & Saul, *in Compl. sunt tantum ista*, Da manifestationes, *vt etiam in vulgata: ac certe in codicibus græcis apparet coagmentatio quædam uariarum interpretationum. Pro eo autem, quod in nostra est*

C τάδε εἴπῃ, hæc dixerit, *in aliis est* τάδε εἴπῃς, hæc dixeris. ω Iacite.] *Sic hebręus: alii addunt* κλῆρον, sortem, αα Quemcumque.] *Scholion*, Hæc vsque ad illud, (& sorte capitur) in sola editione Theodotionis sunt posita; quamobrem sunt ea asterisco notata, tamquam posita in una, aut secunda coniugatione ipsorum lxx. non tamen in hebræo. *Ex quibus Scholiastis uerbis, & aliis huiusmodi, quæ alibi afferentur, colligi potest plures fuisse editiones, quæ nomen lxx. retinerent, & interdum quidem in eodem codice positas, & quasi coniugatas, unam tamen altera puriorem. In Complut. aliqua ex his habentur, aliqua absunt.* ββ Viuit] *Alii* ἵλεως, ζῇ. Propitius. Viuit. γγ Populus Dei fecit diē hanc.] *Alii* ἔλεος τοῦ θεοῦ ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, misericordia (*aut* misericordiam) Dei fecit in die hac. δδ Et Saul.] καὶ σαοὺλ ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν, κατακληροῦται ἔργον ἐπὶ ἰσραήλ. *Alii*, καὶ σαοὺλ ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν ἐπὶ ἰσραήλ, Et Saul sorte cepit regnare super Israel. *Compl.* καὶ σαοὺλ κατακληροῦται βασιλεύειν ἐπὶ ἰσραήλ. Et Saul sorte cepit regnare super Israel. *Quare apparet in nostra duas esse adnustas interpretationes. Et quod una inquit*, regnare, *altera*, opus, *non ualde discrepant. Et in hebræo dictiones ista significantes sunt ualde similes. & S. Paulus. 1. Tim. 3. episco-*

D *patum opus appellat.* εε Ner filij propinqui Saul.] *A Compl. abest illud* υἱοὶ, filii. *Vulgata* Ner patruelis Saul. *Et alij pro* patruelis, *uertunt* patrui. ζζ Filius Iamin filii Abiel.] *Compl. habet tantum* υἱοῦ ἀβιήλ, filij Abiel. *Vulgata* filius Abiel.

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus vngere te in regem super Israel. Et nunc audi vocem Domini. Hæc dixit Dominus Sabaoth: Nunc vlciscar, quæ fecit Amalec Israeli, vt occurrit ei in via ascendente eo ex Ægypto. Et nunc vade: & percuties Amalec, & [α] Hierim, & omnia, quæ eius: & non reseruabis ex eo, & exterminabis eum, & anathemabis, & omnia, quæ eius:

E & non parces [β] ab eo: & interficies à viro, & vsque ad mulierem, & ab infante [γ] vsque ad lactentem, & à vitulo vsque ad ouem, & à camelo vsque ad asinum. Et condixit Saul populo, & recenset eos in Galgalis [δ] quadringenta millia ordinum, & Iudam triginta millia ordinum. Et venit Saul vsque ad ciuitates Amalec, & tetendit insidias in torrente. Et dixit Saul ad Cinæum: Abi, & declina de medio Amalecitæ; ne addam te cum eo. Et tu fecisti misericordiam cum filijs Israel in ascendendo ipsos ex Ægypto. Et declinauit Cinæus de medio Amalec. Et percussit Saul Amalec ab Euilat vsque Sur super faciem Ægypti.

Et

A Domino in Galgal. Et abijt Samuel in Armathæm. Et Saul aſcendit in domum ſuam in Gabaa. Et non adiecit vltra Samuel videre Saul vſque ad diem mortis eius: quoniam lugebat Samuel ſuper Saul: & Dominum pænituerat; quia fecerat regem Saul ſuper Iſrael.

α Et Hierim.] *Siue Hiarim, ut alij hic, & paulo poſt,. Eſt autem ueſtigium dictionis hebrea, quæ ſignificat perdere, & demoliri. Quare uulgata,* demolire vniuerſa eius. *Complutenſis autem,* καὶ ἐξολοθρεύσεις αὐτὸν, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ. καὶ ἀναθεματιεῖς. *&c.* & diſperdes eum, & omnia, quæ eius, & anathemabis, *&c. Reliqua quæ in noſtra, & alijs græcis codicibus ſunt interiecta, abſunt ab ea. A uulgata autem abſunt præterea iſta,* & anathemabis eum, & omnia, quæ eius. β Ab eo.] ἐπ' αὐτοῦ. *hebræus* ſuper eo. *Complutenſis,* αὐτοῦ, ei. γ Vſque] *Complutenſis,* καὶ ἕως. & vſque: *& ſic deinceps.* δ In Galgalis quadringenta
B millia ordinum, & Iudam triginta millia ordinum.] *Complutenſis,* ἐν γαλγάλοις διακοσίας χιλιάδας ταγμάτων, καὶ δέκα χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν τοῦ ἰούδα. In Galgalis ducenta millia ordinum, & decem millia virorum Iuda. *Quæ reſpondent hebræo, niſi quod hebræus pro* in Galgalis, *habet,* in Thelaim: *quod uulgata interpretatur,* quaſi agnos, *Chaldæus,* in agnis paſchalibus. ε Et Hierim interfecit.] *Rurſus in Complutenſi tantum eſt* αὐτοῦ ἐξωλόθρευσε, eius exterminauit. *In aliquo autem libro & hæc ſunt, & præterea adduntur illa,* καὶ ἱερὶμ ἀπέκτεινε; *ut appareat miſtio interpretationum. Ab hebræo abeſt etiam illud,* αὐτοῦ. *Quare uulgata,* omne autem vulgus interfecit. ζ Reuocaui me.] παρακέκλημαι. *In alijs eſt partim,* μεταμέλομαι, pænitet, *partim* μεταμεμέλημαι ὅτι ἔχρισα, pænituit me, quia vnxi: *& ſic Theodoretus q. 33. de loco iſto diſputans.* η Ipſi Saul, dicentes; venit Samuel.] *Plerique libri habent,* ipſi Samuel, dicentes: venit Saul. θ Ad Saul.] *In aliquo libro eſt,* καὶ ἦλθε σαμουὴλ πρὸς σαοὺλ, Et venit Samuel ad Saul. *A Complutenſi autem abſunt iſta, & quæ ſequuntur vſque ad,* Et aduenit, *ſicut etiam à vulgata.* ι Coram te ipſo.] *id viſum eſt hoc loco ſignificare,* ἐνώπιον αὐτοῦ, *quod in Complutenſi, & apud Theodoretum eſt,* σεαυτοῦ. κ Tribus.] *Complutenſis,* φυλῶν, tribuum. *Apud Theodoretum quæſt. 34. totus hic locus ſic habet.* οὐχὶ μικρὸς σὺ ἐνώπιον σεαυτοῦ εἰς ἡγούμενον, ἐκ σκήπτρου βενιαμὶν, ἐλαχιστοτέρας φυλῆς τοῦ ἰσραὴλ, nonne paruus tu coram te,
C vt eſſes in ducem, ex ſceptro Beniamin, minore tribu Iſrael? *Putat autem exprobrari Sauli a Samuele verba, quæ ipſemet Saul dixerat.* λ Ad ponendum.] τοῦ θεῖναι, *quod abeſt a Complutenſi.* μ Prima exterminationis] *Complutenſis,* τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ἀναθέματος, primitias anathematis. ν Si volitum Domino.] εἰ θελητὸν τῷ κυρίῳ *Theodoretus,* ἰδοὺ οὐ θέλει κύριος, ecce non vult Dominus. ξ Bonum.] θυσίας ἀγαθῆς. *Alij codices* ἀγαθή. *Complutenſis, & Theodoretus,* ἰδοὺ γὰρ ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ θυσίαν, καὶ ἀκρόασις ὑπὲρ στέαρ κριῶν. Ecce enim auditio bona ſuper ſacrificium, & auſcultatio ſuper adipem arietum. ο Peccatum augurium eſt.] *Symmachus,* ἁμαρτία τῆς μαντείας τὸ παραπικραίνειν, ἡ δὲ ἀνομία τῶν εἰδώλων τὸ ἀπειθεῖν: *quod vulgata,* Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. *Aquila,* ἁμαρτία μαντείας παραπικρασμὸς, peccatum diuinationis, exacerbatio. π Theraphim.] *Theodoretus,* Illud autem, θεραφὶν, Aquila eſt interpretatus, θεραπεία καὶ ἀποφαίρεσις, cultus & ſubductio. *Explanat autem hanc Aquilæ ſententiam ita, vt putet ſignificari cultum, in quo quis ſe ſubducat a mãdatorum obſeruatione. Lucifer de reg. Apoſt.* Ecce dicto audientia melior eſt, quam ſacrificium,
D & obediẽtia quam adipes arietum; quoniam peccatũ abominatio eſt: dolores, & gemitus ad te adduxiſti. ρ Tuum ab Iſrael.] *S. Aug 17 de ciuit. cap. 7. teſtatur ita ſe inueniſſe in græcis,* regnum ab Iſrael de manu tua, *licet in pleriſque codicibus latinis legeretur,* regnum Iſrael de manu tua. *quod tamen propius accedit ad hebræum.* σ Non auertet.] οὐκ ἀποστρέψει, *ideſt, non mutabit ſe. Compl.* οὐκ ἐπιστρέψει, *& S. Auguſtinus ibidem,* non conuertetur. *Scholiaſtes videtur legiſſe* οὐκ ἐνδείξει, *ideſt, non oſtentabit tantum, ſed faciet. Verba Scholiaſtis hæc ſunt,* Docens indiſſolubilem eſſe Dei enunciationem propheta ſubiunxit, οὐκ ἐνδείξει, οὐδὲ μετανοήσει ὁ ἅγιος τοῦ ἰσραὴλ. ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπός ἐστι τοῦ μετανοῆσαι. Hinc etiam conſiderandum illud μεταμεμέλημαι. τ Pænitebit eum.] *Ita etiam S. Aug. Apud Scholiaſtem, vt ex verbis proxime allatis conſtat, & in Compl. additur* ὁ ἅγιος τοῦ ἰσραὴλ, Sanctus ipſius Iſrael: *pro quo in vulgata,* triumphator in Iſrael. υ Pæniteat eum.] *In quibuſdam codicibus ſequitur* ἀπειλήσει, καὶ οὐκ ἐμμενεῖ. *Et S. Aug. ibidem:* ipſe minatur, & non permanet. *Refert autem non ad Deum, ſed ad hominem. Videantur quæ notata ſunt 23. Num.*

E

CAP. XVI.

ET dixit Dominus ad Samuel: Vſque quo tu luges ſuper Saul; & ego ſpreui eum: ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo: & veni: mittam te ad Ieſſæ vſque Bethleem: quia vidi in filijs eius mihi regem. Et dixit Samuel. Quomodo ibo? Et audiet Saul, & interficiet me. Et dixit Dominus: Vitulam boum cape in manu tua, & dices: ad ſacrificandum Domino venio. Et vocabis Ieſſæ ad ſacrificium: & nota faciam tibi, quæ facies: & vnges, quemcumque dixero ad te. Et fecit Samuel omnia, quæ

locutus est Dominus ei. Et venit in Bethleem: & expauerunt seniores ciui- A
tatis occursu eius, & dixerunt: Si pax introitus tuus [α] o videns? Et dixit:
Pax. Ad sacrificandum Domino venio. Sanctificamini, & [β] lætamini
mecum hodie. Et sanctificauit ipsum Iessæ, & filios eius: & vocauit eos ad
sacrificium. Et factum est, cum illi ingrederentur, & vidit Eliab, & dixit.
At enim coram Domino Christus eius. Et dixit Dominus ad Samuel: Ne
respexeris in aspectum eius, neque in habitum magnitudinis eius: quoniam
spreui eum: quoniam non, sicut inspiciet homo, aspiciet Deus: quo-
niam homo aspiciet in faciem: Deus autem aspiciet ad cor. Et Iessæ vocauit
Aminadab: & transijt ad faciem Samuel. Et dixit: Neque hunc elegit Deus. B
Et Iessæ adduxit Sama. Et dixit: Et in hoc non elegit Dominus. Et adduxit
Iessæ septem filios suos coram Samuel. Et dixit Samuel: Non elegit Domi-
nus in his. Et dixit Samuel ad Iessæ: Defecerunt filij? Et dixit: Adhuc paruus
ecce pascit in gregem. Et dixit Samuel ad Iessæ: Mitte, & sume eum; quo-
niam non discumbemus; quoadusque ille venerit. Et misit, & introduxit
eum. Et ipse ruffus cum pulchritudine oculorum, & bonus aspectu Domino.
Et dixit Dominus ad Samuel: Surge, & vnge Dauid: quoniam hic est bonus.
Et sumpsit Samuel cornu olei: & vnxit eum in medio fratrum eius. Et insi-
lijt spiritus Domini super Dauid a die illa, & [γ] supra. Et surrexit Samuel, & C
abijt in Armathæm. Et spiritus Domini discessit a Saul: & suffocabat eum
spiritus malignus a Domino. Et dixerunt pueri Saul ad eum. Ecce nunc spi
ritus Domini malignus suffocat te. Dicant nunc serui tui coram te, & quærant
domino nostro virum sciẽtem psallere in cithara. Et erit in existendo spiri-
tum [δ] malignum super te, & psallet in cithara sua; & bonum tibi erit: [ε] &
requiescere te faciet. Et dixit Saul ad pueros suos: Videte nunc mihi virum
recte psallentem: & introducite eum ad me. Et respondit vnus puerorum
eius, & dixit: Ecce vidi filium Iessæ Bethleemitem, [ζ] & ipsum scientem
psalmum: & vir intelligens, & bellator, & sapiens sermone, & vir bonus spe- D
cie: & Dominus cum eo. Et misit Saul nuncios ad Iessæ, dicens: Mitte ad
me filium tuum Dauid, qui in grege tuo. Et sumpsit Iessæ [η] Gomor panum
& vtrem vini, & hœdum caprarum vnum: & misit in manu Dauid filij sui ad
Saul. Et intrauit Dauid ad Saul: & assistebat coram eo. Et dilexit [θ] eum
valde: & factus est ei portans vasa eius. Et misit Saul ad Iessæ, dicens: Assi
stat nunc Dauid coram me: quoniam inuenit gratiam in oculis meis. Et fa-
ctum est, cum esset spiritus malignus super Saul; & sumebat Dauid citha-
ram: & psallebat in manu sua: & refrigerabat Saul: & bonum ei: & disce-
debat ab eo spiritus malignus. E

[α] O videns.] *Abest à Complutensi, vt à vulgata.* [β] Lætamini.] *Complutensis,* ἀνακλίθητε, discumbite. [γ] Supra.] ἐπάνω. *Sic hebræus. Complutensis,* ἐπέκεινα, deinceps, *vt vulgata.* [δ] Malignum.] *Complutensis addit,* παρὰ θεοῦ, à Deo. *Vulgata ut hebræus,* Dei. [ε] Et requiescere te faciet.] *Absunt a Complutensi, & ab hebræo.* [ζ] Et ipsum scientem.] *Complutensis habet tantum,* ἐπιστάμενον, scientem. [η] Gomor.] *Complutensis,* ὄνον, καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ γόμορ, asinum, & imposuit ei Gomor. *Hebræus habet tantum,* Asinum panis. [θ] Eum.] *In Complutensi additur,* Saul, *sed non in hebræo.*

CAP.

A CAP. XVII.

ET congregant alienigenæ castra sua in bellum: & congregantur in Soc-
choth [α] Iudææ: & castrametātur inter Socchoth, & inter Azeca [β] Epher-
men. Et Saul, et viri Israel congregantur, et castrametantur in valle
[γ] ipsi: et instruuntur in prælium ex aduerso alienigenarum. Et alienigenæ stant
super montem hinc: et Israel stat super montem hinc: et vallis inter eos. Et exijt
vir potēs, ex acie alienigenarū: Goliath nomen ei è Geth: altitudo eius [δ] qua-
tuor cubitorum, et palmi: et [ε] cassis super caput eius: et thoracem hamatum
B ipse indutus: et pondus thoracis eius, quinque millia siclorum æris, et fer-
ri, et ocreæ æneæ super crura eius: & clypeus æneus inter humeros eius: et
hastile hastæ eius, sicut [ζ] liciatorium texentium: et lancea eius sexcento-
rum siclorum ferri. Et portans arma eius antecedebat eum. Et stetit, et
exclamauit in aciem Israel, et dixit eis. Quid egredimini congredi prælio
aduersum nos? Nonne ego sum alienigna, et vos [η] hebræi ipsius Saul? Eli-
gite vobis ipsis virum: et descendat ad me. Et, si potuerit pugnare aduersus
me, et si percusserit me; et erimus vobis in seruos. Si autem ego [θ] potue-
ro, et percussero eum; eritis nobis in seruos, et seruietis nobis. Et dixit alie-
C nigena: Ecce ego exprobraui aciem Israel [ι] hodie in die hac: Date mihi
virum: et singulariter pugnabimus vtrique. Et audiuit Saul, et vniuersus
Israel verba alienigenæ hæc: et expauerunt, et timuerunt [κ] valde. Et dixit
Dauid ad Saul: Non concidat nunc cor domini mei super eum. Seruus tuus
ibit, et pugnabit cum alienigena hoc. Et dixit Saul ad Dauid: Non poteris
ire aduersus alienigenam, ad pugnandum cum eo: quoniam puer es tu: et
ipse vir bellator a iuuentute sua. Et dixit Dauid ad Saul. Pascens erat seruus
tuus patri suo in grege: et quando veniebat leo, vel vrsa, et capiebat ouem de
grege; et egrediebar post eum, et percutiebam eum, et extrahebam ex ore
D eius. Et si insurgebat in me; et tenui guttur eius, et percussi, et morti tradi-
di eum. Et leonem, et vrsam percutiebat seruus tuus. Et erit alienigena in-
circuncisus, tamquam vnum eorum. [λ] Nonne ibo, et percutiam eum, et
auferam hodie opprobrium ex Israel? Quoniam quis incircuncisus iste, qui
exprobrauit aciem Dei viuentis? Dominus, qui eruit me de manu leonis,
et de manu vrsæ, ipse eruet me de manu alienigenæ incircuncisi huius. Et di-
xit Saul ad Dauid: Vade, et erit Dominus tecum. Et induit Saul Dauid [μ]
vestimentum, et cassidem æneam circa caput eius, et cinxit Dauid [ν] gladio
suo super [ξ] vestimentum suum: et laborauit; cum ambulasset [ο] semel, et
bis. Et dixit Dauid ad Saul: Non potero ire in his; quia vsum non habeo.
E Et [π] auferunt ea ab eo. Et sumpsit baculum suum in manu sua: et elegit si-
bi quinque lapides leues de torrente, et posuit eos in [ρ] pera pastorali, quæ
erat sibi ad collectionem: et funda eius in manu eius. Et accessit ad virum
alienigenam. [σ] Et vidit Goliath Dauid, & contempsit eum: quoniam ipse
erat puer, et ipse ruffus cum pulchritudine oculorum. Et dixit alienigena ad
Dauid: Tanquam canis ego sum; quia tu venis super me in virga, et lapi-
dibus? Et dixit Dauid. Nequaquam, sed peior cane. Et maledixit alie-
nigenam Dauid in dijs suis. Et dixit alienigena erga Dauid: Veni ad me:

et dabo carnes tuas volatilibus cæli, et pecoribus terræ. Et dixit Dauid ad A
alienigenam: Tu venis ad me in gladio, et in hasta, et in clypeo: et ego
venio ad te in nomine ᵞ Domini Dei Sabaoth aciei Israel, quam exprobra-
sti hodie. Et intercludet te Dominus hodie in manum meam: et inter-
ficiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera tua, & cadauera ca-
strorum alienigenarum in hac die volatilibus cæli, & bestijs terræ. Et cogno-
scet vniuersa terra, quia est Deus in Israel: & cognoscet vniuersa ecclesia hæc,
quia non in gladio, & hasta saluat Dominus: quoniam Domini est bellum: &
tradet Dominus vos in manus nostras. Et surrexit alienigena, & iuit in oc-
cursum ᵛ Dauid. Et extendit Dauid manum suam in peram, & sumpsit inde la- B
pidem vnum, & funda iecit, & percussit alienigenam ad frontem eius: & infixus
est lapis per cassidem in frontē eius: & cecidit in faciem suam super ᵠ terram.
Et cucurrit Dauid, & ascendit super eum, & sumpsit gladium eius, & morti tra-
didit eum, & abstulit caput eius. Et viderunt alienigenæ, quia mortuus est
potens ipsorum, & fugerunt. Et exurgunt viri Israel, & Iuda, & vociferati
sunt, & persequuti sunt post eos vsque ad introitū Geth, & vsque ad portā χ Asca
lonis. χ Et ceciderunt vulnerati alienigenarum in via portarum, & vsque
Geth, & vsque Accaron. Et reuerterunt viri Israel declinantes post alienige-
nas, & ψ conculcarunt castra eorum. Et cepit Dauid caput alienigenæ, & C
tulit illud in Hierusalem: & vasa eius posuit in tabernaculo ω suo.

α Iudææ.] *τῆς Ἰουδαίας, pro eo, quod in vulgata est* Iudæ. β Ephermen.] *Alij, ἐν ἀφεσδομμίν. quod in vulgata,* in finibus Dommim. γ Ipsi.] *Alij τῆς τερεβίνθου (Complutensis, τῆς δρυὸς) οὗτοι, καὶ οὗτοι,* Terebinthi (*Complutensis,* quercus) hi, & hi. *S. Augustinus serm. 197 de tempore habet,* Terebinthi: *quemadmodum etiam vulgata.* δ Quatuor.] *Ita etiam Complutensis. Alij ἓξ πήχεων,* sex cubitorum, *vt vulgata.* ε Cassis.] *Complutensis addit χαλκῆ,* ænea. *vt vulgata.* ζ Liciatorium.] *μεσαγκύλου. Alii μεσάγκυλον, aut μεσαγκύλιον, eodem sensu.* η Hebræi.] *Ita & Complutensis: quod vulgata* serui: *ac de illa nominum in hebræo similitudine notatum est capit.* 13. θ Potuero.] *δυνηθῶ Ita hebræus, nisi quod addit,* in eum. *Complutensis, καταδυναστεύσω αὐτόν,* oppressero eum. ι Hodie.] *Abest à Complutensi In vulgata est,* hodie, *sed non,* in die hac. κ Valde.] *Ita in libris, qui solent esse emendatissimi. In alijs hæc sequuntur, quæ videntur agnosci à S. Augustino serm. 197. & in lib. 50. homiliarum homil. 31. & à S. Io. Chrysostomo homil. 1. de Dauid & Saul.* Et erat Dauid filius hominis Ephrathæi: hic ex Bethleem Iuda: & nomen ei Iessæ: & ei octo filii: & uir in diebus Saul senior, veniens inter homines (*Complutensis, ἐν ἔτεσιν,* in annos: *sed illud propius hebræo.*) Et fuerunt tres filij Iessæ maiores post Saul ad bellum, Heliab primogenitus eius, & secundus Aminadab, & tertius Sama. Dauid autem ipse, minor. Et tres ipsi maiores fuerunt post Saul. Et Dauid abijt, & reuertit à Saul, pascens oues patris sui in Bethleem. Et adueniebat alienigena surgens mane, & vespere: & stetit coram Israel quadraginta dies. Et dixit Iessæ ad Dauid filium suum: Sume nunc fratribus tuis Oephi farinæ, & decem panes hos, & percurre in castra, & da fratribus tuis: & decem formellas lactis huius (*Complutensis, ταύτας* has) afferes Chiliarcho: & fratres tuos visita in pace: & omnia, quibuscumque opus habuerint, cognosces: & sabbatum facies mecum (*Hæc postrema particula abest a Complutensi.*) Saul autem ipse (*Complutensis, καὶ αὐτοὶ* & ipsi) & vniuersus populus in valle quercus bellantes cum alienigenis. Et diluculo surrexit Dauid mane, & dimisit oues custodi: & sumpsit, & abijt, sicut mandauerat ei Iessæ. Et venit ad rotunditatem (*idest vallum*) & virtutem exeuntem in aciem: & vociferati sunt in prælio. Et instruxerunt Israel, & alienigenæ aciem ex aduerso aciei. Deponens autem Dauid vasa sua à se super manum custodis, cucurrit ad aciem: & venit, & interrogauit fratres suos in pace. Et ipso loquente cum eis, ecce vir Amessæus (*Complutensis, ὁ ἀμεσσαῖος, quasi medius stans inter acies. Vulgata habet,* spurius) ascendebat, Goliath Philisthæus nomen ei e Geth ex aciebus alienigenarum: & locutus est secundum verba ista. Et audiuit Dauid. Et omnis vir Israel, dum ipsi viderent virum, & fugerunt a facie eius, & timuerunt valde. Et dixit vir Israel: Si vidistis virum ascendentem hunc, quia ad exprobrandum Israel ascendit? Et erit, vir quicumque percusserit eum, ditabit eum rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet liberam in Israel. Et dixit Dauid ad uiros, qui stabant simul cum eo, dicens: Quid fiet uiro, qui percusserit alienigenam illum, & abstulerit opprobrium ab Israel? Quoniam quis est alienigena incircuncisus iste; quia exprobrauit aciem Dei viuentis?

Et dixit

A Et dixit ei populus iuxta verbum hoc, dicens: Sic fiet viro, qui percusserit eum. Et audiuit Heliab frater eius maior, cum ipse loqueretur ad viros: & iratus est indignatione Heliab in Dauid, & dixit: Vt quid hoc ascendisti? & super quem dimisisti pusillas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & improbitatem cordis tui; quoniam causa videndi prælium descendisti. Et dixit Dauid: Quid feci? (*alii addunt:* νῦν, nunc) Nonne verbum est? Et auertit se ab eo ad contra alterum: (*Ita hebræus, Compl.* εἰς μέρος ἕτερον, *ad partem aliam.*) & dixit iuxta verbum istud. Et respondit ei populus iuxta verbum primi. Et audita sunt verba, quæ locutus est Dauid, & annunciata sunt coram Saul. Et assumpserunt eum, & introduxerunt eum ad Saul. λ Nonne ibo.] *Ita etiam Theodoretus quæst. 40. A Complutensi absunt ista vsque ad illud*, qui exprobrauit: *sicut etiam à vulgata.* μ Vestimentum.] *Complutensis addit* αὐτοῦ, suum. ν Gladio suo.] *Alii,* θώρακα, καὶ ἐζώσατο Δαβὶδ τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, thorace, & accinctus est Dauid gladio eius: *nec multo aliter Complutensis.* ξ Vestimentum.] *Ita etiam vulgata. Complut.* ἐπάνω τοῦ θώρακος αὐτοῦ. super thoracem eius. ο Semel, & bis.] *In aliis additur,* ὅτι ἄπειρος ἦν, quoniam non habebat vsum. *Et Compl. pro* semel, & bis, *habet*, ἐν τῷ βαδίζειν ἐν αὐτοῖς, in ambulando in eis,

B π Auferunt.] *Complutensis,* καὶ περιείλετο αὐτὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ, & circumabstulit ea à se. ρ Pera pastorali.] *Sic vulgata. S. Augustinus lib. 50. homiliarum homil. 3.* in vase pastoris, quo lac mulgeri solet. *Apud chaldæum, & alios ex hebræo fit mentio & vasis pastorum, & peræ.* σ Et vidit Goliath Dauid.] *Ita emendatissimi quique libri. Alii autem*, Et perrexit alienigena pergens, & appropinquans aduersus Dauid: & vir portans scutum ante eum. Et inspexit Goliath alienigena, & vidit Dauid. *Vicissim autem absunt à Complutensi, quæ hic paulo post sequuntur.* Et dixit Dauid, nequaquam, sed peior cane. τ Domini Dei Sabaoth aciei Israel.] *Complutensis, & Theodoretus* κυρίου σαβαὼθ θεοῦ παρατάξεως Ἰσραήλ, *& uulgata,* Domini exercituum, Dei agminum Israel. υ Dauid.] *In aliquot libris sequitur,* καὶ ἐτάχυνε Δαυίδ· καὶ ἔδραμεν (*Complutensis,* καὶ ἐξῆλθε καὶ αὐτὸς) εἰς παράταξιν εἰς συνάντησιν τοῦ ἀλλοφύλου, Et festinauit Dauid, & cucurrit (*Compluten.* & exijt etiam ipse) in aciem in occursum alienigenæ. φ Terram.] *In aliis sequitur,* καὶ ἐκραταίωσε (*Complut.* ἐκραταιώθη) Δαυὶδ ὑπὲρ τὸν ἀλλόφυλον ἐν τῇ σφενδόνῃ, καὶ ἐν τῷ λίθῳ, καὶ ἐπάταξε τὸν ἀλλόφυλον, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. καὶ ῥομφαία οὐκ ἦν ἐν χειρὶ Δαυίδ. Et inualuit Dauid super alienigenam in funda, & in lapide: & percussit alienigenam, & morti tradidit eum: & non erat gla-

C dius in manu eius. χ Ascalonis.] *Complutensis* Accaron, *vt uulgata.* ψ Conculcarunt.] *Complutensis* ἐσκύλευσαν, prædati sunt. ω Tabernaculo suo.] *In aliquot libris sequuntur hæc, quæ respondent uulgatæ, & agnoscuntur etiam a Theodoreto quæst. 42. & sequentibus.* Et vt vidit Saul Dauid egredientem in occursum alienigenæ; dixit ad Abenner principem virtutis: Filius cuius adolescens iste, Abenner? Et dixit Abenner: Viuit anima tua rex, si noui (*Sic hebræus: Complutensis paulo aliter.*) Et dixit rex: Interroga tu, filius cuius adolescens iste. Et, vt reuertit Dauid a percutiendo alienigenam (*rursus propius ad hebræum* τοῦ πατάξαι, *quam* πατάξαι, *quod in Complutensi;*) & assumpsit eum Abenner, & introduxit eum coram Saul. Et caput alienigenæ in manu eius. Et dixit ad eum Saul: Filius cuius est puer? Et dixit Dauid: Filius serui tui Iessæ Bethleemitæ. Et factum est (*hoc est initium capitis 18.*) vt consummauit loquens ad Saul; & anima Ionathan conglutinata est animæ Dauid: & dilexit eum Ionathan iuxta animam suam. Et assumpsit eum Saul in die illa: & non dedit eum reuerti in domum patris sui. Et disposuit Ionathan, & Dauid testamentum in diligendo illum iuxta animam

D suam. Et exuit Ionathan pallium, quod super se, & dedit illud Dauid, & mantellum suum, & vsque ad gladium suum, & usque ad arcum suum, & usque ad balteum suum. Et egrediebatur Dauid in omnibus, ad quæ mittebat eum Saul, intelligens. Et constituit eum Saul super uiros belli. Et placuit in oculis uniuersi populi, & etiam in oculis seruorum Saul. Et factum est in ingrediendo eos, in reuertendo Dauid a percutiendo alienigenam. *Theodoretus, cum disputasset, quomodo Saul ignorare potuerit Dauid, quem cithara psallentem audire solitus erat, itemque quod uestimenti genus sit* μανδύας, *quod nos mantellum diximus, notat deinde quæst. 44. quod lxx. dixerint, Ionathan dilexisse Dauid* ψυχὴν ἀγαπῶντος αὐτόν, animo amantis seipsum, *Aquilam dixisse,* κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, iuxta animam suam: *quod tamen hoc loco est in omnibus collatis codicibus, qui habent ista uerba, sicut illud legitur infra cap. 20.*

CAP. XVIII.

E

ET egressæ sunt choros ducentes α in occursum Dauid ex omnibus ciuitatibus Israel in tympanis, & in lætitia, & in cymbalis. Et exibant β mulieres, & dicebant. Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis. Et γ malum visum est verbum in oculis Saul de sermone isto, & dixit: Dauidi dederunt decẽ millia: & mihi dederunt δ millia. Et timuit Saul a facie ε Dauid: & remouit eum a se: & constituit eum sibi Chiliarchũ. Et egrediebatur, & ingrediebatur ante populũ: & erat Dauid in omnibus vijs suis

intelligens: & Dominus erat cum eo. Et vidit Saul, quia ipse intelligit valde: & cauebat a facie eius. Et vniuersus Israel, & Iudas diligebat Dauid: quoniam ipse ingrediebatur, & egrediebatur ante faciē ζ populi. Et dilexit Melchol filia Saul Dauid. Et annunciatū est Sauli: & rectum fuit in oculis eius. Et dixit Saul: Dabo eam ei: & erit illi in scandalum. η Et fuit super Saul manus alienigenarum. Et mandauit Saul pueris suis, dicens: Loquimini vos clanculum ipsi Dauid, dicentes: Ecce vult in te rex: & omnes pueri eius diligunt te: & tu esto gener regi. Et locuti sunt pueri Saul in aures Dauid verba ista. Et dixit Dauid: Si leue in oculis vestris fieri generum regi? Et ego vir humilis, & non honoratus. Et annunciauerunt pueri Saul ei iuxta verba ista, quæ locutus est Dauid. Et dixit Saul: Hæc dicetis ipsi Dauid: Non vult rex in θ dono, sed in centum præputijs alienigenarum, ad vlciscendum inimicos regis. Et Saul cogitabat inijcere eum in manus alienigenarum. Et annunciant pueri Saul ipsi Dauid verba hæc: & rectum fuit verbum in oculis Dauid, generū fieri ι regi. Et surrexit Dauid, & iuit ipse, & viri eius, & percussit in alienigenis κ centū viros. Et attulit præputia λ eorum; & fit gener regi: & dat ei Melchol filiam suam ei in vxorē. Et vidit Saul, quia Dominus cum Dauid, & vniuersus Israel diligebat eum: & adiecit cauere a Dauid μ amplius.

A B C

α In occursum Dauid.] *In Compl. est,* καὶ ᾄδουσαι εἰς ἀπάντησιν σαοὺλ τοῦ βασιλέως, & canentes in occursum Saul regis. *In aliquo libro ambæ istæ lectiones sunt admistæ.* β Mulieres.] *In alijs additur,* αἱ παίζουσαι ludentes. γ Et malum.] *Complutens.* καὶ ὠργίσθη σαοὺλ, καὶ ἐφάνη πονηρὸν, & iratus est Saul: & visum est malum. δ Millia.] *Ita in ijs, qui solent esse emendantissimi. In alijs hæc sequuntur.* Et quid ei, nisi regnum? Et fuit Saul inuidens Dauid à die illa, & deinceps. Et factum est à crastina, & cecidit spiritus Dei malus super Saul: & prophetauit in medio domus suæ. Et Dauid psallebat manu sua, sicut per vnamquamque diem. Et hasta in manu Saul. Et eleuauit Saul hastam, & dixit: Percutiā in Dauid, & in parietē. Et declinauit Dauid à facie eius bis. *Agnoscit nonnulla ex his Theodoretus quæst.45.* ε Dauid.] *In ijsdem additur,* ὅτι κύριος μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ σαοὺλ ἀπέστη, quoniam erat Dominus cum eo, & à Saul discesserat. ζ Populi.] *In ijsdē sequitur,* Et dixit Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob: eam tibi dabo in vxorem. Tantummodo esto mihi in filium virtutis: & præliare prælia Domini. Et Saul dixit: Non sit manus mea super eum: & erit (*Compl.* ἀλλ' ἔσω, sed sit. *Theodoretus q.46.* ἀλλ' ἔσται, sed erit) super eum manus alienigenarum. Et dixit Dauid ad Saul: Quis ego sum, & vita (*Compl.* & quæ vita) cognationis patris mei in Israel; quia ero gener regis? Et factū est in tēpore dandi Merob filiā Saul ipsi Dauid, & hæc data est ipsi Edriel Molathitæ in vxorem. η Et fuit super Saul manus alienigenarum.] *Compl. & Theodoretus ibidem,* καὶ ἔσται ἐπ' αὐτῷ (*Theodoretus,* ἐπ' αὐτὸν) ἡ χεὶρ τῶν ἀλλοφύλων, & erit super eum manus alienigenarum. *Post hæc autem in alijs codicibus sequuntur ista.* Et dixit Saul ad Dauid: In duabus fies gener mihi hodie. Et mandauit. *&c.* θ In dono.] ἐν δόματι, *quod multi vertunt ex hebræo* in dote, *& Chaldæus* in dotibus. *Compl.* ἕδνα, *quod vulgata* sponsalia. ι Regi.] *In aliis additur,* καὶ οὐκ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι, & non sunt completi dies. κ Centum.] *Compl.* διακοσίους, ducentos, *vt vulgata.* λ Eorum.] *In aliis additur,* καὶ ἐπλήρωσεν αὐτὰ τῷ σαοὺλ, *quod vulgata,* & numerauit ea regi. μ Amplius.] *In aliis hæc sequuntur,* Et fuit Saul inimicitias exercens in Dauid omnibus diebus. Et exiuerūt principes alienigenarum. Et factum est in opportunitate egressionis eorum, & intelligens erat Dauid (*Compl.* & Dauid intellexit) præter omnes seruos Saul; & honoratum fuit nomen eius valde.

D

CAP. XIX.

E

ET locutus est Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes pueros suos ad interficiendum Dauid. Et Ionathan filius Saul diligebat Dauid valde. Et annūciauit Ionathan ipsi Dauid, dicens: Saul quærit morti tradere te. Obserua igitur cras mane, & abscondere, & sede in occulto: & ego egrediar, & stabo adhærens patri meo in agro, vbi fueris illic: & ego loquar pro te ad patrem meum: & videbo quicquid fuerit, & annunciabo tibi. Et locutus est Ionathan de

A de Dauid bona ad Saul patrem suum: & dixit ad eum: Non peccet rex in seruum suum Dauid: quoniam non peccauit in te, & opera eius bona valde, & posuit animam suam in manu sua: & percussit alienigenam: & fecit Dominus salutem magnam: & vniuersus Israel viderunt, & gauisi sunt. Et vt quid peccas in sanguinem innoxium, interficiendo Dauid gratis? Et audiuit Saul vocem Ionathan: & iurauit Saul dicens: Viuit Dominus, si morietur. Et vocauit Ionathan Dauid, & annũciauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathã Dauid ad Saul: & erat in conspectu eius, sicut heri, & nudiustertius. Et processit bellũ fieri [α] aduersus Saul: & inualuit Dauid, & impugnauit alienigenas, & percussit in eis pla-
B gam magnã valde, & fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus Dei malus super Saul: & ipse in domo sedens, & hasta in manu eius, & Dauid psallebat manibus suis. Et quærebat Saul percutere hastã in Dauid. Et recessit Dauid a facie Saul. Et percussit hastã in parietẽ: & Dauid secessit, & saluatus est. Et factũ est in nocte illa, & misit Saul nũcios in domũ Dauid, ad custodiendũ eũ, & interficiendũ eum mane. Et annunciauit ipsi Dauid Melchol vxor eius, dicens: Si tu non saluaueris animam tuam nocte hac; cras interficieris. Et descendere facit Melchol Dauid per fenestram: & abijt, & fugit, & saluatur. Et sumpsit Melchol [β] cenotaphia, & posuit super lectum: & iecur caprarum posuit ad caput eius: & operuit
C ea vestimento. Et misit Saul nuncios ad capiendum Dauid. Et dicunt ægrotare eum. Et misit super Dauid, dicẽs: Adducite eum super lectum ad me ad interficiendum eum. Et veniunt nuncij: & ecce cenotaphia super lectum: & iecur caprarũ ad caput eius. Et dixit Saul ad Melchol: Vt quid sic decepisti me: & emisisti inimicum meum, & saluatus est? Et dixit Melchol ad Saul: Ipse dixit, emitte me: si autem non; interficiam te. Et Dauid fugit, & saluatus est: & aduenit ad Samuel in Armathæm: & annunciat ei omnia, quæcumque fecit sibi Saul. Et iuit Samuel & Dauid: & sederunt in Nauath in Rhama. Et annunciatum est Saul, dicentes: Ecce Dauid in Nauath in Rhama. Et misit Saul nuncios ad capiendum
D Dauid: & viderunt Ecclesiam [γ] prophetarum, & Samuel stabat assistens super eos. Et factus est super nuncios Saul spiritus Dei, & prophetant. Et annunciatum est Saul: & misit nuncios alios: & prophetauerunt etiam ipsi. Et adiecit Saul mittere nuncios tertios: & prophetauerunt etiam ipsi. Et indignatus est ira Saul: & iuit etiam ipse in Armathæm: & venit vsque ad puteum areæ, quæ in Sephi: & interrogauit & dixit: Vbi Samuel & Dauid? Et dixerunt: Ecce in Nauath in Rhama. Et iuit inde in Nauath in Rhama. Et factus est etiam super eum spiritus Dei: [δ] & ibat prophetans, quoadusque ipse veniret in Nauath in Rhama. Et exuit vestimenta sua, & prophetauit coram [ε] eis. Et cecidit nudus totam diẽ
E illam, & totam noctem. Propter hoc dicebant: Si & Saul in prophetis?

[α] Aduersus Saul.] *Abest hoc à Compl. vt & vulgata.* [β] Cenotaphia.] *Theodoretus qu.* 48. *κενοτάφια* Aquila interpretatus est *μορφώματα*, formas, & effigies, iecur autem caprarum, *ἱματίων πλῆθος, καὶ στρογγύλωμα τριχῶν*, vestium multitudinem, & stragulum capillorum: *quod postremum habet etiam Compl. In Scholio inserto quæstionibus Theodoreti scribitur Cenotaphia significare vestes imitantes hominem decumbentem.* [γ] Prophetarum.] *In aliis additur, τῶν προφητευόντων, quod vulgata,* vaticinantium. [δ] Et ibat prophetans.] *Alii, καὶ ἐπορεύετο πορευόμενος προφητεύων, (Compl. καὶ προφητεύων)* & ambulabat ambulans, prophetãs, *aut,* & prophetauit. [ε] Eis.] *Compl. ἐνώπιον. & vulgata,* coram Samuel.

CAP.

CAP. XX. A

ET fugit Dauid de Nauath in Rhama: & venit coram Ionathan, & dixit: Quid feci, & quæ iniustitia mea, & quid peccaui coram patre tuo: quia inquirit animam meam? Et dixit ei Ionathan: nequaquam tibi: non morieris. Ecce non faciet pater meus verbum magnum, aut paruum, & non reuelabit auriculam meam. Et quid, quia abscondet pater meus a me verbum hoc? Non est istud. Et respondit Dauid ipsi Ionathan, & dixit: Cognoscens nouit pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dixit: Non cognoscat hoc Ionathan, ne minime velit. Sed viuit Dominus, & viuit anima tua, quia sicut dixi B impletū est inter me, & mortem. Et dixit Ionathan ad Dauid. Quid concupiscit anima tua; & quid faciam tibi? Et dixit Dauid ad Ionathan. Ecce nunc Neomenia cras: & ego sedens non sedebo manducare: & dimittes me; & abscondar in campo vsque ad vesperam. Et si recensens recensuerit me pater tuus; & dices. Deprecans deprecatus est a me Dauid currere vsque in Bethleem ciuitatem suam; quoniam sacrificium dierū ibi vniuersæ tribui? Si hæc dixerit, bene; pax seruo tuo. Et si dure responderit tibi; scito quia consummata est malitia ab eo. Et facies misericordiam cum seruo tuo; quoniam induxisti in testamentum Domini seruum tuum cum te ipso. Et, si est iniustitia in seruo tuo; interfice me tu: & C vsque ad patrem tuum vt quid ita introducis me? Et dixit Ionathan: Nequaquā tibi: quoniam si cognoscens cognouero, quia consummata est malitia a patre meo ad veniendum super te; etsi non fuerit in ciuitatibus tuis, ego annunciabo tibi. Et dixit Dauid ad Ionathan: Quis annunciabit mihi; si responderit pater tuus dure. Et dixit Ionathan ad Dauid: Vade, & maneto in campo. Et egrediuntur vtrique in campum. Et dixit Ionathan ad Dauid: Dominus Deus Israel nouit, quia interrogauero patrem meum, prout tempus, ter, & ecce bonum fuerit de Dauid, & non misero ad te in campum; hæc faciat Deus ipsi Ionathan, & hæc adijciat: quoniam deferam mala super te; & reuelabo auriculam tuā, D & dimittam te, & abibis in pace: & erit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Et siquidem adhuc me viuente; & facies misericordiam mecum. Et si morte mortuus fuero; non auferes misericordiam tuam a domo mea vsque in seculum. Et, si non, in auferendo Dominum inimicos Dauid, vnumquemque a facie terræ; inueniatur nomen Ionathan a domo Dauid, & requirat Dominus inimicos Dauid. Et adiecit adhuc Ionathan iurare ipsi Dauid: quoniam amauit animo amātis se. Et dixit Ionathan: Cras Neomenia: & visitaberis; quia visitabitur sedes tua. Et tertiabis, & speculaberis, & venies ad locū tuū, vbi abscondes te in die operaria: & sedebis apud Ergab illud. Et ego tertiabo sagittis E iaculans, emittens in Amattari. Et ecce mitto puerum, dicens: Veni, reperias mihi sagittam: Si dixero dicens puero, hic sagitta a te, & hic, cape eā; accede, quoniā pax tibi, & non est verbum, viuit Dominus. Si autem hæc dixero adolescenti, hic sagitta a te, & vltra; vade quoniam dimisit te Dominus. Et verbum, quod locuti sumus ego, & tu, ecce Dominus testis inter me & te vsque in seculum. Et abscondit se Dauid in agro, & aduenit mensis: & venit rex ad mensam ad comedendum: & sedit super cathedram suam, sicut semel, & semel, super cathedram apud parietē. Et præuenit ipsum Ionathan: Et sedit Abenner a latere Saul

A re Saul; & visitatus est locus Dauid. Et non locutus est Saul in die illa; quoniam
dixit: ββ Accidens videtur, vt non sit purus, quoniam mundatus non est. Et fa-
ctum est crastina mensis die secunda, & visitatus est locus Dauid. Et dixit Saul
ad Ionathan filium suum: Quid, quod non aduenit filius Iessæ & heri, & hodie
ad mensam? Et respondit Ionathan ad Saul: & dixit ei: Deprecatus est a me Da-
uid vsque in Bethleem ciuitatem suam ire, & dixit: Dimitte nūc me: quoniam
sacrificium ipsius tribus, nobis in ciuitate: & mandauerunt ad me fratres mei:
& nunc, si inueni gratiam in oculis tuis, transibo iam, & videbo fratres meos.
Propter hoc non aduenit ad mensam regis. Et indignatus est ira Saul super Iona
B than valde, & dixit ei: Fili puellarum vltro uenientium. Non enim noui, quia
particeps es tu filio Iessæ in confusionem tuam, & in confusionem reuelationis
matris tuæ? Quoniam omnibus diebus, quibus filius Iessæ vixerit super terram;
γγ non parabitur regnū tuum. Nunc igitur mittens cape adolescentem, quia fi-
lius mortis iste. Et respondit Ionathan ad Saul: Vt quid moritur? Quid fecit? Et
eleuauit Saul hastam super Ionathan ad interficiendum eum. Et cognouit Iona-
than, quia consummata est malitia hæc a patre suo, interficiendi Dauid. Et resi-
lijt Ionathan a mensa in indignatione iræ; & non comedit in secunda mensis pa-
nem: quoniam δδ sauciatus est super Dauid: quoniam εε consummauerat super
C eum pater suus. Et factum est mane, & exijt Ionathan in campum, sicut consti-
tuerat in testimoniū Dauid, & puer paruulus cum eo, & dixit puero: Curre in-
uenito mihi sagittas, in quibus ego iaculor: Et puer cucurrit, & ipse iaculatus
est sagitta: & ζζ trāsire fecit eam. Et venit puer vsque ad locū sagittæ, quo iacu
latus fuerat Ionathan. Et exclamauit Ionathan post puerum, & dixit: Illic sagit
ta a te, & vltra. Et exclamauit Ionathan post puerum suum, dicens: Festinans
propera, & non stes. Et collegit puer Ionathan sagittas: & attulit sagittas ad do-
minum suum. Et puer non cognouit quicquam: ηη tantum Ionathan, & Dauid.
Et Ionathan dedit vasa sua super puerum suum, & dixit puero suo: Vade, intra
D in ciuitatem. Et vt intrauit puer; & Dauid surrexit ab θθ Argab, & cecidit super
faciem suam, & adorauit eum ter, & deosculatus est vnusquisque proximum
suum, & plorauit vnusquisque proximum suum, ιι vsque ad consummationem
magnam. Et dixit Ionathan ipsi Dauid: Vade in pace; et sicut iurauimus nos vtri
que in nomine Domini, dicentes: Dominus erit testis inter me & te, et inter se-
men meum, et inter semen tuum vsque in seculum. Et surrexit Dauid, et abijt.
Et Ionathan ingressus est in ciuitatem.

α In Rhama.] *Ita etiam hebræus: nam est subintelligendum,* quæ est in Rhama: *& ita vulgata, nisi quod habet* Ramatha, *vt Chaldæus Compl. longius ab hebræo* ἐν ῥαμᾶ, de Rhama. β Et non reuelabit auriculam meam.] *Respondet hebræo. Compl. planius,* ὃ οὐκ ἀποκαλύψει, quod non reuelet. *Symm.* ἐὰν μὴ δηλώσῃ εἰς ἀκοήν μου, nisi indicarit in auditu meo. γ Non cognoscat hoc] *Visum est hoc loco idem valere,* μὴ γνώτω, *quod in alijs est* μὴ γνῷ, *aut* μὴ γνώτω, *vt Compl.* δ Ne minime uelit.] *Propius ad vulgatam, quę habet,* ne tristetur, *quam quod est in Complutensi,* ὅπως μὴ ἀναγγείλῃ τῷ δαυίδ, vt non annunciet ipsi Dauid. ε Impletum est.] ἐμπέπλησται. *Compl.* πεπλήρωται, *eodem sensu. Aquila, & Symm.* ὅσον βῆμα ἀναμεταξὺ ἐμοῦ καὶ θανάτου, quantum gradus, (*aut passus,*) inter me, & mortem. ζ Et quid faciam] *Compl.* καὶ ποιήσω, & faciam. η Sedens non sedebo manducare.] *Ita vetustiores libri. In alijs post* sedebo *additur* μετὰ τοῦ βασιλέως, cum rege *Compl.* καὶ ἐγὼ καθίσας καθήσομαι μετὰ τοῦ βασιλέως φαγεῖν, & ego sedēs sedebo cum rege manducare, *quod vulg. ita interpretatur,* ex more sedere soleo iuxta regē ad uescēdum. θ Vespe am.] *Vulgata ex hebræo addit,* diei tertiæ. ι Si hæc dixerit.] *Ita fere hebręus. Compl. autem,* καὶ ἐὰν εἴπῃ ὁ πατήρ σου, & si dixerit pater tuus. λ Et si nō fuerit.] καὶ ἐὰν μὴ ᾖ, εἰς τοὺς πόλεμος σου ἐγὼ ἀπαγγελῶ σοι. *Ab aliquibus abest illud* ᾖ, fuerit. *Compl. habet tantum,* καὶ μὴ ἀπαγγελῶ σοι, & non annunciabo tibi. *In hebręo, vt in vulgata est sine*
E
inter-

interrogatione. Pendet enim ab illo, Nequaquam tibi, *idest absit a te, vt si ego cognouero, non annunciem.* A
λ Maneto. μένε. *Compl.* ἐξέλθωμεν, exeamus. μ Quia.] ὅτι ἀναγγελῶ. *Videtur hebraismus, vt quia sit dictum pro si, aut cum. Compl.* ὅτι ἐάν, quoniam si, *& concludit per interrogationem*, & non mittam ad te in campum? *sed in hebræo additur*, & reuelauero aurem tuam, *& periodus concluditur in verbis sequentibus*, hæc faciat Deus ipsi Ionathan, & hæc adijciat. ν Quoniam deferam mala super te.] *In Compl. quoniam proxime allata verba*, hæc faciat Deus ipsi Ionathan, & hæc adijciat, *sunt initium periodi, idcirco nunc legitur*, ἐὰν μὴ ἀνοίσω τὰ κακὰ ἐπὶ σέ, si non detulero mala super te. *sed rursus in nostra potest illud*, quoniam, *accipi pro si; vt ita dicamus. Si detulero, idest resciero mala super te, reuelabo, &c. Et non est dissimilis sententia ab ea, quam habet vulgata.* ξ Et si non.] *Complut. & ex parte etiam aliquot manuscripti codices.* καὶ μὴ ἐν τῷ ἐξαίρειν κύριον τοὺς ἐχθροὺς Δαυὶδ ἕκαστον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἐξαρθήσεται (al. ἐξαρθῆναι) τοῦ Ἰωνάθαν ἀπὸ τοῦ οἴκου Δαυίδ, Et non, in auferendo Dominum inimicos Dauid, auferetur (*ex superiore suppiendum*, misericordia) ipsi Ionathan a domo Dauid. *Hebraica aliam sententiam præ se ferunt.* ο Animo amantis se.] *Aquila*, κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, iuxta animam suam. De *hoc dictum est ad cap. xviij.* π Visitabitur.] *Sic hebræus, Symm.* ζητηθήσεται, requiretur. *Hoc enim significatur, fore, vt in recensendo eos, qui sedent, appareat deesse* B *Dauid. Compl. longius ab hebræo* καὶ ἐπισκοπῇ ἐπισκεφθήσεται, & visitatione visitabitur. ρ Ternabis.] *Theodoretus quæst.* 49. Illud autem τρισσεύσεις pro τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς, tres dies expectabis. σ Operaria.] τῇ ἐργασίμῃ. *Compl.* τῆς ἐργασίας, operationis. τ Ergab.] *Schol.* Illud ἐργάβ Aquila interpretatus est ἐχόμενα τοῦ νότου, iuxta Australem plagam: cæteri autem ediderunt λίθον, lapidem: *quod habet Compl. & vulgata, sed hæc addit*, cui nomen *est* Ezel. *Theodoretus pro* ἐργάβ *habet*, ἀργόβ. *& post quam ipse etiam attulit interpretationem Aquilæ, adiungit putare se fuisse locum aliquem concauum eo nomine appellatum, & propterea paulo post historiam dicere, Dauid surrexisse* ἀπὸ τοῦ ἐργάβ, *quasi idem sit hic, atque ille locus. Et interpres quidē Theodoreti vtrobique habet* Agaf. υ Ternabo sagittis.] *Theodoretus*, Illud autem τρισσεύσω pro, tres emittam sagittas. σχίζας autem Aquila interpretatus est βέλη, iacula. φ Amattari.] *Compl.* Amattara. *Theodoretus* ἀματταρί. *atque addit inuenisse se in hebraicorum nominum interpretatione, idem valere, ac* τάφρον *apud græcos, Fossatum apud Romanos, apud Syros autem* Scopum, *ad quem qui se exercent, iacula emittere consueuerunt. Scholiastes hoc, quod Theodoretus attribuit Syris, videtur attribuere Symmacho, & fortasse etiam Aquilæ. Ita enim scribit.* Aquila autem εἰς τὴν σκοπιάν, vel φυλακήν, custodiam (duplex enim scriptura.) C Symmachus εἰς τὸν τεταγμένον σκοπόν, ad constitutum signum, ad quod, qui se exercent, iacula mittere consueuerunt. χ Et hic.] *pro eo quod in hebræo*, & infra. ψ Verbum.] *Sic hebræus, & sub intelligitur illud, quod exprimitur in Compl.* πονηρός, verbum malū. *ita etiam cap.* 22. ω Mensis.] *Sic hebræus Compl.* νουμηνία Neomenia, Kalendæ. αα Et præuenit ipsum Ionathan.] καὶ προέφθασεν τὸν Ἰωνάθαν. *vt intelligatur post Saul sequutum esse Ionathan. In Compl. est*, καὶ προέφθασεν αὐτὸν Ἰωνάθαν, & præuenit eum Ionathan. ββ Accidens.] *Schol.* συνάντημα. *Symm.* συγκύρημα, incursus & euentus. γγ Non parabitur.] *Compl.* οὐχ ἑτοιμασθήσῃ σὺ οὐδὲ ἡ βασιλεία σου: *quod in vulgata*, non stabilieris tu, neque regnum tuum. δδ Sauciatus est.] *Aquila*, ἐπονέθη. *Sym.* ἠδυνήθη. *Theodotio*, ἐλυπήθη, doluit, contristatus est, ægre tulit. εε Quoniam consummauerat.] *Compl.* ὅτι ἐβουλεύσατο ὁ πατὴρ αὐτοῦ συντελέσαι αὐτόν. quoniam deliberauerat pater ipsius cō summare eum. ζζ Transire fecit.] *Theodotio*, ὑπέβαλε *eodem sensu.* ηη Tantum Ionathan, & Dauid.] *In alijs sequitur*, ἔγνωσαν (*Compl.* ᾔδεισαν) τὸ ῥῆμα, cognouerunt verbum. θθ Argab.] *Diximus paulo ante ad illud* Ergab *de hoc loco ex Theodoreto. Cōpl. hic habet* ἀπὸ τοῦ νεγέβ, de Negeb. *quæ dictio hic est in hebræo, & significat austrum, & meridiem.* ιι Vsque ad consummationem magnam.] *In Compl. additur*, Δαυὶδ ὑπέβαλεν, Dauid superauit. *Hebræus habet*, adeo vt Dauid adaugeret. D

CAP. XXI.

ET venit Dauid in Nomba ad Abimelech sacerdotem. Et obstupuit Abimelech occursu eius, & dixit ei: Quid, quia tu solus, & nemo tecum? Et dixit Dauid sacerdoti: Rex mandauit mihi verbum hodie, & dixit mihi: Nemo sciat verbum, de quo ego mitto te, & pro quo ego mandaui tibi. Et pueris condixi ᵃ in loco dicto, Dei fides, Phelani, Maemoni. Et nunc, si sunt sub manu tua quinque panes; da in manum meam, ᵇ quod inuentum fuerit. Et E respondit sacerdos ipsi Dauid, & dixit: Non sunt panes ᵞ prophani sub manum meam: quia nisi panes sancti sunt. Si custodierunt se pueri tantum a muliere; & comedent. Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Sed a muliere abstinuimus heri, & nudiustertius. In exeundo me in viam, omnes pueri fuerunt purificati: ᵟ & hæc via prophana: quoniā sanctificabitur hodie per vasa mea. Et dedit ei Abimelech sacerdos panes propositionis: quoniam ibi non erāt panes nisi panes faciei, qui ablati fuerant a facie Domini, ad apponendum panem calidum

A lidum, qua die cepit eos. Et ibi erat vnus puerorum Saul in die illa, ζ detentus Nees Saran coram Domino: & nomen ei Doec ε Syrus pascens mulas Saul. Et dixit Dauid ad Abimelech: Vide, si est hic sub manum tuam hasta, vel gladius: quoniam gladium meum, & vasa non sumpsi in manu mea: quoniam fuit verbum regis secundum festinationem. Et dixit sacerdos: Ecce gladius Goliath alienigenæ, quem percussisti in valle Elà: & hic inuolutus fuit in θ vestimento. Si hunc sumpseris; tibi sume: quoniam non est alius præter hunc hic. Et dixit Dauid: Ecce non est, sicut hic: da mihi illum. Et dedit illum ei. Et surrexit Dauid, & fugit in die illa a facie Saul. Et venit Dauid ad Anchus regem Geth. Et di-
B xerūt pueri Anchus ad eum: Nonne hic Dauid rex terræ? Nonne huic præcinebant ea, quæ choros ducebant, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Et posuit Dauid verba in corde suo, & timuit valde a facie Anchus regis Geth, & mutauit faciem suam coram eo, & affectabat in die illa, & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & κ collabebatur in manibus suis, & cadebat ad portas ciuitatis: & saliuæ eius defluebant in barbam eius. Et dixit Anchus ad pueros suos. Ecce vidistis virum arreptitium correptum: Vt quid introduxistis eum ad me? Num indigens furentibus ego? quoniam introduxistis eū furere ad me? λ hic non ingredietur in domum.

C

α In loco dicto, Dei fides, Phelani Maemoni.] *In aliquo libro tantum est*, ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ ἐμμωνιΐν, in loco dicto Emmonin. *Compl.* ἐν τόπῳ λεγομένῳ φελανὶ ἀλμωνὶ, in loco dicto Phelanni almoni *hebræus habet* in locum Pheloni, almoni: *quod vulgata interpretatur* in illum, & illum locum: *Chaldæus* ad locum absconditum, & custoditum. *De his dictionibus dicetur etiam alibi.* β Quod inuentum.] *Compl.* ἢ ὃ ἂν εὕρῃς, *& vulgata*, aut quicquid inueneris. γ Prophani.] *Theodoretus q. 52.* Aquila non dixit βέβηλος, sed λαικὸν, laicum: *quomodo etiam vulgata.* δ Et hæc via prophana: quoniam sanctificabitur.] *Ita fere hebræus. Theodoretus*, εἰ βέβηλος ἡ ὁδὸς αὕτη, σήμερον ἁγιασθήσεται, si prophana via hæc; hodie sanctificabitur. ζ Detentus Neessaran.] *Compl. habet tantum* συνεχόμενος, detentus. *Theodoretus q. 53.* συνεχόμενος νεεσσάρ: *Hæc autem dictio hebræa significat idem, ac* συνεχόμενος. *Theodoretus tamen inquit inuenisse se in dictionum hebraicarum interpretatione, valere coarctationem, & pressuram tentationis & minarum. Quare putat* Doec *fuisse ab aliquo dæmone vexatum, aut aliquo correptum morbo, ideoque assedisse diuino tabernaculo.* ε Syrus.] *Compl.* ὁ ἰδουμαῖος, *& vulgata*, Idumæus. θ In vestimento.] *Compl. addit* ὀπίσω τῆς ἐπωμίδος,
D post superhumerale, *& vulgata*, post Ephod. ι Et affectabat in die illa, & tympanizabat super portas ciuitatis.] *Retinuimus uerbum græcum* τυμπανίζειν, *ut liberam interpretationem lectori relinqueremus. & ita etiam S. Aug. in ps 33. Absunt autem ista à Compl. & uidentur admistæ diuersæ interpretationes.* κ Collabebatur.] κατεφέρετο. *S. Aug. ibidem* ferebatur, *& accommodat sanctissimæ Eucharistiæ, in qua Dominus seipsum suis manibus tulit.* λ Hic non.] *Alij per interrogationem,* εἰ οὗτος, nunquid iste, *&c.*

CAP. XXII.

ET abijt inde Dauid, & saluatus est: & venit in speluncam Odollam. Et audiunt fratres eius, & domus patris eius: & descendunt ad eum illuc. Et
E conuenerunt ad eum omnis α in necessitate, & omnis debitor, & omnis tristis animo. Et fuit super eos Dux: & fuerunt cū eo circiter quadringenti viri. Et abijt Dauid inde in Massephat ipsius Moab: & dixit ad regē Moab: Sint nunc pater meus, & mater mea apud te; quoadusque cognouero, quid faciet mihi Deus. Et deprecatus est faciem regis Moab: & habitauerunt cū eo omnes dies, dum esset Dauid in præsidio. Et dixit Gad propheta ad Dauid: Ne sedeas in præsidio. Vade, & venias ad terram Iuda. Et iuit Dauid, & venit, & sedit in ciuitate β Saric. Et audiuit Saul, quia cognitus est Dauid, & viri, qui cum eo. Et Saul sedebat in colle γ sub arboreto, quod in Rhama: & hasta in manu eius: & omnes

pueri

pueri eius aſſiſtebant ei. Et dixit Saul ad pueros ſuos, qui aſſiſtebant ei: Audite A
nunc filij Beniamin; ſi vere omnibus vobis dabit filius Ieſſæ agros, & vineas; & omnes vos ſtatuet centuriones, & Chiliarchos; quia compoſiti eſtis omnes vos ſuper me, & non eſt, qui reuelet auriculam meam, cum diſpoſuerit filius meus teſtamentum cum filio Ieſſæ: & non eſt qui laboret pro me ex vobis, & reuelans auriculam meam: quoniam ſuſcitauit filius meus ſeruum meum ſuper me in inimicum, ſicut dies hæc. Et reſpondet Doec Syrus, qui præſidebat ſuper mulas Saul, & dixit: Vidi filium Ieſſæ aduenientem in Nomba ad δ Abimelech filium Achitob ſacerdotem. Et interrogauit ei per Deum, & cibaria dedit ei: &
gladium Goliath alienigenæ dedit ei. Et miſit rex vocare Abimelec filiũ Achi- B
tob, & omnes filios patris eius, ſacerdotes, qui in Nomba. Et aduenerunt omnes ad regem. Et dixit Saul: Audi nunc fili Achitob. Et dixit: Ecce ego: Loquere domine. Et dixit ei Saul: Vt quid compoſitus es contra me tu, & filius Ieſſæ, ad dandum te ei panem, & gladium, & interrogandum ei per Deum, ad ponendum eum ſuper me in inimicum, ſicut dies hæc? Et reſpondit regi, & dixit: Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid, fidelis, & gener regis, & ε princeps omnis præcepti tui, & honoratus in domo tua? Nunquid hodie cepi interrogare ei per Deum? Nequaquam. Ne det rex contra ſeruum ſuum verbum, & ſuper
totam domum patris mei: quoniam ignorauit ſeruus tuus in omnibus his ver- C
bum paruum, vel magnum. Et dixit rex Saul: Morte morieris Abimelech tu, & vniuerſa domus patris tui. Et dixit rex emiſſarijs, qui aſſiſtebant apud eum: Adducite, & interficite ſacerdotes Domini: quoniam manus eorum cum Dauid: & quoniam cognouerunt, quia fugit ipſe, & non reuelauerunt auriculam meam. Et non voluerunt pueri regis inferre manus ſuas ad occurrendum in ſacerdotes Domini. Et dixit rex ipſi Doec: Conuertere tu, & occurre in ſacerdotes. Et conuertit ſe Doec Syrus: & interfecit Sacerdotes Domini in die illa, ζ trecentos, & quinque viros, omnes portantes Ephod. Et ipſam Nomba ci-
uitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladij a viro vſque ad mulierem, ab in- D
fante vſque ad lactentem, & vitulum, & aſinum, & ouem: & ſaluatur filius vnus ipſi Abimelech filio Achitob: & nomen ei Abiathar: & fugit poſt Dauid. Et annunciauit Abiathar ipſi Dauid, quia interfecit Saul omnes ſacerdotes Domini. Et dixit Dauid ad Abiathar: Noui, η quia in die illa, quia Doec Syrus, quia annuncians annunciabit ipſi Saul. Ego fui cauſſa animarum θ domus patris tui. Sede mecum: ne timeas, quoniam, vbicumque quæſiero animæ meæ locum, quæram & animæ tuæ: quoniam cuſtoditus es tu apud me.

α In neceſſitate.] *Compl. addit* ὤν, qui in neceſſitate, & anguſtia eſſet. β Saric.] *Alij* σαρήχ, Sarech *Compl.* χαρὲθ, Chareth. *vulgata in ſaltum* Areth. γ Sub arboreto.] ὑπὸ τὴν ἄρουραν: *dictio illa* ὑπὸ *ſatis*
indicat dictione ἄρουραν *locum arboribus conſitum ſignificari. hebræus & Chaldæus,* ſub arbore: *vulgata,* in nemore. δ Abimelech.] *Ita collati codices & Theodoretus, Sed Compl.* Achimelech: *vt vulgata, & etiam noſtra cap. ſequenti.* ε Princeps omnis præcepti tui.] ἄρχων παντὸς παραγγέλματός σου, *& poteſt intelligi, aut quod ſit princeps omnium, qui obediunt præcepto regis, vt videtur interpretare chaldæus, aut quod primus ipſe ſit in obediendo præceptis regis. Vulgata,* pergẽs ad imperium tuum. ζ Trecentos & quinque.] *Ita etiam Lucifer pro S. Athanaſio. Theodoretus* quinquaginta, & trecentos. *Compl.* ὀγδοηκονταπέντε, octuaginta quinque, *vt vulgata.* η Noui quia in die illa, quia.] *Alij* ᾔδειν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὅτι ἐκεῖ ἦν Δωήκ. Noui in die illa quia ibi erat Doec. *Nec multo aliter Compl.* ᾔδειν ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκεῖ ἦν. θ Domus.] *Compl.* E
ὅλου τοῦ οἴκου, totius domus.

CAP.

A CAP. XXIII.

ET nunciatū est ipsi Dauid, dicētes: Ecce alienigenæ pugnant in Ceila: & ip-
si diripiunt, [a] cōculcant areas. Et interrogauit Dauid per Dominū dicēs:
Si ibo, & percutiā alienigenas hos? Et dixit Dominus: Vade, & percuties
in alienigenis his, & saluabis Ceila. Et dixerunt viri Dauid ad eū: Ecce nos hic in
Iudæa timemus: & quomodo, erit si iuerimus in Ceila, in [b] spolia alienigenarū
ingrediemur? Et adiecit adhuc Dauid interrogare per Dominū. Et respondit ei
Dominus, & dixit ei: Surge, & descende in Ceila: quoniā ego trado alienigenas
in manus tuas. Et iuit Dauid, & viri, qui cū eo, in Ceila, & bellū fecit alienigenis
B Et fugerūt à facie eius. Et abduxit pecora eorū, & percussit in eis plagā magnā.
Et saluauit Dauid habitantes Ceila. Et factū est in fugiēdo Abiathar filiū Achi
melech ad Dauid, & ipse cum Dauid in Ceila descendit habens Ephud in manu
sua. Et nunciatū est ipsi Saul, quia venit Dauid in Ceila. Et dixit Saul: Vendidit
eū Deus in manus meas: quoniā conclusus est, ingressus in ciuitatē portarū, & se-
rarum. Et præcepit Saul vniuerso populo descendere in bellū in Ceila ad com-
prehendendū Dauid, et viros eius. Et cognouit Dauid, quia [c] nō tacet Saul de eo
malitiā. Et dixit Dauid ad Abiathar sacerdotē: Applica Ephud Domini. Et di-
xit Dauid: Domine Deus Israel, audiens audiuit seruus tuus, quia quærit Saul
C venire super Ceila ad corrumpendam ciuitatē propter me. Nunquid cōclude-
tur? Et nūc, nūquid descēdet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel
annūcia seruo tuo. Et dixit Dominus: [d] Cōcludetur. Et surrexit Dauid, & vi-
ri qui cū eo, circiter quadringenti: et exierunt è Ceila: et [e] ibant quo ibāt. Et an-
nunciatū est Saul, quia euasit Dauid è Ceila: & omisit exire. Et sedit [f] in Maserē
in deserto in angustis, & sedit [g] in deserto in mōte Ziph, in terra æstuosa. Et quæ-
rebat eū Saul omnib. diebus: et nō tradidit eū Dominus in manus eius. Et vidit
Dauid, quia egreditur Saul ad quærendū Dauid: & Dauid erat [h] in mōte æstuo
so in Cæne Ziph. Et surrexit Ionathan filius Saul, & iuit ad Dauid in Cæne: & cō
D firmauit manus eius in Domino. Et dixit ad eū: Ne timeas, quoniā non inueniet
te manus Saul patris mei: & tu regnabis super Israel: & ego ero tibi in secundū.
Et Saul pater meus nouit ita. Et disposuerunt vtriq. testamentū corā Domino.
Et sedit Dauid in Cæne, et Ionathan abijt in domū suā. Et ascenderunt Ziphæi
de æstuosa ad Saul in [i] collem, dicentes: Nonne ecce Dauid abscōditus est apud
nos in [k] Messerà in angustis, in Cæne, in colle ipsius Echela, qui à dextris Iesse-
mù? Et [l] nunc omne quod est ad animā regis; in descensum descendat ad nos:
[m] cōcluserunt eū in manus regis. Et dixit ei Saul: Benedicti vos Domino, quia la
borastis pro me. Ite nunc, & parate adhuc, et noscite locum eius, vbi erit pes
eius cito ibi, vbi dixistis: [n] ne forte versute agat. Et videte & [o] noscite: & ibo vo-
E biscū. Et erit, si est super terrā, & inuestigabo eū in omnibus millibus Iuda. Et sur
rexerūt Ziphæi, & ierūt ante Saul. Et Dauid, & viri eius in deserto Maon, [p] ad
occidentē à dextris Iessemù. Et iuit Saul, & viri eius, ad quærendū eū. Et annun-
ciauerūt ipsi Dauid, et descēdit ad petrā, quæ in deserto Maon. Et audiuit Saul,
& persequutus est post Dauid in desertū Maon. Et eunt Saul, & viri eius a parte
montis ab hac: et erat Dauid, et viri eius a parte montis [q] ab hac. Et fuit Dauid
tegēs se in eūdo a facie Saul. Et Saul, & viri eius [r] castrametati sunt super Dauid,
& viros eius, ad comprehendendū eos. Et ad Saul venit nūcius, dicēs: Festina, &

veni: quoniã alienigenæ ^o^ incursionẽ fecerũt super terrã. Et reuersus est Saul nõ A
persequendo post Dauid, et iuit in occursum alienigenarum. Propter hoc cognominatus est locus ille, petra diuisa.

α Conculcant.] *Alii,* καὶ καταπατοῦσι, & conculcãt. *Abest autem à Compl. quemadmodũ à vulg. Et hæc dictio, & præcedens* διαρπάζουσι, *videntur duæ interpretationes eiusdẽ verbi hebraici.* β In spolia alienigenarum ingrediemur.] εἰς τὰ σκῦλα τῶν ἀλλοφύλων εἰσπορευσόμεθα. *Illud* εἰσπορευσόμεθα *abest a Compl. vt à vulg. Quod autẽ pertinet ad illud* εἰς τὰ σκῦλα, *in aliis libris est,* εἰς τὰς κοιλάδας, in cauitates. *In aliquo impresso,* εἰς τὰς κοιλίας: *quæ lectio confirmatur hoc Scholio,* εἰς τὰς κοιλίας, εἰς τὰ στρατόπεδα, aduersus agmina (*quod habet vulg.*). *Hebræi* εἰς τὰ σκῦλα. γ Quia nõ tacet Saul.] *Compl.* ὅτι σαοὺλ παρεσιώπα, quia Saul tacebat, *idest, in corde suo tacitus versabat. quod vulgata* quia præpararet ei Saul clam malum. δ Concludetur] *Idest, ipse Dauid. Compl. pro ista dictione* ἀποκλεισθήσεται, *habet hæc,* καταβήσεται. καὶ εἶπε δαυίδ, εἰ παραδώσουσιν οἱ ἀπὸ τῆς κεϊλά, ἐμὲ, καὶ τοὺς ἄνδρας μου εἰς χεῖρας σαούλ; καὶ εἶπε κύριος, παραδώσουσι. Descendet. Et dixit Dauid. Numquid tradent ii, qui de Ceila, me, & B
viros meos in manus Saul? Et dixit Dominus: tradent. *Quæ videntur agnosci à Theodor. q. 54. & respondent vulg. Quod etiam sequitur in nostra, & cæteris fere libris collatis,* quadringẽti, *in Compl. & vulg. est,* sexcẽti, *Quod respondet iis, quæ narrantur c. 25.* ε Ibant, quo ibant.] *Theodor. Illud autẽ* ἐπορεύοντο errationem demonstat. Interdum enim in Iudæa, interdum in solitudine degebat. ζ In Maserem in deserto in angustiis.] *paulo post dicitur,* Messara. *Compl. habet tantũ,* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τοῖς στενοῖς. *Theod.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν μεσσερὶμ, in deserto in Meserom: *quæ vox propius accedit ad hebræam significantem loca munita. Quare videri potest illud,* ἐν τοῖς στενοῖς, *esse huius interpretationem. Theodor. quidẽ testatur pro* ἐν μεσσερὶμ, *cæteros interpretes edidisse,* ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς in speluncis munitis. η In deserto in mõte Ziph in terra æstuosa.] *Compl. habet tantũ,* ἐν τῷ ὄρει ἐν τῇ ἐρήμῳ ζίφ, in monte in solitudine Ziph: *quod respondet vulg.* θ In monte æstuoso in Cæne Ziph.] *Rursus Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ζὶφ ἐν τῇ καινῇ in solitudine Ziph in Cænè. *Quod autem pertinet ad illud,* ἐν τῇ καινῇ, *& nonnulli interpretantur,* in noua; *aliqui libri, & Theodoretus habẽt* καινὶ: *& addit Theodor. Aquilã dixisse* δρυμὸν, syluã: *quod habet vulg. c. autẽ 27 etiã in vulg. fit mẽtio* Ceni, *tamquã loci cuiusdam. Dictio hebraica, quæ hoc loco est, valde similis est ei, quę significat,* nouam. ι Collem.] *Videntur hoc loco vt etiam alibi, lxx. habuisse* χαβαὰ. (*al.* χαβαὰθ) *Nam pro hoc testatur Theodor. Aquilam dixisse* βουνὸν, collem. κ In Messara.] *Rursus hoc abest a Compl.* λ Et nunc omne quod est.] *Hac locutio videtur hoc significare,* quãdo rex quod cupiebat est assequutus; descendendo descendat ad nos. μ Concluserunt eũ.] *Alii,* ἀποκεκλεισμένοι (*Compl. addit,* γάρ) εἰσὶν εἰς τὰς χεῖρας (*Compl.* ἐν τῇ χειρὶ) τοῦ βασιλέως. Conclusi sunt in manus regis. ν Ne forte versute agat] *Compl.* ὅτι εἶπεν ὁ σαοὺλ, μήποτε πανουργευόμενος πανουργεύσηται, quoniam dixit Saul: ne forte hic callens callide agat: *quæ verbi geminatio est etiam in aliis libris, sed non cætera.* ξ Noscite.] *In Compl. additur,* ἐκ πάντων τῶν τόπων, ὅπου αὐτὸς κρύπτεται ἐκεῖ, καὶ ἐπιστρέψατε πρός με εἰς ἕτοιμον, ex omnibus locis, vbi ipse se abscondit illic. & reuertimini ad me ad paratum. ο Ad occidentem.] καθ' ἑσπέραν *Theodoretus videtur habuisse,* ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑποκάτω, in deserto subiecto, & plano: *pro quo inquit Aquilam dixisse,* ἐν ταῖς ὁμαλέσιν, in planis, & campestribus: *quod habet vulg. Dictio hebræa & desertũ, & campestria significat.* π Ab hac.] *propius ad hebraũ, quàm quod in Compl.* τῆς ἑτέρας, altera. ρ Castrametati.] *Compl.* παρεμβαλλοῦσαν a latere cingebãt. σ Incursionem fecerunt.] *Compl.* ἐξεχύθησαν, effuderunt se.

CAP. XXIV.

ET surrexit Dauid inde, & sedit in angustiis Engaddi. Et factum est, vt reuertit Saul a post alienigenas, & annunciatũ est ei, dicentibus; quoniam Dauid in deserto Engaddi. Et sumpsit secũ tria millia virorũ electorũ ex omni Israel: & iuit quærere Dauid, & viros eius super faciẽ ^α^ Saddæem. Et venit ad greges pecorũ, quæ super viã. Et erat ibi spelunca. Et Saul intrauit ad ^β^ prouocandũ. Et Dauid, & viri eius in inferioribus spelũcæ sedebãt. Et dixerũt viri Dauid ad eũ: Ecce dies hæc, quã dixit Dominus ad te, ^γ^ tradere inimicũ tuũ in manus tuas: & facies ei, sicut ^δ^ bonũ in oculis tuis. Et exurrexit Dauid, & dẽpsit pinnã E
diploidis Saul occulte. Et factũ est post hæc, & percussit cor eũ, quia dempserat pinnã diploidis eius. Et dixit Dauid ad viros suos: Nequaquã mihi a Domino; si faciã verbũ hoc domino meo Christo Domini; vt inferã manũ meã super eũ: quoniã Christus Domini est hic. Et suasit Dauid viros suos in verbis, & nõ dedit eis, vt surgẽtes ^ε^ immolarẽt Saul. Et surrexit Saul, & descẽdit ^ζ^ viã. Et surrexit Dauid post eũ de spelũca. Et clamauit Dauid post Saul, dicẽs: Domine rex. Et respexit Saul post se. Et inclinauit se Dauid in faciẽ suã super terrã: & adorauit eũ. Et dixit Dauid ad Saul. Quare audis verba populi dicentiũ. Ecce Dauid quærit animam

A mam [a] tuam? Ecce in die hac viderunt oculi tui, quia tradidit te Dominus ho-
die in manus meas in spelũca: et nolui te occidere, & peperci tibi, & dixi: Non
inijciã manũ meã in dominũ meũ; quoniam Christus Domini hic [θ] est. Et ecce
pinna diploidis tuæ in manu mea: ego abstuli [ι] pinnã, & non occidi te. Et cogno
sce, & vide hodie, quoniã non est malitia in manu mea [κ] neque impietas & con
temptus, & non peccaui in te: & tu [λ] ligas animã meã ad capiẽdum eã. Iudicet
Dominus inter me & te, & [μ] vindicet tibi de te: & manus mea nõ erit in te: sicut
dicitur parabola antiqua: Ex iniquis exibit delictũ: & manus mea non erit in te.
Et nunc post quem tu egrederis rex Israel? post quem persequeris tu? post ca-
B nẽ mortuũ, & post pulicẽ vnũ? Fiat Dominus in iudicẽ, & vindicẽ inter me & in
ter te: videat Dominus, & iudicet iudicium meũ, & vindicet me de manu tua.
Et factũ est, cũ consummasset Dauid verba hæc loquens ad Saul; & dixit Saul:
Vox tua hæc, fili Dauid? Et eleuauit Saul vocẽ suã, & plorauit. Et dixit Saul ad
Dauid: Iustus tu super me: quoniam tu reddidisti mihi bona: ego autẽ retribui
tibi mala. Et tu renunciasti mihi hodie, quæ fecisti mihi bona: sicut cõclusit me
Dominus in manibus tuis hodie, & nõ occidisti me, [ν] & sicut si inueniat quis ini
micũ suũ in tribulatione, & emittat eũ in viã bonã, & Dominus reddet ei bona;
sicut fecisti hodie. Et nunc ecce ego cognosco, quoniã regnans regnabis, & con-
C stituetur in manu tua regnum Israel. Et nunc iura mihi in Domino, quia non ex-
terminabis semen meũ post me: [ξ] non delebis nomen meũ de domo patris mei.
Et iurauit Dauid ipsi Saul. Et abijt Saul ad locum suum. Et Dauid, & viri eius
ascenderunt in Messera angustam.

α Saddæm.] *Est vestigiũ dictionũ hebraicarũ, quas chaldæus interpretatur,* foraminũ rupium, *alii,* petrarũ hircorum siluestriũ, *vulg.* super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. *Cõpl.* κατὰ πρόσωπον τῆς θήρας τῶν ἐλάφων. *& Lucifer,* ante faciẽ venationis ceruorum. ς Ad prouocandum.] *idest, ciendũ ventrẽ. Lucifer,* ad sellã. *Theodor. q. 55. non habet* παρασκευάσασθαι. *sed,* ἀποσκευάσασθαι, ad deponẽdum: *& hæc scribit,* Honeste lxx. sunt interpretati: Aquila autẽ id manifestius dixit: inquit. n. εἰσῆλθεν ἀποκενῶσαι, introiuit ad exinaniendũ. Iosephus autẽ, τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι. ad faciendũ naturales excretiones. γ Tradere.] *Compl.* ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι, ecce ego do. *Lucifer,* tibi dabo. δ Bonũ.] *Ita hebræus, Compl.* τὸ ἀρεστὸν, *& Lucif.* quæ placita
D sunt. ε Immolarẽt.] θῦσαι. *Ita lib. vetust. In aliis, & Compl. est,* θανατῶσαι, *& Lucifer,* occiderent. *quod tamẽ valere etiã* θῦσαι *patet ex verbis Nabal seq. cap. & alijs locis Vulg. ex hebræo habet tantum,* & non permisit eos, vt consurgerẽt in Saul. ζ Viã.] *Alii,* εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ad viã suam. *Comp.* καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν ὁδὸν ἐκ τοῦ σπηλαίου, & exijt in viã de spelunca. *Lucifer habet tantũ,* descendit in viã. *Similis quædam varietas est in verbis proxime sequentibus.* η α Tuam.] *Theodor. addit,* εἰς κακά, in mala. θ Hic est.] *Apud Theodor. & in Compl. sequitur,* καὶ πατήρ μου, & pater meus: *quæ sunt in hebræo: sed videtur coniungi cũ sequentib. vt in vulg.* ι Pinnã.] *In alijs sequitur,* τῆς διπλοΐδος σου. *& Lucifer,* laciniam chlamydis tuæ. κ Neq. impietas, & contẽptus.] *Lucifer habet tantũ,* neq. iniustitia, *et respondet hebræo.* λ Ligas.] θηρεύεις, cingis insidijs, *Lucifer,* quæris animã meã accipere. μ Vindicet tibi.] ἐκδικήσαι σε, *idest vindictã sumat de te ex teipso. Alii habẽt,* με, *quem modũ etiam nostra paulo post. Lucifer,* iudicabit me de te. ν Et sicut, si inueniat.] *Sunt in codd quædam varietates non magni ponderis. Lucifer sic habet,* & sicut inueniat quis amicũ suũ, & præmittat eũ in viã bonã, & Dominus retribuat tibi bona, pro quib. fecisti mihi hodie. *Et quod quidem pertinet ad istud,* retribuat ti-
E bi, *magis respondet hebręo, & vulgata, quàm quod est in collatis gręcis codd.* ἀνταποδώσει αὐτῷ, retribuet ei. ξ Non delebis.] οὐκ ἀφανιεῖς. *Compl. & Thedor. q. 56,* καὶ μὴ ἀφανίσῃς, & non delebis. *Lucifer valde congruenter hebræo.* & nunc iura tu mihi in Domino, si non eradicabis semen meum post me, & si non exterminabis nomen de domo patris mei.

CAP. XXV.

ET mortuus est Samuel: & congregantur vniuersus Israel: & plangunt eum, & sepeliunt eũ in domo sua in Armathæm. Et surrexit Dauid, & descendit in desertũ [α] Maon. Et erat homo in [β] Maon: & [γ] greges eius in Carmele:

 & homo

& homo magnus valde:& huic ᵈ greges ter mille,& capræ mille. Et factum est A
in ᵉ tondendo gregem suũ in Carmelo,& nomen homini Nabal,& nomẽ vxo-
ri eius ᶠ Abigæa,& vxor eius bona intellectu,& ᵍ bona specie valde, & homo
durus,& malignus in studijs,& homo caninus. Et audiuit Dauid in deserto, quia
tondet Naban Carmelus gregẽ suum:& misit Dauid decẽ pueros,& dixit pue-
ris: Ascendite in Carmelum,& ʰ abite ad Nabal, & interrogate eum in nomi-
ne meo in pacem,& dicetis hæc: ⁱ In horas & tu saluus,& domus tua,& omnia
tua salua. Et nunc ecce audiui, quia tondent tibi nunc pastores tui, qui erant no-
biscũ in deserto:& non prohibuimus eos,& non imperauimus eis quicquã om-
nibus diebus, cũ ipsi essent in Carmelo. Interroga pueros tuos:& annunciabunt B
tibi. Et inuenient pueri tui gratiam in oculis tuis: quoniã super diem bonam ve-
nimus. Da nunc, quodcumq. inuenerit manus tua, ᵏ filio tuo Dauid. Et veniũt
ᵏ pueri, et locquũtur sermones hos ad Nabal iuxta omnia verba hæc in nomine
Dauid. Et resilijt, et respondit Nabal pueris Dauid, et dixit: Quis est Dauid, et
quis filius Iessæ? Hodie multiplicati sunt serui ᵐ recedentes vnusquisq. a facie
domini sui. Et capiã panes meos, et vinum meũ, et victimas meas, quas immola
ui, tondentibus pecora mea, et dabo ea viris, quos non noui, vnde sunt? Et re-
uersi sunt pueri Dauid ad viã suam, et reuerterunt, et venerunt, et annunciaue-
runt Dauid, secundũ verba hæc. Et dixit Dauid viris suis: Cingimini vnusqu isq. C
gladiũ ⁿ suũ. Et ascenderũt post Dauid circiter quadringenti viri, et ducenti se-
derunt cũ vasis. Et Abigææ vxori Nabal nunciauit vnus puerorum, dicẽs: Ecce
Dauid misit nuncios è deserto ad benedicendũ dominũ nostrum: et declinauit
ab eis. Et viri boni nobis valde: et non prohibuerunt nos, neque imperarunt no
bis quicquam omnibus diebus, quibus fuimus apud eos: ᵉ et dũ essemus nos in
agro, tamquã murus erant circa nos et nocte et die, omnibus diebus, quibus fui
mus apud eos pascentes gregẽ. Et nũc cognosce, et vide tu, quid facies: quoniã
ᵖ consummata est malitia in dominũ nostrum, et in domũ eius. Et hic est filius
pestilentis: et non est loqui ad eũ. Et festinauit Abigæa,& sumpsit ducẽtos panes D
& duo vasa vini,& quinq. oues factas, & quinque ᵠ oephi farinæ, et gomor vnũ
vuæ passæ, et ducentas ʳ palathas: et posuit super asinos: et dixit pueris suis: Præ
cedite ante me: et ecce ego post vos aduenio. Et viro suo non annunciauit. Et fa
ctum est, cũ ipsa inscendisset super asinũ, et descenderet in tegmine montis; et ec
ce Dauid, et viri eius descendebant in occursum eius. Et obuiã iuit eis. Et Dauid
dixit. ˢ Vtique immerito custodiui omnia eius in deserto, et ᵗ nõ imperauimus
capere ex omnibus eius quicquam: et retribuit mihi mala pro bonis. Hæc faciat
Deus ᵘ ipsi Dauid, et hæc adijciat; si relinquam ex omnibus, qui sunt ipsius Na-
bal vsq. mane, mingentẽ ad parietẽ. Et vidit Abigæa Dauid,& festinauit, et de- E
scẽdit ab asino, et cecidit corã Dauid in faciẽ suã,& adorauit eũ super terrã ˣ ad
pedes eius,& dixit: In me domine mi iniustitia ※ mea. Loquatur nũc serua tua
in aures tuas, et audi sermones seruæ tuæ. Ne nunc ponat dominus meus cor suũ
super hominẽ pestilentẽ ᶻ hunc: quia iuxta nomen suũ ᵃ hic est. Nabal nomẽ ei:
ᵃᵃ & insipientia cũ eo. Et ego serua tua non vidi pueros domini mei, quos mi-
sisti. Et nunc domine mi viuit Dominus,& viuit anima tua, sicut prohibuit te
Dominus, ne venires in sanguinem innoxium,& ᵇᵇ seruares manum tuam ti-
bi. Et nunc fiant tanquam Nabal, inimici tui,& qui quærunt domino meo ma
la. Et

A la. Et nunc accipe benedictionem hanc, quam attulit serua tua domino meo: & dabis pueris, qui assistunt domino meo. Tolle nũc iniquitatem ancillæ tuæ: quia faciens faciet Dominus domino meo domum fidelem: quia prælium domini mei Dominus præliatur, & malitia non inuenietur in te vnquam. Et surget homo persequens te, & quærens animam tuam: & erit anima domini mei illigata in vinculo vitæ apud Dominum Deum: & animam inimicorum tuorum rotabis in medio fundæ. Et erit, cum fecerit Dominus domino meo omnia, quæcumque locutus est bona super te, & mandabit tibi in ducem super Israel; & non erit tibi hoc ν abominatio, & ξ scandalum domino meo, effunde-
B re sanguinem innoxium gratis, & seruare manum domino meo sibi. Et benefaciat Dominus domino meo, et recorderis ancillæ tuæ ad benefaciendum ei. Et dixit Dauid Abigææ: ο Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in hac in occursum mihi: & benedictus modus tuus: & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie in ς hac, ne venirem ad sanguines, π & seruando manum meam mihi: Verumtamen viuit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me hodie malefacere tibi; quia nisi festinabas, atq. adueniebas in occursum mihi; tunc dixeram, si remanebit ipsi Nabal vsque ad lucem matutinam mingens ad parietem. Et accepit Dauid de manu eius omnia, quæ ferebat ei: & dixit ad
C eam. Ascende in pace in domum tuam: vide, audiui vocem tuam, & θ suscepi faciem tuam. Et aduenit Abigæa ad Nabal. Et ecce ei conuiuium in domo sua, sicut conuiuiũ regis. Et cor Nabal bonum in eo: & ipse ebrius vsque valde: Et non annunciauit ei verbum paruum, vel magnum vsque ad lucem matutinam. Et factum est mane, vt resipuit a vino Nabal, annunciauit vxor eius verba hæc. Et immortuum est cor eius in eo; et ipse fit tamquam lapis. Et facti sunt circiter decem dies, & percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Et audiuit υ Dauid, & dixit: Benedictus Dominus, qui iudicauit iudicium opprobrij mei de manu Nabal, et seruum suum reseruauit de manu malorum: et
D malitiam Nabal conuertit Dominus in caput eius. Et misit Dauid, & locutus est de Abigæa, ad accipiendum eam sibi in vxorẽ. Et venerunt pueri Dauid ad Abigæam in Carmelũ, & locuti sunt ei, dicentes: Dauid misit nos ad te ad accipiendum te sibi in vxorem. Et surrexit, et adorauit super terram in faciem, & dixit: Ecce serua tua in ancillam ad lauandũ pedes λλ puerorum tuorũ. Et surrexit Abigæa, et inscendit super asinum: et quinque puellæ sequutæ sunt eã: et iuit post pueros Dauid: & fit ei in vxorem. Et Achinaam λλ sumpsit Dauid de Iezrael: et vtræque fuerunt ei vxores. Et Saul dedit Melchol filiam suam, quæ erat vxor Dauid, Phalti filio μμ Amis, qui de Rhommà.

E α Maon.] *Alij,* μαάν. Maan. *Cõpl.* φαράν, Pharan, *vt vulg.* β Maon.] *Ita etiã hebræus hoc loco, & Chaldæus. Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Vulg. vtrumq. coniungit*, in solitudine Maon. γ Greges.] ποίμνια. *Compl.* ἡ ἐργασία, cultura, possessio, *vt vulgata. Dictio hebræa proprie significat culturam: sed transfertur etiam ad significandas pecudes, quoniam in pecudibus, tamquam in præcipua possessione insumebãtur operæ veterũ.* δ Greges.] *rursus* ποίμνια. *quod in alijs.* πρόβατα, oues, ε In tondendo gregem suum.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autẽ,* ἐν τῷ κείρειν αὐτοὺς τὰ ποίμνια αὐτοῦ, dum illi tonderent greges eius. ζ Abigæa.] *Ita etiã Theodoretus. Compl.* ἀβιγαὶλ, Abygail. η Bona.] ἀγαθή. *Alii.* καλὴ, pulchra. θ Abite ad Nabal, & in erogate.] *Compl.* ἔλθατε πρὸς τὸν ναβάλ, καὶ ἐρωτήσατε. venite ad Nabal, & salutate. ι In horas.] εἰς ὥρας. *Et fortasse significat,* omni tempore, *quemadmodum interdum apud alios auctores: aut,* ad vigorem, ad prosperitatem, *vt sit modus quidam salutãdi. Nam hebræus habet, vt multi interpretantur (nã aliter vulgata, & non inepte)* ad vitam, *Chaldæus,* per vitam tuam. κ Filio tuo, Dauid.] *Theodor. q. 57.* τοῖς παισὶ τοῦ υἱοῦ σου δαυίδ, pueris filij tui Dauid. *Compluten.* τοῖς παισί σου, καὶ τῷ υἱῷ σου δαυίδ, *& vulgata,* seruis tuis, & filio tuo Dauid. λ Pueri.] *In aliis additur,* δαυίδ, Dauidis. μ Recedentes.] ἀναχωροῦντες, *Complutensis, &*

Theodoretus ἀποδιδράσκοντες, fugientes. ν Suum.] *In Complutensi sequitur*, καὶ περιεζώσαντο τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ Δαυὶδ καὶ αὐτὸς ἐζώσατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ. καὶ ἀνέβησαν: *quod in vulgata*, Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusque est & Dauid ense suo. Et ascenderunt, *&c.* ξ Et dum essemus.] *Illud*, καὶ, *est etiam apud Theodoretum: abest autem à Complutensi, & ab hebræo.* ο Consummata est malitia.] *Significare videtur hæc locutio certum malum, ac perniciem impendere ipsi Nabal. Sic supra cap.* 20. consummata est malitia hæc à patre suo, *idest, deliberatum, & certum* est patri suo malum hoc inferre Dauidi. π Oephi farinæ, est gomor.] *Theodoretus q.* 58. *scribit Aquilā pro* οἰφὶ *dixisse* σάτον. fatum: *Gomor autem esse æqualis mensuræ cum Oephi, idque ex prophetia Ezechielis disci.* ρ Palathas.] *Aly dicunt*, massas caricarum, *vt vulgata.* σ Vtique immerito.] *Sic visum est hoc loco esse vertendum, postulante sententia, & non repugnantibus verbis, illud* ἴσως εἰς ἄδικον, *& respondet vulgatę*, vere frustra. *Alij vertunt*, forte ad malum. τ Et non imperauimus.] *Alu*, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην, & non imperaui. *Compl.* καὶ οὐκ ᾐτησάμην λαβεῖν, & non petij capere. *Vulgata ex hebræo*, & non perijt quicquam. υ Ipsi Dauid.] *Compl.* τοῖς ἐχθροῖς Δαυίδ, inimicis Dauid, *vt vulgata.* φ Ad pedes eius.] *Compl.* καὶ ἔπεσεν πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε, & cecidit ad pedes eius, *ut uulgata.* χ Mea.] *Istud* μου, *abest ab alijs, & ab hebræo.* Vulgata, iniqui- B
tas hæc. *hoc enim significat, adscribatur mihi culpa, quam admisit Nabal.* ψ Hunc.] *Compl. addit:* ἐπὶ ναβάλ, super Nabal. ω Hic est.] *Alij*, οὕτως ἐστί, *Compl.* οὕτως ἐστὶν αὐτός, sic est ipse. αα Insipientia.] ἀφροσύνη. *Theodoretus*, Nomen Nabal in græcam vocē translatum significat τὴν ἀφροσύνην. Hoc enim Abigæa ostendit, & liber nominum Hebraicorum. Aquila autem sic dixit, ναβάλ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ἀπόρρευσις μετ' αὐτοῦ. Nabal nomen ei, & defluxus cum eo. Diffluente enim & extincta ratione, exoritur morbus insipientiæ. ββ Seruares manum tuam tibi.] *Theodoretus* Pro eo quod est, ne odio replearis ex cæde. γγ Abominatio.] *Theodoretus*, Aquila dixit, πνιγμός, suffocatio. (*sed hoc ita scriptum est in codice, qui solus nunc erat ad manum, ut facile appareat subesse mendū, ac fortasse legendum* στεναγμός, *aut* λυγμός. *Interpres quidem habet*, compunctio) Significat autem conscientiæ aculeos. *Scholiastes hæc referens, habet*, λυγμός, conuulsio ex erosione, singultus, *vt vulgata.* δδ Scandalum.] *Ita libri vetustiores. In aliis additur*, καρδίας, *& vulgata*, scrupulum cordis. εε Benedictus.] *Theodoretus videtur hoc loco agnoscere ex lxx. vocem hebræam Baruc, pro qua Aquila dixerit*, εὐλογητός, benedictus. ζζ In hac.] *Theodoretus addit*, ἡμέρᾳ, in hac die: *& hoc est in hebræo. sed non illud*, hodie. ηη Et seruando.] *Sic hebræus*, C
& significat, ita prohibuisti, vt ego seruarem manum meam puram a sanguine. Sed Theodoreto visa est absurda locutio. Ita enim scribit. Illud καὶ σῶσαι τὴν χεῖρά μου ἐμοί, peccatum scriptoris esse suspicor. Cæteri enim interpretes dixerunt, μὴ μιανθῶ, pro eo, quod est, μὴ μύσους μεταλαχεῖν ne abominationis, & sceleris fiam particeps. θθ Suscepi.] ἠρέτισα: *& respondet hebræo. Symm.* ἐνετράπην, reueritus sum, *vt Compl. nec multo aliter vulgata*, honoraui. ιι Dauid.] *In Compl. additur*, ὅτι ἀπέθανε ναβάλ, quia mortuus est Nabal. κκ Puerorum tuorum. Et surrexit.] *Compl.* τῶν παίδων τοῦ κυρίου μου, καὶ ἐτάχυνε. καὶ ἀνέστη: *quod in vulgata*, seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit. λλ Sumpsit.] *Compl addit* ἑαυτῷ, sibi: *quod tamen abest ab hebræo.* μμ Aunis, qui de Rhomma.] *Complut.* λαΐς, τῷ ἐκ γαλλίμ, *& uulgata*, Lais, qui erat de Gallim-

CAP. XXVI.

ET veniunt Ziphæi α ab æstuosa ad Saul in collem, dicentes: Ecce Da- D
uid tegitur nobiscum in colle Echelà ad faciē Iessemù. Et surrexit Saul, & descendit in desertum β Ziph: & cum eo tria millia virorum, electi ex Israel, ad querendum Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in colle Echelà, qui super faciem Iessemù super viam. Et Dauid sedit in deserto. Et vidit Dauid, quia venit Saul post se in desertum: & misit Dauid exploratores, & cognouit, quia venit Saul γ paratus de Ceila. Et surrexit Dauid clam: & ingreditur in locum, vbi dormiebat illic Saul: & ibi Abenner filius Ner princeps militiæ eius. Et Saul dormiebat in δ lampene: & populus castrametatus cir- E
ca eum. Et respondit Dauid, & dixit ad Abimelech Chettæum, & ad Abessà filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicēs: Quis introibit mecum ad Saul in castra? Et dixit Abessà: Ego introibo tecum. Et intrat Dauid, & Abessà ad populum nocte: & ecce Saul ε dormiens somno in lampene: & lancea eius fixa in terram ad caput eius: & Abenner, & populus eius dormiebat circa eum. Et dixit Abessà ad Dauid: Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas: & nunc percutiam eum lancea in terram semel, & non ζ repetam ei. Et dixit Dauid ad Abessà: Ne η humilies illū: quoniam quis inijciet manū suam in Christum Domini;

A mini;& θ purus erit? Et dixit Dauid: Viuit Dominus, nisi Dominus percusserit illum, aut hora illius venerit, & moriatur, vel in pugnam descenderit, & apponatur; ι nequaquam mihi a Domino inijcere manum meam in Christum Domini. Et nunc accipe, quæso, lanceam κ a ceruicali eius, & lentem aquæ: & abeamus nos per λ nos ipsi. Et accepit Dauid lãceam, & lentem aquæ a ceruicali eius, & abierunt per se ipsi. Et non erat, qui videret, & non erat qui cognosceret, & non erat qui vigilaret: omnes somno sopiti: quoniam μ stupor Domini irruerat super illos. Et ν transiuit Dauid vltra: & stetit in cacumine mõtis longe: & multa via inter eos. Et aduocauit Dauid populum, & ad Abenner

B locutus est, dicens: Non respondebis Abenner? Et respondit Abenner, & dixit: Quis es tu, qui ξ vocas? Et dixit Dauid ad Abenner: Nonne vir tu? & quis, sicut tu, in Israel? & quare non custodis dominum tuum regem? quoniam intrauit vnus de populo disperdere dominum tuum regem. Et non est bonum verbum hoc, quod fecisti. Viuit Dominus, quoniam filij ο mortificationis vos estis, qui non custoditis regem dominum vestrum Christum Domini. Et nunc vide, quæso, lanceam regis, & lenticula aquæ vbi est, quæ ad caput eius. Et cognouit Saul vocem Dauid, & dixit: Vox tua hæc fili Dauid? Et dixit π Dauid. Seruus tuus domine rex. Et dixit: Vt quid hoc persequitur dominus post ser-

C uum suum? quoniam quid peccaui? & quæ inuenta est in me ρ iniustitia? Et nunc audiat dominus meus rex verbum serui sui. Si Deus incutit te in me; olfiat sacrificium tuum: quod si filij hominum; maledicti hi in conspectu Domini: quoniam eiecerunt me hodie σ non confirmatum esse in hæreditate Domini, dicentes: Vade, serui dijs alienis. Et nunc non cadat sanguis meus in terram ante conspectum Domini: quoniam exijt rex Israel quærere τ animã meam; sicut persequitur nycticorax in montibus. Et dixit Saul: Peccaui: reuerte fili Dauid: quoniam non malefaciam tibi, ideo quoniam preciosa anima mea in oculis tuis υ & in hodierna. Stulte egi & ignoraui multa valde. Et respondit

D Dauid, & dixit: Ecce lãcea regis: transeat vnus ex pueris, & accipiat eam, & Dominus restituet vnicuique φ secundum iustitias eius, & secundum fidem eius; sicut tradidit te Dominus hodie in manus meas, & nolui inijcere manum meã in Christum Domini. Et ecce, sicut magnificata est anima tua hodie in hac in oculis meis; sic magnificetur anima mea in conspectu Domini, χ & tegat me, & eruat me ex omni tribulatione. Et dixit Saul ad Dauid: Benedictus tu fili: & faciens facies, & potens poteris. Et abijt Dauid ad viam suam: & Saul reuertit ad locum suum.

α Ab æstuosa.[*Abest a Compl. ut a uulgata.* β Ziph.] *Lucifer pro S. Athanasio*, opacum.
E γ Paratus de Ceila.] *Lucifer habet tantum*, in Siceleт. *Alii*, ἕτοιμος ἐκεῖ, vere illuc, *quod non abhorret a uulgata*, certissime. *Compl.* ἕτοιμος ἐκεῖ, paratus illuc. δ Lampene.] *Theodoretus quæst.* 59. λαμπήνη quidem est genus currus, *sicut etiam* ἀπήνη. Aquila dixit ἐν στρογγυλώσει. in cauitate, & rotunditate. Ratio autem indicat in medio exercitus cubuisse regem, *&c.* *Lucifer*, in stragulis præclaris, *& paulo post*, in stragulis preciosis, *uulgata*, in tentorio. *Chaldæus*, in vallo. ε Dormiens somno.] *A quibusdam codd. & Lucifero abest illud*, somno. *In Compl. est*, καθεύδων ὕπνωσε, dormiens somnum capiebat. ζ Repetam ei.] *Idest, non opus erit iterare ictum in eum.* *Lucifer*, & non repetam illam. η Ne humilies.] *Alii, & Theodoretus*, μὴ διαφθείρῃς, ne corrumpas, ne disperdas. *Lucifer*, non continges. θ Purus erit.] *Sic Lucifer, quod græce est*, ἀθωωθήσεται, *& posset etiam uerti*, innocens erit, *ut in uulgata.* ι Nequaquã mihi a Domino.] *Satis apte respondet hebræo. Compl. autem quasi ex alio initio*, ἵλεώς μοι μὴ γένοιτο παρὰ κυρίου, *& Lucifer*, Mihi autem non fit a Domino. κ A ceruicali.] ἀπὸ προσκεφαλαίου αὐτοῦ, *Compl.* τὸ πρὸς κεφαλῆς, *Lucifer*, quæ est ad caput illius. *Et paulo post*, & lentem aquæ a capite eius. *Libuit autem hoc loco istud*

lentis

lentis nomen ab antiquo patre usurpatum retinere;licet hoc uasis genus usitatius lẽticula dicatur:Vulgata hic habet, scyphum. λ Per nos ipsi.] καθ' ἑαυτούς. *itemque paulo post,* ἀπῆλθον καθ' ἑαυτούς. *uidetur esse imitatio hebraismi,qui habet,* eamus nobis, *&* abierunt sibi. *Vtroque tamen loco abest a Compl. & a Lucifero.* A
μ Stupor.] θάμβος. *Lucifer,* timor. *Aquila,* καταφορά. *Symm.* κάρος. *Theodotio* ἔκστασις. *quæ omnia, ut in Gen. dictum est,grauem quemdam soporem,ac stuporem significant.* ν Transiuit Dauid vltra.] διέβη Δαυὶδ εἰς τὸ πέραν. *hebræus,& chaldæus,* transiuit Dauid transitum: *quod uulgata reddidit,*ex aduerso,*& Lucifer,*cõtra. ξ Qui vocas.] *Compl.* καλῶν με,*(quod* με, *est etiam in aliis)* τίς εἶ σύ, qui vocas me?quis es tu? *Lucifer,* qui vocas me? Quid est? *Hebræus,* qui clamas ad regem: *quod vulgata,* qui clamas, & inquietas regem? ο Mortificatiomis.] *Ita etiam Lucifer,quod græce est,* θανατώσεως. *Alij,& Theodoretus q.60.* θανάτου, mortis. π Dauid.] *In Complut. sequitur,* φωνή μου κύριέ μου, δοῦλος σὸς κύριε βασιλεῦ, vox mea domine mi, seruus tuus domine rex. *Theodoretus habet tantum,* φωνή μου κύριέ μου βασιλεῦ, vox mea domine mi rex, *quemadmodum vulgata,Lucifer habet,vt nostra,* seruus tuus domine rex. ρ Iniustitia.] ἀδίκημα. *Alii, & Theodoretus,* κακία. *Lucifer,*quæ est a me malitia? σ Non confirmatũ esse.] μὴ ἐστηρίχθαι, *quod in Comp. est,* μὴ συγχωρῆσαι. *Et in hac quidem parte retinuimus versionem Luciferi (non autẽ in verbis proxime sequentibus.Ipse enim habet,* confirmatum esse in testamentum Domini.) *vt intelligatur, quam veteres curarint verbum verbo reddere. Poterat tamen ita verti,* a non inhærendo firmiter,*idest,vt non commorarer, ac stabilẽ sedem haberẽ in hæreditate Domini.* τ Animam meam.] ψυχήν μου *Compl.* ψύλλον ἕνα, *& Lucifer,* pulicem vnum. υ Et in hodierna.] *Aliqui addunt,* ἡμέρᾳ, die, *Lucifer,* in diem hunc, *Compl.* ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, in die hac. φ Secundum iustitias.] *Compl. non habet illud,* κατά *& Lucifer,* restituat vnicuique iustitias,& fidem suam. χ Et tegat me.] σκεπάσαι με. *Compl.* καὶ ἐκσπάσαι με. *Et Lucifer,*& abripiat me.*Verum hoc,& quod sequitur,* & eruat me, *duæ videntur interpretationes.* B

CAP. XXVII.

ET dixit Dauid in corde suo,dicens: Nunc α apponar in die vna in manus Saul:& non est mihi bonum;nisi saluatus fuero in terram alienigenarum: & β cesset a me Saul, a quærendo me in omnem terminum Israel: & saluabor de manu eius. Et surrexit γ Dauid,& sexcenti viri, qui cum eo: & iuit ad Anchus filium Ammach,regem Geth. Et sedit Dauid cum Anchus,ipse,& viri eius,vnusquisque,& domus eius,& Dauid,& ambæ vxores eius, Achinaam Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmelij. Et annunciatum est ipsi Saul,quia fugit Dauid in Geth:& non adiecit vltra quærere eum. Et dixit Dauid ad Anchus:Si nunc inuenit seruus tuus gratiam in oculis tuis;dent nunc mihi locum in vna ciuitatum, quæ per agrum: & sedebo illic. Et vt quid sedet seruus tuus in ciuitate regia tecum? Et dedit ei in die illa ipsam Sicelac. Propter hoc facta est Sicelac regi Iudææ vsque in diem hanc. Et factus est numerus dierum, quibus sedit Dauid in agro alienigenarum, δ quatuor menses. Et ascendit Dauid, & viri eius; & incursiones faciebant in omnem ε Gesiri,&in Amalecitem. Et ecce terra habitabatur ab ζ aduenientibus, quæ a Gelampsur murata,& vsque ad terram Ægypti. Et percutiebat terram,& non viuificabat virum,vel mulierem. Et capiebant greges, & armenta boum,& asinos, & camelos,& vestem:& reuertebant,& veniebãt ad Anchus. Et dixit Anchus ad Dauid: Super quem irruistis hodie? Et dixit Dauid ad Anchus:Ad austrum Iudææ, & ad austrum Iesmega, & ad austrum Genezi. Et virum,& mulierem non η viuificaui ad adducendum in Geth, dicens:Ne annuncient in Geth contra nos,dicentes:hæc Dauid facit. Et hæc autem fuit θ iustificatio eius,omnibus diebus,quibus sedit Dauid in agro alienigenarum. Et fidem sibi conciliauit Dauid in Anchus valde, dicens: Abominans abominatus est in populo suo, in Israel:& erit mihi seruus in seculum. C D E

A α Apponar.] *προστεθήσομαι. Alibi de ista locutione dictum est. Significat enim ita incidere, vt pereat. Nā & apud hebræos eadem dictio significat tradi, incidere, consumi. Symm. παραπεσοῦμαι ποτέ, quod vulgata,* aliquando incidam. β Cesset.] *ἀνῇ: & sic etiam Chaldæus. Aquila, ἀπογνώσεται,* desperabit. *Symm. ἀπόσχηται,* recedat, abstineat. *Vulgata duo illa prima coniunxit,* vt desperet, cesſetque. γ Dauid.] *In Compl. additur, καὶ διέβη αὐτός,* & transijt ipse. δ Quatuor menses.] *Ita etiam vulgata: licet hebræus, & Chaldæus habeant,* dies & quatuor menses: *& multi interpretentur, annus, & quatuor menses.* ζ Geſiri.] *In vno vetusto additur, τὸ ζεχί,* Zegri: *pro quo in Compl. est, καὶ τὸν ἰεζραῖον,* & Iezræum. ζ Ab aduenientibus, quæ à Gelampſur muratorum.] *ἀπὸ ἀνηκόντων ἢ ἀπὸ γελαμψοὺρ τετειχισμένων. Ab eodem libro abest illud, ἀπὸ γελαμψούρ, ab alijs illa ἀπὸ ἀνηκόντων, & τετειχισμένων. Si illud γελαμψούρ, diuidatur in duas dictiones, γελάμ, videtur dictio hebræa (quamuis paululum immutata) quæ significat seculum, & ψούρ, nomen loci proprij. Quamobrē si legeretur, ἡ ἀπὸ γελάμ ἀπὸ ἀνηκόντων ψούρ, responderet hebræo, qui habet,* quæ à seculo, adueniente te Sur. *& vulgata,* antiquitus, euntibus Sur. *Quod tamen hic est, Sur; in hebræo ita ponitur, vt significare etiam possit,* murata, *vnde fluere potuit illud, τετειχισμένων. Ita apparet quædam variarum interpretationum coagmentatio. In Compl. hic locus sic habet, ὅτι κατῳκεῖτο ἡ γῆ ἡ ἀπὸ γεσσούρ,* quoniam habitabatur terra, quæ à Geſſur.
B η Non viuificauit.] *οὐκ ἐζωογόνουν. Sententia tamen postulat, ut legatur, ἐζωογόνησε, aut ἐζωογόνει δαυίδ. Nā & vulgata,* Non viuificabat Dauid. θ Iustificatio] *Ita hebræus. Sed quemadmodum apud illum, ita etiam apud lxx. interdum significat ritum, consuetudinem, modum, vt etiam cap. 30. idque alibi notatum est.*
ι Et fidē tibi conciliauit Dauid in Anchus.] *καὶ ἐπιστεύθη δαυὶδ ἐν τῷ ἀγχοῦς. similis locutio est bis in ps. 77. Compl. καὶ ἐπίστευσεν ἀγχὶς ἐν δαυίδ. quod vulgata,* credidit ergo Anchis Dauid.

CAP. XXVIII.

ET factum est in diebus illis, & congregantur alienigenæ in castris suis, ad exeundum pugnare cum Israel. Et dixit Anchus ad Dauid. Cognoſcens
C cognoſces, quia mecum exibis in bellum, tu, & viri tui. Et dixit Dauid ad Anchus: Ita nunc cognoſces, quæ faciet seruus tuus. Et dixit Anchus ad Dauid: Sic principem custodiæ corporis ponam te omnibus diebus. Et Samuel mortuus est: & planxerunt eum vniuersus Israel; & sepeliunt eum in Armathæm, in ciuitate eius. Et Saul circumabstulit ventriloquos, & Gnostas de terra. Et cōgregantur alienigenæ, & veniunt, & castrametantur in Sonam. Et congregat Saul omnem virum Israel: & castrametantur in Gelbue. Et vidit Saul castra alienigenarum, & timuit, & expauit cor eius valde. Et interrogauit Saul per Dominum. Et non respondit ei Dominus in somnijs, & in manifestationibus, & in prophe-
D tis. Et dixit Saul pueris suis: Quærite mihi mulierem ventriloquam: & ibo ad eam, & quæram in ea. Et dixerunt pueri eius ad eum: Ecce mulier ventriloqua in Aendor. Et α cooperuit se Saul, & induit vestimenta alia, & vadit ipse, & duo viri cum eo: & veniunt ad mulierem nocte: & dixit ad eam: Vaticinare nunc mihi in ventriloquo, & reduc mihi quemcūque dixero. Et dixit ei mulier: Ecce nunc tu nosti, quæcumque fecit Saul: quomodo exterminauit ventriloquos, & Gnostas a terra. Et vt quid tu illaqueas animam meam ad mortificandam eam? Et iurauit ei Saul, dicens: Viuit Dominus, si occurret tibi iniustitia in verbo hoc. Et dixit mulier: Quem reducam tibi? Et dixit: Ipsum Samuel reduc
E mihi. Et β vidit mulier ipsum Samuel: & exclamauit voce magna. Et dixit mulier ad Saul: Vt quid decepisti me, & tu es Saul? Et dixit ei rex. Ne timeas: dicito quem vidisti. Et dixit ei mulier: Deos vidi aſcendentes è terra: Et dixit ad eam: Quid cognouisti? Et dixit ei: Virum γ erectū aſcendentem è terra: & hic diploidem indutus. Et nouit Saul, quia hic Samuel, & procubuit in faciem suā super terram, & adorauit eum. Et dixit Samuel: Vt quid perturbasti me, faciendo me aſcendere? Et dixit Saul: Tribulor valde: & alienigenæ bellant in me: & Deus discessit a me: & non exaudiuit me vltra δ etiam in manu prophetarum, & in

& in somnijs. Et nunc vocaui te ad notificandum mihi, quid faciam. Et dixit Sa- A
muel: Vt quid interrogas me, & Dominus discessit a te, & factus est cum proxi-
mo tuo? Et fecit Dominus ᵉ tibi, sicut locutus est Dominus in manu mea. Et
abscindet Dominus regnum tuum de manu tua: & dabit illud proximo tuo ip-
si Dauid: propterea quod non audisti vocem Domini: & non ᶻ fecisti indigna
tionem iræ suæ in Amalec. Propter hoc verbum fecit Dominus tibi in die hac.
Et tradet Dominus ipsum Israel tecum in manus alienigenarum: & cras tu & fi-
lij tui ᵑ tecum cadent, & castra Israel dabit Dominus in manus alienigenarũ.
Et ᶿ festinauit Saul, & cecidit ᶥ porrectus super terram, & timuit valde a ser-
monibus Samuel: & in eo non fuit fortitudo vltra: nõ enim comederat panem B
tota die & tota nocte illa. Et intrauit mulier ad Saul: & vidit quia festinabat
valde. Et dixit ad eum: Ecce nunc audiuit serua tua vocẽ tuam: & posui animã
meã in manu mea: & audiui verba, quæ locutus es mihi. Et nunc audi, quæso,
vocem ancillæ tuæ, & apponam coram te bucellam panis: & comede: & erit ti-
bi fortitudo: quoniam vadis in via. ᵏ Et noluit comedere. Et coegerunt eum
pueri eius, & mulier: & audiuit vocem eorum: & surrexit de terra: & sedit super
sellam. Et mulieri erat ᵡ vitula pascualis in domo: & festinauit, & immolauit
eam: & sumpsit farinas, & conspersit, & coxit azyma, & attulit coram Saul, &
coram pueris eius. Et comederunt, & surrexerunt, & abierunt nocte illa. C

α Cooperuit se.] *Symmachus*, μετεσχημάτισεν ἑαυτόν, *transfigurauit seipsum. Complutensis*, ἠλλοιώθη, mutauit se. β Et vidit.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus. Complutensis autem*, καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τὸν Σαμουήλ; & dixit mulier: ipsum Samuel. γ Virum erectum.] ὄρθιον. *atque ita etiam Theodoretus q.62. Complutensis*, γέροντα, senem, *quod respondet vulgatæ*. δ Etiam in manu.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus. Complut. autem*, οὔτε ἐν χερσὶ προφητῶν, οὔτε ἐν τοῖς ἐνυπνίοις, neque in manu prophetarum, neque in somnijs. ε Tibi.] *Ita & vulgata. Compl. autem*, αὐτῷ, ei: *quomodo alii vertunt ex hebræo*. ζ Fecisti] *Ita etiam vulgata. Alii*, ἐπλήρωσας impleſti. η Tecum] *Neque Theodoretus aliter. Complut. vero*, μετ' ἐμοῦ, mecum, *vt vulgata*. θ Festinauit.] ἔσπευσε. *Hoc verbum respondet hebræo, quod significat festinare, & vulgata illud ita exprimit*, statimque: *verum significat etiam trepidationem, & turbationem, vt ex loco proxime sequenti, & multis aliis constare potest*. ι Porrectus.] *Ita vulgata, quod græce est*, ἔπεσεν, *atque hebraice dicitur*, & cecidit plenitudo staturæ eius. *Compl. autem*, ἀπὸ στάσεως αὐτοῦ, de statione sua. κ Et noluit.] *Compl.* καὶ ἠπείθησεν, καὶ οὐκ ἐβούλετο. & renuit, & noluit. λ Vitula pascualis.] *Vulgata*, habebat vitulum pascualem: *Compluten.* μοσχάριον γαλαθηνόν, vitulus lactans. D

CAP. XXIX.

ET congregant alienigenæ omnia castra sua in Aphec. Et Israel castrameta-
tus est in ᵃ Aendor, quæ in Iezrael. Et Satrapæ alienigenarum transi-
bant ad centurias, & ad millia. Et Dauid, & viri eius transibant in nouissi-
mis cum Anchus. Et dixerunt alienigenæ: Quinam isti ᵝ pertranseuntes? Et di-
xit Anchus ad Duces alienigenarum: Nonne hic Dauid seruus Saul regis Israel? E
ᵞ Fuit nobiscum dies, hunc secundum annum: et non inueni in eo quicquam,
ex qua die ᵟ incidit ad me, & vsque in diem hanc. Et ᵉ contristati sunt super
eum Duces alienigenarum: & dicunt ei: Fac reuerti virum, & reuertatur ad lo-
cum suum, vbi collocasti eum illic, & non veniat nobiscum ad bellum, & non
fiat insidiator castrorũ. Et in quo conciliabitur hic domino suo? Nõne in capiti
bus virorum istorum? Nonne iste Dauid cui præcinebant in choris, dicentes:
Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Et vocauit An-
chus

A chus Dauid, & dixit ei: Viuit Dominus, quia rectus tu, & bonus in oculis meis, & exitus tuus, & introitus tuus mecum in castris: & quia non inueni de te malũ ex qua die venis ad me vsque in hodiernam diem. Et in oculis satraparum non bonus tu. Et nunc reuerte, & vade in pace: & non facies malum in oculis satraparum alienigenarum. Et dixit Dauid ad Anchus: Quid feci tibi? & quid inuenisti in seruo tuo, ex qua die fui corã te, & vsque ad diem hãc; vt non veniam impugnans inimicos domini mei regis? Et respondit Anchus ad Dauid: Noui, quia bonus tu in oculis ζ meis. Sed Satrapæ alienigenarum dicunt: Non veniet nobiscum ad bellum. Et nunc diluculo surge mane, tu, & pueri domini tui, qui ve-
B niunt tecum: & ite ad locum, vbi collocaui vos illic. Et verbum pestilens ne posueris in corde tuo: quoniam bonus tu coram me. Et diluculo surgite in viam; & illucescat vobis: & ite Et diluculo surrexit Dauid, ipse, & viri eius ad η abeũdum, & custodiendum terram alienigenarum. Et alienigenæ ascenderunt ad bellandum in Iezrael.

α Aendor, quæ.] *Complutensis, ἐν ναΐν, τῇ, aliquanto propius ad hebræam dictionẽ, quæ significat fontem, quod habet vulgata.* β Pertranseuntes] *οἱ διαπορευόμενοι, in Compl. οἱ παραπορευόμενοι. Vulgata,* Hebræi: *& optime potest conuenire cum illo, οἱ διαπορευόμενοι, vt supra dictum est.* γ Fuit nobiscum dies, hunc secundum annum.] *Compl. ὃς γέγονε μετ' ἐμοῦ ἤδη δεύτερον ἔτος σήμερον,* qui fuit mecum iam secundum annum
C hodie: *hebræus,* qui fuit mecum iam diebus, vel iam annis: *quod optime redditur in vulgata,* multis diebus, & annis. δ Incidit ad me.] *ἐνέπεσε, & respondet dictioni hebraicæ. Symm. προσπέφευγέ μοι,* confugit ad me, *aut,* transfugit, *vt vulgata.* ε Contristati.] *Aquila, παρωξύνθησαν,* irritati sunt. *Sym. ὠργίσθησαν,* irati sunt, *vt vulgata, Theodotio, ἐθυμώθησαν,* indignati sunt. *quam Theodotionis dictionem habet Compl.* ζ Meis.] *In Complutensi additur, ὡς ἄγγελος θεοῦ, quod vulgata,* sicut angelus Dei. η Abeundum.] *Compl. addit, τὸ πρωΐ & vulgata,* vt proficiscerentur mane.

CAP. XXX.

ET factum est, intrãte Dauid, & viris eius in Secelac die tertia; & Amalec in
D cursionem fecit ad Austrum, & ad Secelac: & percussit ipsam Secelac, & incenderunt eam in igni: & mulieres, & α omnia, quæ in ea, a paruo vsque ad magnum non mortificauerunt virum, & mulierem: sed captiuarunt, & abierunt ad viam suam. Et venit Dauid, & viri eius in ciuitatem: & ecce incensa est in igni: vxores autem ipsorum, & filij ipsorum, & filiæ ipsorum captiuatæ. Et eleuauit Dauid, & viri eius vocem suam: & plorauerunt, quoadusq. non fuit in eis vltra fortitudo ad plorandũ. Et ambæ vxores Dauid captiuatæ fuerãt, Achinaã Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmelij. Et tribulatus est Dauid valde: quoniam dixit populus lapidare eum: quoniam amara anima vniuersi populi,
E cuiusque super filios suos, & super filias suas. Et confortatus est Dauid in Domino Deo suo. Et dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica Ephud. β Et interrogauit Dauid per Dominum dicẽs: Si persequar post γ Geddur istud, si assequar eos? Et dixit ei: Persequere, quoniam assequens assequeris eos, & eruens erues. Et iuit Dauid, & sexcenti viri cum eo: & veniunt vsque ad torrentem Bosor: δ & residui substiterunt, & persequutus est in quadringentis viris. Substiterunt autem ducenti viri, qui quidem sederant trans torrentem Bosor. Et inueniunt virum Ægyptium in agro: & capiunt eum, & adducunt eum ad Dauid. Et dant ei panem & manducauit: & potauerunt eũ aqua:

&dant ei fragmentum * palathæ,& manducauit: & restitutus est spiritus eius A
in eo: quoniam non comederat panem, & non biberat aquam tribus diebus,& tribus noctibus. Et dixit ei Dauid: Cuius tu es,& vnde es? Et dixit puer Ægyptius: Ego sum seruus viri Amalecitæ: et dereliquit me dominus meus; quia * turbatus sum ego hodie tertianus. Et nos incursionem fecimus ad Austrum ipsius Cheleti, et super partes Iudææ, et ad Austrum Chelub; et ipsam Sicelac incendimus in igni. Et dixit ei Dauid: Si deduces me ad Geddur istud? Et dixit: Iura nunc mihi per Deum non morti tradere me, neq. tradere me in manus domini mei: et deducam te ad Geddur * hoc. Et deduxit eum illuc: et ecce isti
profusi super faciem vniuersæ terræ, comedentes, et bibentes, et festum celebrātes in omnibus spolijs illis magnis, quæ ceperant de terra alienigenarum, et de terra Iuda. Et venit super eos Dauid: et percussit eos a * Lucifero vsque ad vesperam, * et in crastina. Et non euasit saluus ex eis vir: quia tantum quadringenti viri, qui inscenderunt super camelos, et fugerunt. Et eripuit Dauid omnia quæ ceperant Amalecitæ, et vtrasque vxores suas eripuit: et non * dissonuit eis a paruo vsque ad magnum, et de spolijs, et vsque ad filios, et filias, et vsque ad omnia, quæ ceperant ipsorum: et omnia redire fecit Dauid. Et cepit omnes greges, et armenta boum, et abduxit ante spolia. Et spolijs illis dicebatur: Hæc B
spolia Dauid. Et aduenit Dauid ad ducentos viros, qui remanserant ab eundo post Dauid, & residere fecerat eos in torrente ipsius Bosor. Et exierunt in occursum Dauid,& in occursum populi, qui cum eo. Et accessit Dauid vsque ad populum. Et * interrogauerunt eum, quæ ad pacem. Et respondit omnis vir pestilens,& malignus de viris bellatoribus, qui iuerant cum Dauid, & dixerunt: Quoniam non sunt persequuti nobiscum; non dabimus eis de spolijs, quæ eripuimus: quia tantum vnuquisque vxorem suam, & filios suos abducant,& reuertantur. Et dixit Dauid: Non facietis * sic, * postquam tradidit Dominus nobis,& custodiuit nos, & tradidit Dominus Geddur, qui irruerat super nos, in manus nostras. Et quis exaudiet vestros sermones istos? Quoniam non C
* minoris nobis sunt: quia secundum portionem descendentis in prælium, sic erit portio sedentis super vasa: iuxta idem diuidentur. Et factum est a die illa, & vltra, & factum est in constitutionem, & in iustificationem ipsi Israel vsque in hodiernam. Et venit Dauid in Secelac: & misit senioribus Iuda de spolijs, & proximis suis, dicēs: Ecce de spoliis inimicorū Domini, qui in * Bæthsur, & qui in Rhama Austri,& quæ in Gethor,& qui in Aroer, et qui in Ammadì, et qui in Saphi, et qui in Estie, et qui in Geth, et qui in Cimath, et qui in Saphec, et qui in Themath, et qui in Carmelo, et qui in ciuitatibus ipsius Hieremeel, D
et qui in ciuitatibus ipsius Cenezì, et qui in Hierimuth, et qui in Bersabee, et qui in Nombe, et qui in Chebron, * et omnia loca, quo transierat Dauid illuc, E
ipse, et viri eius.

α Et omnia quæ in ea.] *Alij,* καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ, & omnes qui in ea. *Hebræus habet tantum,* quæ in ea, *a quo abest etiā illud quod sequitur paulo post,* & mulierem. β Et interrogauit.] *Complut.* καὶ προσήγαγεν Ἀβιάθαρ τὸ ἐφοὺδ πρὸς Δαυὶδ καὶ ἐπηρώτησε, *quod vulg.* Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid. Et consuluit. γ Geddur.] *Complut.* ὀπίσω τοῦ στρατεύματος τούτου, post exercitum hunc, post agmen hoc, *itemque paulo inferius, sed tertio loco, vbi idem in nostra repetitur, Compl. habet* σύστρεμμα, globum. *Theodoretus quæst.* 65. Ipsum aut σύστρεμμα hebræus vocat γεδοὺρ, quod alibi exponitur πειρατήριον. Vocatur autem sic globus & agmen latronum. *Legantur notationes cap. 3. in lib. 2.* δ Et residui substiterunt.] *Sic etiam hebræus Compl. autem,*

A *autem*, καὶ καταλείπει ἐκεῖ διακοσίους ἄνδρας, & relinquit ibi ducentos viros. *Theodoretus videtur habuisse* διακόνους ἄνδρας, ministros viros, *quos exhaustos labore ex cursu inquit Aquilam dixisse* μεμαρασμένους, mansisse.
ε Palathæ.] *aut massæ caricarum, vt vulgata. Addit Compl.* καὶ δύο σταφίδας, *quod eadem vulgata*, & duas ligaturas vuæ passæ. ζ Turbatus sum.] *Aquila*, ἠῤῥώστησα, ægrotaui. *quod autem sequitur*, hodie tertianus, σήμερον τριταῖος, *valet*, hodie sunt tres dies. η Hoc.] *In Compl. additur*, καὶ ὤμοσεν αὐτῷ: & iurauit ei. θ A Lucifero.] *idest à crepusculo matutino, aut verspertino. Aquila*, σκοτομήνης, obscura luna. *Symmachus*, ἀφ' οὗ συνεσκότασεν, ex quo cœpit obtenebrescere. ι Et in crastina.] καὶ τῇ ἐπαύριον. *Compl.* καὶ τῆς, etiam crastinæ, *eadem sententia: sed prius magis quodammodo respondet hebræo.* κ Dissonuit.] διεφώνησεν, *idest*, desideratus est. *De hoc verbo dictũ est etiã Exo. 24.* λ Et interrogauerunt eum.] *Compl.* καὶ ἠρώτησεν αὐτούς, *quod vulg.* salutauit eos. μ Sic.] *In Copl.* ἀδελφοί μου οὕτως, fratres mei sic: *& respondet vulg.* ν Postquam tradidit Dominus nobis.] *hebræus*, quæ tradidit Dominus nobis, *& subintelligitur*, de his, *quod exprimit vulgata. Compl. addit*, τοὺς ὑπεναντίους, postquam tradidit Dominus nobis aduersarios. ξ Nõ minoris.] οὐχ ἥττον. *Compl.* οὐχ ἥττους, non minores. *tota hæc particula abest ab hebræo.* ο Ecce de spolijs.]
B *Ita libri duo veteres. In alijs est*, ἰδοὺ εὐλογία ὑμῖν ἀπὸ τῶν σκύλων. Ecce benedictio vobis de spolijs. π Bæthsur.] *Compl.* Βαιθήλ, Bæthel: *multæque aliæ, vt semper, sunt in huiusmodi nominibus proprijs varietates, quas prudens lector, per se expendet.* ρ Et omnia loca.] *Alii*, καὶ εἰς πάντας τοὺς τόπους, ad omnia loca.

CAP. XXXI.

ET alienigenæ pugnabãt in Israel. Et fugerunt viri Israel a facie alienigenarum: & cadunt vulnerati in monte Gelbue. Et congrediuntur alienigenæ cum Saul, & filijs eius: & percutiunt alienigenæ Ionathan, & Aminadab, & Melchisa filium Saul. Et aggrauatur prælium super Saul: & inueniunt eum ia-
C culatores viri sagittarij: & vulneratus est ª in hypochondria. Et dixit Saul ad eum, qui portabat vasa ipsius: Educ gladium tuum, & confige me in eo: ne veniant incircuncisi isti, & configant me, & illudant mihi. Et noluit, qui portabat vasa eius: quoniam timuit valde. Et sumpsit Saul gladium, & incubuit super eum. Et vidit portans vasa eius, quia mortuus est Saul: & incubuit etiam ipse super gladium suum: & mortuus est cum eo. Et mortuus est Saul, & tres filij eius, & portans vasa ᵝ eius in die illa in idipsum. Et viderunt viri Israel, qui trans vallem, & qui trans Iordanem, quia fugerunt viri Israel, & quia mortuus est Saul, & filij eius: & derelinquunt ciuitates suas, & fugiunt. Et veniunt
D alienigenæ, & habitant in eis. Et factum est crastina veniunt alienigenæ ad spoliandos mortuos: & inueniũt Saul, & tres filios eius iacentes in ᵞ montibus Gelbue: & ᵟ conuertunt eum: & spoliauerunt vasa eius: & mittunt ea ad terram alienigenarum in circuitu euangelizantes idolis suis, & populo. Et reposuerunt vasa eius in ᵉ Astartio: & corpus eius defixerũt in muro Bæthsam. ᶻ Et audiunt inhabitãtes Iabis Galaditidis, quæ fecerant alienigenæ ipsi Saul. Et surrexerunt omnis vir virtutis, & iuerunt totam noctem: & sumpserunt corpus Saul, & corpus Ionathan filij eius de muro Bæthsam, & ferũt eos in Iabis, & comburunt eos illic. Et sumunt ossa eorum, & sepeliunt sub arboreto, quod in Iabis: & ieiunant
E septem ᵑ dies.

α In hypochondria.] *Theodotio*, μέρος τὸ ἐγγὺς τοῦ ἥπατος, partem, quæ prope iecur. β Eius.] *In Complut. additur*, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες αὐτοῦ, *quod vulgata*, & vniuersi viri eius. γ In montibus.] *Compl.* ἐν τῷ ὄρει, in monte. δ Conuertunt.] ἀνατρέπουσιν, *quasi resupinãt. Compl.* ἀποκεφαλίζουσι, decapitant. *Alij habent*, καὶ ἀνατρέπουσιν αὐτόν, καὶ ἐξέδυσαν τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ ἀποκόπτουσι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ & conuertunt eum, & spoliauerunt vasa eius, & præcidunt caput eius. *Quod autem pertinet ad illud*, & spoliauerunt vasa eius, *optime respondet hebræo. Compl. autem*, καὶ ἐκδιδύσκουσιν αὐτὸν τὰ σκεύη αὐτοῦ, & exeunt eum vasis eius. ε Astartio.] *Schol.* εἰς τὸ ἱερὸν τῆς ἀστάρτης, in templo Astartes. Dicunt autem hanc esse Venerem. ζ Audiunt.] *Compl. addit*, περὶ αὐτοῦ de eo. η Dies.] *Theodoretus*. Sciendum quidem est, quod Aquila secutus hebræum non diuisit primam à secunda regnorum historia, sed ex duabus vnam fecit.

 A

REGNORVM LIBER II. B

CAP. I. C

ET factum est, postquam mortuus est Saul; & Dauid reuertit
percutiens Amalec. Et sedit Dauid in Secelac dies duos.
Et factum est die tertia, & ecce vir venit è castris, de po-
pulo Saul: & vestes eius discissæ; & terra super caput eius.
Et factum est in intrando ipsum ad Dauid, & cecidit super
terram, & adorauit eum. Et dixit ei Dauid: Vnde tu adue-
nis? Et dixit ad eum: De castris Israel ego saluus euasi. Et
dixit ei Dauid: Quod verbum hoc? annuncia mihi. Et dixit, quia fugit popu-
lus ex prælio, & ceciderunt multi de populo, & mortui sunt, & Saul, & Iona- D
than filius eius mortuus est. Et dixit Dauid puero, qui annunciabat ei: Quomo
do nosti, quia mortuus est Saul, & Ionathan filius eius? Et dixit puer qui annun-
ciabat ei: Euentu adueni in monte in Gelbue: & ecce Saul innixus erat super lan
ceam suam: & ecce currus, & præfecti equitum attingebant eum. Et re-
spexit in posteriora sua, & vidit me, & vocauit me. Et dixi: Ecce ego. Et di-
xit mihi: Quis es tu? Et dixi: Amalecites ego sum. Et dixit ad me: Sta
nunc super me: & interfice me: quoniam occupauerunt me tenebræ graues:
quia omnis anima mea in me. Et insurrexi super eum, & interfeci eum:
quia sciebam quod non viuet, postquam ipse ceciderat. Et sumpsi regale E
quod super caput eius, & armillam, quæ super brachium eius: & attuli ea do-
mino meo huc. Et apprehendit Dauid vestimenta sua, & discidit ea. Et om-
nes viri, qui cum eo, disciderunt vestimenta sua: & planxerunt, & plorauerunt,
& ieiunarunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & su-
per populum Iuda, & super domum Israel: quoniam percussi fuerant in gladio.
Et dixit Dauid puero, qui annunciarat ei: Vnde es tu? Et dixit: Filius homi-
nis incolæ Amalecitæ ego sum. Et dixit ei Dauid: Quomodo nó timuisti inijce-
re ma-

A re manum tuam ad disperdendum Christum Domini? Et vocauit Dauid vnum ex pueris suis, & dixit: Accedens occurre ei. Et percussit eum, & mortuus est. Et dixit ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum: quoniam os tuum respondit contra te, dicens, quia ego interfeci Christum Domini. Et lamentatus est Dauid lamentationem hanc super Saul, & super Ionathan filium eius: & dixit ad docendum filios Iuda. Ecce scriptum est ζ in libro recti. η Sta Israel super mortuos θ in excelsis tuis vulneratos: quomodo ceciderunt potentes. Ne annũcietis in Geth: & non euangelizetis in exitibus Ascalonis: ne forte lætentur filiæ alienigenarum: ne quando ι exultent filiæ incircuncisorum. Montes qui in Gelbue, non descendat ros, & non pluuia super vos: κ &
B agri primitiarum: quoniam ibi λ proiectus est clypeus potentium: clypeus Saul non est vnctus in oleo, a sanguine vulneratorum, & ab adipe potentiũ. Arcus Ionathan non est reuersus vacuus in posteriora: & gladius Saul non se reflexit vacuus. Saul, & Ionathan dilecti, & speciosi, nõ separati, μ decori in vita sua: & in morte sua non sunt separati. Leues super aquilas, & super leones valuerunt. Filiæ Israel super Saul plorate, qui induebat vos coccino cum ornatu vestro, qui afferebat ornatum aureum super indumenta vestra. Quomodo ceciderunt potentes in medio belli, Ionathan in excelsis tuis, ν occisi? Doleo super te frater mi Ionathan: Speciosus fuisti mihi valde: ξ mirificata est dilectio tua mi-
C hi super dilectionem mulierum. Quomodo ceciderunt potentes, & perierunt vasa bellica?

α De populo Saul.] *ἐκ τοῦ λαοῦ σαοὺλ. Ab aliis abest illud ἐκ,* populi Saul. *Compl. τοῦ λαοῦ τοῦ μετὰ σαοὺλ,* populi, qui cum Saul. β Attingebant.] *συνῆψαν. Aquila, κατέλαβον,* assequebantur. γ Omnis.] *Abest à Compl. quod tamen est in hebræo, & vulgata.* δ Regale.] *Compl. τὸ διάδημα,* diadema, *vt vulgata.* ε Armillam.] *χλιδῶνα. Theodoretus q. 2. refert Aquilam dixisse βραχιάλιον,* brachiale. ζ In libro recti.] *Ita fere solet, &, vt putamus, debet verti illud ἐπὶ βιβλίου τοῦ εὐθοῦς. Theodoretus tamen quæst. 4. habet, τὸ βιβλίον τὸ εὐθές,* liber rectus. η Sta.] *στήλωσον, quasi fixe incumbe in hanc considerationem. Scholion ex Aquila ἀκρίβασαι. Theodoretus quæst. 5. & Complutensis habent, ἀκρίβασαι.* diligenter considera.
D θ In excelsis.] *Abest a Complut. & a Theodoreto, non autem ab hebræo, & uulgata.* ι Exultent.] *ἀγαλλιάσωνται. Complutensis, & Theodoretus, γαυριάσωσι, eodem sensu.* κ Et agri primitiarum.] *ac subintelligẽdum est, ut etiam in hebræo, quod uulgata expressit,* neque sint agri primitiarum. *Aquila pro ἀπαρχῶν, dixit, ἀφαιρεμάτων,* demptionum: *de quo vocabulo alibi dictum est.* λ Proiectus est.] *προσωχθίσθη. Aquila, ἀπεβλήθη, eodẽ sensu.* μ Decori.] *Abest a Compl. & a S. Chrys. in Maximum, & Iuuentinum. Ac uidetur alia interpretatio pro illo, quod proxime dictum est,* speciosi, *ὡραῖοι διωρισμένοι.* ν Occisi.] *Complut. ἐτραυματίσθης,* Occisus es. *Responderet prorsus hebræo, & vulgata, si abesset* ε. *Ita enim valeret,* occisus est. ξ Mirificata est dilectio tua mihi super dilectionem mulierum.] *Respondet optime hebræo. Theodoretus q. 7. habet ἔπεσεν ἡ ἀγάπη σου ἐπ' ἐμέ, ὡς ἡ ἀγάπη τῶν γυναικῶν,* incidit amor tuus in me, sicut dilectio mulierum: *atque eodem modo. S. Chrys. lib. 3. de prouidentia Dei.*

E

CAP. II.

ET factum est post hæc & interrogauit Dauid in Domino, dicens: Si ascendam in vnam ciuitatum Iuda? Et dixit Dominus ad eum: Ascende. Et dixit Dauid: Quo ascendam? Et dixit: In Chebron. Et ascendit illuc Dauid in Chebron, & ambæ vxores eius, Achinaam Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmelij, & viri, qui cum eo, vnusquisque,

& domus eius: & habitabant in ciuitatibus Chebron. Et veniunt viri Iudææ, & vngunt Dauid ibi ad regnandum super domum Iuda. Et annunciauerunt Dauid, dicentes: quia viri Iabis Galaaditidis sepelierunt Saul. Et misit Dauid nuncios ad Duces Iabis Galaaditidis: & dixit ad eos Dauid: Benedicti vos Domino: quoniam fecistis misericordiam hanc super dominum vestrum, super Saul Christum Domini: & sepelistis eum, & Ionathan filium eius. Et nunc faciat Dominus vobiscum misericordiam, & veritatem. Et quidem ego faciam vobiscum bonum hoc: quoniam fecistis verbum istud. Et nunc confortentur manus vestræ: & estote in filios potentes: quoniam mortuus est dominus vester Saul: & quidem me vnxit domus Iuda super se in regem. Et Abenner filius Ner princeps militiæ Saul sumpsit Ieboste filium Saul: & ascendere fecit eum è castris in Manaem: & fecit eum regnare in Galaaditide, & in Thasiri, & in Iezrael, & in Ephræm, & in Beniamin, & super omnem Israel. Quadraginta annorum erat Ieboſthe filius Saul, quando regnauit super Israel: & duos annos regnauit, præter domum Iuda, qui erant post Dauid. Et facti sunt dies, quibus Dauid regnauit in Chebron super domum Iuda, septem anni, & menses sex. Et exiuit Abenner filius Ner, & pueri Ieboſthe filij Saul de Manaem in Gabaon. Et Ioab filius Saruia, & pueri Dauid exierunt de Chebron: & occurrunt eis super fontem Gabaon in idipsum. Et sederunt hi super fontem hinc, & hi super fontem hinc. Et dixit Abenner ad Ioab: Surgant nunc pueri, & ludāt coram nobis. Et dixit Ioab: Surgant. Et surrexerunt, & transierunt in numero de pueris Beniamin duodecim ex ijs, qui erant Ieboſthe filij Saul, & duodecim de pueris Dauid. Et apprehenderunt vnusquisque manu caput proximi sui: & gladius eius in costam proximi sui, & cadunt pariter. Et vocatum est nomen loci illius; portio irruentium, quæ est in Gabaon. Et factum est prælium durum, vt cum maxime, in die illa. Et cecidit Abenner, & viri Israel coram pueris Dauid. Et fuerunt ibi tres filij Saruia, Ioab, & Abessa, & Asael. Et Asael leuis pedibus suis, tanquam vna capræa in campo. Et persequutus est Asael post Abenner; & non declinauit eundo in dextra neque in sinistra post Abenner. Et inspexit Abenner in posteriora sua, & dixit: Si tu es ipse Asael? Et dixit: Ego sum. Et dixit ei Abenner: Declina tu in dextra, aut in sinistra, & apprehende tibi vnum puerorum, & sume tibi armaturam eius. Et noluit Asael declinare à post ipsum. Et adiecit adhuc Abenner dicens ipsi Asael: Recede à me, vt non percutiam te in terram; & quomodo leuabo faciem meam erga Ioab? & vbi sunt hæc? reuerte ad Ioab fratrem tuum. Et noluit recedere. Et percutit eum Abenner in posteriore parte lanceæ in inguinem: & transijt lancea ex posterioribus eius, & cadit ibi, & moritur subse. Et factum est, omnis, qui veniebat ad locum, vbi ceciderat ibi Asael, & mortuus erat; & subsistebat. Et persequutus est Ioab & Abessa post Abenner: & Sol occidebat. Et ipsi intrauerunt vsque ad collē Amman, qui est super faciē Gai, viam desertū Gabaon. Et congregantur filij Beniamin, qui post Abenner, & facti sunt in cōcursum vnū, & steterūt super caput collis vnius. Et vocauit Abenner Ioab, & dixit: Nunquid ad victoriā comedet gladius? Nōne scis quia amara erūt in nouissimis? Et vsquequo nō dices populo reuerti à post fratres nostros? Et dixit Ioab: Viuit Dominus, quia, nisi locutus

A cutus esses, quia tunc a mane ascendisset populus, vnusquisque post fratrem suum. Et clanxit Ioab tuba: & recesserunt omnis populus, & nō sunt persequuti post Israel: & non adiecerunt vltra pugnare. Et Abenner & viri eius abierunt in occidentem tota nocte illa, & transierunt Iordanem: & iuerunt totam λ porrectam: & veniunt in castra. Et Ioab reuertit a sequendo post Abenner, & congregauit vniuersum populū. Et μ visitati sunt de pueris Dauid nouem & decem viri, & Asael. Et pueri Dauid percusserūt de filijs Beniamin de viris Abenner trecentos sexaginta viros ν ab eo. Et tollunt Asael, & sepeliunt eum in sepulchro patris sui in Bethleem. Et iuit Ioab, & viri, qui cum eo, totam
B noctem: & illuxit eis in Chebron.

α E castris in Manaem.] *ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς Μααναΐμ. Compl. habet tantum,* ἐκ τῆς παρεμβολῆς. *Sed lxx potius videntur habuisse tantum,* εἰς Μααναΐμ, in castra, *quod vulgata dixit,* & circumduxit eum per castra: *illud autem* ἐκ τῆς παρεμβολῆς, *ex alia esse interpretatione. Nam & paulo post, vbi in nostra, & alijs græcis est* ἐκ Μααναΐμ, *notat scholiastes Theodotionem dixisse,* παρεμβολῶν, castris: *quo etiam loco Compl. habet* ἐκ παρεμβολῆς. *Non tamen absurda sententia est, si dicamus Abenner deduxisse Ieboste e castris in castra, idest per vniuersum exercitum. Quod autem pertinet ad nomen filii Saul, quem Abner fecit regem, Compl. habet* Ἰεβοσθ, Isboseth, *vt vulgata, S. Chrysost. serm. 5. in epist ad Philipp. & Theodoretus* Μεμφιβοσθέ, *quem hic inquit alios interpretes nominasse* Ἰεβάαλ, Iebaal. *In nostra, vt in aliis, hoc nomen tribuitur cap. 4. filio Ionathan.* β De Manaem in Gabaon.] *Hic, vt diximus, Theodotio habuit* παρεμβολῶν, *vulgata,* de castris in Gabaon. *Compl. non sine mendo,* ἐκ παρεμβολῆς βουνοῦ, de castris collis. γ Eis.] *Sic etiam habet vulgata. Compl.* ἀλλήλους, sibi inuicem.
C δ Irruentium.] *Sententia postulare videtur, vt hoc nunc significet dictio græca τῶν ἐμβαλόντων.* ε Et vbi sunt hæc? reuerte ad Ioab.] *Hæc absunt a Compl. & a Theodoreto quasi 9. quemadmodum etiam ab hebræo.* ζ Sub se.] *ὑποκάτω αὐτοῦ. Et est phrasis hebræa, quæ significat* in loco suo, in eodem loco, *vt habet vulgata.* η Concursum.] *συνάντημα, Compl. συναγωγήν,* congregationem, globum. θ Ad victoriam.] *Sic hebræus, & nonnulli putant significari,* in seculum. *Vulgata autem* vsque ad internecionem: *quæ etiam est Theodoreti explanatio.* ι Amara erūt in nouissimis.] *πικρὰ ἔσται εἰς τὰ ἔσχατα. Theodor. πικρὰ τὰ ἔσχατα,* amara vltima. κ Nostros.] *Compl. & Theodoretus αὐτῶν,* suos, *vt vulgata.* λ Porrectam.] *idest planitiem, παρατείνουσαν. Vulgata,* Lustrata omni Bethoron. μ Et visitati sunt de pueris Dauid.] *Complut. addit οἱ πεπτωκότες,* qui ceciderant. *Quod tamen abest ab hebræo. Nam dictio hebræa, quam vertimus visitati, significat, vt alibi sæpe,* desiderati sunt, defuerunt, *vt nunc vulgata.* ν Ab eo.] *παρ' αὐτοῦ. Abest a Complut. In hebræo est,* mortui sunt.

D

CAP. III.

ET fuit bellum α ad multum inter domum Saul, & inter domum Dauid. Et domus Dauid ibat, & conualescebat. Et domus Saul ibat, & infirmabatur. Et nati sunt ipsi Dauid filij in Chebron: & fuit primogenitus eius Ammon ipsius Achinoam Iezraelitidis: & secundus eius Daluia ipsius Abigææ Carmeliæ: & tertius Abessalom filius Maacha filiæ Tholmi regis Gessir: & quartus Ornia filius Angith: & quintus Saphatia
E ipsius Abital: & sextus Ietharaam filius Ægal vxoris Dauid. Hi nati sunt ipsi Dauid in Chebron. Et factum est, dum esset bellum inter domum Saul, & inter domum Dauid; & Abenner erat tenens domum Saul. Et ipsi Saul fuit concubina Rhespha filia β Iol. Et dixit Ieboste filius Saul ad Abenner. Quid, quod intrasti ad concubinam patris mei? Et indignatus est valde Abenner de verbo hoc ipsi Ieboste. Et dixit Abenner ad eum. Nunquid caput canis ego sum? γ Feci hodie misericordiā cū domo Saul patris tui, & pro fratribus & pro δ notis: & nō defeci ad domū Dauid. Et inquiris super me tu pro iniuria mulieris hodie? Hæc faciat Deus ipsi Abēner, & hæc adijciat ei, quia sicut iurauit Dominus

ipsi Dauid, ꝺ quia sic faciã in die hac, auferendo regnũ a domo Saul, & erigendo thronum Dauid super Israel, & super Iudam a Dan vsque Bersabee. Et nõ potuit vltra Ieboste respondere ipsi Abenner verbum, a timendo eum. Et misit Abenner nuncios ad Dauid in ʃ Thælam, vbi erat, subito, dicens: Dispone testamentum tuum mecum: & ecce manus mea tecum ad conuertendum ad te * vniuersam domum Israel. Et dixit Dauid: Recte ego disponam erga te testamentum. Tantummodo verbum vnum ego peto a te, dicens: non videbis faciem meam, si non adduxeris Melchol filiam Saul, adueniente te videre faciem meam. Et misit Dauid ad Ieboste filium Saul nuncios, dicens: Redde mihi vxorem meam Melchol: quam accepi in centum præputijs alienigenarum. Et misit Ieboste, & tulit eam a viro eius, a Phaltiel filio * Selles. Et ibat vir eius cum ea plorans post eam vsque Baracim. Et dixit ad eum Abenner: Vade, reuerte. Et reuertit. Et dixit Abenner ad seniores Israel, dicens: Heri, & nudiustertius quærebatis Dauid regnare super vos: Et nunc facite: quoniam Dominus locutus est de Dauid, dicens: In manu serui mei Dauid saluabo Israel de manu alienigenarum, & de manu omnium inimicorum eorum. ' Et locutus est Abenner in auribus Beniamin. Et iuit Abenner ad loquendum in aures Dauid in Chebron omnia, quæcumque placebant in oculis Israel, & in oculis domus Beniamin. Et venit Abenner ad Dauid in Chebron, & cum eo viginti viri. Et fecit Dauid ipsi Abenner, & viris qui cum eo, conuiuiũ. Et dixit Abenner ad Dauid: Surgam nunc, & ibo, & congregabo ad dominum meum regem vniuersum Israel: & disponam cum eo testamentum: & regnabis in omnibus, quæ desiderat anima tua. Et misit Dauid Abenner. Et iuit in pace. Et ecce pueri Dauid, & Ioab adueniebant ab * excursione, & spolia multa ferebant secum. Et Abenner non erat cum Dauid in Chebron: quoniam dimiserat eum: & abierat in pace. Et Ioab, & vniuersus exercitus eius ^ venerunt: & nunciatum est ipsi Ioab, dicentes: Venit Abenner filius Ner ad Dauid: & dimisit eum: & abijt in pace. Et intrauit Ioab ad regem, & dixit: Quid hoc fecisti? Ecce venit Abenner ad te: & vt quid dimisisti eum, & abijt in pace? Nonne nosti malitiam Abenner filij Ner, quia ad decipiendum te aduenit, & cognoscendum exitum tuum, & introitum tuum, & cognoscendum omnia, quæcumque tu facis? Et reuertit Ioab a Dauid, & misit nuncios ad ᴹ Abenner retro: & redire faciunt eum a fonte Seiran. Et Dauid nesciuit. Et ᵛ redire fecit ipsum Abenner in Chebron: & diuertere eum fecit Ioab a latere portæ ad loquendum cum eo, ᶓ insidians. Et percussit eum ibi in inguine. Et mortuus est in sanguine Asael fratris Ioab. Et audiuit Dauid post hæc, & dixit: Innocens sum ego, & regnum meum à * Domino, & vsque in seculum, a sanguinibus Abenner filij Ner. Incurrant super caput Ioab, & super vniuersam domum patris eius: & non deficiat de domo Ioab seminifluus, & leprosus, & tenens ᵛ scytalã, & cadens in gladio, & egens panibus. Ioab autẽ, & ʳ Abessa frater eius captabant Abenner, pro eo, quod interfecerat Asael fratrẽ suũ in Gabaon in prælio. Et dixit Dauid ad Ioab, & ad vniuersum populũ, qui secũ: Discindite vestimẽta vestra: & accingimini saccis, & plãgite corã Abenner. Et rex Dauid ibat * post lectum. Et sepeliunt Abenner in Chebron. Et eleuauit rex vocẽ suã & plorauit super sepulchrũ eius: & plorauit vniuersus populus super Abenner. Et lamentatus est rex super Abenner, & dixit: Si iuxta

mortem

A mortem Nabal morietur Abenner? Manus tuæ non erant ligatæ: pedes tui non in compedibus. ^τ^ Non accessit, vt Nabal: corã filijs iniustitiæ cecidisti. Et conuenit omnis populus ad plorandum eum. Et venit omnis populus ad cibandum Dauid panibus, cum adhuc esset dies. Et iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat, quia, nisi occiderit Sol, non gustabo panem, aut de quopiam vllo. Et cognouit omnis populus, & placuerunt coram eis omnia, quæcumque fecerat rex in conspectu populi. Et cognouit omnis populus, & omnis Israel in die illa; quia non fuit a rege interficere Abenner filium Ner. Et dixit rex ad pueros suos: Non nouistis, quia Dux magnus cecidit in die hac in
B Israel? Et quia ego sum propinquus hodie, & constitutus a ^υ^ rege? Viri autem hi filij Saruiæ duriores me sunt. Reddat Dominus facienti mala secundum malitiam eius.

α Ad multum.] *ἐπὶ πολὺ, idest,* ad multum tempus. β Filia Iol.] *In alijs sequitur,* *καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν ἀβεννήρ:* & intrauit ad eam Abenner. *Non tamen in Compl. quemadmodum neque in vulgata.* γ Feci hodie misericordiam.] *Compl.* *καὶ ἐποίησα ἔλεος,* & feci misericordiam. *hebræus habet illud,* hodie, *hoc modo:* Nunquid caput canis ego sum, vt aduersus Iudam hodie faciam misericordiã cum domo Saul? δ Nos.] *Compl. addit,* *αὐτοῦ,* eius, *vt vulgata.* ε Quia sic.] *Alij non habent illud,* quia: *quod tamen est in hebræo: & vsitatæ sunt istæ repetitiones, licet non faciãt ad sententiã.* ζ In Thælã, vbi erat, subito.] *Pro his in Compl. tantum est,* *εἰς χεβρὼν,* in Chebron. *In vulgata autem,* pro se, dicentes, cuius est terra? η Vniuersam domum Israel.] *Compl.* *πάντα τὸν ἰσραὴλ,* omnem Israel. θ Selles.] *Compl.* *λαίς,* Lais, *vt vulgata.*
C ι Et locutus est Abenner.] *In Compl.* *καὶ λόγος ἀβεννὴρ ἐγένετο,* Et verbum Abener fuit: *quod respondet hebræo.* κ Ab excursione.] *ἐκ τῆς ἐξοδίας. In hebræo est eadem dictio, quæ lib. 1. cap. 30. dicta est* Geddur. *Videantur quæ ibi sunt notata. In vulgata nunc est,* cæsis latronibus. λ Venerunt.] *Sic etiam hebræus. Compl.* *ἤκουσαν,* audierunt. μ Ad Abenner retro.] *πρὸς ἀβεννὴρ ὀπίσω. In alijs additur.* *αὐτοῦ,* post eum. *In Compl. tantum est,* *ὀπίσω ἀβεννὴρ,* post Abener; *quod respondet hebræo.* ν Redire fecit ipsum Abenner.] *Compl.* *καὶ ἐπέστρεψαν ἀβεννὴρ, quod vulgata,* cumque rediJsset Abener. ξ Insidians.] *Compl.* *ἐν παραλογισμῷ,* in dolo, *vt vulgata.* ο A Domino.] *In alijs quibusdam, & apud Theodoretum q. 12. sequitur,* *ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος,* ex nunc, & vsque in seculum. *Sed hebræus habet tantum vt vulgata,* vsque in sempiternum. π Scytalam.] *Theodoretus.* Scytala vtuntur, qui mutilato sunt corpore. Quare Aquila hunc nominauit *τυφλὸν,* cæcum. ρ Captabant.] *διεπαρατηροῦντο. & videtur significantius, quàm quod in Compl.* *διατηροῦντο.* *Vulgata,* interfecerunt. σ Post lectum.] *Sic etiam hebræus: & vulgata,* sequebatur feretrum. *Compl. autem* *ἔμπροσθεν τῆς κλίνης,* ante lectum. τ Non accessit, vt Nabal.] *Compl.* *οὐ προσήγαγες,* non accessisti. *Hebræus habet,* admoti erant: *sed coniungit cum antecedentibus hoc modo,* pedes tui compedibus non erant ad-
D moti. *ac deinde sequitur, vt in vulgata,* sicut solent cadere coram filijs iniquitatis sic corruisti. *Theodoretus q. 13. habet tantum,* *οὐδὲ οἱ πόδες ἐν πέδαις. ἐνώπιον υἱῶν ἀδικίας ἔπεσες,* neque pedes in compedibus: coram filio iniquitatis cecidisti. υ A rege.] *ὑπὸ βασιλέως, Compl.* *εἰς βασιλέα,* in regem. *Vulgata,* vnctus rex.

CAP. IV.

ET audiuit Ieboste filius Saul, quia mortuus est Abenner filius Ner in Chebron; & dissolutæ sunt manus eius: & omnes viri Israel ^α^ remiserunt se. Et duo viri duces agminum erant ipsi Ieboste filio Saul: nomen vni Baana, & nomen secundo Rechab, filij Rhemmõ Berothæi de filijs Beniamin, quo-
E niam Beroth cõputabatur filijs Beniamin. Et aufugerunt Berothæi in Gethæm: & fuerunt ibi incolentes vsque in diem hanc. Et ipsi Ionathan filio Saul erat filius percussus pedes, filius annorum quinque: & hic in ueniendo nunciũ Saul & Ionathan filij eius ex Iezrael, & tulit eum nutrix eius, & fugit. Et factum est in festinando ipsum, & secedendo, & cecidit, & claudus factus est: & nomen huic Memphiboste. Et iuerũt filij Rhemmon Berothæi, Rhechab, & Baana, & intrauerunt in æstu diei in domum Iebosthe; & ipse dormiebat in cubili meridici: Et ecce ostiaria domus purgabat frumenta, & dormitabat, & dormiebat. Et

Rhe-

Rhechab & Baana fratres delituerunt, & intrarunt in domũ. Et Iebosthe dormie A
bat super lectum suum in cubiculo suo. Et percutiunt eum, & interficiunt eum,
& auferunt caput eius: & tulerunt caput eius, & abierunt viam, quæ ad Occiden
tem tota nocte. Et attulerunt caput Iebosthe ipsi Dauid in Chebron, & dixerunt
ad regẽ: Ecce caput Iebosthe filij Saul inimici tui, qui quærebat animã tuam: &
dedit Dominus domino regi vindictam inimicorũ eius, sicut dies hæc, de Saul
inimico tuo, & de semine eius. Et respondit Dauid ipsi Rhecab, & ipsi Baana
fratri eius, filijs Rhemmon Berothæi, & dixit eis: Viuit Dominus qui redemit
animam meam ex omni tribulatione; quia, qui nunciauit mihi, quod mortuus
erat Saul, & ipse fuit tamquam euangelizans coram me, & tenui eum, & interfe B
ci eum in Secelac, cui oportebat me dare β euangelia. Et nunc viri mali in-
terfecerunt hominem iustum in domo eius super cubile eius. Et nunc requiram
sanguinem eius de manu vestra, & exterminabo vos de terra. Et mandauit Da-
uid pueris suis: & interficiunt eos, & truncant manus eorum, & pedes eorum: &
suspenderunt eos super fontem in Chebron: & caput Iebosthe sepelierunt in se-
pulchro Abenner filij Ner.

α Remiserunt se.] παρείθησαν. Compl. ἐταράχθησαν, turbati sunt; *quod respondet vulgata.* β Euangelia.] *Notum est hoc nomen interdum significare præmia, & mercedem pro bono nuncio, vt hic.* C

CAP. V.

ET adueniunt omnes tribus Israel ad Dauid in Chebron, & dixerunt ei: Ec
ce ossa tua, & carnes tuæ nos. Et heri, & nudiustertius, cum esset Saul rex
super nos, tu eras educens, & introducens Israel. Et dixit Dominus ad te:
Tu pasces populum meum Israel, & tu eris in ducem super populum meum
Israel. Et veniunt omnes seniores Israel ad regem in Chebron. Et disposuit
eis rex Dauid testamentum in Chebron coram Domino. Et vngunt Dauid
in regem super omnem Israel. Filius triginta annorum erat Dauid, cum D
ipse regnauit: & quadraginta annos regnauit. Septem annos, & menses
sex regnauit in Chebron super Iudam: & triginta tres annos regnauit super
vniuersum Israel, & Iudam in Hierusalem. Et abijt Dauid, & viri eius in Hieru-
salem ad Iebusæum habitantem terram. Et dictum est ipsi Dauid: Non ingredie
ris huc, quia aduersati sunt cæci, & claudi, dicentes, quia non ingredietur Da-
uid huc. Et præoccupauit Dauid α munitionem Sion. Hæc est ciuitas Dauid. Et
dixit Dauid die illa: Omnis percutiens Iebusæum, tangat in β pugione, & clau
dos, & cæcos, & odio habentes animam Dauid. Propter hoc dicent: Cæci, &
claudi non ingredientur in ciuitatem Domini. Et sedit Dauid in munitione, & E
vocata est hæc ciuitas Dauid. Et ædificauit ipsam ciuitatem in circuitu a sum-
mo, & domum suam. Et γ transibat Dauid vadens, & magnificatus: & Domi-
nus omnipotens cum eo. Et misit Chiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna
cedrina, & fabros lignorum, & fabros lapidum, & ædificauerunt domum ipsi
Dauid. Et cognouit Dauid, quia parauit eum Dominus in regem super Israel, &
quia exaltatum est regnum suum propter populum eius Israel. Et accepit Da-
uid adhuc vxores, & concubinas ex Hierusalem, postquam ipse venit de Che-
bron

A bron. Et facti sunt ipsi Dauid adhuc filij, & filiæ. Et hæc nomina eorum, qui nati
sunt ei in Hierusalem: δ Sammus, & Sobab, & Nathan, & Salomon, & Ebear,
& Elisuë, & Naphec, & Iephies, & Elisama, & Elidae, & Eliphalath, Samae, Iessi
bath, Nathan, Galamaan, Iebaar, Theesus, Eliphalath, Naged, Naphec, Iana-
than, Leasamys, Baalimath, Eliphalath. Et audierunt alienigenæ, quia vnctus
est Dauid rex super Israel: & ascenderunt omnes alienigenæ, ad quærendum Da
uid. Et audiuit Dauid, & descendit in munitionem. Et alienigenæ aduenium, &
concurrerunt in vallem ε Titanum. Et interrogauit Dauid per Dominum, di
cens: Si descendero ad alienigenas; & trades eos in manus meas? Et dixit Domi
B nus ad Dauid: Ascende, quoniam tradens tradam alienigenas in manus tuas. Et
venit Dauid de superioribus rupturis, & concidit alienigenas ibi. Et dixit
Dauid: Disrupit Dominus inimicos alienigenas coram me, sicut disrumpun-
tur aquæ. Propter hoc vocatum est nomen loci illius, desuper rupturis. Et dere
linquũt ibi Deos suos: & ceperunt eos Dauid, & viri, qui cum eo. Et adiecerunt
adhuc alienigenæ ascendere, & concurrerunt in vallem Titanum. Et interro-
gauit Dauid per Dominum. Et dixit Dominus: Non ascendes in occursum eo-
rum: reuerte ab eis; & accedes ad eos prope plorationem. Et erit in audiendo te
vocem ζ constrictionis a nemore plorationis; tunc descendes ad eos: quo-
C niam tunc egredietur Dominus ante te ad η cædendum in bello alienigena-
rum. Et fecit Dauid, sicut mandauit ei Dominus: & percussit alienigenas a
Gabaon vsque ad terram Gazera.

α Munitionem.] *Theodoretus quæst. 16.* τεῖχω *dicit* τὴν ἀκρόπολιν, arcem ciuitatis. β In pugione] *Theodoretus ibidem*, Quidam hebræus dixit, istud, πᾶς τύπτων ἰεβουσαῖον, ἁπτέσθω ἐν παραξιφίδι, Aquilam edidisse, ἁπτόμενος ἐν κρουνῷ, tangens in fistula, *aut*, aquæductu *eamque versionem explanat Theodoretus. Verum idem q. 17. (nisi si est scholion ex alio auctore insertum) hunc locum sic refert*, πᾶς τύπτων ἰεβουσαῖον χωλὸν, τυφλὸν, ἁπτέσθω παραξιφίδι, omnis percutiens Iebusæum claudum vel cæcum, tangatur pugione. *Inquit enim*, illud ἁπτέσθω παραξιφίδι, dictum est pro, ἀναιρείσθω ξίφει, interficiatur gladio: *multaque de hac sententia disputat*.
γ Transibat.] διεπορεύετο. *Compl. & Theodoretus.* ἐπορεύετο, ibat. δ Sammus.] *Apparet coagmentatio, & repetitio in istis nominibus. In aliis libris est*, Sammus, & Sobab, & Nathan, & Salomon, & Iebaar, & E-
D lisus, & Elphalath, Nagab, & Iephie, & Elisamas, & Elidae, & Eliphalath: *atque idem numerus est in Compl.*
ε Titanum.] *Theodoretus q. 17.* Gigantes vocabant etiam τιτᾶνας: hebræus autem, ῥαφαιμ, Raphaim ipsos vocauit. ζ Constrictionis.] τοῦ συσσεισμοῦ. *Alij*, συσσεισμοῦ τοῦ ἄλσους, *aut* τῶν ἀλσῶν, concussionis nemoris, *aut*, nemorum. *Theodoretus q. 18. hunc locum explicans*, cum audiens nemora commota sponte sua sine vento. η Cædendum.] κόπτειν, *Theodoretus, & Compl.* τύπτειν, percutere.

CAP. VI.

ET congregauit adhuc Dauid omnem adolescentem ex Israel, α circiter
septuaginta millia. Et surrexit, & iuit Dauid, & omnis populus, qui cum
E eo, & de principibus Iuda β in ascensione ad reducendum inde arcã Dei,
super quam inuocatum est nomen Domini virtutum sedentis super Cherubim
super eam. Et ascendere fecerunt arcam Domini super plaustrum nouum, &
tulerunt eam de domo Aminadab, quæ in colle. Et Oza, & fratres eius, filij A-
minadab ducebant plaustrum cum arca: γ & fratres eius ibant ante arcam. Et
Dauid, & filij Israel ludentes coram Domino in organis modulatis δ in forti-
tudine, & in canticis, & in citharis, & in nablis, & in tympanis, & in cymbalis, &
in tibijs. Et adueniunt vsque ad aream Nachor: & extendit Oza manum suam
ad arcam Dei, ad retinendum eam: & tenuit eam, quoniam circumflectebat eã
vitu

vitulus. Et indignatus est ira Dominus ε ipsi Ozæ: & percussit eum ibi ζ Deus: & mortuus est ibi apud arcã Domini coram Deo. Et tristatus est Dauid, pro eo quod ruperat Dominus rupturam in Ozam. Et vocatus est locus ille, ruptura Ozæ vsque in diem hanc. Et timuit Dauid Dominum in die illa, dicens: Quomodo introibit ad me arca Domini? Et noluit Dauid diuertere ad se arcam testamenti Domini in ciuitatem Dauid. Et diuertere fecit eam Dauid in domum η Abeddara Getthæi menses tres. Et benedixit Dominus vniuersam domum Abeddara, & omnia eius. Et annunciatum est regi Dauid, dicentes: Benedixit Dominus domum Abeddara, & omnia eius propter arcam Dei. Et iuit Dauid, & adduxit arcam Domini de domo Abeddara in ciuitatem Dauid in lætitia. Et erant cum eo portantes arcam septem chori, & victima, θ vitulus, et agni. Et Dauid pulsabat in organis modulatis corã Domino: & Dauid indutus stolam eximiam. Et Dauid, & vniuersa domus Israel adduxerunt arcam Domini cum iubilo, et cum voce tubæ. Et factum est arca adueniente in ciuitatem Dauid, et Melchol filia Saul prospiciebat per fenestram, & vidit regem Dauid saltantem, et pulsantem corã Domino: & spreuit eum in corde suo. Et ferunt arcam Domini, et reposuerunt eam in locum suum, in medium tabernaculi, quod fixerat ei Dauid. Et obtulit Dauid holocaustomata coram Domino, κ pacificas. Et cõsummauit Dauid simul offerens holocaustoses, & pacificas. Et benedixit populum in nomine Domini virtutum. Et distribuit vniuerso populo in omnem virtutem Israel a Dan vsque Bersabee, & a viro vsque ad mulierem, vnicuique collyridam panis, & assaturam vnam, & laganum de sartagine. Et abijt vniuersus populus, vnusquisque in domum suam. Et reuertit Dauid ad benedicendum domum suam. Et exijt Melchol filia Saul in occursum Dauid: & benedixit eum, & dixit: Quàm glorificatus est hodie rex Israel; qui discooperuit se hodie in oculis ancillarum seruorum suorum; sicut discooperit se discoopertus vnus saltantium? Et dixit Dauid ad Melchol: Coram Domino saltabo. λ Benedictus Dominus, qui elegit me super patrem tuum, & super vniuersam domum eius, constituendo me in ducem super populum suum, super Israel. Et ludam, & saltabo coram Domino: & discooperiar vltra sic, & ero inutilis in oculis tuis, & cum ancillis, de quibus dixisti, me μ non esse glorificatum. Et ipsi Melchol filiæ Saul non fuit filius vsque ad diem, in quo mortua est ipsa.

B C D

α Circiter septuaginta.] *Compl.* τριάκοντα, triginta, *vt vulgata.* β In ascensione.] *Abest à Compl. & potest ex alia esse interpretatione.* γ Et fratres eius ibant ante arcam.] *Theodoretus q. 20. sic refert hunc locum,* καὶ ὀζαὶ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπορεύοντο ἐκ πλαγίου τῆς κιβωτοῦ, & Ozan, & fratres eius ibant à latere arcæ. δ In fortitudine.] *Abest a compl. Et videri potest collocandum in loco inferiore, vbi repetitur* in organis modulatis. *Nam ibi vulgata ex hebræo habet,* totis viribus: *Licet & ibi, & hic in ea nihil dicatur Dauid pulsasse in organis modulatis, sed hic,* in omnibus lignis fabrefactis, *ibi autem saltasse Dauid totis viribus.* ε Ipsi Ozæ.] *Compl.* ἐν τῷ ὀζᾷ, in Oza. ζ Deus.] *Alij addunt,* ἐπὶ τῇ προπετείᾳ, *& vulgata,* super temeritate. *Theodoretus proponens quæstionem, cur Oza sit a Deo percussus, ac narrans quosdam putasse eum dedisse pœnas τῆς προπετείας, videtur indicare hanc dictionẽ non se habuisse in scriptura.* η Abeddara.] *Ita etiam Theodoretus in manuscriptis. Compl* ὀβὴδ ἐδὼμ, Obed Edom, *vt vulgata.* θ Vitulus, & agni.] μόσχος καὶ ἄρνες. *In aliis,* μόσχοι καὶ ἄρνες. *aut* ἀρνός, *vt Compl. & Theodoretus*, vituli, & agni.

Eximiam.] ἔξαλλον, *Theodoretus interpretatur,* ποικίλην, variam. κ Pacificas.] *Compl.* καὶ εἰρηνικὰς, & pacificas, *vt paulo post etiã nostra.* λ Benedictus Dominus.] *Abest a Compl. ut a uulgata.* μ Me non esse glorificatum.] *Nonnulli libri,* μὴ δοξασθῆναι. me glorificari. *hebræus autem habet,* ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, quas dixisti, gloriabor.

E

CAP.

A

CAP. VII.

ET factum est, quando sedit rex in domo sua, & Dominus ᵃ hæreditare fecit eum ᵇ in circuitu ab omnibus inimicis eius, qui in circuitu: & dixit rex ad Nathan prophetam: Ecce nunc ego habito in domo cedrina: & arca Dei sedet in medio tabernaculi. Et dixit Nathan ad regem: Omnia, quæcumque in corde tuo, vade, & fac: quoniam Dominus tecum. Et factum est nocte illa, & factum est verbum Domini ad Nathan, dicens: Vade, & dic ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum me: quoniam non habitaui in domo, ex qua die eduxi B filios Israel de Ægypto vsque in diem hanc: & fui inambulans in tentorio, & in tabernaculo, in omnibus, per quæ transij in omni Israel. Nunquid loquens locutus sum ad vnam tribum Israel, cui mandaui pascere populum meum Israel, dicens, Vt quid non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus omnipotens. Assumpsi te ex mandra ouium, vt esses tu in ducem super populum meum super Israel: & fui tecum in omnibus, in quibus ibas: & exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua: & feci ᶜ te nominatum iuxta nomen magnorum, qui super terram. Et ponam locum populo meo Israel; & plantabo eum: et habitabit ᵈ per se: et non erit sol- C licitus vltra: et non adijciet filius iniustitiæ humiliare eum, sicut a principio, a ᵉ diebus quibus cõstitui iudices super populum meum Israel: et requiescere faciam te ab omnibus inimicis tuis. Et annunciabit tibi Dominus, quia domum ᶠ ædificabis ei. Et erit, si impleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis; & suscitabo semen tuum post te, qui erit ex ventre tuo: & parabo regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum nomini meo: & erigam thronum eius vsque in seculum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et si venerit iniustitia eius; & arguam ᵍ eum in virga virorum, & in ʰ tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non remouebo ab eo; sicut remoui ⁱ ab ijs, D quos remoui a facie mea. Et ᵏ fidelis erit domus eius, & regnum eius vsque in seculum coram me: & thronus eius erit erectus in seculum iuxta omnia verba hæc, & iuxta omnem visionem hanc. Sic locutus est Nathan ad Dauid. Et intrauit rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit: Quis sum ego Domine mi Domine, & quæ domus mea, quia dilexisti me vsque ˡ ad hæc? Et ᵐ factus sum paruus parũ coram te Domine mi Domine: & locutus es pro domo serui tui in longinquũ. Hæc autẽ lex hominis Domine mi Domine. Et quid adijciet vltra Dauid loqui ad te? Et nunc nosti seruum tuum Domine mi Domine: ⁿ & propter seruum tuum fecisti: & secundum cor tuum fecisti omnem magnificen- E tiam hanc ad notum faciẽdum seruo tuo; ideo vt magnificares te Domine mi: quoniam non est, sicut tu: & non est Deus præter te in omnibus, quæ audiuimus in auribus nostris. Et quis sicut populus tuus Israel, gens alia in terra? Quomodo ᵒ duxit se Deus ad redimendum sibi populum, ad ponendum te nomen, ad faciendum magnificentiam, & claritatem, ad eijciendum te a facie populi tui, quos redemisti tibi ex Ægypto, gentes, & tabernacula? Et parasti tibi populum tuum Israel in populum vsque in seculum: & tu Domine factus es eis in Deum. Et nunc Domine mi, verbum quod locutus es de seruo tuo, & domo

eius,

eius, • fidele fac vſque in ſeculum Domine omnipotens, Dec Iſrael. Et nunc, A
ſicut locutus es, magnificetur nomen tuum vſque in ſeculum. Domine omnipo
tens Deus Iſrael, reuelaſti auriculam ſerui tui, dicens: domum ædificabo tibi.
Propter hoc inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret ad te orationem hanc. Et
nunc Domine mi Domine, tu es Deus: & verba tua erunt veracia: & locutus es
de ſeruo tuo bona hæc. Et nunc incipe, & benedic domum ſerui tui, vt ſit in ſe-
culum coram te: quoniam tu Domine mi Domine locutus es: & a benedictio-
ne tua benedicetur domus ſerui tui, vt ſit in ſeculum.

α Hæreditare fecit.] *Compl.* κατέπαυσεν, requieſcere fecit: *quod reſpondet vulgata.* β In circuitu.] B
κύκλῳ, *Alii*, κυκλόθεν, vndique: *& à Compl. abeſt illud*, τῶν κύκλῳ, *quod paulo poſt ſequitur*, qui in circuitu.
γ Te nominatum iuxta nomen.] *Compl. & Theodoretus*, σοι ὄνομα μέγα κατὰ τὸ ὄνομα, *quod vulgata*, tibi no-
men grande iuxta nomen. δ Per ſe.] καθ᾽ ἑαυτό. *Interpretatur Theodoretus*, diſtinctus ab alijs gentibus,
vtpote colens legem Dei. hebræus, ſub ſe, *& interpretantur multi*, in loco ſuo. *Vulgata tamen*, ſub eo.
ε A diebus.] *Ita etiam Theodoretus. Alii*, καὶ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, & a diebus. ζ Ædificabis ei.] *In vno exem-
plari, & apud Theodoretũ eſt*, οἰκοδομήσει ἑαυτῷ ædificabit ſibi. *Compl.* οἰκοδομήσει σοι, ædificabit tibi. *quod re-
ſpondet vulgatæ.* η Eum.] *Theodoretus*, αὐτοῖς, eos. θ Tactibus.] *ideſt, verberibus, & plagis. Theo-
doretus. Illud* ἐν ἁφαῖς υἱῶν ἀνθρώπων, *dictum eſt pro* τὸ διὰ τῶν ἀνθρώπων παιδείας, diſciplina, & caſtigatione, quæ
per homines: quoniam per manus fit & tactus, & cædes humana. ι Ab ijs quos remoui.] *Ita etiam
Theodoretus. In Compl autem eſt*, ἀπὸ σαοὺλ ὃν ἀπέστησα, *& vulgata*, à Saul, quem amoui. κ Fidelis erit do
mus eius.] *Ideſt, ſtabilis, vt alibi notatum eſt: & ſic etiam habet Theodoretus. Complut. autem*, ὁ οἶκός σου. do-
mus tua, *vt vulgata.* λ Hæc.] *Theodoretus*, ἕως τούτου, vſque huc. μ Et factus ſum paruus parũ.]
phraſis hæc ſignificat, valde paruus adhuc tibi viſus ſum, non ſatis tibi viſus ſum abſte ornatus. In vno exem- C
plari, & apud Theodoretum in manuſcriptis codicibus, κατεσμικρύνθη τὰ μικρὰ ταῦτα, parua facta ſunt parua
hæc. *itemque in Compl. niſi quod habet*, κατεσμικρύνθην. ν Et propter ſeruum tuum.] *In eodem libro eſt*,
κατὰ τὸν λόγον, iuxta verbum, *Compl.* διὰ τὸν λόγον σου καὶ διὰ τὸν δοῦλόν σου. propter verbum tuum, & propter ſeruum
tuum. *& videntur duæ interpretationes. vulgata ex hebræo habet*, propter verbum tuũ. ξ Duxit ſe Do-
minus.] ὡς ὡδήγησεν αὐτὸν ὁ θεός. *Poſset etiam verti*, quomodo duxit eum Deus: *Sed illud videtur magis re-
ſpondere hebræo, & vulgatæ*, propter quam iuit Deus, ο Fidele fac.] *Compl. & Theodoretus*, πιστωθήτω
ἕως αἰῶνος. fidele fiat vſque in ſeculum. *Et in Compl. ſequitur*, καὶ καθὼς ἐλάλησας, ποίησον, καὶ νῦν μεγαλυνθείη τὸ ὄ-
νομά σου ἕως αἰῶνος, λέγων, κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν ἰσραήλ, καὶ ὁ οἶκος τοῦ δούλου σου δαυὶδ ἔσται ἀνορθούμενος ἐνώπιόν
σου, ὅτι σὺ κύριος παντοκράτωρ ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ ἀπεκάλυψας. & ſicut locutus es, fac. Et nũc magnificetur nomen tuũ
vſque in ſeculum, dicens: Dominus omnipotens, Deus ſuper Iſrael: & domus ſerui tui Dauid erit erecta
coram te: quoniam tu Dominus omnipotens Deus Iſrael reuelaſti, *&c. Atque ab his alii codices non val-
de diſcrepant; ac nonnulla etiam habentur apud Theodoretum.*

D

CAP. VIII.

ET factum eſt poſt hæc, & percuſſit Dauid alienigenas, & fugauit eos. Et
accepit Dauid α ſegregatam de manu alienigenarum. Et percuſſit Da-
uid Moab, & menſus eſt eos in funibus, ſternens eos ſuper terram. Et fue
runt duo funiculi ad occidendum; β & duos funiculos viuificauit. Et fuit Moab
ipſi Dauid in ſeruos ferentes γ xenia. Et percuſſit Dauid Adraazar filium Raab
regẽ Suba, eunte eo ad imponendã manũ ſuam ſuper flumen Euphratem. Et ce-
pit Dauid de rebus eius δ mille currus, & ſeptem millia equitum, & viginti mil- E
lia virorum peditum. Et diſſoluit Dauid omnes currus: & reliquit ſibi ipſi cen-
tum currus. Et aduenit Syria Damaſci ad auxiliandum Adraazar regi Suba. Et
percuſſit Dauid in Syro viginti duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidiũ
in Syria, quæ ad Damaſcum: & factus eſt Syrus ipſi Dauid in ſeruos ferentes xe-
nia. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæ ibat. Et cepit Dauid ε ar-
millas aureas, quæ erant ſuper pueros Adraazar, regis Suba: & attulit ea in Hie
ruſalem. ζ Et cepit ea Suſacim rex Ægypti, in aſcendendo ipſum in Hieruſa-
lem in

A lem in diebus Roboam filij Salomonis. Et de Mesebac, & de electis ciuitatibus
Adraazar cepit rex Dauid æs multum valde. [ν] In eo fecit Salomon mare æneũ
& columnas, & labra, & omnia vasa. Et audiuit Thou rex [θ] Hemath, quia per-
cussit Dauid omnem virtutem Adraazar: & misit Thou Iedduram filium suum
ad regem Dauid, interrogare eum quæ ad pacem, & benedicere eum pro eo,
quod impugnauit Adraazar, & percussit eum: quoniam aduersarius erat ipsi
Adraazar. Et in manibus eius erant vasa argentea, & vasa aurea, & vasa ænea. Et
hæc sanctificauit rex Dauid Domino cum argento, & auro, quod sanctificauit
de omnibus ciuitatibus, quas subegerat, ex Idumæa, & ex Moab, & ex filijs Am
B mon, & ex alienigenis, & ex Amalec, & de spolijs Adraazar filij Raab regis Su-
ba. Et fecit Dauid nomen. Et cum ipse reflecteret; percussit Idumæam in [ι] Ge-
belem ad octo & decem millia. Et posuit in Idumæa præsidium, in omni [κ] Idu-
mæa. Et facti sunt omnes Idumæi serui regi. Et saluauit Dominus Dauid in om-
nibus, ad quæ ibat. Et regnauit Dauid super omnem Israel. Et erat Dauid faciẽs
iudicium, & iustitiam super omnem populum suum. Et Ioab filius Saruiæ su-
per exercitum: & Iosaphat filius Achilud super commentarios: & Sadoc filius
Achitob, & [λ] Achimelch filius Abiathar sacerdotes: & Sasa scriba: & Banæas
filius Iodae consiliarius. Et ipse [μ] Chelethi, & ipse Pheleti. Et filij Dauid erant
C principes aulæ.

[α] Segregatam.] τὴν ἀφωρισμένην: *vulgata*, frænum tributi. *Aliĩ putant in hebræo significari certum locũ aliĩ frænum aquaductus, Chaldæus*, commoditatem riui. [β] Et duos funiculos viuificauit.] *Compl.* καὶ τὸ πλήρωμα τοῦ τρίτου σχοινίσματος ἐζώγρησε. & plenitudinem sertij funiculi viuificauit. *Cui lectioni conuenit cum Theodoreto q.23.* [γ] Xenia.] Hoc *alij interpretantur tributa, alii munera.* [δ] Mille currus.] *Ita etiã Compl. licet aliter habeat vulgata ex hebræo.* [ε] Armillas.] *Theodoretus ibidem*, χλιδῶνας *autem* Syrorum *Aquila interpretatus est* τοῖς χρυσοῖς κλοιοῖς, aureos torques. [ζ] Et cepit.] *Hæc vsque ad illud*, Et de Mesebac, *absunt a Complutensi, vt a vulgata.* [η] In eo.] *Hæc vsque ad illud* Et audiuit, *absunt a Complutensi, & vulgata.* [θ] Hemath.] *Hoc Theodoretus ibidem testatur (quamuis in Latino sit mendum) Aquilam dixisse*, τὴν ἐπιφάνειαν τῆς Συρίας, claritatem Syriæ. [ι] Gebelem.] *Compl.* Γημελέχ, Gemelech, *quam dictionem vulgata interpretatur*, vallem salinarum. [κ] Idumæa.] *Compl. & Theodoretus q. 24. addunt*, ὅλους ἐστηλωμένους. *& Theodoretus interpretatur, in vnaquaque ciuitate posuit custodes, & præsidiarios, quos inquit ab aliis vocari* ἐγκαθέτους. [λ] Et Achimelech filius.] *Theodoretus ibidem.* Hic arbitror erratum esse
D librarij. Non enim Achimelech fuit filius Abiathar, sed Abiathar filius Achimelech. *Sed fieri potest, vt sit accipiendum illud* Achimelech, *in casu generandi, idest*, ipsius Achimelech filius ipse Abiathar. [μ] Chelethi, & ipse Pheleti.] *Theodoretus inquit istis dictionibus significari funditores, & sagittarios, quod habet Chaldæus, & interpretatur his præfuisse Banæam, vt etiam vulgata. Neque vllam mentionem faciunt, Banæam fuisse consiliarium.*

CAP. IX.

ET dixit Dauid: Si est [α] adhuc superstes in domo Saul? & faciam cum eo
misericordiam propter Ionathan. Et de domo Saul erat puer: & nomen ei
Siba. Et vocant eum ad Dauid. Et dixit ad eum rex: Tu es Siba? Et dixit:
Ego seruus tuus. Et dixit rex: Si residuus est de domo Saul adhuc vir? & faciam
E cum eo misericordiam Dei. Et dixit Siba ad regem: Adhuc est filius ipsi Iona-
than percussus pedes. Et dixit rex: Vbi iste? Et dixit Siba ad regem: Ecce in do-
mo Machir filij Amiel de ipsa Lodabar. Et misit rex Dauid: & sumpsit eum de
domo Machir filij Amiel de Lodabar. Et aduenit Memphiboste filius Iona-
than filij Saul ad regem Dauid, & cecidit in faciem suam, & adorauit eum. Et di
xit ei Dauid: Memphiboste? Et dixit: Ecce seruus tuus. Et dixit ei Dauid: Ne ti-
meas; quoniam faciens faciam tecum misericordiam propter Ionathan patrem
tuum: & restituam tibi omnem agrum Saul patris patris tui: & tu manducabis
panem super mensam meam semper. Et Memphiboste adorauit, & dixit: Quis

ſum ſeruus tuus; quia reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mihi? Et voca A
uit rex Siba puerum Saul, & dixit ad eum: Omnia, quæcumque ſunt ipſi Saul, &
β vniuerſæ domui eius, dedi filio domini tui: & operare ei terram, tu, & filij
tui, & ſerui tui: et introferes filio domini tui panes: et γ comedet panes: et Mē
phiboſte filius domini tui manducabit perpetuo panem ſuper menſam meam.
Et Siba erant quinque et decem filij, et viginti ſerui. Et dixit Siba ad regem.
Iuxta omnia, quæcumque mandauit dominus meus rex ſeruo ſuo, ſic faciet ſer
uus tuus. Et Memphiboſte comedebat ſuper menſam Dauid, ſicut vnus filiorū
ipſius regis. Et ipſi Memphiboſte filius paruus erat: et nomen ei Micha: et om
nis habitatio domus Siba, ſerui Memphiboſte. Et Memphiboſte habitabat in
Hieruſalem: quoniam ſuper menſam regis ipſe ſemper comedebat: & ipſe erat B
claudus ambobus pedibus ſuis.

α Adhuc ſuperſtes in domo Saul.] *Compl. & Theodoretus, εἰ ἔστι τὶς ἔτι ὑπολελειμμένος τῷ οἴκῳ Σαοὺλ*, nunquid eſt aliquis adhuc reſiduus Domui Saul? β Vniuerſæ domui eius] *Sic multi vertunt ex hebræo, & Chaldæus. Compl. καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ, ac vulgata*, & vniuerſam domum eius. γ Comedet] *reſpondet etiam vulgatæ. Compl. φάγονται*, comedent.

CAP. X.

ET factum eſt poſt hæc, & mortuus eſt rex filiorum Ammon: & regna- C
uit pro eo Annon filius eius. Et dixit Dauid: Faciam miſericordiam
cum Annon filio Naas; quemadmodum fecit pater eius mecum mi-
ſericordiam. Et miſit Dauid ad conſolandum eum in manu ſeruorum ſuorum
de patre eius. Et aduenīunt pueri Dauid in terram filiorum Ammon. Et dixe-
runt principes filiorum Ammon ad Annon dominum ſuum: α Nunquid eo
quod Dauid glorificet patrem tuum coram te; β quia miſit tibi conſolatores?
Sed γ nonne vt ſcrutentur ciuitatem, & ſpeculentur eam, & ad δ conſideran
dam eam miſit Dauid pueros ſuos ad te? Et cepit Annon filios Dauid, & raſit D
barbas ε eorum, & præcidit mantella eorum ϛ in dimidio vſque ad nates eo
rū: & dimiſit eos. Et annunciauerunt Dauid de viris, & miſit in obuiam eorū,
quoniā erant viri inhonorati valde. Et dixit rex: Sedete in Hierico, quoaduſq.
pullulent barbæ veſtræ, & reuertemini. Et viderunt filij Ammon, quia ignomi-
nia affecti ſunt populus Dauid. Et miſerunt filij Ammon, & mercede conduxe-
runt ζ Syriam Bæthraam, & Syriam Suba, & Rhoob, viginti millia peditum,
& regē η Amalec mille viros, & Iſtob duodecim millia virorū. Et audiuit Dauid
& miſit Ioab, & omnem virtutem, θ ipſos potentes. Et exierunt filij Ammon &
inſtruxerunt bellum apud ι oſtium portæ, κ Syria Suba, & Roob, & Iſtob, &
λ Amalec ſoli in agro. Et vidit Ioab, quia erat ad ſe contraria facies prælij μ e E
loco ad faciē, ex aduerſo, & a tergo. Et elegit ex omnibus adoleſcentibus Iſrael
& ſtruxerunt aciem ex aduerſo Syriæ. Et reſiduum populi dedit in manu Abeſ-
ſa fratris ſui. Et ſtruxerunt aciē ex aduerſo filiorū Ammon: & ν dixit: Si inualue-
rit Syria ſuper me; & eritis mihi in ſalutem: & ſi inualuerint filij Ammon ſu-
per te; & erimus ad ſaluandum te. Viriliter age: & inualeſcamus pro popu-
lo noſtro, & pro ciuitatibus Dei noſtri: & Dominus faciet, quod bonum in
oculis ſuis. Et aduenit Ioab, & populus eius cum eo in prælium erga Syriam:
& fu-

A &fugerunt a facie eius. Et filij Ammon viderunt quia fugit Syria:& fugerunt a facie Abessa, & intrarunt in ciuitatem. Et reuertit Ioab a filijs Ammon: & aduenit in Hierusalem. Et vidit Syria, quia cecidit ante Israel: & congregati sunt in idipsum. Et misit Adraazar, & congregauit Syriã, quæ de trans flumine ξ Chalamac:& adueniunt in ο Ælam. Et Sobac princeps virtutis Adraazar ante eos. Et nunciatum est Dauid, & congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, & aduenit in Ælam. Et aciẽ struxit Syria ex aduerso Dauid:& pugnauerunt cũ eo. Et fugit Syria a facie Israel: & sustulit Dauid de Syria septingẽtos currus, & quadraginta millia equitũ:& Sobac principẽ virtutis eius percussit:& mortuus
B est ibi. Et viderũt omnes reges serui Adraazar, quia ceciderũt ante Israel π & confugerũt ad Israel, & seruierũt eis. Et timuit Syria saluare vltra filios Ammõ.

α Nunquid eo, quod Dauid glorificet] *Compl.* μὴ δοξάζων, nunquid honorans, *& est hebraismus pro* nunquid honorat. β Quia.] *abest illud* ὅτι *a Compl. sed respondet hebræo.* γ Sed nõne, vt.] ἀλλ' ὅπως οὐχί, *Compl. non habet* οὐχί. *Alii*, οὐχί. ἀλλ' ὅπως. Nequaquam, sed vt. δ Et ad considerandum.] καὶ τοῦ κατασκέψασθαι. *Compl.* ὅτι κατασκέψασθαι, quoniam ad considerandum. *In vno libro manuscripto est* κατασρέψαι, ad euertendum: *quod respondet hebræo.* ε Eorum.] *Compluten addit*, τὸ ἥμισυ, dimidium, per medium. ζ Syriam Bæthraam, & Syriam Saba, & Rhoob.] *Compl.* τὸ σύρον βαιθραὰβ, καὶ τὸ σύρον σουβά, Syrum Bæthraab, & Syrum Suba. *Bethroob responderet hebræo. varietas* Syrus, *&* Syria *est in toto hoc capite.* η Amalec.] *Compl.* μααχὰ *& vulgata*, Maacha. *In aliquo libro vtrumque coniungitur.* θ Ipsos potentes.] *Complut.* δυνατῶν, potentum, *quod vulgata*, bellatorum. ι Apud ostium portæ.] *Sic hebræus, & vulgata*, ante
C ipsum introitũ portæ. *Compl.* παρὰ τὸ πυλῶνα τῆς πόλεως, iuxta portam ciuitatis. κ Syria.] *Græce est*, σύριας. *sed videtur illud vltimum* ς *additum, eo quod sequatur alterũ initio sequentis dictionis* σουβά: *nam huiusmodi geminationes sunt familiares librario Vaticano. Alij quidem libri habent*, καὶ συρία, & Syria, *aut* καὶ ὁ σύρος, & Syrus. λ Et Amalec soli in agro.] *Compl.* καὶ μααχὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, & Maacha seorsum erant in cãpo, *vt vulgata.* μ E loco ad faciem, ex aduerso.] *videntur duæ interpretationes. In Compl. hic locus sic habet.* καὶ εἶδεν ἰωὰβ, ὅτι γεγόνασιν ἀντιπρόσωποι τοῦ πολέμου πρὸς αὐτὸν ἐξ ἐναντίας καὶ ὄπισθεν, Et vidit Ioab, quia factæ sunt contrariæ facies belli ad se ex aduerso, & a tergo. ν Et dixit.] *Sic etiam hebræus. Compl. addit*, πρὸς ἀβεσσά. ad Abessa. ξ Chalamac.] *Abest a Compl. vt a vulgata. Theodoretus q. 25.* χαλάκ, Chalac. *fieri potest, vt huc venerit e loco inferiore, quem notabimus.* ο Ælam.] *hic habet Compl.* χαλααμά, Chalaama. *sed videtur eadem dictio, quæ paulo ante etiam in Compl. est* αἰλάμ. *Vulgata ibi*, eorum exercitum, *hic* Helam. *Multi putant vtrobique eundem certum locum significari, multi vtrobique* exercitum eorum. π Et confugerunt.] *Compl.* καὶ διέθεντο διαθήκην μετὰ ἰσραὴλ, καὶ ἐδούλευον τῷ ἰσραὴλ, & disposuerunt testamentum cũ Israel, & seruierunt Israel. *Prior pars respondet magis hebræo in hac: posterior in nostra editione.*
D

C A P. XI.

E T factum est reuertente anno ad tempus egressionis regum, & misit Dauid Ioab, & pueros suos cum eo, & omnem Israel:& disperdiderũt filios Ammon, & obsederunt super Rhabbath. Et Dauid sedit in Hierusalem. Et factum est ad vesperam, & surrexit Dauid de cubili suo:& ambulabat super solarium domus regis. Et vidit mulierem lauantem se de solario:& mulier pulchra
E specie valde. Et misit Dauid, & quæsiuit mulierem. Et α dixit: Nonne hæc Bersabee filia Eliab, vxor Vriæ Chettæi? Et misit Dauid nuncios, & sumpsit eam, & intrauit ad eam, & dormiuit cum ea. Et hæc sanctificata ab immunditia sua, & reuertit in domum suam. Et in β vtero cepit mulier. Et mittens annunciauit Dauid, & dixit: Ego quidem in ventre habeo. Et misit Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriam Chettæum. Et misit Ioab Vriam ad Dauid. Et aduenit Vrias, & intrauit ad eum. Et interrogauit Dauid γ ad pacẽ Ioab, & ad pacem populi, & ad pacem belli. Et dixit Dauid Vriæ. Descende in domum tuam, & laua pedes tuos. Et exiuit Vrias e domo regis:& exiuit post eũ δ demensum regis. Et

dormiuit Vrias apud ostiũ regis[ε] cũ seruis domini sui:& nõ descendit in domũ suã. Et annunciauerunt Dauid, dicentes: quia non descendit Vrias in domũ suã. A
Et dixit Dauid ad Vriam: Nonne ex itinere tu venis? Quid, quod non descendisti in domum tuam? Et dixit Vrias ad Dauid: Arca, & Israel, & Iudas habitant in tabernaculis:& dominus meus Ioab,& serui domini mei super faciem agri castrametantur: & ego intrabo in domum meam ad manducandum,& bibendũ, & dormiendum cum vxore mea? [ζ] Quomodo? Viuit anima tua, si faciam verbum hoc. Et dixit Dauid ad Vriam: Sede hic etiam hodie,& cras dimittam te. Et sedit Vrias in Hierusalẽ in die illa,& crastina. Et vocauit eum Dauid:& manducauit coram eo,& bibit; [η] & inebriauit eum. Et egressus est vespere ad dormiendum super cubile suum cum seruis domini sui: & in domum suam non descendit. B
Et factum est mane,& scripsit Dauid libellum ad Ioab, & misit in manu Vriæ. Et scripsit in libello, dicens: Induc Vriam ex aduerso prælij validi:& reuertemini a tergo eius:& percutietur,& morietur. Et factũ est in [θ] obseruando Ioab super ciuitatem,& posuit Vriam in locum, vbi sciebat, quia viri virtutis illic. Et exierunt viri ciuitatis,& pugnabant cum Ioab. Et ceciderunt de populo, de seruis Dauid:& mortuus est etiam Vrias Chettæus. Et misit Ioab,& annũciauit Dauid omnia verba prælij [ι] ad loquendũ ad regem. Et mandauit nuncio dicens: In consummando omnia verba prælij loqui ad regem, & erit si ascẽderit furor regis, & dixerit tibi, Quid, quod appropinquastis ad ciuitatem pugnare? C
Nonne sciebatis, quia sagittabunt desuper muro? Quis percussit Abimelech filium Ierobaal [κ] filij Ner? Nonne mulier proiecit fragmentum molæ super eum desuper muro,& mortuus est in [λ] Thamasi? Vt quid accessistis ad murum? Et dices: Etiam seruus tuus Vrias Chettæus mortuus est. Et iuit nuncius Ioab ad regem in Hierusalem,& aduenit,& annunciauit Dauid omnia, quæcũque annũciarat ei Ioab, [μ] omnia verba prælij. Et indignatus est Dauid in Ioab, & dixit ad nuncium: Vt quid accessistis ad ciuitatem præliando? Nonne sciebatis quia percutiemini e muro? Quis percussit Abimelech filium Ierobaal? Nonne mulier proiecit super eum fragmẽtum molæ e muro, & mortuus est in Tamasi? D
Vt quid accessistis ad murum? Et dixit nuncius ad Dauid: Quia inualuerunt super nos viri,& exierunt super nos in agrum, & fuimus super eos vsque ad ostium portæ. Et sagittauerunt sagittantes in seruos tuos desuper muro,& mortui sunt de pueris regis,& etiam seruus tuus Vrias Chettæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuncium: Hæc dices ad Ioab: Ne malum sit in oculis tuis verbum hoc: quoniam interdum quidem sic,& interdum sic comedet gladius. Fac inualescere prælium tuum in ciuitatem, & destrue eam,& [ν] cõforta eam. Et audiuit mulier Vriæ, quia mortuus est Vrias vir suus:& planxit virum suum. Et transijt luctus, & misit Dauid, & conduxit eam in domum suam. E
Et facta est ei in vxorem:& peperit ei filium. Et malum apparuit verbum in oculis Domini.

[α] Dixit.] *Ita etiam hebræus, & Chaldæus: Subintelligendum enim est,* quidam. *Compl.* εἶπον, dixerunt. [β] In vtero cepit.] ἐν γαστρὶ ἔλαβεν. *Complutensis,* συνείληφεν, concepit. [γ] Ad pacem.] *Ad verbum ex hebræo: cui valde familiaris est huiusmodi locutio. Complutensis autem,* εἰ ὑγιαίνει Ἰωάβ, καὶ εἰ ὑγιαίνει ὁ λαός, καὶ εἰ ὑγιαίνει ὁ πόλεμος, Si valet Ioab,& si valet populus,&, si valet bellum. [δ] Demensum.] *Ita visum est non inepte verti posse illud* ἄρσις. *Significat enim cibum, & munera, quæ efferebantur è domo regis, & alicui pro suo demẽso assignabantur.* [ε] Cum seruis.] *Compl.* μετὰ πάντων τῶν παίδων, cum omnibus pueris: *quod vulgata*

A *gata dixit*, cum alijs seruis. ζ Quomodo?] *Ab alijs abest istud*, πῶς. *Complut.autem*, μὰ τὴν ζωήν σου, καὶ μὰ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς σου οὐ μὴ ποιήσω per vitam tuam, & per vitam animæ tuæ non faciam.*quod in vulgata est*, per salutem tuam,& per salutem animæ tuæ non faciam. η Inebriauit eum.] *Compl.* καὶ ἐμεθύσθη, & inebriatus est: *Sed illud magis respondet hebræo: ex quo etiam suspicari licet,quæ proxime antecedunt*,& mãducauit coram eo,& bibit,*ita esse interpretanda*,& manducare eum fecit coram se,& bibere. θ In obseruando.] Sic *hebræus.Complut.* ἐν τῷ πολιορκεῖν, in obsidendo. ι Ad loquendum ad regem.] *Absunt à Complut.vt à vulgata.* κ Filij Ner.] *Alii libri partim non habẽt,sicut etiam vulgata, partim vero habẽt*, υἱὸς Ἰωάς, filij Ioas. λ Thamasi.] *Complut.* Θαιβαὶς, *Vulgata*, Thebes. μ Omnia verba prælij.] *Absunt à Complut. & vulgata hinc vsque ad illud*, Et dixit nuncius. ν Conforta eam.] κραταίωσον αὐτήν. *Quidam putant significari*,muni eam. *Hebræus,& Chaldæus habẽt*, & conforta eum,*id est, populum Israel:quod vulgata*, & exhortare eos.

CAP. XII.

B
ET misit Dominus Nathan prophetã ad Dauid: & intrauit ad eum:& dixit
ei: α Duo erant viri in ciuitate vna, vnus diues, & vnus pauper. Et diuiti
erãt greges,& armenta boũ multa valde. Et pauperi nihil,nisi agna vna
parua,quã acquisiuerat,& reseruauerat,et educauerat eã,& β creuerat cũ eo, et
cũ filijs eius in idipsum: de pane eius edebat:& de poculo eius bibebat,& in sinu
eius dormiebat,& erat ei tanquam filia. Et venit γ viator viro diuiti:& pepercit
sumere de gregibus suis,& de armentis suis ad faciendum δ hospiti viatori,
qui venerat ad ipsum:& cepit agnam pauperis:& ε fecit eam viro,qui vene
C rat ad se. Et indignatus est ira Dauid valde viro. Et dixit Dauid ad Nathan: Viuit
Dominus,quia filius mortis vir,qui fecit hoc,& agnam reddet in ζ septuplum
pro eo,quod fecit verbum istud, & pro eo,quod non pepercit. Et dixit
Nathan ad Dauid: Tu es vir,qui fecisti hoc: Hæc dicit Dominus Deus Israel:
Ego sum, qui vnxi te in regem super Israel: & ego quidem η erui te de manu
Saul:& dedi tibi domum domini tui:& mulieres domini tui in sinu tuo: & dedi
tibi domum Israel, & Iuda: & si θ parum est, adijciam tibi secundum hæc.
Quid, quod ι vilipendisti verbum Domini, faciendo malum in oculis eius?
Vriam Chettæum percussisti in gladio:& vxorem eius cepisti tibi in vxorem,&
D ipsum interfecisti in gladio filiorum Ammon. Et nunc non recedet gladius de
domo tua vsque in seculum, pro eo, quod spreuisti me, & sumpsisti vxorem
Vriæ Chettæi, vt sit tibi in vxorem. Hæc dicit Dominus: Ecce ego suscito
super te mala e domo tua:& capiam vxores tuas ante oculos tuos,& dabo proximo
tuo, & dormiet cum vxoribus tuis coram Sole hoc. Quoniam tu fecisti
in occulto:& ego faciam verbum hoc coram vniuerso Israel;& coram Sole hoc.
Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Et dixit Nathan ad Dauid. Et Dominus
κ transire fecit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen,quia prouocans
prouocasti ad iram λ inimicos Domini in verbo hoc; filius quidẽ tuus
E natus tibi morietur. Et abijt Nathã in domũ suã. Et percussit Dominus paruulũ,
quem pepererat vxor Vriæ Chettæi ipsi Dauid:& ægrotauit. Et quæsiuit Dauid
Deũ pro paruulo,& ieiunauit Dauid ieiuniũ,& intrauit,& μ mãsit super terrã. Et
surrexerunt super eũ seniores domus eius ad suscitandũ eũ de terra:& noluit: &
non manducauit cũ eis panẽ. Et factũ est in die septima,& mortuus est paruulus.
Et timuerunt serui Dauid annunciare ei,quia mortuus est paruulus: quoniã dixerunt:
Ecce,dum viueret adhuc paruulus,locuti sumus ad eum:& non exaudiuit
vocem nostrã: & quomodo dicemus ad eum,quia mortuus est paruulus?&

faciet mala? Et intellexit Dauid, quia pueri ſui muſſitant: & cogitauit Dauid, A
quia mortuus eſt paruulus. Et dixit Dauid ad pueros ſuos: Si mortuus eſt paruu
lus? Et dixerunt: Mortuus eſt. Et ſurrexit Dauid de terra, & lauit ſe, & vnxit ſe,
& mutauit veſtimenta ſua, & intrauit in domum Dei, & adorauit eum: & intra-
uit in domum ſuam, & petijt panem ad manducandum: & appoſuerunt ei pa-
nem: & manducauit. Et dixerũt pueri eius ad eum: Quod eſt verbum hoc, quod
ν feciſti propter paruulum? Cum adhuc viueret, ieiunabas, & plorabas, & vigi-
labas: & quando mortuus eſt paruulus; ſurrexiſti, & manducaſti panem, ξ &
bibiſti? Et dixit Dauid: Dum viueret adhuc paruulus; ieiunaui, & ploraui; quo-
niam dixi: Quis nouit, ſi miſerebitur mei Dominus, & viuet paruulus? Et nunc B
mortuus eſt: vt quid hoc ego ieiuno? Nũquid potero facere ipſum reuerti vltra?
Ego ibo ad eum: & ipſe non reuertet ad me. Et conſolatus eſt Dauid Berſabee
vxorem ſuam: & intrauit ad eam, & dormiuit cum ea. Et concepit, & peperit fi
lium, & vocauit nomen eius Salomon. Et Dominus dilexit eum. Et miſit in ma
nu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius ο Ieddedi π propter Dominum.
Et bellauit Ioab in Rabbath filiorum Ammon, & cepit ciuitatem regni. Et mi-
ſit Ioab nuncios ad Dauid, & dixit: Bellaui in Rabbath: & cepi ciuitatem aqua-
rum. Et nunc congrega reſiduum populi, & caſtrametare ſuper ciuitatem: & ca
pe eam: vt non capiam ego ciuitatem, & vocetur nomen meum ſuper eam. Et C
congregauit Dauid vniuerſum populum, & iuit in Rabbath & pugnauit in eam
& cepit eam. Et cepit coronam ρ Molchom regis eorum de capite eius: & põ-
dus eius talentum auri, & lapidis precioſi. Et fuit ſuper caput Dauid. Et ſpo-
lia ciuitatis exportauit multa valde: & populum, qui erat in ea, eduxit: & poſuit
in ſerra, & in tribolis ferreis, & in ſecuribus ferreis: σ & tranſire fecit eos per
fornacem. Et ſic fecit omnibus ciuitatibus filiorum Ammon. Et reuerſus eſt Da
uid, & vniuerſus populus in Hieruſalem.

α Duo erant.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. In alijs, & Compl. additur,* ἀνάγγειλον (*al.* ἀπάγγειλον) δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην. δύο, annuncia quæſo mihi iudicium hoc. Duo, &c. β Creuerat.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. & Theodoretus,* συνετράφη, ſimul nutrita fuit. γ Viator.] παροδίτης *quaſi prætergrediens per viam Compl. & Theodoretus,* ὁδοιπόρος eodem ſenſu. δ Hoſpiti viatori] τῷ ξένῳ ὁδοιπόρῳ. *In aliis eſt tantum* τῷ ξένῳ. *vt etiam in vulgata, quare in noſtra videntur coniunctę duæ interpretationes.* ε Et fecit eam] *Sic hebręus, & ſignificat, vt alibi, parauit in cibum. Compl. addit,* καὶ ἔθυσεν αὐτήν, καὶ ἐποίησεν, & mactauit eã, & fecit.] ζ Septuplum] *Compl. & Theodoretus,* τετραπλάσιον, in quadruplum. *vt vulgata.* η Erui.] ἐῤῥυσάμην *Theodoretus,* ἐξειλάμην, *eodem ſenſu. Alii libri,* ὁ ῥυσάμενός σε qui erui te. *Compl.* ἐξελεξάμην, elegi, *longius ab hebræo.* θ Si paruum eſt] εἰ μικρόν ἐστι. *Ita fere hebræus. Compl. & Theodoretus,* εἰ ὀλίγα σοί ἐστι, προσθήσω σοι κατὰ ταῦτα, ſi parua tibi ſunt; adijciam tibi, ſicut hæc. ι Vilipendiſti.] ἐφαύλισας. *Iidem vero* ἐξουδένωσας. κ Tranſire fecit.] παρεβίβασεν *optime ad hebræum. & vulgata,* tranſtulit. *Complut. autem, & Theodoretus,* ἀφεῖλεν, abſtulit. λ Inimicos Domini.] *Complut.* ἐν τοῖς ὑπεναντίοις τοῦ κυρίου, in aduerſarijs Dominum. *Quam lectionem Theodoretus agnoſcit ex lxx. & addit, Hoc autem Aquila manifeſtius eſt interpretatus,* παροξύνων παρώξυνας τοὺς ἐχθροὺς κυρίου, irritans irritaſti inimicos Domini. *Quare noſtra, videtur facta ex iſtis duabus.* μ Et manſit.] *In aliquot codicibus eſt,* ηὐλίσθη, καὶ ἐκαθεύδησεν ἐν σάκκῳ ἐπὶ τῆς γῆς, manſit, & cubuit in ſacco ſuper terram. *Illud,* in ſacco, *abeſt ab hebræo.* ν Feciſti propter paruulum.] *Si ita interpungatur, feciſti: propter paruulum, cum adhuc viueret, ieiunabas, &c. optime reſpondebit hebræo, & vulgata. Compl. habet,* ὃ ἐποίησας; ἔτι γὰρ τοῦ παιδίου ζῶντος ἐνήστευες, καὶ ἔκλαιες, quod feciſti? adhuc enim paruulo viuente ieiunabas, & plorabas. *Non habet autem illud* καὶ ἠγρύπνεις, & vigilabas, *quod ſequitur in noſtra, & in aliis Græcis, ſed non in vulgata.* ξ Et bibiſti.] *Hoc abeſt ab hebræo, & vulgata. Compl. autem,* καὶ πέπωκας οἶνον; & bibiſti vinum? ο Ieddedi.] *Ita etiam Theodoretus q. 27. licet interpres dicat,* Ieddidia, *vt Compl. Addit Theodoretus hoc Aquilam eſſe interpretatum,* ἐν κυρίῳ, in Domino, *Symmachum autem* εἰς βασιλείαν ἀφωρισμένον, ſelectum ad regnum. *Vulgata,* amabilis Domino. π Propter dominum.] *ad verbum ex hebræo. Compl. & alij,* ἐν λόγῳ κυρίου. in verbo Domini. ρ Molchom regis.] *Abeſt a Compl. illud,* Molchom: *ac videtur eſſe ipſa dictio hebraica, (licet paululum immutata) quæ ſignificat,* regis. σ Et tranſire fecit D E

cos

A *eos per fornacem.]* καὶ διήγαγεν αὐτοὺς διὰ τοῦ πλινθίου. *atque optime respondet hebrao, nec discrepat à vulgata, quæ habet,* & traduxit in typo laterum. *Nam in fornace formantur lateres. Compl.* καὶ περιήγαγεν αὐτοὺς διὰ τοῦ πλινθίου. & circunduxit eos per aciem. *Chaldæus autem,* & lacerauit illos in plateis. *Theodoretus in cap. 21. huius libri docet etiam* πλινθίον *interdum nominari aciem quadratam, vt ibi dicetur.*

CAP. XIII.

ET factum est post hæc: & ipsi Abessalom filio Dauid soror pulchra specie valde: & nomen ei Themar. Et dilexit eam Amnon filius Dauid: & tribulabatur Amnon, ita ᵃ vt ægrotaret propter Themar vxorẽ suam: quo-
B niã virgo erat hæc, ᵝ & difficile in oculis Amnon facere quicquam ei. Et erat ipsi Amnon amicus, & nomen ei Ionadab, filius Samaa fratris Dauid. Et Ionadab vir ᵞ sapiens valde: & dixit ei: Quid tibi, quia tu sic infirmus fili regis ᵟ mane, mane? nonne annuncias mihi? Et dixit ei Amnon: Themar sororẽ Abessalom fratris mei amo. Et dixit ei Ionadab: Cuba super cubile tuũ, & ᵉ languesce: & ingredietur pater tuus ad videndum te: & dices ad eum: Veniat nunc Themar soror mea, & cibet me, & faciat ante oculos meos ᶎ cibum; vt videã & comedam de manu eius. Et cubuit Amnon, & ægrotauit: & intrauit videre eum. Et dixit Amnon ad regem: Veniat nunc Themar soror mea ad me, &
C collyrizet in oculis meis duas collyridas, & comedam de manu eius. Et misit Dauid ad Themar in domum, dicens: Vade nunc in domum fratris tui, & fac ei cibum. Et iuit Themar in domum Amnon fratris sui: & ipse cubans. Et sumpsit pastam, & conspersit, & fecit collyridas ante oculos eius: & coxit collyridas: & sumpsit ᵑ sartaginem, & effudit coram eo: & noluit comedere. Et dixit Amnon: Educite omnem virum desuper me. Et eduxerunt omnem virum desuper eo. Et dixit Amnon ad Themar: Infer cibum in cubiculum, & comedam de manu tua. Et sumpsit Themar collyridas, quas fecerat, & introtulit ad Amnon fratrem suum in cubiculum: & obtulit ei ad comedendum.
D Et prehendit eam, & dixit ei: Veni, cuba mecum soror mea. Et dixit ei: Nequaquam frater mi, nequaquam humilies me, quoniam nõ fiet sic in Israel. Ne facias stultitiam hanc. Et ego, quo auferam opprobrium meum? Et tu eris tanquam vnus insipientiũ in Israel. Et nunc loquere, quæso, ad regem, quoniam non prohibebit me à te. Et noluit Amnon audire vocem eius: & inualuit super eam: & humiliauit eam, & cubuit cum ea. Et odiuit eam Amnon odio magno valde: quoniam magnum fuit odium, quo odiuit eam, super amorem, quo amauerat eam: ᶿ quoniã maius malum vltimum, quàm primũ. Et dixit ei Amnon. Surge, & vade. Et dixit ei Themar: Pro malo magno hoc super alterum
E quod fecisti mecum, emittendo me. Et noluit Amnon audire vocem eius: & vocauit puerum suum præfectum domus, & dixit ei: Emittite nunc istam a me foras, & claude ostium post eam. Et super eam erat tunica ᶥ intexta fructibus: quia sic induebantur filiæ regis virgines super indumenta sua. Et eduxit eam minister eius foras, & clausit ostium post eam. Et sumpsit Themar cinerem: & imposuit super caput suum: & tunicam intextam fructibus, quæ super ipsam, discidit: & imposuit manus suas super caput suum: & perrexit pergens, & clamans. Et dixit ad eam Abessalom frater eius: Nunquid Amnon frater tuus fuit tecum? Et nunc soror mea obmutesce, quoniam frater tuus est. Ne posueris

cortuum ad loquendum verbum hoc. Et sedit Themar viduata agens in do- A
mo Abessalom fratris sui. Et audiuit rex Dauid omnia verba hæc: & indignatus
est valde: * & non contristauit spiritum Amnon filij sui; quoniam diligebat eũ;
quoniam primogenitus suus erat. Et non est locutus Abessalom cum Amnon
a malo vsque ad bonum: quoniam odio habebat Abessalom Amnon super ver
bo, quod humiliauerat Themar sororem suam. Et factum est in biennium die-
rum: & erant tondentes ipsi Abessalom in Belasor contigua Ephræm. Et voca-
uit Abessalom omnes filios regis. Et venit Abessalom ad regem, & dixit: Ec-
ce nunc tondent seruo tuo: Eat quæso rex, & pueri eius cum seruo tuo. Et di
xit rex ad Abessalom: Nequaquam nunc fili mi: non eamus omnes nos, & nõ B
ingrauescamus super te. Et coegit eum: & noluit ire, & benedixit eum. Et di
xit Abessalom ad eũ. Et si non; eat quæso nobiscum Amnon frater meus. Et
dixit ei rex: Vtquid eat tecum? Et coegit eum Abessalom. Et misit cum eo
Amnon, & omnes filios regis. ^ Et fecit Abessalom conuiuium iuxta conui-
uium regis. Et mandauit Abessalom pueris suis, dicens: Videte, cum bonum
factum fuerit cor Amnon in vino, & dixero ad vos; percutite Amnon, & inter-
ficite eum. Ne timeatis: quoniam nonne ego sum, qui mando vobis? Virili-
ter agite, & sitis in filios virtutis. Et fecerunt pueri Abessalom ipsi Amnon; si-
cut mandauit eis Abessalom. Et surrexerunt omnes filij regis, & insederunt, C
vir super mulam suam: & fugerunt. Et factum est, dum ipsi essent in via; & fa-
ma venit ad Dauid, dicens: Percussit Abessalom omnes filios regis: & non re-
mansit de eis vllus. Et surrexit rex, & discidit vestiméta sua, & cubuit super ter
rã: & omnes pueri eius assistentes ei disciderunt vestimenta sua. Et respondit
Ionadab filius Samaa fratris Dauid, & dixit: Non dicat dominus meus rex, quia
omnes paruulos filios regis interfecerit: quoniam Amnon prorsus solus mor-
tuus est: quoniam ϝ super os Abessalom erat positus à die, qua humiliauit
Themar sororem eius. Et nunc non ponat dominus meus rex super cor suum,
verbum, dicens: Omnes filij regis mortui sunt: quoniam tantum Amnon so- D
lus mortuus est. Et aufugit Abessalom. Et eleuauit puer speculator oculos
suos, & vidit: & ecce populus multus pergens in ζ via post eum à latere mon-
tis ξ in descensu. Et aduenit speculator, & annunciauit regi, et dixit: Viros
vidi de via Cronim, è parte montis. Et dixit Ionadab ad regem: Ecce filij re
gis adsunt: iuxta verbum serui tui, sic factum est. Et factum est, postquam con
summauit loquens; et ecce filij regis venerunt: et eleuauerunt vocem suam, et
plorauerunt: et etiam rex, et omnes pueri eius plorauerunt plorationem ma-
gnam valde. Et Abessalom fugit, & iuit ad Tholmi filium Emiud regẽ Gedsur
• in terram Chamaachad. Et luxit rex Dauid super filium suum ϖ omnibus
diebus. Et Abessalom aufugit, et iuit in Gedsur: et fuit ibi annos tres. Et ϛ ces- E
sauit rex Dauid exire ad Abessalom; quoniam consolatus est se super Amnon,
quia mortuus erat.

• Ita vt ægrotaret.] ὥστε ἀῤῥωστεῖν, *propius ad hebræum, quam quod in Compl.* ἀῤῥωστίᾳ, ægritudine. β Difficile.] ὑπέρογκον: *Item istud. Nam Compl. habet.* καὶ ἠδυνάτει, & non poterat. γ Sapiens.] σοφός. *Compl.* φρόνιμος, prudens. *itemque Theodoretus q. 29. qui de ista falsa sapientia, & prudentia disputat accurate.* δ Mane, mane.] *est locutio hebraica, quæ significat, per singulos dies, vt habet vulgata, fis infirmior, & tabescis magis.* ε Languesce.] μαλακίσθητι. *Compl.* προσποιοῦ ἐνοχλεῖσθαι, simula te ægrotare. *Sed idem sensus*

A *sensus est etiam in nostra, licet obscurius, atque ideo similius hebræo. Ac multæ aliæ sunt varietates eiusmodi.*
ζ Cibum.] *Aliqui codices habent,* δύο κολλυρίδας, duas collyridas, *&* placentas. η Sartaginem.] *optime ad hebræum. Hoc enim sibi vult, attulisse sartaginē in conspectum ipsius Amnon, & coram eo effudisse placentam coctam in sartagine. Compl.* εἰς ὃ ἐπέχεεν, vas, in quod effundit. θ Quoniam maius malum vltimum quàm primum.] *Absunt ab aliis codicibus hoc loco: sed paulo post, vbi in nostra legitur,* pro malo magno hoc super alterum, quod fecisti mecum, *in aliis est,* μὴ ἀδελφέ, ὅτι μεγάλη ἡ κακία ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, ἣν ἐποίησας μετ' ἐμοῦ. Nequaquam frater: quoniam magnum est malum vltimum super primum, quod fecisti mecum. *Atque ita etiam Compl. nisi quod non habet,* μὴ ἀδελφέ, *Quare videri potest duas esse interpretationes, & vnam, quæ fortasse hebræo propior, in nostra suo mansisse loco, alteram vero in hunc locum, qui nunc præ manibus est, irrepsisse.* ι Intexta fructibus.] καρπωτὸς. *Compl.* ἀστραγαλωτὸς, talaris: *Quod ex antiquiore versione, nimirum lxx. videtur agnoscere Theodoretus, illud autem ex Aquila. Ita enim inquit.* Tunicā autem ἀστραγαλωτὸν, Aquila quidem καρπωτὸν nominauit, perinde ac si diceret habentem intextos fructus: hodie autem vocant πλουμαρικὸν, plumarem: Iosephus autem, τὸν μέχρι ἀστραγάλων διήκοντα, pertingentem vsque
B ad talos. *Addit Scholiastes Symm. dixisse* χειριδωτὸν, manicatam. κ Et non contristauit.] *Hæc vsque ad illud,* Et non est locutus, *videntur agnosci etiam a Theodoreto eadem q. 29. Sed absunt a Compl vt a vulgata.* λ Et fecit Abessalom conuiuium iuxta conuiuium regis.] *Absunt hæc a Complut. & a vulgata.* μ Super os.] *Ita hebræus, & vulgata,* in ore, *Chaldæus,* in corde. *Compl. autem,* ἐν ὀργῇ ἦν αὐτῷ, in ira erat ei. ν In via post eum.] *In aliquo libro est,* ἐν τῇ ὁδῷ τῇ ὄρους, *Verum illud* τῇ ὄρους. *videtur vestigium dictionis hebraicæ, quæ a nonnullis vertitur* post eum, *ab aliis,* post montem. *vulgata,* iter deuium. ξ In descensu.] *Hinc vsque ad illud,* Et dixit Ionadab, *absunt a Compl. & a vulgata, In aliis autem quibusdam pro* τῆς ὡρωνῶν, *est* τοῦ ὄρους, *vt paulo superius.* ο In terrā Chamaachad.] *Neque in Compl. neque in vulgata hæc sunt.* π Omnibus.] *Sic hebræus, quod vulgata, & Chaldæus interpretātur,* multis. ρ Et cessauit rex Dauid.] *Respondet vulgatæ. In hebræo est,* & cessauit Dauid regis. *Et multi subintelligunt,* & cessauit ira *Quare in Compl. est* καὶ ἐκόπασε τὸ πνεῦμα, cessauit spiritus, & furor.

C

CAP. XIV.

ET intellexit Ioab filius Saruiæ, quia cor regis α super Abessalom. Et misit Ioab in Thecoe, & sumpsit inde mulierem sapientem, & dixit ad eam: Luge nunc, & indue vestimenta lugubria, & non vngaris oleo, & eris tanquam mulier lugens super mortuum β iam diebus multis. Et venies ad regem & loqueris ad eum iuxta verbum hoc. Et posuit Ioab verba in ore eius. Et intrauit mulier Thecoites ad regem, & cecidit super faciem suam in terram, & ado-
D rauit eum, & dixit: Salua rex, salua. Et dixit ad eam rex: Quid est tibi? At illa dixit: Et γ valde: vidua mulier ego sum, & mortuus est vir meus. Et etiam ancillæ tuæ erant duo filij: & pugnarunt vtrique in agro, & non fuit, qui eximeret inter eos. Et percussit vnus δ vnum fratrem suum, & interfecit eum. Et ecce insurrexit tota ε cognatio erga ancillam tuam, & dixerunt: Da eum qui percussit fratrem suum, & interficiemus eum pro anima fratris sui, quem occidit, & tollemus etiam hæredem ζ vestrum. Et η extinguent prunam meam residuā ita vt non ponatur viro meo residuū, & nomen super faciē terræ. Et dixit rex ad mulierem: Vadens vade in domum tuam, & ego mandabo pro te. Et dixit mu-
E lier Thecoites ad regem: Super me domine mi rex iniquitas, & super domum patris mei: & rex & thronus eius innocēs. Et dixit rex: Quisquis est qui loquitur ad te; & duces eū ad me: & non adijciet vltra tangere eum. Et dixit: Recordetur nunc rex Domini Dei sui, η multiplicando redemptorem sanguinis ad disperdendum: & non tollant filium meum. Et dixit: Viuit Dominus, si cadet de capillo filij tui super terram. Et dixit mulier: Loquatur nunc ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et dixit: Loquere. Et dixit mulier: Vt quid θ cogitasti tale super populum Dei? nunquid ex ore regis verbum hoc, tanquam delictum;

vt non

vt non redire faciat rex eiectum suum? Quoniam * morte moriemur & tanquam aqua delabens super terram, quæ non colligetur. Et accipiet Deus animam, & cogitans expellere a se expulsum? Et nunc, quod veneram loqui ad regem dominum meum verbum hoc, quia aspiciet me populus, & dicet * ancilla tua; loquatur nunc ad dominum meum regem; si quomodo faciet rex verbum ancillæ suæ: quoniam audiet rex: * eruat ancillã suam de manu viri querentis tollere me, & filium meum ab hæreditare Dei. Et dixit mulier: Si * iam sermo domini mei regis in sacrificia: quoniam sicut angelus Dei, sic dominus meus rex ad audiendum bonum, & malum: & Dominus Deus tuus erit tecum. A
Et respondit rex, & dixit ad mulierem: Ne nunc occultaueris a me verbũ quod ego interrogo te. Et dixit mulier: Loquatur nũc dominus meus rex. Et dixit rex. Nunquid manus Ioab in omni hoc tecum? Et dixit mulier regi: Viuit anima tua domine mi rex, si est in dextera, vel in sinistra de omnibus, quæ locutus est dominus meus rex, quoniam seruus tuus Ioab ipse mandauit mihi, et ipse posuit in ore ancillæ tuæ omnia verba hæc: * vt verterem faciem verbi huius, * quod fecit seruus tuus Ioab verbum hoc: Et dominus meus sapiens, sicut sapientia angeli Dei ad cognoscendum omnia, quæ in terra. Et dixit rex ad Ioab: Ecce nunc feci tibi iuxta verbum tuum hoc. Vade, reduc puerum Abessalom. B
Et cecidit Ioab super faciem suam in terram, et adorauit, et benedixit regem. Et dixit Ioab: Hodie cognouit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: quoniam fecit dominus meus rex verbum serui sui. Et surrexit Ioab, et iuit in Gedsur: et duxit Abessalom in Hierusalem. Et dixit rex: Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Et reuertit Abessalom in domum suam: & faciem regis non vidit. Et, sicut Abessalom, non erat vir in omni Israel, laudabilis valde, a vestigio pedis eius, & vsque ad verticem eius non erat in eo macula. Et cum tonderetur ipse caput suum (& erat * a principio dierum in dies, quando tondebatur, quoniam aggrauabatur super eum) & tonsus põderauit capillũ capitis sui ducẽtos siclos in siclo regio. Et nati sunt ipsi Abessalom tres filij & filia vna, & nomẽ ei Themar. Hæc fuit mulier pulchra valde: C
* & fit vxor Roboam filio Salomon: Et parit ei Abia. Et sedit Abessalom in Hierusalem duos annos dierum: & faciem regis non vidit. Et misit Abessalom ad Ioab ad mittẽdum eum ad regem, & noluit venire ad eum. Et misit secundo ad eum: & noluit aduenire. Et dixit Abessalom ad pueros suos: Videte: portio in agro ipsius Moab est contigua mihi; & ei illic ordea. Ite, & succendite eã in igni. Et incenderunt pueri Abessalom portionem. Et aduenient serui Ioab ad eũ, discissi vestimenta sua, & dixerunt: Incenderunt serui Abessalom portionẽ in igni. Et surrexit Ioab, & venit ad Abessalom in domum, & dixit ad eum: D
Vt quid incenderunt pueri tui portionem meam in igni? Et dixit Abessalom ad Ioab: Ecce misi ad te, dicens: Veni huc, & mittam te ad regem, dicens: * Vt quid veni de Gessur? Bonum mihi erat esse ibi: & nunc ecce faciem regis * non vidi: Si autem est in me iniustitia; & interfice me. Et intrauit Ioab ad regem, & annunciauit ei. Et vocauit Abessalom. Et intrauit ad regem, & adorauit eum, & cecidit super faciem suam in terram, & ad faciem regis. Et deosculatus est rex ipsum Abessalom. E

A α Super Abessalom.] *Ita hebraeus. Subintelligendum enim est, quod exprimit Compl.* παρελῆλθε, *& vulgata,* versum esset. β Iam.] *ἤτοι. est locutio respondens hebraeo. Abest autem a Compl.* γ Et valde.] *Compl.* ὄντως, verè. δ Vnum.] *Sic hebraeus: licet absit à Compl.* ε Cognatio.] πατριὰ. *Compl.* φυλὴ, tribus. ζ Vestrum.] *Abest à Compl. & a vulgata.* η Extinguent.] *Satis propè ad hebraeum. Complut.* καὶ σβεσθήσεται ὁ σπινθὴρ ὁ ὑπολελειμμένος μοι τοῦ μὴ ὑπάρξαι τῷ ἀνδρί μου ὄνομα καὶ λεῖμμα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς. Et extinguetur scintilla relidua mihi; vt non subsistat viro meo nomen, & residuum super faciem terrae. *Dictionem quidem* σπινθὴρ *videtur etiam Theodoretus agnoscere.* θ Multiplicando.] *Multa sunt obscura in hoc mulieris sermone: sed plerumque, quae obscuriora sunt, propius accedunt ad hebraeum, sicut hoc. Ita enim ferè habet hebraeus; quod facilius videtur in Compl.* ὅτι ἐὰν πληθυνθῶσιν οἱ ἀγχιστεύοντες τὸ αἷμα τοῦ διαφθεῖραι, καὶ οὐ μὴ ἐξάρωσι τὸν υἱόν μου, vt, si multiplicentur vindicantes sanguinem ad disperdendum, & non tollant filium meum. ι Vt quid cogitasti.] *Theodoretus,* ἱνατί ἐλογίσω οὕτως ἐπὶ λαὸν κυρίου; καὶ ἐκ τοῦ παρελθεῖν τὸν βασιλέα τὸν λόγον τοῦτον, τοῦ ἐγκρατεύσασθαι τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι τὸν βασιλέα τὸν ἀπωσμένον ἀπ᾽ αὐτοῦ. Vt quid cogitatum est sic in populo Domini, & ex eo, quod rex transgrediatur verbum hoc, cum se obfirmauerit rex non reducere eiectum à se. *Compl. est missa ex vtraque.* κ Morte morimur.] *Theodoretus.* ὅτι τέθνηκεν ὁ υἱός σου, καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκχεόμενον ἐπὶ

B τὴν γῆν, ὃ συναχθήσεται, καὶ οὐκ ἐλπιεῖ ἐπ᾽ αὐτῷ ψυχή. Quoniam mortuus est filius tuus, & tanquam aqua, quae effunditur super terram, non colligetur, & non sperabit in eo anima. *Compl. autem,* οὐ συναχθήσεται, καὶ οὐ λήψεται ὁ θεὸς ψυχὴν, καὶ ἐλογίσατο λογισμὸν τοῦ μὴ ἀπῶσαι ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀπωσμένον, non colligetur: & non tollet Deus animam: & cogitauit cogitationem non eijciendi a se eiectum. λ Ancilla tua.] *haec apud Theodoretum coniunguntur cum sequentibus,* Ancilla tua loquatur nunc: *quasi illud,* & dicat, *quod proxime praecessit, referendum sit ad populum.* μ Eruat.] *Compl. & Theodoretus,* καὶ ἐξελεῖται. & eruet. ν Si iam.] *Iidē* γενηθήτω δὴ ὁ λόγος τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλέως εἰς θυσίαν, fiat nunc sermo Domini mei regis in sacrificium. ξ Vt verterem.] *Sic etiam vulgata. Theodoretus, & Compl.* ὅπως κυκλώσῃ, vt circunduceret. ο Quod.] *Illud* ὃ *abest a Compl. sed non a Theodoreto in manuscriptis,* π A principio.] *Compl. vt hebraeus,* ἀπὸ τέλους, a fine, *Vtraque locutione idem significatur, nimirum semel in anno, vt habet vulgata.* ρ Et fit vxor Roboam filio Salomon, & parit ei Abia.] *Haec absunt a Compl. & vulgata.* σ Dicens.] *Compl.* λέγοντα, dicentem. Non vidi.] *Compl.* καὶ νῦν ὄψομαι δὴ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως, & nunc aspiciam quaeso faciem regis.

C

CAP. XV.

ET factum est post haec, & fecit sibi Abessalom currus, & α equos, & quinquaginta viros ad currendū ante se. Et diluculo surgebat Abessalom, & stabat super β manū viae portae. Et factū est, omnis vir, cui erat iudiciū, veniebat ad regē in iudiciū: & clamabat ad eū Abessalom, & dicebat ei: Ex quali ciuitate tu es? Et dixit: Ex vna tribuū Israel seruus tuus. Et dixit ad eū Abessalom: Ecce verba tua bona, & γ facilia: & qui audiat, nō est tibi a rege. Et dixit Abessalom: Quis me cōstituat iudicē in δ terra: & super me veniet omnis vir, cuicumq.

D fuerit controuersia, & iudiciū; & iustificabo eum? Et factum est, cū appropinquaret vir ad adorandum eum; & extendebat manum suam, & apprehendebat eū, & deosculabatur eum. Et fecit Abessalom iuxta verbum hoc omni Israel, ijs, qui adueniebant in iudicium ad regem: & Abessalom suum faciebat cor virorum Israel. Et factum est a ε fine quadraginta annorum, & dixit Abessalom ad patrem suum: Ibo nunc, & reddam vota mea, quae voui Domino in Chebron: quoniam votum vouit seruus tuus, cum ego habitarem in Gedsur in Syria, dicens: Si reducens reduxerit me Dominus in Hierusalem; & seruiam Domino. Et dixit ei rex: Vade in pace. Et surgens iuit in Chebron. Et misit Abessalom

E exploratores in omnes tribus Israel, dicens: In audiendo vos vocem corneae, & & dicetis: Regnauit rex Abessalom in Chebron. Et post Abessalom iuerunt ducenti viri ex Hierusalem vocati, & euntes simplicitate sua, & non nouerunt omne verbum. ζ Et misit Abessalom ad Achitophel Theconì consiliarium Dauid de ciuitate eius, de Gola, dum ille sacrificaret. Et facta est coitio fortis & populus pergens, & multus cum Abessalom. Et aduenit adnuncians ad Dauid, dicens: Factum est cor virorum Israel post Abessalom. Et dixit Dauid omnibus pueris suis, qui secum, qui in Hierusalem: Surgite, & fugiamus: quoniam non est no-

est nobis salus a facie Abessalom. Festinate ad eundum: vt non festinet, & appre A
hendat nos, & proijciat super nos malum, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Et dixerunt pueri regis ad regem: Iuxta omnia quæcumque elegit dominus noster rex, ecce pueri tui. Et egressus est rex, & vniuersa domus eius * pedibus suis. Et dimisit rex decem mulieres de concubinis suis ad custodiendam domũ. Et egressus est rex, & omnes pueri eius pedibus, & steterũt in domo, quæ longe. Et omnes pueri eius super manũ eius transibant, & vniuersus Chelethì, & vniuersus Phelethì. Et steterũt super oleam in deserto. Et omnis populus prætergrediebatur iuxta eum, & omnes qui circa eum, & omnes robusti, & omnes bellatores sexcenti viri: & transierunt super manum eius. Et vniuersus Chelethì, & B
vniuersus Phelethì, & omnes Getthæi sexcenti viri, qui venerant pedibus suis e Geth, & euntes ad faciem regis. Et dixit rex ad Ethì Getthæum: Vt quid vadis & tu nobiscum? Reuerte, & habita cum rege: quoniã peregrinus es tu; & quoniam transmigrasti tu de loco tuo. Si heri aduenisti; & hodie mouebo te nobiscum: & etiam mutabis rursus locum tuum. Heri exitus tuus: & hodie transmouebo te nobiscum ad eundum. Et ego ibo, quocumque iuero. Reuertere, & reduc fratres tuos tecum: & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem. Et Ethì respondit regi, & dixit: Viuit Dominus, * & viuit dominus meus rex, quod in loco, vbicumq. fuerit dominus meus, etsi ad mortem, etsi ad vitã, quia ibi erit C
seruus tuus. Et dixit rex ad Ethì: Veni, & transcende mecum. Et transiuit Ethì Getthæus, & rex & omnes pueri eius, & omnis turba, quæ cũ eo. Et vniuersa terra plorabat voce magna. Et vniuersus populus præteribãt in torrẽte Cedron. Et rex transcendit torrentẽ Cedron. Et vniuersus populus & rex præteribant ad * faciẽ viæ, quæ desertũ. Et ecce etiã Sadoc, & omnes Leuitæ cũ eo leuantes arcã testamenti Domini de Bæthar. Et statuerunt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, quoadusque cessauit vniuersus populus transire de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc: Reduc arcam Dei in ciuitatem. Si inuenero gratiam in oculis Domini; & reducet me, & ostendet mihi eam, & decorem eius: et, si dixerit sic, Non volui in te; ecce ego sum: faciat mihi iuxta id, quod bonum in oculis suis. Et di- D
xit rex ad Sadoc sacerdotem: Videte: tu reuertis in ciuitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar, duo filij vestri vobiscum. Videte: ego quidem * castra facio in Araboth deserti; quoadusque veniat verbum a vobis ad annunciandum mihi. Et reduxit Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Hierusalẽ: et * sedit ibi. Et Dauid ascendit in ascensione oliuarũ, ascendens, & plorans, & caput adopertus: & ipse ibat discalceatus. Et vniuersus populus, qui cũ eo, adoperuit vir caput suum. Et ascenderunt ascendentes, & plorantes. Et annunciatum est Dauid, dicentes. Et Achitophel in ijs, qui conglobantur cum Abessalom. Et dixit Dauid: Dissipa nunc consiliũ Achitophel Domine Deus E
mi. Et fuit Dauid pergens vsque * Rhos, vbi adorauit illic Deũ. Et ecce in obuiam ei Chusi * princeps amicus Dauid discissus tunicam suam: & terra super caput eius. Et dixit ei Dauid: Siquidem transcenderis mecum; & eris super me in onus. Et si reuerteris in ciuitatẽ; & dices ad Abessalom, * Transierunt fratres tui, & rex de post me transijt pater tuus, Et nunc puer tuus sum o rex, permitte me viuere, puer patris tui eram tunc, & nuper, & nunc ego seruus tuus; & * dissipabis mihi cõsilium Achitophel. Et ecce ibi tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes.

A dotes. Et erit, omne verbum, quodcumque audieris e domo regis, & annuncia bis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus. Ecce ibi cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar. Et mittetis in manu eorum omne verbum, quodcumque audieritis. Et intrauit Chusì amicus Dauid in ciuitatem. Et Abessalom iam ingrediebatur in Hierusalem.

α Equos,] *Sic etiam hebræus. Alij,* ἱππεῖς, equites, *vt vulgata.* β Super manum uiæ portæ.] *Ad verbum ex hebræo. Compl.* ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, super viam portæ. γ Facilia.] εὔκολοι. *Compl.* κατευθύνοντες, directi. δ In terra.] *Compl. addit,* ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, super Israel: *quæ absunt ab hebræo, & vulgata.* ε A fine quadraginta annorum.] *Sic etiam hebræus. Compl.* μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη, post quadraginta annos. *Theodoretus hanc rem narrans, ita inquit,* τεσσάρων διεληλυθότων ἐτῶν, quatuor transactis annis. *& ita etiam Iosephus*
B *7. de Antiq. cap. 9.* ζ Et misit Abessalom ad Achitophel.] *Sic etiam hebræus. Alij,* καὶ ἀπέστειλεν Ἀβεσσαλώμ, καὶ ἐκάλεσε τὸν Ἀχιτόφελ τὸν γαλαμωναῖον, *aut* γελωναῖον, *ut Compl.* Et misit Abessalom, & vocauit Achitophel Galamonæum, *aut,* Gelonæum. η Pedibus suis.] *Compl. addit,* πεζοί, pedites: *& sunt duæ interpretationes: paulo etiam post, vbi in nostra est,* pedibus, πεζῇ, *in aliis est,* πεζοί. θ Et vniuersus.] *Hinc vsq. ad alterum,* Et vniuersus, *absunt ab aliis: & apparet repetitio, & coagmentatio aliarum interpretationum.* ι Et hodie.] *Item & hæc vsque ad alterum,* & hodie. *Theodoretus quidem hunc locum sic refert.* τί πορεύῃ σὺ μεθ' ἡμῶν; ἀνάστρεφε, καὶ κάθισον μετὰ τοῦ βασιλέως, ὅτι ἀλλότριος σὺ, καὶ ὅτι μετῴκησας σὺ ἐκ τοῦ οἴκου σου. εἰ ἐχθὲς παραγέγονας σὺ, καὶ σήμερον κινήσω σε τοῦ πορεύεσθαι μεθ' ἡμῶν; ἐγὼ δὲ πορεύσομαι, οὗ ἐὰν πορεύσομαι. Quid vadis tu nobiscum? redi, & sede cum rege: quoniam alienus es tu, & quia transmigrasti tu de loco tuo. Si heri aduenisti tu; & hodie mouebo te ad eundum mecum? Ego autem ibo, quo iturus sum. κ Et viuit dominus meus rex.] *Sic etiam vulgata. Compl. & Theodoretus,* καὶ ζῇ ἡ ψυχή σου, κύριέ μου βασιλεῦ, & viuit anima tua domine mi rex. λ Et vniuersus populus prætéribant in torrentem Cedron.] τῶν κέδρων. *Ab aliquo libro hæc absunt. Ab*
C *hebræo & vulgata absunt tantum illa,* in torrente Cedron. *In Compl. omnia ista sunt; sed habet,* τοῦ κεδρών, ipsius Cedron. μ Ad faciem viæ, quæ desertum.] *idest quæ spectat desertum: & respondet hebræo & vulgatæ. Compl.* ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τὴν ἔρημον, ad faciem eius in desertum. ν De Bæthar.] *Alij,* ἀπὸ Θαιβάρ, de Thæbar. *A Compl. autem abest, ut a vulgata.* ξ Videte.] *Compl* βλέπε, vide. ο Castra facio.] *Propius ad hebræum, quam quod in Compl.* προσδέχομαι ὑμᾶς, expecto vos. π Sedit.] *Compl.* ἐκάθισαν, sederunt. ρ Dissipa.] διασκέδασον. *Theodoretus habet* ματαίωσον *(quemadmodum etiam Compl.)* redde vanū. *atque addit Aquilam dixisse,* ἀφρόνωσον, redde stultum. σ Rhos.] *Idem refert Aquilam dixisse,* τὴν ἄκραν, summitatem, *vt vulgata. Putat autem hanc ascensionem, idest, cliuum oliuarum fuisse montem illum oliueti, ex quo Dominus ascendit in cælum.* τ Princeps amicus Dauid.] ἀρχιεταῖρος Δαυίδ. *Fortasse sunt duę voces,* ἀρχὶ ἑταῖρος, Archita, amicus, *vt habet Compl. Quinimo suspicari licet illa,* ἑταῖρος Δαυίδ, *huc irrepsisse ex fine capitis. Absunt enim hoc loco a vulgata, & hebræo.* υ Transierunt.] *Hinc vsque ad illud,* puer tuus sum, *absunt a Complut. vt a vulgata.* φ Dissipabis.] *Sic vulgata, & melius, quam quod in Compl.* διασκέδασον, dissipa. χ E domo regis.] *Item istud. Nam Compl. habet tantum,* παρὰ τοῦ βασιλέως, à rege.

D

C A P. XVI.

ET Dauid trāsijt breue quid à Rhos: & ecce Siba puer Memphibosthe in occursum eius; & par asinorum constratorum, & super eos ducenti panes, & centum botri α passi, & centum β palmæ, & Nebel vini. Et dixit rex ad Siba: Quid hæc tibi? Et dixit Siba: Subiugalia domui regis ad insidendum: & panes, & palmulæ in escam pueris, & vinum ad bibendum ijs, qui lassati sunt in deserto. Et dixit rex: Et vbi filius domini tui? Et dixit Siba ad regem: Ecce
E sedet in Hierusalem: quoniam dixit: hodie redire facient ad me domus Israel regnum patris mei. Et dixit rex ad Siba: Ecce tibi omnia, quæcumque sunt Memphibosthe. Et dixit Siba γ adorans: Inueniam gratiam in oculis tuis domine mi rex. Et venit rex Dauid vsque Baurim. Et ecce inde vir egrediebatur de cognatione domus Saul: & nomen ei Semei filius Gera egrediebatur egrediens; & maledicens, & lapidans in lapidibus Dauid, & omnes pueros regis Dauid. Et omnis populus erat, & omnes potētes a dextris, & a sinistris regis. Et sic dicebat Semei in maledicendo eum: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir qui iniquus. Redire fecit super te Dominus omnes sanguines domus

Saul. Quoniam regnasti pro eo; & dedit Dominus regnum in manu Abessalom A
filij tui. Et ecce δ tu in malo tuo; quoniam vir sanguinum tu. Et dixit Abessa filius Saruiæ ad regem: Vt quid maledicit canis mortuus hic dominum meum regem? Transcendam nunc, & auferam caput eius. Et dixit rex: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? Et permittite eum, & sic maledicat: quoniam Dominus dixit ei maledicere Dauid. Et quis dicet, vt quid fecisti sic? Et dixit Dauid ad Abessa, & ad omnes pueros suos: Ecce filius meus, qui egressus est e ventre meo, quærit animam meam: & multo magis nunc filius Iemini. Permittite eum maledicere; quoniam dixit ei Dominus. Si forte inspiciat Dominus in humiliationem meã, & redire faciet mihi bona pro maledictione illius in die hac. Et iuit Dauid, & B
omnes viri eius in via. Et Semei ibat a latere montis iuxta eum vadens, & male dicens, & lapidans in lapidibus ε ex obliquo eius, & puluere aspergens. Et venit rex, & omnis populus cum eo lassati, & respirarunt ibi. Et Abessalom, & omnis vir Israel intrarunt in Hierusalẽ, & Achitophel cum eo. Et factum est quãdo venit Chusì princeps amicus Dauid ad Abessalom; & dixit Chusì ad Abessalom: ζ Viuat rex. Et dixit Abessalom ad Chusì: Hæc est misericordia tua cum amico tuo? Vt quid nõ abijsti cũ amico tuo? Et dixit Chusì ad Abessalom: Nequaquã. Sed post eum, quẽ elegit Dominus, & populus hic, & omnis vir Israel, ei ero, & cũ eo sedebo. Et η secundo, cui ego seruiã? nonne coram filio eius? Sicut seruiui C
corã patre tuo: sic ero corã te. Et dixit Abessalom ad Achitophel: θ Ferte vobis consiliũ, quid facturi simus. Et dixit Achitophel ad Abessalom: Intra ad cõcubinas patris tui: quas reliquit custodire domum eius: & audiet omnis Israel, quia confudisti patrem tuum: & inualescent manus omnium, qui tecum. Et fixerunt tabernaculum ipsi Abessalom super solarium: & intrauit Abessalom ad concubinas patris sui ante oculos vniuersi Israel. Et erat consilium Achitophel, quod consulendo dabat in diebus primis; quemadmodum interroget quis in verbo Dei. Sic omne consilium ipsius Achitophel etiam ipsi Dauid: etiam ipsi Abessalom.

α Centum botri passi.] *Ita hebræus, & respondet vulgatę. Alii,* οἰφὶ σαφίδων, Oephi vuarum passarum. β Palmæ.] *Compl.* καὶ ἑκατὸν παλάθαι, & centum palathæ. *Alii,* καὶ οἰφὶ παλάθων, & Oephi palatharum. *Vulgata*, centum massis palatharum. γ Adorans.] *Compl.* προσκυνῶ, adoro. *Vulgata*, oro vt inueniam. δ Et ecce tu in malo tuo.] *Valde apposite ad hebræum. Compl. autem,* καὶ ἔδειξέ σοι τὴν κακίαν σου, & ostendit tibi malitiam tuam. ε Ex obliquo eius.] *Compl.* ἐπ' αὐτόν, in eum. ζ Viuat rex.] *In Compl. iteratur, vt in hebræo.* η Secundo.] *Respondet hebræo. Latine diceremus*, præterea. θ Ferte vobis.] *Compl.* δότε ἑαυτοῖς date vobis. *Illud autem,* vobis, *redundat: sed est hebraismus.* D

CAP. XVII.

ET dixit Achitophel ad Abessalom: Eligam nunc mihi duodecim millia virorum, & surgam, & persequar post Dauid nocte: & superueniam E
super eum: & ipse laborans, & resolutus manibus: & pauefaciam eum: & fugiet omnis populus, qui cum eo: & percutiã regem prorsus solum & reuerti faciã omnem populum ad te, quemadmodũ α redit spõsa ad virũ suum. Tantummodo animam viri vnius tu β quæris; & vniuerso populo erit pax. Et rectum fuit verbum in oculis Abessalom, & in oculis omnium seniorum Israel. Et dixit Abessalom: Vocate nunc etiam Chusì Arachi, & audiamus quid in ore eius, etiam ipsius. Et intrauit Chusì ad Abessalom. Et dixit

A Abessalom ad eum dicens: Iuxta verbum hoc locutus est Achitophel. Faciemus iuxta verbum eius? Si autem non; tu loquere. Et dixit Chusi ad Abessalom. Non bonum hoc consilium, quod consulendo dedit Achitophel [y] vice hac. Et dixit Chusi: Tu nosti patrem tuum, & viros eius, quia potentes sunt valde, & amari animo suo, tanquã vrsa orbata filijs, [z] & tanquam sus aspera in campo. Et pater tuus vir bellator, & non [a] dissoluet populum. Ecce enim ipse nunc absconditus est in vno [b] collium, vel in vno locorum. Et erit in [c] incidendo eis in principio, & audiet audiens, & dicet: Facta est percusio in populo, qui post Abessalom: & etiam ipse filius virtutis, cuius cor, sicut cor leonis, liquescens

B liquescet: [d] quoniam nouit omnis Israel, quia potens pater tuus, & filij virtutis, qui cum eo. [e] Quoniam sic consulens ego consului; [f] & congregatus congregabitur ad te vniuersus Israel a Dan, & vsque Bersabee, tanquam arena, quæ super mare, in multitudine: & facies tua pergens in medio eorum. Et veniemus ad eum in vnum locorum, vbicumque inuenerimus eum illic, & castrametabimur super eum, sicut cadit ros super terram: & non relinquemus in eo, & viris eius, qui cum eo, etiam vnum. Et si in ciuitatem se collegerit; et sumet omnis Israel erga ciuitatem illam funes, & pertrahemus eam vsque in torrentem; vt non relinquatur ibi neque lapis. Et dixit Abessalom,

C & omnis vir Israel: Bonum consilium Chusi Arachì super consilium Achitophel. Et Dominus mandauit disipare consilium Achitophel bonum; vt induceret Dominus super Abessalom mala omnia. Et dixit Chusi, [h] qui Arachì, ad Sadoc, & Abiathar sacerdotes. Sic, & sic consilium dedit Achitophel ipsi Abessalom, & senioribus Israel: & sic, & sic consilium dedi ego. Et nunc mittite cito, & annunciate Dauid, dicentes: Ne maneas nocte in [i] Araboth deserti: etiam transiens festina; ne forte [k] absorbeat regem, & omnem populum, qui cum eo. Et Ionathan, & Achimaas steterant in fonte Rhogel: & iuit ancilla, & nunciauit eis. Et ipsi vadunt, & annunciant regi Dauid: quia non

D poterant videri ingredi in ciuitatem. Et vidit eos puer, & annunciauit Abessalom. Et iuerunt ambo velociter, & intrarunt in domum viri in Baurim: & ei cisterna in atrio. Et descenderunt illuc. Et sumpsit mulier, & expandit velum super [l] faciem cisternæ, & siccauit super illud [m] Araphoth: & non est agnitum verbum. Et venerunt pueri Abessalom ad mulierem in domum, & dixerunt: Vbi Achimaas, & Ionathan? Et dixit eis mulier: [n] Preterierunt pusillum aquæ, & quæsierunt, & non inuenerunt, & reuerterunt in Hierusalem. Factum est autem, postquam ipsi abierunt; & ascenderunt e cisterna, & iuerunt. Et annunciauerunt regi Dauid, & dixerunt ad Dauid. Surgite, & transite

E velociter aquam: quoniam sic consilium dedit de vobis Achitophel. Et surrexit Dauid, & omnis populus, qui cum eo: & transierunt Iordanem, vsque ad lucem matutinam, vsque ad vnum non latuit, qui non transierit Iordanem. Et Achitophel vidit, quia non est factum consilium suum: & instrauit asinum suũ, & surrexit, & abijt in ciuitatem suã: & mandauit domui suæ, & suffocauit se, & mortuus est; & sepultus est in sepulchro patris sui. Et Dauid transijt in [o] Manaem. Et Abessalom transijt Iordanem ipse, & omnis vir Israel cum eo. Et ipsum Amessai constituit Abessalom pro Ioab super virtutem. Et Amessai filius viri; & nomen eius Iether Iezraelites. Hic intrauit ad Abigæam

filiam ᵉ Naas, sororem Saruiæ matris Ioab. Et castrametatus est omnis Israël, A
& Abessalom in terra Galaad. Et factum est, quando venit Dauid in Manaim,
& Vesbì filius Naas de Rhabbath filiorum Ammon, & Machir filius Amiel de
Lodabar, & Berzelli Galaadites de Rhogellim attulerunt cubilia, tapetia, &
lebetes ᵀ decem, & vasa figuli, & frumenta, & ordea, & farinam, ᵘ polētam,
& fabam, & lentem, & mel, & butyrum, & oues, & ᵠ saphoth boum. Et attulerunt Dauid, & populo, qui cum eo, ad comedendum, quoniam dixit: χ Populus esuriens, & lassatus, & sitiens in deserto.

B

α Redit.] *Compl.* ἐπιστρέψει, redibit. *Hæc autem comparatio non est in hebræo, neque in vulgata.* β Quæris.] *Ita etiam vulgata. Compl.* ἐκζητεῖς, exquires. γ Vice hac.] τί ἅπαξ τοῦτο. *& sic vulgata. Compl.* νυνὶ ταύτην, nunc istud. δ Et tanquam sus aspera.] *Abest hoc a Compl vt a vulgata.* ε Non dissoluet populum.] οὐ μὴ καταλύσῃ, *Compl.* οὐ καταπαύσει, non sinet quiescere. *Sed vulgata,* nec morabitur cum populo. ζ Collium.] *Compl.* αὐλώνων, vallium. *Vulgata,* in foueis. η In incidendo eis.] ἐν τῷ ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς, *& videtur hoc significare, cum tui inciderint in ea loca occupata a David, aut in ipsum Dauid, & eius milites. Ex Hebræo aliqui vertunt,* secundum cadere in eis, *quod potest idem valere, aut,* prout ex eis quispiam ceciderit: *quod respondet vulgata. Et Compl.* ἐν τῷ ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς, in cadendo eos. θ Quoniam nouit.] *Totus hic locus propius accedit ad hebræum in nostra, & in alijs, quàm in Compl. licet in illa videatur oratio magis fluere, vt hic. Nam habet* ὅτι γινώσκει, quoniam cognoscet. ι Quoniam.] *Item hoc. significat autem, vt etiam in hebræo,* Sed hoc ego consilij dederim. *Alii non habent istud* Quoniam, *& Cōpl. habet tantū* οὕτως συμβουλεύω ἐγώ, Sic consulo ego. κ Et congregatus.] *Illud, &, abest a Compl.* λ Qui Arachi.] ὁ τοῦ Ἀραχί. *Abest a Compl. & a vulgata.* μ In Araboth] *idest,* in campestribus, *vt vulgata. Compl.* κατὰ δυσμάς in occidente, *aut,* in locis demissis. ν Absorbeat.] καταπίῃ, *aut* καταπίνῃ, *vt in aliis, quod est vsitatius. Compl.* ὅπως μὴ καταποθῇ ὁ βασιλεὺς, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὁ μετ᾽ αὐτοῦ, vt non absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo. ξ Faciem.] *Sic hebræus. Compl.* ἐπὶ τοῦ στόματος super os, *vt vulgata.* ο Araphoth.] *Est ipsa dictio hebræa, quam Chaldæus vertit,* frumenta contusa. *Vulgata,* ptisanas. *Compl. habet,* palathas. π Prætereunt pusillum aquæ.] *Sic fere hebræus: & multi putant significari vadum aquæ. Complutensis,* παρῆλθον γευσάμενοι μικρὸν τοῦ ὕδατος, transierunt gustata paululum aqua, *vt vulgata.* ρ Manaim.] *Theodotio.* παρεμβολαί, castra: *& sic Compl. Quæ varietas superius etiam notata est. Sed non desunt, qui hic putent significari certum locum, quod videtur colligi ex cap. sequenti. Sed 3. reg. 3. ubi narrantur cædes Semei est,* εἰς παρεμβολάς. σ Naas.] *Ita hebræus & uulgata. Compl. autem* Ἰεσσαί Iessæ. τ Decem.] *Abest a Compl. & hebræo.* υ Polentam.] *retinuimus uocabulum vulgatæ, Græce est,* ἄλφιτον. *Compl. non habet hic, sed post fabam, & lentem habet,* ἄλφιτα. *Hebræus vtroque loco.* φ Saphoth] *Hanc hebraicam dictionē multi uertunt,* coagulationes, *idest,* caseos, *vt Chaldæus. Compl.* γαλαθηνὰ μοσχάρια, lactentes vitulos, *& vulgata,* pingues vitulos. χ Quoniam dixit: Populus.] *Alii,* ὅτι ἦν ὁ λαός, quoniam erat populus. *Complut.* ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾶν, quoniam dicebant populum esurire. *Illud,* dicebant, *satis conuenit. Cætera habent in hebræo, ut in nostra.*

C A P. XVIII.

ET recognouit Dauid populum, qui cum eo: & super eos constituit Chiliarchos, & centuriones. Et misit Dauid populum, tertiam partem in manu Ioab: & tertiam in manu Abessa filij Saruiæ, fratris Ioab: & tertiam in manu Ethi Getthæi. Et dixit Dauid ad populum: Exiens exibo E
etiam ego vobiscum. Et dixerūt: Non exibis. Quoniam si fuga fugerimus; non ponent super nos cor: & si mortui fuerimus dimidium nostri; non ponent super nos cor: ᵃ quia tu, sicut nos decē millia. Et nunc bonū, quod sis nobis in ciuitate auxiliū ad auxiliandū. Et dixit ad eos rex: Quodcūq. placuerit in oculis vestris faciā. Et stetit rex ad ᵇ manū portæ. Et omnis populus egrediebatur in centurijs & in millibus, & mandauit rex ipsi Ioab, & Abessa, & Ethi, dicens: Parcite, mihi, puero Abessalom. Et vniuersus populus audiuit mandantē regē omnibus prin-

A principibus pro Abessalom. Et exijt vniuersus populus in y syluam ex aduerso Israel. Et factum est prælium in sylua Ephræm. Et cecidit ibi populus Israel coram pueris Dauid: & facta est plaga magna in die illa, z viginti millia virorum. Et factum est ibi prælium dispersum super faciem vniuersæ a terræ. Et multiplicauit sylua deuorare è populo, super eos, quos deuorauerat in populo gladius die illa. Et occurrit Abessalom coram pueris Dauid. Et Abessalom inscẽderat super mulam suam. Et intrauit mula subter ζ densitatem quercus magnæ: & circumplicatum est caput eius in quercu: & pependit inter cælum, & inter terram: & mula subter eum præterijt. Et vidit vir vnus, & adnunciauit ipsi Ioab, & dixit: Ecce vidi Abessalom pendentem in quercu.
B Et dixit Ioab viro annuncianti sibi: Et ecce vidisti: Quid, quod non percusisti eum illic in terram; & ego dedissem tibi a decem argenti, & balthæum vnũ? Dixit autem vir ad Ioab: Et b ego quidem appendo in manibus meis mille siclos argenti, non inijciã manũ meam super filiũ regis: quoniã in auribus nostris mãdauit rex tibi, & Abessa, & Ethi, dicens: Custodite mihi puerũ Abessalom, c non faciendo in animã eius iniuriã. Et omne verbum non latebit a rege, & tu stares ex aduerso. Et dixit Ioab: x Hoc ego aggrediar: nõ sic manebo coram te. Et sumpsit Ioab tria spicula in manu sua: & infixit ea in corde Abessalom, adhuc illo viuente in corde quercus. Et circumierunt de-
C cem pueri portantes vasa Ioab, & percusserunt Abessalom, & interfecerunt eũ. Et cecinit Ioab in cornea: & reuertit populus non persequendo post Israel: quoniam pepercit Ioab populo. Et λ sumpsit Abessalom, & proiecit eum in hiatum magnum in sylua, μ in foueam magnam: & statuit super eum, aceruum lapidum magnum valde. Et omnis Israel fugit vir in tabernaculum suum. Et Abessalom adhuc viuens tulerat, & statuerat sibi titulum (in quo assumptus est, e & statuerat illum, capere titulum) qui in valle regis: quoniam dixit: Quia non est ξ ei filius, vt memoretur nomen eius. Et vocauit a titulum Manus Abessalom vsque in diem hanc. Et Achimaas filius Sadoc dixit:
D Curram nunc, & euangelizabo regi; quoniam iudicauit Dominus de manu inimicorum eius. Et dixit ei Ioab: Non vir euangelij tu in die hac: & euangelizabis in die alia: in die autem hac non euangelizabis; propterea quod filius regis mortuus est. Et dixit Ioab ad Chusì: Ambulans annuncia regi, quæcumque vidisti. Et adorauit Chusi Ioab, et exijt. Et adiecit adhuc Achimaas filius Sadoc, & dixit ad Ioab: Et π esto, quia curram etiam ego post Chusi. Et dixit Ioab: Vt quid tu hoc curris fili mi? Veni: non est tibi euangelium, ad vtilitatem eunti. Et dixit: Quid enim, si cucurrero? Et dixit ei Ioab: Curre. Et cucurrit Achimaas, viam quæ Cechar, & prætergres-
E sus est Chusi. Et Dauid sedebat inter duas portas. Et iuit speculator in solarium portæ ad murum: & eleuauit oculos suos, & vidit: & ecce vir currens solus in conspectu eius. Et exclamauit speculator, & annunciauit regi. Et dixit rex: Si solus est; euangelia in ore eius. Et pergebat pergens, & appropinquans. Et vidit speculator virum alium currentem. Et exclamauit speculator ad portam, & dixit: Et ecce vir alius currens solus. Et dixit rex: Etiam iste euangelizans. Et dixit speculator: Ego video cursum primi, tanquam cursum Achimaas filij Sadoc. Et dixit rex: Vir bonus iste, etiam ad Euan-

gelium bonum veniet. Et clamauit Achimaas,& dixit ad regem: Pax. Et ado- A
rauit regem super faciem suam in terram, & dixit: Benedictus Dominus Deus
tuus, qui conclusit viros, qui extulerant manum suam in dominum meum re-
gem. Et dixit rex: Pax puero Abessalom? Et dixit Achimaas: Vidi multi-
tudinem ρ magnam in mittendo seruum regis Ioab, & σ seruum tuum: & non
noui, quid illic. Et dixit rex: τ Conuerte te: sta hic. Et conuertit se, & stetit.
Et ecce Chusi aduenit, & dixit regi: Euangelizetur dominus meus rex; quo-
niam iudicauit tibi Dominus hodie de manu omnium insurgentium super te.
Et dixit rex ad Chusi: Si pax puero Abessalom? Et dixit Chusi: Fiant, sicut puer
inimici domini mei regis, & omnes quicumque insurrexerunt super eum in ma- B
la. Et turbatus est rex: & ascendit in cænaculum portæ, & plorauit, & sic dixit,
dum υ ipse iret. Fili mi Abessalom: fili mi, fili mi Abessalom, quis dederit φ mor-
tem meam pro tua? Ego pro te Abessalom, fili mi, fili mi.

α Quia tu, sicut nos decem millia.] *σὺ ὡς ἡμεῖς δέκα χιλιάδες, sic videtur legisse Int. Theodoreti q. 34. Sed in græcis eius codicibus sic proponitur quæstio. Quid est,* καὶ νῦν ἀφαιρεθήσεται ἐξ ἡμῶν ἡ γῆ δέκα χιλιάσι, & nunc auferetur è nobis terra decem millibus, *perinde ac dicat, non tantum calamitatis esset, si terra priuaretur decem millibus hominum, quales nos sumus; quantum si te vno. Putat enim Theodoretus idem istis verbis significari atque illis Symmachi,* καὶ σὺ ὡς ἡμεῖς δέκα χιλιάσι & tu, sicut nos decem millibus. *tantumdem vales tu vnus, ac decem millia nostrum.* β Manum.] *Sic hebræus. Compl.* παρὰ τὸ κλίτος, iuxta latus. γ Syluam.] *Compl.* πεδίον, campum, *vt vulgata.* δ Viginti millia.] *Respondet hebræo. Compl.* καὶ πίπτουσιν εἴκοσι χιλιάδες, & cadunt viginti millia. ε Terræ.] *Sic vulgata ex hebræo. Compl.* τοῦ δρυμοῦ, syluæ. ζ Subter densitatem quercus magnæ.] *Ad verbum ex hebræo Compl.* ὑπὸ φυτὸν δένδρου μέγα, sub plantam arboris magnã. η Decem.] *Compl addit,* σίκλους, siclos. *quemadmodum & vulgata.* θ Et ego quidem appendo.] καὶ ἐγώ εἰμι ἱστῶ. *Alius liber,* ἐὰν ἐγώ εἰμι ἱστῶ, si ego ipse appenderem: *& si coniungatur,* καὶ ἐὰν, *videri potest respondere omnino hebræo, & Chaldæo. In alijs est,* καὶ ἐὰν σὺ παρέσχες, *aut* παρέστησας σύ, & si tu exhiberes, *aut*, appenderes, *vt vulgata.* ι Non faciendo in animam eius iniuriam.] μὴ ποιῆσαι ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἄδικον. *Compl.* καὶ πῶς ποιήσω ἐν τῇ ψυχῇ μου ἄδικον. Et quomodo faciam in animam meam iniustum: *quod propius accedit ad vulgatam.* κ Hoc ego aggrediar: non sic manebo coram te.] *Complutens.* διὰ τοῦτο ἐγὼ ἄρξομαι ἐνώπιόν σου. Propter hoc ego aggredior coram te. *Ab hebræo potius abest illud,* hoc ego aggrediar. λ Et sumpsit Abessalom.] *Alij,* καὶ ἔλαβεν ἰωὰβ τὸν ἀβεσσαλώμ, & tulit Ioab Abessalom. *Sed vulgata ex hebræo,* Et tulerũt Abessalom. μ In foueam magnam.] *Absunt hæc ab aliquot libris, licet non à Compl. Et* εἰς μέγα χάσμα, *&* εἰς βόθυνον τὸν μέγαν *videri possunt duæ interpretationes.* ν Et statuerat illi capere titulum.] *Absunt ista ab aliquot libris. A Compl autem illud præterea, quod proxime antecedit,* in quo assumptus est. *Et certe nihil est in hebræo, aut vulgata, quod illis respondeat.* ξ Et filius, vt memoretur nomen eius.] *Compl* μοι υἱὸς ἵνα ἀναμιμνήσκηται τὸ ὄνομά μου. mihi filius, vt memoretur nomen meum: *quod respondet vulgatæ.* ο Titulum.] *In alijs hæc sequuntur,* ὅτι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσεν (*Compl.* ἐπεκάλεσαν) αὐτήν, in nomine suo. Et vocauit (*Compl* cognominauerunt) illum. π Et esto, quia.] *Propius ad hebræum, quam quod in Compl.* καὶ τί ἔσται ἐὰν δράμω, & quid erit, si cucurrero. ρ Magnam.] *Compl. addit,* δὲ ὁ, μεγάλου, sed tamen: *quod tamen abest à vulgata, & hebræo.* σ Et seruum tuum.] *Complut* καὶ με τὸν δοῦλόν σου & me seruum tuum: *quod quidem, me, exprimit etiam vulgata: licet in hebræo non sit, sed cogitatione supplendum.* τ Cõuerte.] *non discrepat ab hebræo, & Chaldæo. Iubet enim rex, vt se erigat, conferatq se ad certum locum. Compl* παρέλθε, transi, *vt vulgata, & paulo post,* καὶ παρῆλθε, & transijt. υ Dum ipse iret.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. Compl.* ἐν τῷ κλαίειν αὐτόν, dum ipse ploraret. φ Mortem meam pro tua? Ego pro te.] *Complut. habet tantũ,* μοι θάνατον ἀντὶ σοῦ, mihi mortem pro te?

CAP. XIX. E

ET annunciatum est Ioab, dicentes: Ecce rex plorat, & luget super Abes-
salom. Et facta est salus in die illa in luctum omni populo: quoniam au
diuit populus in die illa, dicens, quia tristatur rex super filium suum. Et
suffuratus est se populus in die illa ab intrando in ciuitatem; sicut suffuratur se
populus, qui confunduntur in fugiendo ipsos in prælio. Et rex abscondit fa-
ciem suam. Et vociferatus est rex voce magna, dicens: Fili mi Abessalom, Abes-
salom fili α mi. Et intrauit Ioab ad regem in domum, & dixit: Confudisti ho
die

A die facies omniũ seruorũ tuorũ, qui eripuerunt te hodie, & animã filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & concubinarum tuarum diligendo eos, qui oderunt te, & odiendo eos, qui diligunt te. Et annunciasti hodie, quia [β] non sunt principes tui, neque pueri. Quoniam noui hodie, quia si Abessalom viueret, [γ] omnes nos hodie mortui; quia tunc rectum erat in oculis tuis. Et nunc surgens egredere, & loquere ad cor seruorum tuorum: quoniam in Domino [δ] iuraui, quia nisi egrediaris hodie, si manebit vir tecum nocte hac. Et scito tibi, [ε] & malum tibi hoc super omne malum, quod superuenit tibi a iuuentute tua vsque nunc. Et surrexit rex, & sedit in porta. Et [ζ] vniuersus populus annunciauerunt, dicentes: Ecce rex sedet in porta. Et intrauit vniuersus populus ad faciem regis ad portam. Et Israel fugit, vir ad tabernacula sua. Et erat omnis populus concertans in omnibus tribubus Israel, dicentes: Rex Dauid eripuit nos ab omnibus inimicis nostris, & ipse eripuit nos de manu alienigenarum. Et nunc fugit de terra, & [a] de regno suo, & ab Abessalom. Et Abessalom, quem vnxeramus super nos, mortuus est in prælio. Et nunc vt quid vos siletis ad reuocandum regem? Et verbum vniuersi Israel venit ad regem. Et rex Dauid misit ad Sadoc, & ad Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad seniores Iuda, dicentes: Vt quid estis vltimi ad reducendum regem in domum suam?

C Et verbum vniuersi Israel venit ad regem in domum eius. Fratres mei vos, ossa mea, & carnes meæ vos. Vt quid estis vltimi ad reducendum regem in domum suam? Et ad Amessai dicetis: Nonne os meum, & caro mea tu? Et nunc hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; si non princeps virtutis fueris coram me omnibus diebus pro Ioab. Et inclinauit cor omnis viri Iuda, tanquam viri vnius. Et miserunt ad regem, dicentes: Reuertere tu, & omnes serui tui. Et reuertit rex, & venit vsque ad Iordanem. Et viri Iuda venerunt in Galgala ad eundum in occursum regis, ad traducendum regem Iordanem. Et festinauit Semei filius Gera filij Iemini de Baurim, & descendit cum viro Iuda in occursum regis Dauid:

D Et mille viri cum eo de Beniamin. Et Siba puer domus Saul, & quindecim filij eius cum eo, & viginti serui eius cum eo. Et [β] direxerunt Iordanem ante regem: & ministrarunt ministerium ad traducendum regem. Et transijt [γ] transitus ad erigendam domũ regis, & ad faciendum, quod rectum in oculis eius. Et Semei filius Gera cecidit super faciem suam coram rege, transeunte illo Iordanem. Et dixit ad regem: Ne nunc imputet dominus meus iniquitatem, & ne recorderis, quæcumque iniuste fecit puer tuus in die, qua dominus meus egrediebatur e Hierusalem, ita vt ponat rex in corde suo. Quoniam [δ] cognouit seruus tuus, quia ego peccaui: & ecce ego veni hodie prior [λ] vniuerso Israel, e

E domo Ioseph, vt descenderem in occursum domini mei regis. Et respondit Abessae filius Saruiæ, & dixit: Núquid pro hoc nõ interficietur Semei; quia maledixit Christũ Domini? Et dixit Dauid: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ; quia estis mihi hodie in aduersariũ? Hodie nõ tradetur morti vllus vir de Israel, quoniã nonne noui, si hodie regno ego super Israel? Et dixit rex ad Semei: Non morieris. Et iurauit ei rex. Et Memphiboste filius filij Saul, descendit in occursum regis. Et non curauerat pedes suos: [μ] neque fecerat vngues, neque fecerat labrum suum: & vestimenta sua non lauerat a die, qua abijt rex, vsque ad diem, qua ipse aduenit in pace. Et factum est, quando intrauit in Hierusalem in occursum

ſum regis;&dixit ei rex:Quid,quod non iuiſti mecum Memphiboſthe?Et dixit A
ad eum Memphiboſthe: Domine mi rex,ſeruus meus decepit me. Quoniã dixit puer tuus ei, insterne mihi aſinam, & aſcendam ſuper eam,& ibo cum rege: quoniam claudus ſeruus tuus. Et * fallaciter egit in ſeruo tuo ad dominum meum regem. Et dominus meus rex, ſicut angelus Dei: ξ & fac,quod bonum in oculis tuis: quoniam non erat vniuerſa domus patris mei, niſi viri mortis domino meo regi.& poſuiſti ſeruum tuum in ijs,qui comedunt menſam tuam.Et quæ eſt mihi vltra iuſtificatio, & vt ego vociferer vltra ad regem? Et dixit ei rex: Vt quid loqueris vltra ſermones tuos?Dixi:tu,& Siba diuidite agrum. Et
dixit Memphiboſthe ad regem: Etiã omnia accipiat;poſtquam aduenit domi B
nus meus rex in pace in domum ſuam. Et Berzelli Galaadites deſcenderat de Rhogellim: & tranſierat cum rege Iordanem, ad tranſmittendum eum Iordanem. Et Berzelli vir ſenior valde, filius octoginta annorum;& ipſe aluerat regem,cum ille habitaret in Manaim:quoniam vir magnus erat valde. Et dixit rex ad Berzelli: Tu tranſibis mecum; & nutriam ſenectutem tuam mecum in Hieruſalem. Et dixit Berzelli ad regem: Quot dies annorum vitæ meæ; quia aſcendam cum rege in Hieruſalem? Filius octoginta annorum ego ſum hodie. Nunquid cognoſcam inter bonum & malum?Nunquid guſtabit ſeruus tuus vl
tra,quid comedam, aut bibam? Aut audiam vltra vocem cantorum,& canta- C
tricum? Et vt quid erit vltra ſeruus tuus in onus ſuper dominum meum regem? Parum tranſibit ſeruus tuus Iordanem cum rege: & vt quid retribuit mihi rex retributionem hanc? Sedeat nunc ſeruus tuus: & moriar in ciuitate mea apud ſepulchrum patris mei, & matris meæ.Et ecce ſeruus tuus * Chamaam tranſibit cum domino meo rege:& fac ei,quod bonum in oculis tuis. Et dixit rex: Mecum tranſeat Chamaam:& ego faciam ei quod bonum in oculis * meis: & omnia, quæcumque elegerit in me,faciam ei. Et tranſiuit vniuerſus populus Iordanem: & rex * tranſiuit: & deoſculatus eſt rex ipſum Berzelli,& benedixit
eum:& reuertit in locum ſuum.Et tranſiuit rex in Galgala, & Chamaam tranſi- D
uit cum eo. Et vniuerſus populus Iuda * tranſeuntes cum rege,atque etiam dimidium populi Iſrael. Et ecce omnis vir Iſrael aduenerunt ad regem. Et dixit ad regem: Quid,quod furati ſunt te fratres noſtri, vir Iuda,& tranſmiſerunt regem,& domum eius Iordanem,& omnes viri Dauid cum eo? Et reſpondit omnis vir Iuda ad virum Iſrael,& dixerunt:eo quod appropinquat ad me rex. Et vt quid ita indignatus es de verbo hoc? Nunquid comeſtione comedimus ex rege? Aut munus dedit? * Aut tributum ſuſtulit nobis? Et reſpondit vir Iſrael viro Iuda, & dixit: Decem manus mihi in rege: & * primogenitus
ego, quàm tu: etiam in ipſo Dauid ſum ſuper te. Et vt quid hoc iniuriam in- E
tuliſti mihi,& non eſt reputatum verbum meum primum mihi a Iuda ad reducendum regem mihi? Et durum fuit verbum viri Iuda ſuper verbum viri Iſrael.

α Fili mi.] *In Compl repetitur adhuc,vt in hebræo, ſed non in vulgata,* τέκνον ἐμὸν, fili mi. β Quia non ſunt principes tui.] *ὅτι οὐκ εἰσὶν οἱ ἄρχοντές σου, Atque idem putandum eſt ſignificare,quod eſt in alijs,* ὅτι οὐκ εἰσίν σου οἱ ἄρχοντες, *aut* οὐ ἄρχοντες, *ideſt,principes non eſſe tuos,non tibi eſſe curæ.* γ Omnes nos.] *In aliis,* καὶ πάντες ἡμεῖς σήμερον νεκροὶ, & omnes nos hodie mortui, *ad verbum ex hebræo Compl.autem,* καὶ πάντες ἂν ἡμεῖς ἀπεθνήσκομεν, & omnes nos mortui eſſemus. δ Iuraui.] *Sic hebręus,& vulgata,*iuro.*Compl.autem,* ὀμωμόκασιν, iurarunt. ε Et malum.] *Ita etiam hebręus: ſed ab ipſo abſunt verba proxime præcedentia.* Et ſcito tibi: *quę tamen habentur in omnibus collatis codicibus:ſed in quibuſdam eſt,* ὅτι κακὸν, quia malum.

in qui-

A *in quibusdam* ὅτι χεῖρόν σοι ἔσται τοῦτο ἐκ πάντων τῶν κακῶν τῶν ἐπελθόντων ἐπὶ σέ, quoniam peius erit tibi hoc ex omnibus malis, quæ ingruerunt super te. ζ Vniuersus populus.] *Compl* καὶ ἀπηγγέλη παντὶ τῷ λαῷ λεγόντων, & nunciatum est omni populo, dicentibus. η Et de regno suo, & ab Abessalom.] *Hoc totum abest a Compl. Vulgata autem habet ex hebræo*, propter Absalom. θ Direxerunt Iordanem.] *est locutio respondens hebræo. & hoc sibi vult*, prospere traiecerunt Iordanem. *Compl. habet*, ἐπὶ τὸν ἰορδάνην, in Iordanē. ι Transitus.] ἡ διάβασις: *& fortasse hoc loco significat* scapha, *aut simile quiddam nauigium aptum ad trāsmittendum: quod respondet hebræo. Alij interpretantur*, & traiectum est vadum. κ Cognouit seruus tuus] *Sic hebræus. Compl. autem*, ἔγνων ἐγὼ ὁ δοῦλός σου, cognoui ego seruus tuus. λ Vniuerso Israel, & domo Ioseph.] *Compl habet tantum*, παντὸς τοῦ οἴκου ἰωσήφ, *& vulgata*, de omni domo Ioseph. μ Neque fecerat vngues.] οὐδὲ ὠνυχίσατο, *Abest a Compl. vt a vulgata. Vsi autem sumus verbo faciendi, vt responderet sequenti*, neque fecerat labiū: *& significat aptare, & concinnare.* ν Fallaciter egit in seruo tuo.] μεθώδευσεν ἐν τῷ δούλῳ σου, *Compl.* κατηγόρησε τοῦ δούλου σου, accusauit seruum tuum: *quod respondet vulgatæ.*
ξ Et fac, quod bonum in oculis tuis.] *Optime ad hebræum. Compl. autem*, ἐποίησεν καλὸν ἐνώπιον θεοῦ. fecit
B bonum in conspectu Dei. ο Chamaan.] *Compl. addit*, ὁ υἱός μου, filius meus: *quod tamen abest ab hebræo & vulgata.* π Meis.] *Locutiones ipsæ aptissime respondent hebræo. Sed in illo est*, oculis tuis, & omne, quod elegeris super me, faciam tibi. *Compl.* ἐνώπιόν σου, καὶ ὃ ἂν ἐπιτάξῃς μοι, ποιήσω σοι, coram te: & quodcumq. constitueris mihi, faciam tibi ρ Transiuit.] *Et hoc ex hebræo. Compl. autem* ἐπέστρεψε, restituit. σ Transeūtes cum rege.] *Compl.* διεβίβασαν αὐτόν, traduxerunt eū. τ Aut tributū sustulit nobis.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata.* υ Et primogenitus ego, quàm tu.] *Absunt a Compl. & vulgata, Sed agnoscuntur a Theodoreto q. 38.* φ Aluda.] *Non est in Compl. neque in vulgata.*

CAP. XX.

ET tibi α aduocatus, filius iniquus: & nomen ei Sabee filius Bochori, vir
C Iemini. Et clanxit cornea, & dixit: Non est nobis pars in Dauid, neq.
hæreditas nobis in filio Iessæ. β Vir ad tabernacula tua Israel. Et ascendit omnis vir Israel a post Dauid post Sabee filiū Bochori. Et vir Iuda adhæsit regi suo, a Iordane & vsque Hierusalem. Et intrauit Dauid in domum suam in Hierusalem: & sumpsit rex decem illas mulieres concubinas, quas reliquerat custodire domum: & dedit eas in domo custodiæ, & nutriuit eas: & ad eas non intrauit. Et fuerunt detentæ vsque ad diem mortis suæ, viduæ viuentes. Et dixit rex ad Amessai: Clama mihi virum Iuda tribus diebus: tu autem hic sta. Et iuit Amessai ad clamandum Iudam: & tardauit a tempore, quo constituerat ei
D Dauid. Et dixit Dauid ad Amessai: Nunc malefaciet nobis Sabee filius γ Bochori. Et nunc tu sume tecum pueros domini tui, & persequere post eum: ne forte inueniat sibi ciuitates munitas, & teget oculos nostros. Et exierunt post eum δ Abessai, & viri Ioab, & Cherethi, & Pheleti, & omnes potentes: & exierunt e Hierusalem ad persequendum post Sabee filium Bochori. Et ipse apud lapidem magnū, qui in Gabaon. Et Amessai intrauit ante eos. Et Ioab indutus mantellum, vestimentum suum, & super illud accinctus gladio ε coniuncto super lumbum suum in vagina eius. Et gladius exiuit: & ζ ipse exiuit, & irruit. Et dixit Ioab ad Amessai: Si vales tu frater? Et tenuit manus dextera Ioab barbam Amessai ad osculandum illum. Et Amessai non obseruarat gladium, qui
E in manu Ioab. Et percussit illum in ipso Ioab in inguinem: & effusus est venter eius in terram: & non iterauit ei; & mortuus est. Et Ioab, & Abessai frater eius persequutus est post Sabee filium Bechori. Et vir stetit super eum de pueris Ioab, & dixit: η Quis volens Ioab, & quis ipsius Dauid post Ioab? Et Amessai θ conspersus in sanguine in medio semitæ. Et vidit vir, quia subsistebat omnis populus, & transtulit Amessai e semita in agrum, & iniecit super eum vestem; secundum quod viderat omnem, qui veniebat super eum, subsistere. Postquam autem declinauit de via; præterijt omnis vir Israel post Ioab ad persequendum

post

post Sabee filium Bochori. Et transijt in omnibus tribubus Israel in Abel, & in Bethmaca, & ι omnes in Chairi. Et congregati sunt, & venerunt post eum. Et aduenerunt, & obsederunt super eum in Abel, & in κ Phermachà. Et effuderunt aggerem erga ciuitatem: Et stetit in antemurali. Et omnis populus, qui cum Ioab, cogitauerunt deijcere murum. Et clamauit mulier sapiens de muro, & dixit: Audite, audite. Dicite nunc ad Ioab: Appropinqua vsque huc: & loquar ad eum. Et appropinquauit ad eam. Et dixit mulier: Si tu es Ioab? At ille dixit: Ego. Dixit autem ad eum: Audi verba seruæ tuæ. Et dixit Ioab: Audio equidem. Et dixit dicens: Verbum locuti sunt in primis, dicentes: λ Interrogando interrogatus est in Abel, et in Dan, si defecerunt, quæ posuerunt fideles Israel. Interrogantes interrogabunt in Abel, & ita, si defecerunt. Ego sum pacifica de firmamentis Israel. Tu autem quæris mortificare ciuitatem, & Metropolim in Israel. Vt quid demergis hæreditatem Domini? Et respondit Ioab, & dixit: Propitius mihi, propitius mihi, si demergam, & si corrumpam. Non sic verbum: Quia vir de monte Ephræm, Sabee filius Bochori nomen eius, & eleuauit manũ suã super regem Dauid. Date eum mihi solum: & abibo desuper ciuitate. Et dixit mulier ad Ioab: Ecce caput eius iacietur ad te per murum. Et intrauit mulier ad vniuersum populum, & locuta est ad vniuersam ciuitatẽ in sapientia sua. Et μ abstulit caput Sabee filij Bochori, & abstulit, & iecit ad Ioab. Et clanxit in cornea. Et dispersi sunt a ciuitate ν ab eo vir in tabernacula sua. Et Ioab reuertit in Hierusalem ad regem. Et Ioab ξ ad omnem virtutem Israel: Et Banæas filius Iodae ο super Cherethì, & super Phelethì: Et Adoniram super tributum. Et Iosaphat filius Achiluth π commonefaciẽs: Et Susa scriba: Et Sadoc, & Abiathar sacerdotes. Et etiam ρ Iras, qui Iarin, erat sacerdos ipsi Dauid.

α Aduocatus.] *Compl.* ἀπολώντα ἀνὴρ υἱὸς λοιμὸς, occurrit vir, filius pestilens. β Vir ad tabernacula tua Israel.] *Ita hebræus, nisi quod habet,* sua: *ac tamen uulgata*, reuertere in tabernacula tua Israel. *Compl. autem,* πορευσώμεθα ἕκαστος εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ ἰσραήλ, eamus vnusquisque in tabernacula sua Israel. γ Bochori] *In aliis additur,* ὑπὲρ ἀβεσσαλώμ, *quod in uulgata,* magis, quam Absalom. δ Abessai, &c.] *Abest à Compl. & uulgata.* ε Coniuncto] *Sic hebræus, & uulg.* dependente. *Compl.* ἀμφήκει, ancipiti. ζ Et ipse exiuit.] *Hæc absunt à multis, ab hebræo autem potius illud, quod antecessit,* Et gladius exiuit. *Videtur autem horum uerborum eadem esse sententia, atq. ea, quam præsefert uulgata, nimirum tantum fuisse gladij agilitatem, ut simul egrederetur, & feriret.* η Quis volens Ioab, & quis ipsius Dauid.] *Huius item loci sententiæ, quæ eadem fere modo exponitur in hebræo, in uulgata sic explanatur.* Ecce qui voluit esse pro Ioab comes Dauid. *Complutensis autem ita interpungit, ut aliam sententiam præ se ferat. Sed tamen, quod pro,* τοῦ δαυὶδ, *habet,* τῷ δαυίδ, ipsi Dauid, respondet hebræo. θ Conspersus.] *Alii,* τεθνηκὼς πεφυρμένος, mortuus conspersus. *Sed illud,* mortuus, *non est in hebræo.* ι Et omnes in Charri, & congregati sunt.] καὶ πάντες ἐν χαῤῥί. *Alii,* καὶ πάντες. *Pro his in Compl. est,* καὶ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐξεκκλησιάσθησαν & omnes ciuitates congregatæ sunt. *Et in aliquo libro vtrumque coniungitur. Hebræus habet,* & omnia Berim & congregati sunt. *Et multi supplent,* omnia loca Berim. *Vulgata autem,* omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. κ Phermacha.] *Compl.* Bæthmaacà, *vt paulo superius etiam nostra.* λ Interrogãdo interrogatus est.] *Pro his vsque ad illud,* Ego sum pacifica, *quæ certe vidẽtur ex pluribus interpretationibus coagmentata, neq. eodem prorsus modo in codicibus legantur, Compl. habet hæc tantum,* ἐρωτῶντες ἐρωτήσουσιν ἐν ἀβὲλ, καὶ οὕτως ἐξέλιπον. interrogantes interrogabunt in Abel, & sic deficient. *In codice Theodoreti vno proponitur quæstio his verbis,* Quomodo intelligendum, εἰ ἐξέλιπον, ἃ διέθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ ἰσραήλ, si defecerunt, quæ disposuerunt fideles ipsi Israel, *idest, nunquid abrogatæ sunt leges à legislatoribus impositæ ipsi Israeli de iure pacis, & belli, de mittenda legatione ad res repetendas, antequam inferatur bellum? Ita enim explanat Theodoretus, ac statim subiungit, ita vt nihil videatur interiectum intermedium,* ἐγὼ δέ εἰμι εἰρηνικὰ, ego autem sum pacifica, *idest colo pacem, & sum vna ex præcipuis ciuitatibus. Quare nihil causæ est, cur mihi bellum inferas. In codice autem alio, sicut etiam apud Interpretem, sequitur alia quæstio, ad hæc verba,* καὶ ἐρωτώμενος ἠρωτήθη ἐν ἀβὲλ, καὶ ἐν δὰν, εἰ ἐξέλιπεν ἃ ἐξέθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ ἰσραήλ. *atque eadem fere affertur explanatio: atque ibi etiam statim adiungitur,* ἐγὼ δέ εἰμι εἰρηνικά. μ Et abstulit.] *Alii,* καὶ ἀφαιρεῖ τὴν κεφαλὴν σαβεὲ υἱοῦ βοχορὶ, καὶ ῥίπτει, & au-

A & auferunt caput Sabeæ filij Bochori,& iaciunt. ν Ab eo.] *Istud, ἀπ' αὐτῶν, abest à Complut.* ξ Ad omnem virtutem.] *Est hebraismus,& significat id,quod in Compl.exprimitur,* ἐπὶ πάσης τῆς στρατιᾶς, super omnẽ exercitum. ο Super Cherethi,& super Phelethi.] *Theodoretus q.42.videtur habuisse,* ἐπὶ τοῦ πλινθίου, ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς. *Et putat* πλινθίον *esse aciem quadratam,& Banaam fuisse præfectum militum prætorianorum.sicut apud Romanus magistrum & præfectum prætorio.Vide lib.3.cap.3.* π Commonetacies.]*Sic hebræus,& significat,*a commentarijs,*vt vulgata.* ρ Iras,qui Iarim.] *quod in Vulgata est,*Hyram Hyarites.*Theodoretus autem q.43.* Ἰωδαὲ ὁ Ἰεθήρ, Iodaè qui Iether.

CAP. XXI.

ET facta est fames in diebus Dauid tres annos,& annus contiguus anno. Et quæsiuit Dauid faciem ᵃ Domini. Et dixit dominus:Super Saul,& su-
B per domum eius iniustitia in ᵝ morte sanguinũ eius,pro eo,quod morti tradidit Gabaonitas.Et vocauit rex Dauid Gabaonitas,& dixit ad eos.(Et Gabaonitæ non filij Israel sunt:quia tantũ ex γ reliquijs Amorræi:& filij Israel iurauerant eis: & quæsiuit Saul percutere eos,cum ipse zelaret filios Israel & Iuda.) Et dixit Dauid ad Gabaonitas:Quid faciã vobis,& in quo depropitiabor, & benedicetis hæreditatẽ Domini?Et dixerunt ei Gabaonitæ:Non est nobis argentum,vel aurũ cum Saul,& cũ domo eius:& non est ᵟ nobis vir ad interficiendũ in Israel.Et dixit:Quid vos dicitis,& faciam vobis?Et dixerunt ad regem:Vir, qui ᵉ consummauit super nos,& persequutus est nos,qui male cogitauit exter-
C minare nos,deleamus eũ,vt ζ non stet ipse in omni termino Israel. ᵑ Det nobis septẽ viros de filijs eius, & Soli ᶿ exponamus eos Domino in ι Gabaon Saul ᵏ electos Domini.Et dixit rex: Ego dabo. Et pepercit rex super Memphibosthe filium Ionathan filij Saul propter iuramẽtum Domini, quod inter eos,& λ inter Dauid,& inter Ionathan filiũ Saul. Et cepit rex duos filios Resphæ filiæ Aia,quos peperit ipsi Saul, Hermoni, & Memphibosthe,& quinque filios Michol filiæ Saul, quos peperit ipsi Esdriel filio Berzelli Moulatitæ: & dedit eos in manu Gabaonitarum. Et Soli μ exposuerunt eos in monte ante Dominum. Et ceciderunt septem isti in idipsum. Et ipsi vero interfecti sunt in diebus mes-
D sis,in primis,in principio messis ordeorum. Et sumpsit Rhespha filia Aia saccum: & ν defixit sibi ad petram, in principio messis ordeorum, quoadusque stillauit super eos aqua de cælo: & non dedit volatilia cæli requiescere super eos die,& bestias agri nocte. Et nunciatum est Dauid,quæcumque fecit Rhespha filia Aia concubina Saul. ξ Et resoluti sunt, & cepit eos Dan filius Ioa ex pronepotibus Gigantũ.Et iuit Dauid,& sumpsit ossa Saul: & ossa Ionathan filij eius a viris filijs Iabis Galaad,qui furati erant eos ο e platea Bæthsan:quia statuerant eos ibi alienigenæ in die, qua percusserunt alienigenæ Saul in Gelbue: Et asportauit inde ossa Saul,& ossa Ionathan filij eius, & ossa expositorum Soli.
E Et sepelierunt ossa Saul, & ossa Ionathan filij eius, & ossa Soli expositorum,in terra Beniamin π in latere, in sepulchro Cis patris eius. Et fecerunt omnia, quæcumque mandauit rex. Et exaudiuit Deus terram post hæc.Et fuit adhuc bellum alienigenis cum Israel. Et descendit Dauid & pueri eius cum eo:& pugnauerunt cum alienigenis. Et ρ iuit Dauid. Et σ Iesbi,qui erat in nepotibus ipsius τ Rapha, & pondus lanceæ eius, trecentorum siclorum pondere æris,& ipse accinctus υ claua, & studuit percutere Dauid. Et auxiliatus est eí Abessa filius Saruiæ,& percusit alienigenam,& interfecit eum. Tunc iurarunt viri

viri Dauid, dicentes: Non egredieris vltra nobiscum ad bellum: & non extin- A
gues lucernam Israel. Et fuit post hæc adhuc prælium in Geth cum alienige-
nis. Tunc percussit Sebochà Astatothì ° ipsum Seph in nepotibus Rhapha.
Et χ fuit prælium in Rhom cum alienigenis. Et percussit Eleanan ✝ filius
Ariorgim Bæthleemites ipsum Goliath Gethæum. Et lignum lanceæ eius, tan-
quam liciatorium texentium. Et factum est adhuc prælium in Geth. Et fuit vir
ω Madon: & digiti manuum eius, & digiti pedum eius sex, & sex, viginti qua-
tuor numero. Etiam ipse natus erat ipsi Rhapha. Et exprobrauit Israel. Et per-
cussit eum Ionathan filius Semei fratris Dauid. Quatuor hi nati sunt prone-
potes gigantum in Geth, αα ipsi Rapha domus: & ceciderunt in manu Da- B
uid, & in manu seruorum eius.

α Domini.] *Melius, quam in Compl.* παρὰ κυρίου, a Domino. β Im morte sanguinum eius.] *Hæc absunt a Compl. Dictio tamen,* sanguinum, *est in hebræo, & vulgata, sed hoc modo,* Propter Saul & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. *Et hoc significat,* sanguinariam, *aut,* ream mortis. γ Reliquiis.] ἐκ τοῦ ἐλλείμματος. *In aliquot codicibus est,* ἐκ τοῦ αἵματος, ex sanguine. *Apud Theodoretum q. 44. (quemadmodum etiam fere in Compl.)* ὅτι ἀπὸ τῶν καταλοίπων τῶν ἀμοῤῥαίων ἦσαν, quia de residuis Amorræorum erant. δ Et non est nobis vir ad interficiendum in Israel.] *Sapit locutio veterem illam horriditatem. Alii,* καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνὴρ θανατώσεως ἐν παντὶ ἰσραήλ, & non est nobis vir mortificationis de omni Israel. *Compl.* καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἄνδρα θανατῶσαι ἐν παντὶ ἰσραήλ, & non est nobis interficere virũ de omni Israel. ε Cõsummauit super nos.] *Alii, & Theodor.* συνετέλεσεν ἡμᾶς, consummauit, & consumpsit nos. ζ Vt non stet ipse.] τοῦ μὴ στῆναι αὐτόν. *Ita etiam in codice Theodoreti uno, & apte respondet hebræo. In alio autem, quemadmodum et in Compl.* τοῦ μὴ ἀνταναβιῶναι, *quod vulg.* vt nec vnus quidẽ residuus sit de stirpe eius. C
η Det nobis septẽ viros.] δότω, *nec multo aliter codex Theodoreti unus,* δοθήτω ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας. *Alii,* δότε ἡμῖν, date nobis. *Codex alius, & Compluten.* καὶ δοθήτωσαν ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρες, & dentur nobis septem viri. *Interpres tamen Theodoreti non habet illud,* &, *quemadmodum neque vulgata.* θ Soli exponamus.] ἐξηλιάσωμεν. *In codice Theodoreti vno, & in Complutensi est,* καὶ ἐξιλασόμεθα ἐν αὐτοῖς, & propitiabimur in eis. *Sed in alio, & ad marginem primi est, vt in nostra. De hac re notabitur paulo post.* ι Gabaon.] *Apud Theodoretum, & in Complut. est,* ἐν τῷ βουνῷ, in colle. *Atque addit Theodoretus,* Metropolis Gabaonitarum vocabatur Gabaon: sed hoc nomen translatum in Græcam linguam, nominatur βουνός. *Alibi idem notatum est de* Gabaa (*quomodo quidẽ habet hic vulg. ex hebræo*) *quæ erat sedes propria Saul.* κ Electos Domini.] *Theodoretus,* ἐκλεκτοὺς τοῦ κυρίου, electos domino. *Compl.* ἐκλεκτοὶ τοῦ κυρίου, *& vulg.* electi Domino. λ Et inter.] *Illud,* &, *abest à Compl. & ab hebræo.* μ Soli exposuerunt.] ἐξηλίασαν. *Rursus hoc loco Compl.* ἐξιλάσαντο, propitiationem fecerunt. *Sed scholion Diodori insertum codici vni Theodoreti sic habet,* Illud autem, ἐξηλίασαν αὐτοὺς οἱ γαβαωνῖται ἔναντι κυρίου ἐν τῷ ὄρει, perinde est, ac si diceretur, occisos non sepelierunt, sed reliquerunt Soli expositos. D
Theodoretus eamdem dictionem habet, putatq. idem significare, ac verbum ab Aquila positum, ἀνέπηξαν, suffixerunt. ν Defixit sibi ad petrã.] ἔπηξεν. *Alii,* καὶ ἔστρωσεν (*aut* διέστρωσεν) αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν, & substrauit illum sibi supra petram, *quomodo fere vulgata.* ξ Et resoluti sunt: & cepit eos Dan filius Ioa ex pronepotibus gigantum.] *Hæc absunt à Compl. & ab alijs quibusdam. Referuntur autem in eodem Diodori scholio cum hac explanatione.* Omnino hoc sibi vult, eos, qui Soli erant expositi, sublatos esse à gigante, cum iã sub radio solari resoluti, ac dilapsi essent. ο E platæa Bæthsan, quia statuerãt.] *Compl.* ἀπὸ τοῦ τείχους βεθσάν, κρεμασάντων αὐτοὺς ἐκεῖ τῶν ἀλλοφύλων, de muro Bethsan, cum suspendissent eos ibi alienigenæ. *Vulgata,* de platea Bethsan, in qua suspenderant. π In latere, in sepulchro.] *Sic etiã vulg. Compl.* ἐν τῇ πλευρᾷ τοῦ τάφου, in latere sepulchri. ρ Iuit.] *In aliis, & apud Theodor. q. 45.* ἐξελύθη, dilapsus est, defecit: *quod respondet vulgatæ.* σ Iesbi.] *Compl. addit,* ἀπὸ νοβ, *& vulgata,* de Noba. τ Rhapha.] *Vulgata,* Arapha: *& multi putant idem valere, ac* gigantis. *Compl.* τῶν γιγάντων: *eodemque modo videtur habuisse Theodoretus & hic, & paulo inferius: admonetq. gigantes solitos olim appellari, qui maxima haberent corpora.* υ Claua.] κορύνην, *& fortasse significat ensem nouum, vt habet vulgata. Compl. autem,* περιζώνην, baltheo. φ Ipsum E
Seph.] *Vulgata, ex hebræo,* Saph, de stirpe Arapha. *Alii autem, et Compl.* τοὺς ἐπισυνηγμένους τῶν ἀπογόνων τῶν γιγάντων, collectos de stirpe gigantum. χ Fuit.] *Alii addunt,* ἔτι, adhuc. ψ Filius Ariorgim.] *Videtur ista dictio coagmentata ex duabus hebraicis, Iabare Oregim. Et aliqui vertunt,* filius Iohare, texentium, *et sic Compl.* υἱὸς ἰαρὶ τῶν ὑφαινόντων. *Vulgata autem,* filius Saltus, polymitarius: *in qua etiam pro,* Eleanan, *est illius interpretatio,* Adeodatus. ω Madon.] *Est vox hebræa, quæ significat* mensuræ, *et subintelligendum,* magnæ. *Quare vulg.* excelsus. *Alii et Compl. tanquã de patria,* ἐκ μαδών, de Madon. αα Ipsi Rhapha domus.] *Absunt à Complut. ab aliis quibusdam solum abest illud,* domus. *Videri possunt alia interpretatio eius, quod præcessit,* pronepotes Gigantum. *Nam vulgata habet tantum,* Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth.

CAP.

A CAP. XXII.

ET locutus est Dauid Domino verba cantici huius, in qua die eripuit eũ Dominus de manu omniũ inimicorũ eius, & de manu Saul. Et dixit. [a] CANTICVM. Domine petra mea, & munitio mea, & eruens me mihi, Deus meus, custos meus erit mihi: confidens ero in eo. Protector meus, & cornu salutis meæ, susceptor meus, & refugiũ meum salutis meæ, de iniquo saluabis me. Laudabilẽ inuocabo Dominũ: & de inimicis meis saluabor. Quia circundederũt me contritiones mortis: torrentes iniquitatis exterruerunt me. [b] Dolores mor-
B tis circundederunt me: præuenerunt me asperitates mortis. Dum ego tribulor inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vocem meam: & vociferatio mea in auribus eius. Et turbata est, & concussa est terra: & fundamenta cæli conturbata sunt, & [γ] quassata sunt: quoniã indignatus est Dominus eis. Ascendit fumus in ira eius: & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo. Et inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius. Et insedit super Cherubim, & volauit, & conspectus est super pennas venti. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu suo tabernaculum suum, tenebras aquarũ condensauit in nubibus aeris. A fulgore in cõspectu eius
C succensi sunt carbones ignis. Intonuit e cælo Dominus: & altissimus dedit vocẽ suã. Et misit sagittas, & dissipauit eos: & coruscauit coruscationem, & exterruit eos. Et apparuerunt emissiones maris: & reuelata sunt fundamenta orbis in increpatione Domini, à spiratione spiritus furoris eius. Misit de excelso, & assumpsit me: traxit me de aquis multis. Eripuit me [δ] de inimicis meis fortitudinis, de ijs, qui oderunt me; quoniã confortati fuerãt super me. Præuenerũt me [ε] dies tribulationis meæ: & factus est Dominus firmamentũ meũ. & eduxit me in latitudinẽ, & eripuit me: quoniã [ζ] bene sensit in me. Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiã meã: & secundũ puritatẽ manuũ mearũ retribuit mihi: Quoniã
D custodiui vias Domini: neque [η] impie egi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustificationes eius: non [θ] discessi ab eis Et ero immaculatus ei, & præcauebo ab iniquitate mea. Et reddet mihi Dominus secundũ iustitiã meã: & secundũ puritatẽ manuũ mearũ in conspectu oculorũ eius. Cum sancto sanctificaberis: & cũ viro [ι] perfecto perfectus eris. Et cũ electo electus eris: & cũ peruerso peruerteris. Et populũ [κ] inopẽ saluabis: & [λ] oculos super excelsos, humiliabis. Quoniã tu [μ] lucerna mea Domine: & Dominus illuminabit mihi tenebras meas. Quoniã in te curram accinctus: & in Deo meo transgrediar murum. [ν] Fortis immaculata via eius. Verbum Domini [ξ] potens, igni examina-
E tum protector est omnibus confidentibus super eum. [ο] Quis fortis præter Dominum? & quis creator erit præter Deum nostrum? Fortis, confortans me virtute: & [π] explanauit immaculatam viam meam. Ponens pedes meos, tanquã ceruorũ, & super excelsa statuens me. Docens manus meas ad prælium, & confringẽs arcum æneũ in brachio meo. Et dedisti mihi protectionem salutis meæ: & [ρ] placabilitas tua multiplicauit me in [σ] latitudinẽ in gressibus meis subtus me: & non vacillarunt [τ] crura mea. Persequar inimicos meos, & delebo eos: & non reuertam; donec consummauero eos. Et confringam eos, & non resurgent: & cadent subtus pedes meos. Et confortabis me virtute ad prælium:

Oo curuabis

curuabis eos, qui insurgunt mihi, subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi A
dorsum, eos, qui odio habent me: & morti tradidisti eos. Clamabunt, &
non est adiutor: ad Dominum, & non exaudiuit eos. Et contriui eos, tanquam
puluerem terræ: tanquam lutum viarum comminui eos. Et erues me de
ᵘ pugna populorum: custodies me in caput gentium. Populus, quem non ᵠ nouit,
seruierunt mihi: filij alieni mentiti sunt mihi: in auditu auris audierunt me.
Filij alieni abijcientur, & contremiscent e clausuris suis. Viuit Dominus, & benedictus
custos meus: & exaltabitur Deus meus custos salutis meæ. Fortis Dominus,
dans vindictas mihi, castigans populos sub me. Et educens me ex inimicis
meis, & de insurgentibus mihi exaltabis me: a ᵡ viro iniquitatum eripies B
me. Propter hoc cōfitebor tibi Domine in gentibus: & in nomine tuo psallam.
Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid,
& semini eius vsque in seculum.

α Canticum.] *Abest à multis, sicut etiam à vulgata: & videri potest appositum, tamquam rubrica quædā.* β Dolores mortis circundederunt me: præuenerūt me asperitates mortis.] *Compl.* χοινία ᾅδου ἐκύκλωσάν με, καὶ προέφθασάν με παγίδες θανάτου: *quod vulgata,* funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis. *Ac multæ huiusmodi varietates sunt in hoc cantico, quod inquit Theodoretus idem esse cum psal. 17. mutatis tantum quibusdam verbis. Quare nonnulla ad eum locū notanda reseruabuntur.* γ Et quassata sunt.] *Abest à Compl. sed non à vulg. neque ab hebræo.* δ De inimicis meis fortitudinis.] *Idest,* fortibus: *est. n. hebraismus. Compl. autem* ἐξ ἰσχύος ἐχθρῶν μου, ex fortitudine inimicorum meorum. ε Dies tribulationis meæ.] *Alii* ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου *aut* ἀπωλείας μου, in die afflictionis meæ (*quod habet vulgata*) *aut,* perditionis meæ. ζ Bene sensit in me.] *Sic solet dicere S. Aug. quod græcè est* ηὐδόκησεν ἐν ἐμοί, Complacuit in me: *& optime respondet hebræo. Compl.* ὅτι ἠθέλησέ με, quoniam voluit me. η Impie egi a Deo meo.] *Sic etiam vulg. & sic in ps. 17. & optimè respondet hebræo. Compl. autem* ἠνόμησα ἐναντίον τοῦ θεοῦ μου, inique egi corā Deo meo. θ Non discessi ab eis.] *Eadem constructio est in hebræo: & hoc eodem prorsus modo habet chaldæus. Alij autem,* οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ, non discesserunt à me, *& sic ps. 17. Compl. autem,* καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ οὐκ ἀποστήσονται ἀπ' ἐμοῦ, & præcepta eius non discedant à me. ι Perfecto perfectus eris.] *Compl.* μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ, cum innocente innocens eris, *vt ps. 17.* κ Inopem.] τὸν πτωχόν. *Et ps. 17.* ταπεινόν, humilem, afflictum *Comp.* τὸν πρᾶον, mansuetū: *quod in ps. illo notabitur esse Symm.* λ Et oculos super excelsos, humiliabis.] *Ita ad verbum hebræus, nisi quòd habet,* oculos tuos. *Est autem supplendum,* & ponens oculos tuos super excelsos, humiliabis eos: *quod in vulgata dicitur,* oculisque tuis excelsos humiliabis. *Alij,* καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων (*Compl.* ὑψηλῶν) ταπεινώσεις & oculos superborum (*Compl.* excelsorum) humiliabis. μ Lucerna mea.] *Sic hebræus & vulgata. Alij* φωτιεῖς λύχνον μου, illuminabis lucernam meam, *vt psal. 17.* ν Fortis.] ὁ ἰσχυρός. *Compl.* ὁ θεός, *& vulgata* Deus. *ps. 17.* ὁ θεός μου, Deus meus. *Notauit autem S. Hierony. vt alibi dictum est, dictionem hebraicam, quæ hic ponitur, à lxx. solere verti* θεός, *ab Aquila* ἰσχυρός. ξ Potens.] *Abest ab alijs, & a vulgata.* ο Quis fortis.] *Alij* ὅτι τίς ἰσχυρός, quoniam quis fortis. *Compl.* διότι τίς θεός, quoniam quis Deus, *vt etiam ps. 17. de qua varietate paulo ante dictum est: atque eadē potest notari in eo, quod sequitur,* fortis confortans me virtute. π Excussit.] ἐξετίναξε. *Videtur dictum pro* mundauit, *aut excutiendo* complanauit, *vt habet vulgata, aut* soluit, *vt alij vertunt ex hebræo. In aliis codicibus, & ps. 17. est* ἔθετο, posuit. ρ Placabilitas.] *Hoc visum est hoc loco significare* ὑπακοή σου, *quasi facilitas ad exaudiendum, mansuetudo, vt vertunt ex hebræo: licet in codicib. vulgatæ sit varietas: nam alii habent* mansuetudo tua, *alii,* mea. σ In latitudinem in gressibus meis.] *Alii* πλατυνεῖς τὰ διαβήματά μου, dilatabis gressus meos, *vt vulg. Compl* καὶ ἐπλάτυνας, & dilatasti, *& ps. 17. Sed sine &.* τ Crura mea.] *Longe propius ad hebræum, quàm quod in Comp.* καὶ οὐκ ἐξέλιπον ἐν ταῖς τρίβοις μου & non defeci in uijs meis. *Item in iis, quæ sequuntur. Tātummodo illud,* morti tradidisti, *magis responderet hebræo, si pro* ἐθανάτωσας *esset* ἐθανάτωσας, morti tradidi. *Attamen etiam ps. 17. est* ἐξωλόθρευσας, exterminasti. υ Pugna.] μάχης. *Alii partim* μαχαίρας, gladij, *partim* ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ μου, à contradictionibus populi mei, *vt vulgata, itemq. ps. 17. nisi q̃ ibi non est,* mei, *partim* ἐξ ἀντιλογίας, ex contradictione. *Theodor. vero* ἐξείλω με ἐκ λαοῦ, ἔθου εἰς φῶς ἐθνῶν, eripuisti me à populo, posuisti me in lucem gentium. φ Non nouit.] *Codex etiam Theodoreti vnus habet* οὐκ ἔγνω. *Sed alii codices eiusdem, & Compl.* οὐκ ἔγνων, non noui, *atque ita ps. 17.* χ Viro iniquitatum.] *Apte ad hebræum, et vulgata,* viro iniquo. *Compl.* ἐξ ἀνδρῶν ἀσεβῶν, a viris impiis. C D E

CAP. XXIII.

ET hæc verba Dauid vltima. Fidelis Dauid filius Iessæ, & fidelis vir,
ᵃ quem suscitauit Dominus in Christum Dei Iacob: & decori psalmi
Israel. Spiritus Domini locutus est in me: & verbum eius super linguā
mea n

A meam.Dicit Deus Israel.Mihi locutus est [f] custos ex Israel parabolam.Dixi in
homine.Quomodo tenebitis timorem Christi? Et in luce Dei matutina,exoria
tur Sol mane [y],non Dominus transijt à splendore, & tanquam ex pluuia viroris
a terra.Non enim sic domus mea cum forti.Testamentum enim æternũ posuit
mihi paratum in omni tempore custoditum. Quoniam vniuersa salus mea,&
omnis [z] voluntas.Quoniam non germinabit iniquus:sicut spina eiecta,omnes
hi:quoniã non manu sumẽtur;[a]& vir nõ laborabit in eis.Et pleni ferro:& lignũ
lanceæ:& in igni comburet,& comburẽtur confusionẽ eorũ.Hæc nomina potẽ
tiũ Dauid.[b] Iebosthe Chananæus princeps tertij est,Adinon Asonæus:hic edu-
B xit gladiũ suũ super octingentos milites vice vna. Et cum eis Eleanan filius pa-
trui eius,filius [c] Dudi,qui in tribus potentibus cũ Dauid: & cum ipse exprobra
ret in alienigenas; congregati sunt illuc in prælium: & ascendit vir Israel: ipse
surrexit,& percussit in alienigenis; quoadusq. defatigata est manus eius, & ad-
hæsit manus eius ad gladiũ.Et fecit Dominus salutẽ magnam in die illa: & po-
pulus sedit post eum tantum ad spoliandum.Et post eum Samaia filius Asa Aru
chæus.Et congregati sunt alienigenæ in [d] Theria.Et erat ibi pars agri plena len
tis.Et populus fugit a facie alienigenarũ. Et stetit in medio partis:& eripuit eã,
& percussit alienigenas.Et fecit Dominus salutem magnã. Et descenderunt tres
C è [h] triginta,& descenderunt in [e] Cason ad Dauid in speluncam Odollã.Et [f] or-
do alienigenarum, & castrametati sunt in valle Rhaphaim. Et Dauid tunc in
præsidio:& statio alienigenarum tunc in Bethleem.Et concupiuit Dauid,& di-
xit:Quis potabit me aqua de cisterna,quæ in Bethleem,quæ in porta? [g] Statio
autem alienigenarum tunc in Bethleem. Et irruperunt tres illi potentes in ca-
stra alienigenarum,& aquati sunt aquam de cisterna, quæ in Bethleem,quæ in
porta. Et tulerunt,& venerunt ad Dauid. Et noluit bibere eam:& libauit eam
Domino,& dixit: Propitius mihi Domine a faciẽdo hoc,si sanguinem virorũ,
qui iuerunt in animabus suis,bibam? Et noluit bibere eam. Hæc fecerunt tres il-
D li potentes. Et Abessa frater Ioab filius Saruiæ ipse princeps in tribus:& ipse su-
scitauit lanceã suam super trecentos cæsos,& ei nomen in ipsis tribus,ex tribus
illis gloriosus:& factus est eis in principẽ:& vsque ad tres non venit. Et Banæas
filius Iodae [i] vir ipse multus operibus e Cabeseel; & ipse percussit duos filios
Ariel ipsius Moab: & ipse descendit,& percussit leonẽ in medio cisternæ in die
niuis:ipse percussit virum Ægyptium, virũ spectabilem:in manu autem Ægy
ptij lancea, [m] tanquam lignum scalæ nauticæ: & descendit ad eum in virga,&
rapuit lanceam de manu Ægyptij, & occidit eum in lancea eius. Hæc fecit Ba-
næas filius Iodae:& ei nomen in tribus potentibus, [l] ex tribus gloriosus: & ad
E tres non venit.Et constituit eũ Dauid ad [o] auditiones suas.Et hæc nomina po-
tentium Dauid regis: Asael frater Ioab, hic in triginta: Eleanam filius Du-
di patrui eius in Bethleem: Sæma Rhudæus: Selles Celothi; Iras filius
Isca Thecoites: Achiezer Anothites, ex filijs Anothitæ: Ellon Aoites:
Noere Netophatites: Esthai filius Rhiba de Gabaeth filius Beniamin Ephra-
thæi: Asmoth Bardiamites: Emasu Salabonites: filij Asan, Ionathan, Samnan
Arodites: Amnan filius Arai Saraurites: Aliphaleth filius Asbitæ,filius Ma-
chachi: Eliab filius Achitophel Gelonitæ: Asarai Carmelius ipsius Vræo-
erchi: Gaal filius Nathana: [r] Polydynameus filius Galaaddi: Lliẽ Amma-
nites:

nites. Hadri de torrentibus: Gadabiel filius Arabothæi: Gelorē Bethoræus portās vasa Ioab filius Saruiæ: Iras Ethiræus: Gerab Ethenæus: Vrias Chettæus. omnes triginta, & septem. A

α Quem suscitauit.] *Plurima, & insignes varietates in hoc capite. Quare operæ precium fuerit adire, & conferre codices. Quædam tamen à nobis notabuntur. Theodoretus hunc locum sic refert,* πιστὸς Δαυὶδ υἱὸς ἰεσσαὶ πιστὸς ἀνὴρ, ὃν ἀνέστησεν ὁ θεὸς χριστὸν, ὁ θεὸς ἰακὼβ, καὶ ὡραῖος ὁ ψαλμὸς ἰσραήλ. πνεῦμα κυρίου ἐλάλησεν ἐν ἐμοὶ. καὶ λόγος αὐτοῦ ἐπὶ γλώσσης μου, εἶπεν ὁ θεὸς ἰακὼβ ἐν ἐμοὶ λαλῆσαι, Fidelis Dauid filius Iessæ, fidelis vir, quē suscitauit Deus Christum, Deus Iacob: & pulcher psalmus Israel. Spiritus Domini locutus est in me, & verbum eius super linguam meam. Dixit Deus Iacob in me loqui. *Et hoc* εἶπεν *interpretatur,* εὐδόκησε, bene sensit, complacuit Deo Iacob. β Custos ex Israel parabolam. Dixi In homine: Quomodo tenebitis timorē Christi?] *Compl.* πλάστης ἰσραὴλ, ἄρχων ἐν ἀνθρώποις, δίκαιος, ἀρχὸς φόβῳ θεοῦ, formator Israel, princeps in hominibus iustus, dominator timore Dei: *quæ satis respondent vulgatæ.* γ Non Dominus transijt.] *Alii,* οὐκ ἐσκότασεν, non obtenebrauit. *Alii,* οὐ σκοτάσει, *aut* καὶ οὐ σκοτάσει, & non obtenebrabit, *vt Compl. In qua deinde sequitur, quasi ab alio initio,* ἀπὸ φέγγους καὶ ἐξ ὑετοῦ ὡς βοτάνη ἐκ γῆς, à splendore, & ex pluuia, tanquam herba ex terra. B

δ Voluntas.] *In aliis, & in Compl. additur,* ἐν κυρίῳ, in Domino, *sed non in hebræo, aut vulgata.* ε Et vir non laborabit.] *Compl.* καὶ ἀνὴρ ὃς κοπιάσει ἐν αὐτοῖς, πλήρης σιδήρου, καὶ ξύλου δόρατος, καὶ ἐν πυρὶ καύσει καυθήσονται εἰς αἰσχύνην αὐτῶν. Et vir, qui laborabit in eis, plenus ferro, & lignis lanceæ: & in igni combustione comburentur ad confusionē suā. *Istud quidē* εἰς αἰσχύνην, *est etiam in aliis.* ζ Iebosthe Chananæus princeps tertij est.] *Compl.* ἰεσβαὰβ υἱὸς θεκεμανὶ, πρῶτος τῶν τριῶν ἐστὶ, Iesbaab filius Thecemani, principes trium hic. *Et nomina quidem ista propius accedunt ad hebræa, quibus putant significari,* sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres: *vt vulgata: ita vt nomen proprium, quod subijcitur his attributis, sit quod sequitur,* Adinon Asonæus. *Sed & horum loco in vulgata est,* quasi tenerrimus ligni vermiculus: *& ipsius Iesbaan fit mentio 1. Paral. xi. Legendi sunt explanatores.* η Filius Dudi.] *Abest ab aliquo libro, & videri potest ex alia interpretatione. Nam Dodo valet,* patrui eius. *Nonnulli tamen putant istud esse nomen proprium, & sic habent,* Eleazar filius Dodo filij Achochi. θ Ascendit.] *Compl.* ἀνέβησαν ἄνδρες, ascenderunt viri, *quod respondet vulgatæ. Alii,* ἀνεβόησεν ἀνὴρ, exclamauit vir. ι Sedit.] *It aliis,* ἐπέστρεψε, reuersus est, *vt vulgata.* C

κ In Theria.] εἰς θηρία. *quasi* ad bestias. *Compl.* ἐπὶ σιαγόνα, ad maxillam, *nimirum ad locum, quem ita nominatum esse ex facto Sampsonis narrat liber Iudicum. Dictionem hebræam vulgata interpretatur stationem, alii villā, alii certū locū.* λ Triginta] *Alii addūt,* ἄρχοντες, principes, *aut* ἀρχόντων, principibus: *quod respondet vulg.* μ Cason.] *Abest a Cōpl. Sed est vestigiū dictionis hebraicæ, quæ significat messem. Quare vulg.* tempore messis. ν Ordo alienigenarum, & castrametati sunt.] *Abest ab aliis illud,* &, *atque etiam ab hebræo.* ξ Rhaphaim.] *Compl.* τιτάνων, Titanum: *& sic videtur habuisse S. Ambr. in Apolog. Dauid cap. 7. vbi etiam ita refert verba Dauid cum noluit bibere.* Non contingat mihi hoc facere, ne sanguinem virorum qui abierunt, ex animis illorum bibam. ξ Statio autem alienigenarum tunc in Bethleem.] *Absunt à Compl. & vulgata: ac videri possunt ex loco paulo superiore huc irrepsisse, & fortasse ex alia interpretatione: nam ibi est,* ὑπόστημα, *hic* σύστημα. ο Vir ipse multus operibus.] *Compl.* υἱὸς ἀνδρὸς δυνατοῦ, πολλὰ ἔργα ἦν αὐτῷ. filii viri potentis: multa opera fuerunt ei. *Locus anceps. Illud quidem,* multus operibus, *optime respondet hebræo.* π Tanquam lignum scalæ nauticæ.] *Absunt a Compl. & a vulgata.* ρ Ex tribus.] *Ita etiam Theodoretus q. 46. idque explicat. Compl.* ὑπὲρ τοὺς τριάκοντα, super triginta. *Vulgata,* inter triginta. σ Ad auditiones suas.] *Videtur idem valere, quod* a secretis. *Vulgata,* auricularium a secreto. *Theodoretus videtur habuisse,* ἐπὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ, super custodiā suā. τ Polydynameus.] πολυδυνάμενος. *Potest significare* multæ virtutis, *sed abest ab aliis, & in his nominibus propriis multæ semper varietates, et errata, vt alibi admonuimus.* D

CAP. XXIII.

ET α addidit iram Dominus accendere in Israel. Et commouit ipsum Dauid in β eis, dicens: Vade, numera Israel, & Iudā. Et dixit rex ad Ioab principem virtutis, qui cum eo: Transi nunc omnes tribus Israel, & Iuda, a Dan, & vsque Bersabee: & recognosce populum: & sciam numerum populi. Et dixit Ioab ad regem: Et adijciat Dominus Deus ad populum, γ sicut eos, & sicut eos, centuplū: & oculi domini mei regis videntes. Et dominus meus rex vt quid vult in verbo hoc? Et præualuit verbum regis ad Ioab, & ad principes virtutis. Et egressus est Ioab, & principes virtutis δ in conspectu regis, ad recognoscendum populum Israel. Et transierunt Iordanem, & castrametati sunt in Aroer a dextris ciuitatis, quæ in medio conuallis Gad, & Eliezer. Et venerunt in Galaad, & ε in terram Thabason, quæ est Adasæ: & aduenerunt in Danidan, & Vdan, & circumierunt Sidona. Et venerunt in Mapsar Tyri, & in omnes ciuitates Euæi, & Chananæi, & venerūt ad Austrum in pe- E

A Iuda in Bersabee, & circumierunt in omni terra. Et aduenerunt a fine nouem
mensium, & viginti dierum in Hierusalem. Et dedit Ioab numerum recogni-
tionis populi ad regẽ. Et fuit Israel octingenta millia virorũ virtutis trahẽtium
gladiũ. Et vir Iuda quingenta millia virorũ bellatorum. Et cor Dauid percussit
ζ eũ; postquam numerauerat populũ: & dixit Dauid ad Dominũ: Peccaui val-
de, quod feci nunc Domine. Transfer nunc iniquitatem serui tui: quoniam de-
sipui valde. Et surrexit Dauid mane. Et verbum Domini factum est ad Gad pro
phetam, * videntem, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, dicens: Hæc dicit Do
minus: Tria ego porto super te: & elige tibi vnum ex eis: & faciam tibi. Et intra
B uit Gad ad Dauid, & annũciauit, & dixit ei: θ Elige tibi fieri: Si veniat tibi tres
annos fames; vel tres menses fugere te ante inimicos tuos, & erunt persequen-
tes te; vel fieri tribus diebus ι mortem in terra tua. Nunc igitur scito & vi-
de, quod respondeam ei, qui misit me, * verbum. Et dixit Dauid ad Gad: An
gusta mihi vndique valde sunt. Incidam nunc in manus Domini, quoniam mul-
tæ miserationes eius valde: in manus autem hominis non incidam. Et elegit si-
bi Dauid mortem. Et λ erant dies messis frumentorum; & dedit Dominus mor
tem in Israel a mane vsque ad horam prandij. Et μ cepit quassatio in populo. Et
perierunt de populo a Dan, & vsque Bersabee septuaginta millia virorum. Et
C extendit angelus Dei manum suam in Hierusalem ad corrumpendam eam.
Et ν reuocauit se Dominus super malo: & dixit angelo corrumpenti in po-
pulo: Multum nunc: remitte manum tuam. Et angelus Domini erat apud
aream Orna Iebusæi. Et dixit Dauid ad Dominum, dum ipse videret an-
gelum percutientem in populo: & dixit: Ecce ego ipse ξ iniuste egi, & hi
oues quid fecerunt? Fiat nunc manus tua in me, & in domo patris mei. Et ve-
nit Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascẽde, & statue Domino altare in area
Orna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad, quemadmodum manda-
uit ei Dominus. Et prospexit Orna, & vidit regem, & pueros eius accedentes
D desuper se. Et egressus est Orna, & adorauit regem super faciem suam in terrã.
Et dixit Orna: Quid, quod venit dominus meus rex ad seruum suum? Et dixit
Dauid: Acquirere a te areã, ad ædificandũ altare Domino, & cohibebitur quas-
satio desuper populo. Et dixit Orna ad Dauid: Accipiat & offerat dominus
meus rex Domino, quod bonum in oculis ipsius. Ecce boues in holocaustoma:
& rotæ, & vasa boum in ligna. Omnia dedit Orna regi. Et dixit Orna ad regem.
Dominus Deus tuus benedicat te. Et dixit rex ad Orna: Nequaquam: quoniam
tantum acquirens acquiram a te in permutatione: & non offerã Domino meo
Deo holocaustoma gratis. Et aquisiuit Dauid aream, & boues in argento siclo-
E rum quinquaginta. Et ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocau-
stoses, & pacificas. Et ° addidit Salomon ad altare in nouissimo; quoniam
paruum erat in primis: Et exaudiuit Dominus terram: & cohibita est quassa-
tio desuper Israel.

α Et addidit iram.] *Theodor. nec multo aliter Compl.* καὶ προσετέθη ὀργὴ θεοῦ τοῦ θυμωθῆναι ἐν ἰσραήλ, Et adie cit ira Dei indignari in Israel: *quod respondet vulg.* β In eis.] *Sic etiam vulgata. Valet tamen idem atq. illud quod est apud Theodoretum, & in Complutensi,* εἰς αὐτούς, in eos. γ Sicut eos, & sicut eos.] *Ad verbum ex hebræo. Alii semel tantum habent.* δ In conspectu regis.] *Respondet hebræo. significat tamen,* ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως, a facie regis; *quod habet Complutensis, & vulgata.* ε Et in terram Thabasoni, quæ est Adasæ: & aduenerunt in Dan Dan, & Vdan.] *Valde variãt hoc loco exemplaria. Compl.* καὶ εἰς γῆν χεττιεὶμ κάδης, καὶ παρεγένοντο ἕως δάν, Et in terrã Chettim, Chades, & aduenerunt vsque Dan. *Verum*

neque ipsa respondet prorsus hebræo, & aliqua omittit, quorum vestigia sunt in nostra, & in alijs. ζ Eum, A
postquam numerauerat.] *Theodoretus, nec multo aliter Compl.* αὐτὸν μετὰ ταῦτα, ὅτι ἠρίθμησε τὸν λαόν. καὶ εἶπε Δαυίδ. ἥμαρτον τῷ κυρίῳ τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο. καὶ νῦν κύριε περίελε τὴν ἀδικίαν τοῦ δούλου σου, ὅτι ἐματαιώθην σφόδρα. eum post hæc, quoniam numerauerat populum. Et dixit Dauid: Peccaui Domino, faciendo verbum hoc. Et nunc Domine circumaufer iniustitiam serui tui; quoniam stultè egi valde. *Sed nostra propius quodammodo ad phrasim hebræam. S. Ambr. hæc refert,* Peccaui Domino, quod fecerim verbum hoc. *Et in quibusdam exemplaribus est,* ἥμαρτον σφόδρα ποιήσας τὸ ῥῆμα τοῦτο. η Videntem.] *Compl. addit,* Dauid. *vt vulg.* θ Elige tibi fieri, si veniat.] Si *demantur illa,* elige tibi fieri, *quæ absunt ab hebræo, reliqua constructio optime respondet hebræo. Compl.* ἐκλέξαι σεαυτῷ γενέσθαι ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, elige tibi fieri, vel tres annos famis super terrã, *&c.* ι Mortẽ.] *Interpretãtur pestilentiã.* κ Verbum.] *Abest a Compl. sed non ab hebræo, neq. a Theodoreto.* λ Et erant dies messis frumentorum.] *Absunt a Complut. & vulgata.* μ Et cepit quassatio in populo.] *Etiam ista.* ν Reuocauit se.] παρεκλήθη. *Theodoretus videtur habuisse,* μετεμελήθη, pænituit. ξ Iniuste egi.] *In aliis sequitur,* καί γε ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, & ego ipse pastor male feci. *Theodoretus vero sic refert hunc locum,* ἰδοὺ ἐγώ ἥμαρτον, καὶ ἐγώ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, καὶ οὗτοι τὸ ποίμνιον τί ἐποίησαν. *Et S. Ambr. in Apol. Dauid cap. 7. & 2. off. c. 2.* Ecce sum ego, qui peccaui, & ego pastor malum feci: B
& iste grex quid fecit? *Dictio* pastor *abest ab hebræo: quam tamen agnoscunt etiam Cyrillus in collect. & S. Chrysost. in ps. 140. & hom. 20. ad Rom. qui etiam vtroque loco habet,* τὸ ποίμνιον, *non* τὰ πρόβατα. ο Et addidit Salomon ad altare in nouissimo, quoniam paruum erat in primis.] *Hæc absunt a Compl. & a vulgata. Referuntur tamen a Theodoreto, qui hinc colligit, ibi fuisse templum a Salomone ædificatum. Libet adscribere Scholion insertum vni codici Theodoreti manuscripto pertinens ad librorum distinctionem.* Post hæc historiographus ea, quæ ad Orniam, vel etiam Adoniam (duo enim habuit nomina) pertinent, conscripsit: quomodo quidem meditatus sit tyrannidem: quomodo autem splendidum conuiuium fecerit, primos conuiuas habens Ioab ducem exercitus, & Abiathar sacerdotem. Fecit autem conuiuium apud quemdam fontem, qui scaturiebat ante ciuitatem, apud quem hortus regius efflorebat. Ita enim & Iosephus dixit. Et Symm. vero ipsam Ain interpretatus est πηγὴν, fontem: atque etiam Syrus ipsam vocat, αἰνά, Ainà. In exaplo, & accuratioribus exemplaribus secundus quidem liber Regnorum absoluitur in narratione plagæ populi, & in emptione areæ Orna. Tertius autem Regnorum incipit ab historia Abisag Sunamitidis, & ab ab ijs, quæ ad Adoniam, eiusque tyrannidem spectant. Diodorus autem secundo Regnorum coniungit C
& hæc vsque ad mortem Dauid.

A

REGNORVM LIBER III.

B

CAP. I.

ET rex Dauid erat senior, prouectus diebus: & operiebant
eum vestibus: & non calefiebat. Et dixerunt pueri eius:
Quærant regi virginem adolescentulam: & assistet regi: &
erit eũ fouens, & cubabit cum eo: & calefiet dominus meus
rex. Et quæsierunt adolescentulam pulchram ex omni ter-
C mino Israel. Et inuenerunt Abisag Somanitem: & adduxe-
runt eam ad regem: & adolescentula pulchra vsque valde.
Et erat [a] fouens regem, & ministrabat ei: & rex non cognouit eam. Et Ado-
nias filius Aggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Et fecit sibi currus, & equi-
tes, & quinquaginta viros ad currẽdum ante se. Et non [b] prohibuit eum pater
eius vnquam, dicens: propter quid tu fecisti? Et etiam ipse speciosus aspectu
valde: & eum [c] pepererat post Abessalom. Et fuerunt verba eius cum Ioab
filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote: & adiuuabant post Adoniam. Et Sadoc
sacerdos, & Banæas filius Iodae, & Nathan propheta, & Semei, & [d] Rhesi, &
D filij potentes Dauid non erant post Adoniam. Et sacrificauit Adonias oues, &
vitulos, & agnos cum [e] Æthè ipsius Zoelethì, [f] qui erat iuxta Rhogel. Et
vocauit omnes fratres suos, [g] & omnes robustos Iuda pueros regis. Et Na-
than prophetam, & Banæam, & potentes, & Salomon fratrem suum non voca-
uit. Et dixit Nathan ad Bersabee matrem Salomon, dicens: Nonne audisti, quia
regnauit Adonias filius Aggith, & dominus noster Dauid non nouit? Et nunc
veni, consulam tibi quæso consilium: & erue animam tuam, & animam filij tui
Salomon. Vade, ingredere ad regẽ Dauid: & dices ad eũ, dicens: Nonne tu domi-
ne mi rex iurasti ancillæ tuæ, dicẽs, quia filius tuus Salomon regnabit post me,
& ipse sedebit super thronum meum? Et, quid, quod regnauit Adonias? Et
E ecce adhuc loquente te illic cum rege, & ego ingrediar post te, & complebo ser
mones tuos. Et intrauit Bersabee ad regem in cubiculum: & rex senex valde, &
Abisag Somanites erat ministrans regi: & inclinauit se Bersabee, & adorauit re-
gem. Et dixit rex: Quid est tibi? At illa dixit: Domine tu iurasti in Domino
Deo tuo ancillæ tuæ, dicens, quia filius tuus Salomon regnabit post me, & sede
bit super thronum meum. Et nunc ecce Adonias regnauit: & tu domine mi rex
non nosti. Et sacrificauit vitulos, & agnos, & oues in multitudine: & vocauit
omnes filios regis, & Abiathar sacerdotem, & Ioab principem virtutis: Et Salo
mon

mon ſeruum tuum non vocauit. Et tu domine mi rex, oculi omnis Iſrael ad te. A
Annuncia eis, quis ſedebit ſuper thronum domini mei regis poſt eum. Et erit
poſtquam dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis; & ero ego, & Salo-
mon filius meus peccatores. Et ecce adhuc ea loquente cum rege, & Nathan
propheta venit. Et annunciatum eſt regi, ecce Nathan propheta. Et intrauit
ad faciem regis: & adorauit regem ° ſuper faciem ſuam ſuper terram. Et dixit
Nathan: Domine mi rex, tu dixiſti, Adonias regnabit poſt me, & ipſe ſedebit
ſuper thronũ meum? Quoniam deſcẽdit hodie, & ſacrificauit vitulos, & agnos,
& oues in multitudine: & vocauit omnes filios regis, & principes virtutis, &
Abiathar ſacerdotem. Et ecce ſunt comedentes, & bibentes coram eo: & dixe B
runt: Viuat rex Adonias. Et meipſum ſeruum tuum, & Sadoc ſacerdotem, &
Banæam filium Iodae, & Salomon ſeruum tuum non vocauit. Si per dominum
meum regem factum eſt verbum hoc; & non feciſti notum ſeruo tuo, quis ſede
bit ſuper thronum domini mei regis poſt eum? Et reſpondit rex Dauid, & dixit:
Vocate mihi Berſabee. Et intrauit coram rege, & ſtetit coram eo. Et iurauit
rex, & dixit: Viuit Dominus, qui redemit animam meam ex omni tribulatio-
ne, quia ſicut iuraui tibi in Domino Deo Iſrael, dicens, quia Salomon filius tuus
regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper thronum meum pro me; quia ſic faciam
die hac. Et inclinauit ſe Berſabee ſuper faciem ſuper terram, & adorauit regem, C
& dixit: Viuat dominus meus rex Dauid in ſeculum. Et dixit rex Dauid: Vo-
cate mihi Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banæam filium Iodae.
Et intrarunt coram rege. Et dixit rex eis: Sumite ſeruos Domini veſtri vobis
cum: & facite aſcendere filium meum Salomon ſuper mulam meam: & dedu-
cite eum in ipſam ^ Gion: & vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, et Nathan prophe
ta in regem ſuper Iſrael: et clangite cornea, et dicetis: Viuat rex ^ Salomon. Et
ſedebit ſuper thronũ meum, et regnabit pro me: & ego mandaui eſſe in Ducem
ſuper Iſrael, et Iudam. Et reſpondit Banæas filius Iodae regi, et dixit: ^ Fiat.
Sic confirmet Dominus Deus domini mei regis. Sicut fuit Dominus cum do- D
mino meo rege; ita ſit cum Salomon: et magnificet thronum eius ſuper thro-
num domini mei regis Dauid. Et deſcendit Sadoc ſacerdos, et Nathan prophe
ta, et Banæas filius Iodae, et Cherethi, et Phelethi. Et inſidere fecerunt Salo-
mon ſuper mulã regis Dauid, et adduxerũt eũ ad Gion. Et ſumpſit Sadoc ſacer-
dos cornu olei de tabernaculo, et vnxit Salomon, et clãxit cornea. Et dixit om-
nis populus: Viuat rex Salomon. Et aſcendit omnis populus poſt eũ: et choræas
ducebant in choris, et lætabantur lætitiam magnam: et ſcindebatur terra in vo
ce eorum. Et audiuit Adonias, et omnes inuitati eius: et ipſi conſummauerant
manducare. Et audiuit Ioab vocem corneæ, et dixit: Quæ nam vox ciuitatis
ſonantis? Adhuc eo loquente, et ecce Ionathan filius Abiathar ſacerdotis intra E
uit. Et dixit Adonias: Ingredere; quia vir virtutis es tu, et bona euangeliza. Et
reſpõdit Ionathan, et dixit. Et quidẽ Dominus noſter rex Dauid regẽ fecit Salo
mon, et miſit rex cũ eo Sadoc, ſacerdotẽ, et Nathan prophetã, et Banæam filiũ
Iodae, et Cherethi, et Phelethi, et ſedere eum fecerunt ſuper mulam regis: et
vnxerunt eum Sadoc ſacerdos, et Nathan propheta in ipſa Gion: et aſcende-
runt inde lætantes: et ſonuit ciuitas. Hæc eſt vox, quam audiſtis. Et ſedit Salo-
mon ſuper thronum regni, et intrarunt ſerui regis ad benedicendum dominum
noſtrum

A nostrum regem Dauid, dicentes: Bonum faciat Deus nomen Salomon super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adorauit rex super cubile: & etiam sic dixit rex: Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie de semine meo sedentem super thronum meum: & oculi mei aspiciunt. Et exterriti sunt omnes inuitati Adoniæ, & iuerunt vir in viam suam. Et Adonias timuit a facie Salomon: & surrexit, & abijt, & apprehendit cornua altaris. Et nunciatum est Salomon, dicentes: Ecce Adonias timuit regem Salomon, & tenet cornua altaris, dicens: Iuret mihi hodie Salomon, si ν non interficiet seruum suum in gladio. Et dixit Salomon: Si fuerit in virum virtutis, si cadet de
B capillis eius super terram: &, si malum inuentum fuerit in eo, interficietur. Et misit rex Salomon: & deduxerunt eum desuper altari. Et intrauit, & adorauit regem Salomon. Et dixit ei Salomon: Vade in domum tuam.

α Fouens regem.] *In commentarijs Græcis legitur*, καὶ ἦν τῷ βασιλεῖ συνκοιτος, & erat cubans simul cum rege. β Prohibuit.] ἀπεκώλυσεν, *Compl.* ἐπετίμησεν, corripuit, *vt vulgata.* γ Pepererat.] *Complut.* ἐγέννησε, genuit: *Sed illud respondet hebræo: ac subintelligendum est*, Aggith, *Multa alia sunt varietates huiusmodi, quas per se prudens lector expendet.* δ Rhei, & filij potentes.] *Vulgata*, Rei, & omne robur exercitus: *ac videtur dictum*, filij potentes, *quemadmodum dicitur*, filij virtutis. *Compl autem longius ab hebræo*, καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ, οἱ ὄντες δυνατοί. & amici eius, ij, qui erant potentes. ε Cum Æthe.] μετὰ αἰθὴ τοῦ ζωελεθί. *Sic etiam habet alius liber. Hebræus*, cum lapide Zoeleth, *licet valeat*, iuxta lapidem, *vt vulgata & sic alii græci*, παρὰ τὸν λίθον τὸν ζωελεθί. ζ Qui erat iuxta Rhogel.] *Alii*, ὃς ἦν ἐχόμενος. (*aut* τὸ ἐχόμενον, *vt Compl.* τῆς πηγῆς ῥωγὴλ, qui erat vicinus fonti Rhogel, *vt vulgata. In Comm. Græcis legitur*, ἐχόμενα ταὶν ῥωγὴλ. *& ad hunc locum apponuntur ea, quæ attulimus ad finem præcedentis libri. In quibus cum ita dicatur, quod erat*, τὴν αἰν, *Symmachum interpretatum esse* πηγὴν, fontem, *& Syrum* αἰνά, *satis apparet pro* ταὶν *legendum* αἰν, *& hanc esse lectionem lxx.* η Et omnes robustos.] *Sic vulgata quod græce est* ἁδρούς. *Compl.* τοὺς υἱοὺς τοῦ βασιλέως, καὶ πάντας τοὺς ἄνδρας, filios regis, & omnes viros. θ Super.] *Non est inusitatum hac notione sumi* κατὰ. *pro quo Compl.* ἐπὶ. ι Principes virtutis.] *Idest exercitus, & sic hebræus. Compl. autem* τὸν ἀρχιστράτηγον, principem militiæ. κ Gion.] *Theodoretus q. 2. inquit, hunc proprie esse Nilum: sed Siloem quoque sic solitam appellari, aut ironice, quod valde paruus esset, aut, quod ipse etiam ex occultis fontibus, vt Nilus, scaturiret.* λ Salomon: & sedebit.] *Sic plerique vetusti. In quibusdam tamen est*, καὶ ἀναβήσεσθε ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ καθήσεται, *quod vulgata.* Et ascendetis post eum: & veniet, & sedebit. μ Fiat. Sic.] *aptissime ad hebræum, & vulgatam. Compl autem iungens, vt videtur, duas interpretationes*, γένοιτο οὕτως πιστώσαι ὁ θεὸς τοὺς λόγους τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλέως. οὕτως εἶπε κύριος ὁ θεός σου κύριέ μου βασιλεῦ. καὶ καθὼς ἦν. Fiat sic. Confirmet Deus verba domini mei regis. Sic dixit Dominus Deus tuus domine mi rex. Et sicut fuit, *etc.* ν Si
D non interficiet,] εἰ οὐ θανατώσει. *Compl.* τοῦ μὴ θανατῶσαι, *et vulgata*, quod nō interficiat. *hebræus*, si interficiet. *Nam sæpe in illa particula, si, inclusa est vis negandi. Quare paulo post in nostra, et in plerisque codicibus græcis* εἰ πεσεῖται, si cadet: *quod in Compl. est*, οὐ μὴ πέσῃ non cadet.

C A P. I I.

ET appropinquauerunt dies Dauid, vt ipse moreretur. Et α respondit Salomon filio suo, dicens: Ego quidem vado in via vniuersæ terræ. Et confortaberis, & eris in virum: & custodies custodiam Domini Dei tui, ad ambulandum in vijs eius, custodiendo mandata eius, & β iustificationes, & iu
E dicia, quæ scripta sunt in lege Moysi: vt intelligas, quæ facies secundum omnia quæcumque mandauero tibi: vt stabiliat Dominus verbum suum, quod locutus γ est, dicens: Si custodierint filij tui viam suam ad ambulandum coram me in veritate, in toto corde δ suo, dicens, non exterminabitur tibi vir desuper throno Israel. Et etiam tu nosti, quæcumque fecit mihi Ioab filius Saruiæ, quæcũque fecit duobus principibus virtutum Israel, Abenner filio Ner, & Amessai filio Iether: & interfecit eos, & ε posuit sanguines belli in pace: & dedit sanguinem innocentem in zona sua, quæ in lumbo suo, & in calceamēto suo, quod in pe-

in pede suo. Et facies secundum sapientiam tuam: & non deduces caniciem A
eius in pace ad infernum. Et filijs Berzelli Galaaditæ facies misericordiam: &
erunt in comedentibus mensam tuã: quoniam sic appropinquarunt mihi in fu-
giendo me a facie Abessalom fratris tui. Et ecce tecũ Semei filius Gera filius Ie
meni e Baurim: & ipse maledixit me maledictionẽ acerbã die, qua ibã in castra.
Et ipse descẽdit in occursum meũ in Iordanem: & iuraui ei in Domino, dicẽs: si
interficiam te in gladio. Et non iustificabis eũ: quoniã vir sapiens es tu, & cogno
sces, quæ facies ei: & deduces canitiem eius in sanguine ad infernum. Et dormi-
uit Dauid cum patribus suis: & sepultus est in ciuitate Dauid. Et dies, quibus re-
gnauit Dauid super Israel, quadraginta anni: in Chebron regnauit septem an- B
nos: & in Hierusalem triginta tres annos. Et Salomon sedit super thronum Da-
uid patris sui: & paratum fuit regnum eius valde. Et intrauit Adonias filius Ag
gith ad Bersabee matrem Salomon, & adorauit eam. At illa dixit: Pax introitus
tuus? Et dixit: Pax. Verbum mihi ad te. Et dixit ei: Loquere. Et dixit ad eam: Tu
nosti, quia mihi erat regnum: & super me posuerat omnis Israel faciem suam in
regem. Et versum fuit regnum: & factum est fratri meo: quoniam a Domino fa-
ctum est ei. Et nunc petitionem vnam peto a te: ne auertas faciem tuam. Et di-
xit ei Bersabee: Loquere. Et dixit ad eam: Dic nunc ad Salomon regem; quia nõ
auertet faciem tuam a te: & dabit mihi Abisag Somanitem in vxorem. Et dixit C
Bersabee: Recte. Ego loquar pro te regi. Et intrauit Bersabee ad regem Salomon
ad loquendum ei pro Adonia. Et exurexit rex in obuiam ei, & osculatus est eã:
& sedit super thronum: & positus est thronus matri regis, & sedit a dextris eius.
Et dixit ei: Petitionem vnam paruam ego peto a te: ne auertas faciem meam.
Et dixit ei rex: Pete mater mea: & non auertã te. Et dixit: Detur, quæso, Abisag
Somanites Adoniæ fratri tuo in vxorem. Et respondit rex Salomon, & dixit
matri suæ: Et vt quid tu petijsti Abisag Adoniæ? Et pete ei regnum: quoniã hic
frater meus magnus super me: & ei Abiathar sacerdos, & ei Ioab filius Saruiæ
princeps militiæ amicus. Et iurauit rex Salomon per dominum, dicens: Hæc D
vero faciat mihi Deus, & hæc adijciat: quoniam contra animam suam locutus
est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus, qui parauit me, & posuit me
super thronum Dauid patris mei, & ipse fecit mihi domum, sicut locutus est Do
minus; quia hodie occidetur Adonias. Et misit rex Salomon in manu Banææ fi-
lij Iodae: & sustulit illum: & mortuus est Adonias in die illa. Et Abiathar sacer-
doti dixit rex: Recurre in Anathoth in agrum tuum: quoniam vir mortis es tu
in die hac: & non interficiam te; quia portasti arcam testamenti Domini coram
patre meo: & quia afflictus fuisti in omnibus, in quibus afflictus est pater meus.
Et eiecit Salomon Abiathar, ne esset sacerdos Domini, ad implendum verbum E
Domini, quod locutus est super domum Heli in Selom. Et rumor venit vsque
ad Ioab filium Saruiæ: quoniam fuerat inclinãs post Adoniam: & ʿ post Salo-
mon non inclinauerat. Et fugit Ioab in tabernaculum Domini, & tenuit cor-
nua altaris. Et nunciatum est Salomon, dicentes; quia fugit Ioab in tabernaculũ
Domini, & ecce tenet cornua altaris. Et misit Salomon rex ad Ioab, dicens: Quid
factum est tibi, quia fugisti ad altare? Et dixit Ioab: Quoniam timui a facie tua;
& fugi ad Dominum. Et misit Salomon ipsum * Banæu filium Iodae, dicens:
Vade, & tolle eum, & sepeli eum. Et venit Banæas filius Iodae ad Ioab in taber-
naculum

A naculum testimonij: & dixit ei: Hæc dicit rex: Egredere. Et dixit Ioab: Non egrediar; quoniam hic moriar. Et reuertit Banæas filius Iodae, & dixit regi, dicens: Hæc locutus est Ioab: & hæc respódit mihi. Et dixit ei rex: Vade, & fac ei sicut dixit: & tolle eum, & sepelies eum: & amouebis hodie sanguinem, quem gratis effudit, a me, & a domo patris mei. Et reuerti fecit Dominus sanguinem iniustitiæ eius in caput eius; quia occurrit duobus hominibus iustis, & bonis super eum, & interfecit eos in gladio, (& pater meus ignorauit ᶿ sanguinem eorum.) Abenner filium Ner ducem militiæ Israel, & Amessà filium Iether ducem militiæ Iuda. Et reuersi sunt sanguines eorum in caput eius, & in caput seminis eius in seculum. Et Dauid, & semini eius, & domui eius & throno eius fiat
B pax vsque in seculum a Domino. Et ascendit Banæas filius Iodae, & occurrit ei, & interfecit eum, & sepeliuit eum in domo eius ι in deserto. Et dedit rex ipsum Banæu filium Iodae pro eo super exercitum. Et κ regnum dirigebatur in Hierusalem. Et Sadoc sacerdotem dedit eum rex in sacerdotem primum pro Abiathar. Et λ Salomon filius Dauid regnauit super Israel, & Iuda in Hierusalem. Et dedit Dominus prudentiam ipsi Salomon, & sapiétiam multam valde & latitudinem cordis, velut arena, quæ iuxta mare.

C α Respondit.] *Alii ἐνετείλατο, præcepit, vt vulgata.* β Iustificationes] *δικαιώματα videtur esse illud, quod in vulgata dicitur* ceremonias. *Nam & alibi notatum est vocabulo isto ritus, & ceremonias significari. Pro isto nunc Theodoretus q. 3. habet ἀκριβάσματα, apud quem totus hic locus sic habet,* καὶ φυλάξεις τὴν φυλακὴν τοῦ θεοῦ Ἰσραήλ, τοῦ πορεύεσθαι ἐνώπιον αὐτοῦ, φυλάσσειν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ἀκριβάσματα αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ, ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ὡς γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Μωυσῆ, ὅπως εὐοδωθῇ πάντα ἃ ποιήσεις, καὶ πανταχοῦ οὗ ἐὰν ἐπιβλέψῃς ἐκεῖ & custodies custodiam Dei Israel, ambulando coram eo, custodiendo viam eius, & constitutiones eius, exquisita præcepta eius, & iudicia eius, mandata eius, & testimonia eius, sicuti scriptum est in lege Moysi, vt bene procedant omnia, quæ facies, & quocunque inspexeris illuc. γ Locutus est.] *In aliis additur περὶ ἐμοῦ,* de me, *vt vulgata.* δ Suo dicens.] *Alii* αὐτῶν, καὶ ἐν ὅλῃ ψυχῇ αὐτῶν, λέγων, suo, & in tota anima sua, dicens. *Istud autem,* dicens, *est etiam in hebræo, & chaldæo: & nihil facit ad sententiam, sed addit tantum asseuerationem quandam: quare in vulgata omittitur.* ε Et posuit sanguines.] *Ad verbum ex hebræo, & valet, perinde se gessit in pace, atque ita sanguinem effudit, ac si esset bellum. Compl. autem,* καὶ ἐξεδίκησεν αἷμα, & vltus est sanguinem, *quod referri posset ad vindictam sumptam, dum erat pax, de Asael, qui occisus fuerat in bello.* ζ Salomon.] *In hebræo, & chaldæo est* Absalom, *sed in vulgata,* Salomonem. η Ba-
D nau.] *τὸ Βαναίου, ita etiam in extremo fere capite & in sequenti* Ἀζαρίου, & Ὀρνίου, *seruata nimirum terminatione hebræa, quæ in omnibus casibus eadem est. In aliis libris, & sæpe etiam in ipso Vaticano, legitur inflexum ad normam linguæ græcæ, τὸ Βαναίου.* θ Sanguinem eorum.] *Absunt a Compl. & a vulgata.* ι In deserto.] *Abest a Compl. sed non a vulgata, & hebræo.* κ Et regnum dirigebatur in Hierusalem.] *Item ista a Compl. & vulgata, & uideri possunt respondere iis, quæ initio capitis 3. in vulgata,* confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis. λ Et Salomon.] *Pro his usque in finem in Compl. ut in uulgata, sequitur narratio de cæde Semei, quæ in cæteris græcis codicibus habetur cap. sequenti. Theodoretus autem quo loco habuerit, dubium esse potest. Et in his, quæ sequuntur, multis modis ordo discrepat.*

CAP. III.

ET α multiplicata est prudentia Salomon valde super prudentiam omnium filiorum antiquorum, & super omnes prudentes Ægypti. Et acce-
E pit filiam Pharaonis, & introduxit eam in ciuitatem Dauid, quoadusq. ipse consummasset ædificare domum suam, & domum domini in primis, & murum Hierusalem in circuitu. In septem annis fecit, & consummauit.

β Et fuerunt Salomon septuaginta mille portantes onus, & octuaginta millia lapicidarum in monte. Et fecit Salomon mare, & sustentacula, & labra magna, et columnas, et fontem atrij, et mare æneum. Et ædificauit γ arcem propugnaculum super eam, abscidit ciuitatem Dauid. Sic filia Pharao ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat ei: tunc ædificauit arcem. Et Salo-

Salomon offerebat tres in anno holocaustoses, et pacificas super altare, quod A
ædificauerat Domino, et adolebat coram Domino. Et consummauit domum.
Et hi sunt principes, qui erant præpositi super opera ipsius Salomon, ter mille
et sexcenti præsides populi facientium opera. Et ædificauit Assur, et Magdo, et
Gazer, et Bæthoron superiorem, et Ballath. Verum, postquam ipse ædificarat
domum Domini, et murum Hierusalem in circuitu; post hæc ædificauit ciuitates
istas. Et dum adhuc Dauid viueret, mandauit Salomoni, dicens: Ecce tecũ
Semei filius Gera, filius seminis Iemeni de Chebron. Hic maledixit me maledictionem
acerbam, in qua die egrediebar in castra. Et ipse descendit in obuiam
mihi super Iordanem: et iuraui ei per Dominum, dicens: si occidetur in gladio. B
Et nunc non iustificabis eum: quoniam vir prudens tu: et cognosces,
quæ facies ei: et deduces canitiem eius in sanguine ad infernum. Et vocauit rex
Semei, et dixit ei: Ædifica tibi domum in Hierusalem, et sede ibi, et non
egredieris inde vsquam. Et erit, in die exitus tui, et transieris torrentem Cedron;
cognoscens cognosces, quia morte morieris: sanguis tuus erit super caput
tuũ. Et adiurauit eũ rex in die illa. Et dixit Semei ad regẽ: Bonũ est verbũ, quod
locutus es domine mi rex. Sic faciet seruus tuus. Et sedit Semei in Hierusalem
tres annos. Et factum est post tres annos, et aufugerunt duo serui Semei ad Anchus C
filiũ Maacha regẽ Geth. Et annunciatum est Semei, dicentes: Ecce serui tui
in Geth. Et surrexit Semei, et instrauit asinum suum, et iuit in Geth ad Anchus
ad exquirendum seruos suos. Et iuit Semei, et duxit seruos suos è Geth. Et
nunciatum est Salomon, dicentes, quia iuit Semei de Hierusalem in Geth, & reduxit
seruos suos. Et [illegible]isit rex, & vocauit Semei, & dixit ad eum: Nonne adiuraui
te per Dominum, & contestatus sum tibi, dicens, in quacumque die exieris
de Hierusalem, & ieris in dextra, vel in sinistra; cognoscens cognosces, quia
morte * morieris? Et quid, quod non custodisti iuramentum Domini, & mandatum,
quod mandaui contra te? Et dixit rex ad Semei: Tu nosti omne malum
tuum, quod nouit cor tuum, quæ fecisti Dauid patri meo: & retribuit Dominus D
malum tuum in caput tuum. Et rex Salomon benedictus: & thronus Dauid erit
paratus coram Domino in seculum. Et mandauit rex Salomon Banææ filio Iodae:
& egressus est, & sustulit illũ. Et fuit rex Salomon prudens valde, & sapiens
Et Iuda, & Israel multi valde, tanquam arena, quæ super mare, in multitudine,
comedentes, & bibentes, & * gaudentes. Et Salomon erat princeps in omnibus
* regnis. Et erant offerentes dona, & seruiebant Salomon omnes dies vitæ eius.
Et Salomon cepit aperire præfecturas Libani. Et ipse ædificauit Thermæ in deserto.
Et hoc * prandium Salomon: triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ
subactæ: decem vituli electi, & viginti boues pascuales, & centum oues, præter E
ceruos, et capreas, et aues electas pascuales: quoniam erat princeps in omni
trans flumen a Raphi vsque Gazam in omnibus regibus trans flumen. Et erat ei
pax ex omnibus partibus eius in circuitu. Et habitabat Iuda et Israel confidentes,
vnusquisque sub vite sua, et sub ficu sua, comedentes, et bibentes, et festiuitatem
celebrantes a Dan, et vsque Bersabee omnibus diebus Salomon. * Et hi
erant principes Salomon: Azariu filius Sadoc sacerdotis, et Orniu filius Nathan
princeps præfectorum (et cucurrit ad domum suam) et Suba scriba, et Basà
filius Achithalam cõmonefaciẽs, et Abi filius Ioab princeps militiæ, et Achire
filius

A filius Edrai ſuper onera, & Banæas filius Iodae ſuper aulæ præfecturam, & ſuper plinthium, & Cachur filius Nathan conſiliarius. Et erant Salomon quadraginta mille fœtæ equæ in currus, & duodecim millia equorum. Et fuit princeps in omnibus regibus a flumine, & vſque ad terram alienigenarum, & vſque ad fines Aegypti. Et Salomon filius Dauid regnauit ſuper Iſrael, & Iuda in Hieruſalem.

Verumtamen populus erant adolentes in excelſis: quoniam non erat ædificata domus Domino vſque nunc. Et dilexit Salomon Dominum, eundo in præceptis Dauid patris ſui. Tantummodo in excelſis ſacrificabat, & adolebat. Et ſurrexit, & iuit in Gabaon ad ſacrificandum ibi: quoniam
B ipſum erat excelſiſsimum, & ' magnum. Millenariam holocauſtoſim obtulit Salomon ſuper altare in Gabaon. Et apparuit Dominus ipſi Salomon in ſomno nocte. Et dixit Dominus ad Salomon: Pete aliquam petitionem * tibi. Et dixit Salomon: Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam; ſicut tranſiuit coram te in veritate, & in iuſtitia, & in rectitudine cordis tecum. Et cuſtodiſti ei miſericordiam magnam hanc, dare filium eius ſuper thronum eius, ſicut dies hæc. Et nunc Domine Deus meus tu * dediſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: & ego ſum puer paruus: & non noui exitum meum, & introitum meum. Seruus autem tuus in medio
C populi tui, quem elegiſti populum multum, qui non * numerabitur. Et dabis ſeruo tuo cor ad audiendum, & diiudicandum populum tuum in iuſtitia, & ad intelligendum inter bonum, & malum. Quoniam quis poterit iudicare populum tuum grauem hunc? Et placuit coram Domino, quia petierat Salomon verbum hoc. Et dixit Dominus ad eum: Pro eo, quod petijſti a me verbum hoc, & non petijſti tibi dies multos, & non petijſti diuitias, neque petijſti animas inimicorum tuorum, ſed petijſti tibi intelligere ad exaudiendum iudicium; ecce feci iuxta verbum tuum. Ecce dedi tibi cor prudens, & ſapiens: ſicut tu, non fuit ante te: & poſt te non exurget ſimi-
D lis tibi. Et quæ non petijſti, dedi tibi, & diuitias, & gloriam; ita vt non fuerit vir ſimilis tibi in regibus. Et, ſi ambulaueris in via mea cuſtodiendo mandata mea, & præcepta mea, ſicut ambulauit Dauid pater tuus; & * multiplicabo dies tuos. Et expergefactus eſt Salomon: & ecce ſomnium. Et ſurrexit, & aduenit in Hieruſalem: & ſtetit ad faciem altaris: quod ad faciem arcæ teſtamenti Domini in Sion: & obtulit holocauſtoſes, & fecit pacificas: & fecit conuiuium * magnum ſibi, & omnibus pueris ſuis. Tunc apparuerunt duæ mulieres meretrices regi, & ſteterunt coram eo. Et dixit mulier vna: In me Domine. Ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna: & * pe-
E perimus in domo. Et factum eſt in die tertia, cum ego peperiſſem, pe perit & mulier hæc. Et nos ſimul: & non eſt vllus nobiſcum præter ambas nos in domo. Et mortuus eſt filius mulieris huius nocte, quia incubuit ſuper eum. Et ſurrexit media nocte, & ſumpſit filium meum ex vlnis * meis: & collocauit eum in ſinu ſuo: & filium ſuum mortuum collocauit in ſinu meo. Et ſurrexi mane ad lactandum filium meum: & ille erat mortuus. Et ecce conſideraui eum mane: & ecce non erat filius meus, quem peperi. Et dixit mulier altera: Nequaquam: ſed filius meus eſt, qui viuit: filius autem tuus, qui * mortuus. Et

loquutæ sunt coram rege. Et dixit rex eis: Tu dicis, hic filius meus, qui A
viuit, & filius huius est, qui mortuus. Et tu dicis: nequaquam, sed filius meus est, qui viuit; & filius tuus, qui mortuus. Et dixit rex: Sumite gladium. Et attulerunt gladium coram rege. Et dixit rex: Diuidite puerum viuentem lactentem in duo: & date dimidium eius huic, & dimidium eius huic. Et respondit mulier, cuius erat filius viuens: & dixit ad regem: quoniam turbatus est vterus eius super filio suo; & dixit: In me domine: Date ei puerum: & morte non mortificetis eum. Et hæc dixit: Neque mihi, neque tibi sit: diuidite. Et respondit rex, & dixit: Date puerum ei, quæ dixit, date huic eum, & morte ne mortificetis eum: hæc mater eius. B
Et audierunt omnis Israel iudicium hoc, quod iudicauerat rex: & timuerunt a facie regis: quoniam viderunt, quia prudentia Dei in eo ad faciendum iustificationem.

α Et multiplicata est.] *Hæc agnoscuntur hoc loco etiam à Theodoreto q. 10. In Compl. longe aliter habent, itemque multa alia in his capitibus: atque ita, vt respondeant hebræo. In cæteris etiam libris neque eadem prorsus verba, neque idem semper ordo. Sed infinitum esset omnes varietates indicare. Lector suam diligentiam præstet necesse est. Principium quidem capitis in Compl. & vulgata habetur in extremo quarto capite.* β Et fuerunt Salomon.] *Hinc vsque ad illud*, verumtamen populus erant adolentes, *absunt hoc loco, vt à vulgata, ita etiam a Compl. in qua etiam non est* πλὴν ὁ λαὸς, *sed* καὶ ὁ λαὸς, Et populus. *Cæterum multa ex his partim in præcedente cap. apud illos habentur, partim in sequentibus.* γ Arcem propugnaculum.] *In alijs*, τὴν ἄκραν, καὶ τὰς ἐπάλξεις αὐτῆς, καὶ διέκοψε τὴν πόλιν david, arcem, & propugnacula eius, & aedificauit ciuitatem Dauid. C
δ Moriens.] *In aliis adduntur hæc, quæ sunt etiam in Compl. & vulgata cap secundo*, καὶ εἶπάς μοι, ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα, ὃ ἤκουσα, & dixisti mihi, bonum est verbum quod audiui. ε Gaudentes.] χαίροντες *Et sic etiam Compl. cap. 4. vbi hæc habet vnà cum vulgata. Nonnulli libri* ἑορτάζοντες festiuitatem celebrantes, *vt paulo post in hoc eodem cap.* ζ Regnis.] *Sic etiam alius liber. In aliis sequitur* ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γῆς φυλιστιαίων, καὶ ἕως ὁρίου αἰγύπτου, *& sic Compl. cap 4. quod in vulgata est*, a flumine terræ Philisthijm vsque ad terminum Ægypti. *Similia habentur paulo post etiam in nostra.* η Prandium.] *In aliis additur*, καὶ ταῦτα τὰ δέοντα τῷ σαλωμὼν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Et hæc necessaria Salomoni in die vna. *Illud quidem*, in die vna, *est etiam in Compl. & vulgata cap. 4.* θ Et hi erant principes.] *Hæc vsque ad illud.* Et erant Salomon quadraginta mille, *absunt a nonnullis: neque mendis carent, & de hac re agitur cap. 4. Omnino multis modis constat aliqua esse admissa ex aliis interpretationibus, & nonnumquam ex margine in textum irrepsisse, & alieno etiam loco esse collocata. Hanc tamen narrationem de præfectis Salomonis Theodoretus q. 11. videtur hoc loco habuisse: sed huius tantum partis mentionem facit*, ἀχιχὰμ υἱὸς θαρὰ ἐπὶ τοῦ ἄρσεως. Achicam filius Tharat super oneraac decet fuisse præfectum eorum qui lapides, & ligna asportabant, *quos liber Paralipomenon vocauit* νωτοφόρους, *homines autem sui temporis vocarent* ὠμοφόρους, *quasi* humero portantes. ι Magnum. Millenariam holocaustosim obtulit Salomon.] D
Melius, quam quod apud Theodoretum q. 12. καὶ μεγάλην χιλιαρχίαν ὁλοκαυτωμάτων ... καὶ ἀνήνεγκε σαλωμὼν, & magnum mille holocaustorum capax. Et obtulit Salomon, &c. κ Tibi.] *Nec plura refert Theodoretus. In Compl. additur*, καὶ δώσω σοι, & dabo tibi. *Vulgata* postula, quod vis, vt dem tibi. λ Dedisti.] *Sic etiam Theodoretus. Compl. autem* ἐβασίλευσας *quod vulgata*, regnare fecisti. μ Numerabitur.] *Apud Theodoretum, & in Compl. additur* ἀπὸ τοῦ πλήθους, καὶ οὐ ψηφισθήσεται, præ multitudine, & non supputabitur. ν Multiplicabo.] *Idem* μακρυνῶ, longos faciam, *vt vulgata.* ξ Magnum sibi, &c.] *Absunt a Comp. & hebræo Vulgata tamen* grande conuiuium. ο Peperimus.] *Compl.* ἔτεκον, peperi. π Meis.] *In eadem additur*, καὶ ἡ δούλη σου ἐκάθευδε, & ancilla tua dormiebat. ρ Mortuus.] *Item hæc*, καὶ αὕτη εἶπεν, οὐχί, ὁ υἱός σου ὁ τεθνηκώς, καὶ ὁ υἱός μου ὁ ζῶν. Et illa dixit: naquaquam: filius tuus est, qui mortuus; & filius meus, qui viuit.

CAP. IV. E

ET erat rex Salomon regnans super Israel. Et hi principes, qui erant ei: Azarias filius α Sadoc, Eliaph, & Achia β filius Seba scribæ: Et Iosaphat filius Achilud commonefaciens: Et Banæas filius Iodae super virtutem: Et Sadoc, & Abiathar sacerdotes: Et γ Ornia filius Nathan super assistentes: Et Zabuth filius Nathan amicus regis: Et Achisar erat œconomus: & δ Eliac œconomus: & Eliab filius Saph super familiam: Et Adoniram filius

A filius Aydon super tributa. Et Salomoni duodecim præfecti super omnem Israel ad præbendum regi, & domui eius: mésem in anno erat super vnum præbere. Et hæc nomina eorum. [ε] Been filius Or in monte Ephræm, [ζ] vnus: Filius Dacar in Maies, & in Salabin, & Bæthsamys, & Elom vsque Beth anan, vnus: Filius Esdi in Araboth: ipsius Sochò, & vniuersa terra Opher: Filij Aminadab vniuersa Nephthador (Thephat filia Salomon erat ei in vxorem) vnus: Banà filius Achiluth ipsam Ithanaach, & Maggeddo: & vniuersa domus Sar, quæ apud Sesathan, sub Esrac: & de Bæthsan vsque Abelmaula, vsque Maeber Lucam, vnus: Filius Naber in Rhaboth [η] Galaad (huic funiculus Ergab in Ba
B san sexaginta ciuitates magnæ muratæ, & vectes ænei) vnus: Achinadab filius Saddò Maanaim: Achimaas in Nephthalim: (& hic accepit Basemoth filiam Salomon in vxorem) vnus: Baana filius Chusì in Aser, & in Baaloth, [θ] vnus: Semei filius Elà in Beniamin: Gaber filius Adai in terra Gad Seon regis Esebon, & Og regis Basan: & [ι] Naseph vnus in terra Iuda: Iosaphat filius Phuasud in Issachar, [κ] Et præbebant præfecti sic regi Salomon: & omnia mandata ad mensam regis, vnusquisque mensem suum: non mutant verbum. Et ordea, & paleam equis, & currubus ferebant ad locum, vbicumque esset rex, vnusquisque iuxta ordinem suum. [λ] Et hæc erant necessaria Salomon in die vna, triginta
C cori similæ, & sexaginta cori farinæ subactæ, & decē vituli electi, & viginti boues pascuales, & centum oues, præter ceruos, & capreas [μ] electas, saginata. Quoniam erat princeps trans flumen, & erat ei pax ex omnibus partibus in circuitu. Et dedit Dominus prudentiam ipsi Salomon, & sapientiam multam valde & latitudinem cordis, velut arena, quæ iuxta mare. Et [ν] abundauit Salomon valde super prudentiam omnium [ξ] antiquorum hominum, & super omnes prudentes Aegypti: & sapuit super omnes homines: & sapuit super [ο] Gæthan Zaritem, & Aenam, & Chalcad, & Darala filios Mal. Et locutus est Salomon ter mille parabolas: & fuerunt cantica eius quinque mille. Et locutus est de lignis
D a cedro, quæ in Libano, & vsque ad hyssopum egredientem per parietem. Et locutus est de pecoribus, & de volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus. Et adueniebant omnes populi audire sapientiam Salomon, [π] & ab omnibus regibus terræ, quicumque audiebant sapientiam eius. Et accepit Salomon filiam Pharao sibi in vxorem: & introduxit eam in ciuitatem Dauid; quoadusque ipse consummasset domum Domini, & domum suam, & murū Hierusalem. Tunc ascēdit Pharao rex Aegypti, & cepit Gazer, & incendit eam, & Chananitem habitantem in Mergab. Et dedit [ρ] eas Pharao misiones filiæ suæ vxori Salomon. Et Salomon ædificauit Gazer.

E

[α] Sadoc.] *Compl. & alii addunt* ὁ ἱερεὺς, Sacerdos. *Sed melius vulgata* Sacerdotis. [β] Filius Seba.] *In aliis* υἱοὶ σαφὰ filij Sifa: *quod respondet vulgatæ.* [γ] Ornia.] *Alii* Azarias, *vt vulgata.* [δ] Et Eliac œconomus.] *Absunt ista à multis: à Compl. autem etiam illa, quæ sequuntur*, & Eliab filius Saph super familiam, *quemadmodum & à vulgata.* [ε] Been filius Or.] *Compl. habet tantum* Benor: *vulgata tantum* Benhur. *Nam* Ben, & filius *idem videntur valere. Multa semper huiusmodi in his propriis nominibus eueniunt.* [ζ] Vnus.] εἷς. *In aliquibus* εἰς. *A Compl. abest & hic, & in sequentibus (quemadmodum etiam in vulgata) præterquam vno loco, qui indicabitur.* [η] Galaad.] *In Compl sequitur* τούτῳ ἦσαν πόλεις ἰαὶρ υἱοῦ μανασσῆ ἐν γαλαάδ, τούτῳ σχοίνισμα ἀργὼβ, huius erant ciuitates Iair filij Manasse, huic funiculus Argob, &c. *quod fere respondet vulgatæ.* [θ] Vnus.] *Hic in aliis collocatur Iosaphat ante Semei.* [ι] Et Naseph vnus.] *Alij* νασὶβ, *vel* νασιβ, *& significat præfectum: quare hic etiam in Compl. additur* εἷς. *Est enim sensus*: & præfectus in terra Iuda vnus. [κ] Et præbebant.] *Hic locus in Compl. multis interiectis, quæ in nostra habentur cap.*

præcedenti, sic habet, καὶ ἐχορήγουν οἱ καθεστάμενοι οὕτως τῷ βασιλεῖ Σαλωμὼν κατὰ πάντα τὰ διηγγελμένα, & præbebant præfecti hi regi Solomoni iuxta omnia, quæ mandata erant. λ Et hæc erant necessaria.] *Hæc vsque ad illud.* Et dedit Dominus, *quæ habita sunt etiam capite superiore, hoc loco absunt ab alijs. Habentur tamen, sed cum aliqua varietate, in Compl. vt in vulgata.* μ Electas, taginata.] *Supra dictum est*, καὶ ὀρνίθων ἐκλεκτῶν νομάδων, et aues electas pascuales. *quomodo fere nunc Compl. Vulgata autem*, atque bubalorum, & auium altilium. ν Antiquorum.] *Vulgata* Orientalium. ξ Abundauit Salomon.] ἐπληθύνθη Σαλωμών. *Alii addunt* σοφία Σαλωμών, multiplicata est sapientia Salomon. ο Gæthan.] *Theodoretus q.16. mentionem facit* ἰχάμ, *&* ἀμαζί, *quæ nomina eodem modo habentur in Compl.* π Et ab omnibus regibus.] *In aliis*, καὶ ἐλάμβανε δῶρα παρὰ πάντων *(abest* πάντων *à Compl.)* τῶν βασιλέων, & accipiebat dona ab omnibus regibus. ρ Eas Pharao, millones.] *Sic etiam Theodoretus q.18. Compl. cap. 9. habet* αὐτήν, eam. *Theodoretus ita explicat*, quas cepit urbes, dotem ei dedit, cum Salomoni eam despondisset. *Verum de toto hoc Pharaonis loco sic scribitur in scholio.* Hoc in exaplo ponitur post vniuersam templi ædificationem, & post orationem Salomonis, & Dei ad ipsum apparitionem: quemadmodum & eo loco notatum inuenies. A

B

CAP. V.

ET misit Chiram rex Tyri pueros suos ad [a] vngendum Salomon pro Dauid patre eius: quoniam Chiram fuerat diligens Dauid omnibus diebus. Et misit Salomon ad Chiram, dicens: Tu nosti patrem meum Dauid, quia non poterat ædificare domum Domini Dei mei a facie bellorum, quæ circundederũt eum; quoadusque Dominus daret eos sub vestigijs pedum eius. Et nunc requiem dedit Dominus Deus meus mihi in circuitu: & non est aduersarius: & non est [b] peccatum malum. Et ecce ego dico ædificare domum nomini Dei mei; sicut locutus est Dominus Deus ad Dauid patrem meum, dicẽs: C
Filius tuus, quem dabo pro te super thronum tuum, hic ædificabit domum nomini meo. Et nunc manda: & cædant mihi ligna de Libano. Et ecce serui mei cum seruis tuis. Et mercedem [c] seruitij tui dabo tibi secundum omnia, quæcumque dixeris: quoniam tu nosti, quia non est nobis sciens ligna cædere, sicut Sidonij. Et factum est, vt audiuit Chiram verba Salomon, gauisus est valde, & dixit: Benedictus Deus hodie, qui dedit ipsi Dauid filium prudentem super populum multum istum. Et misit ad Salomon, dicens: Audiui de omnibus, de quibus misisti ad me: ego faciam D
omnem voluntatem tuam. Ligna cedrina, & abiegna serui mei deducent ea de Libano ad mare: ego ponam ea [d] rates vsque ad locum, quocumque miseris ad me: & excutiam ea ibi, & tu tolles. Et facies voluntatem meam, dando panes domui meæ. Et fuit Chiram dans Salomon cedros, & abietes, & omnem voluntatem eius. Et Salomon dedit Chiram viginti mille coros frumenti, & [e] Machir domui eius, & viginti millia [f] Bæth olei contusi. Iuxta hoc dabat Salomon ipsi Chiram per annum. Et Dominus dedit sapientiam Salomon, sicut locutus est ei. Et fuit pax inter Chiram, & inter Salomon: & disposuerunt testamentum inter se. Et retulit rex tributum ex omni Israel: & fuit tributum triginta millia virorum. Et misit eos E
in Libanum: decem mille in mense mutantes se: mensem erant in Libano, & duos menses in domo sua. Et Adoniram super tributũ. Et erãt Salomon septuaginta mille portantes onus, & octuaginta millia lapicidarum in monte absque principibus, qui præsidebant super opera Salomon: ter mille, & sexcenti [g] præfecti, facientes opera. Et parauerunt lapides, & ligna [h] tribus annis.

A α Ad vngendum.] *Ita etiam Theodoretus 19. vbi hũc locum diligenter explicat. In scholio autem hæc notantur.* In quibusdam exemplaribus *habetur, καὶ ἀπέστειλε Χειρὰμ βασιλεὺς Τύρου τοὺς παῖδας αὐτοῦ πρὸς Σαλωμών. (al. χρῖσαι) ἤκουσε γὰρ ὅτι αὐτὸν ἔχρισαν εἰς βασιλέα ἀντὶ Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. φίλος γὰρ ἦν Χειρὰμ τοῦ Δαυὶδ πάσας τὰς ἡμέρας. ἀπέστειλε δὲ Σαλωμὼν πρὸς Χειρὰμ, καὶ τὰ ἑξῆς. quæ in vulgata.* Misit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim quod ipsum vnxissent regem pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. Misit autem Salomon ad Hiram, &c. β Peccatum malum.] *In aliis est ἀπάντημα πονηρόν, quod in vulgata,* occursus malus. γ Seruitij tui.] *Compl.* τῶν δούλων σου, seruorum tuorum. δ Rates.] *σχεδίαις: & subintelligitur ut etiam in hebræo,* εἰς, in ratibus: *quod exprimit Compl. sic Gen. 6.* nidos facies arcam *pro,* in arca. ζ Et Machir.] *Etiam Theodoretus q. 20. in codicibus collatis habet μαχίρ, sed sine copula,* &: *ac putat significare mensuram. Interpres habet Maclet: quod satis conuenit cum dictione hebræa: quam tamen nolunt significare non mensuram, sed cibum. In aliis autem codicibus est μαχὶλ, in Compl. μαχάλ.* η Bath.] *Theodoretus.* Istud autem Ciß alij interpretati sunt *βάτων* (al. *βάδον.*) Batus autem mensura est palestina continens septuaginta sextarios, & quatuor congios, sicut dixit Iosephus. θ Præfecti, facientes opera.] *ἐπιστάται οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα, ut uerbum ποιῶ uideatur dictum de iis, qui opus faciendum curant. Compl. ἐπιστάται τῷ*

B *λαῷ τῶν ποιούντων τὰ ἔργα, quod vulgata,* præcipientes populo, & ijs, qui faciebant opus. *Atque ita etiam in nostra cap. 3. vbi hoc idem repetitur. Quod uero ad numerum pertinet, etiam ibi est* ter mille, & sexcenti. *Sed in Compl. & uulgata hic* ter mille, & trecenti. *In quibus etiam sequuntur nonnulla, quæ in nostra, & in aliis ponuntur non longe ab initio sequentis capitis: ubi etiam uidetur habuisse Theodoretus.* ι Tribus annis.] *τρία ἔτη. Theodoretus q. 21. τρισὶν ἔτεσιν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου,* tribus annis ad ædificationem domus. *Compl. habet tantum τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον* ad ædificandam domum, *ut uulgata.*

CAP. VI.

ET factum est in [α] quadragesimo, & quadringentesimo anno exitus filio-

C rum Israel de Ægypto, anno quarto in mense secundo regnante rege Salomon super Israel; & mandauit rex, vt tollant lapides magnos preciosos in fundamentum domus, & lapides [β] non dolatos. Et dolauerunt filij Salomon, & filij Chiram, & iecerunt eos. In [γ] anno quarto fundauit domum Domini in mense Ziù, [δ] & secundo mense. In vndecimo anno in mense Baal (hic est mensis octauus) consummata est domus in [ε] omni ratione eius, & in omni constitutione eius. Et domus, quam ædificauit rex Domino, [ζ] quadraginta in cubito longitudo eius, & viginti in cubito latitudo eius, & quinq; & viginti in cubito altitudo eius. Et ipsum [η] Ælã secundũ faciẽ tẽpli: viginti in cubito longitudo eius, in latitudinẽ [θ] domus secundũ faciẽ domus. Et ædificauit domũ, &

D consummauit eã. Et fecit domui fenestras [ι] oblique prospiciẽtes occultas. Et dedit super parietem domus [κ] Melathra per circuitum templo, & ipsi [λ] Dabir. [μ] Latus quod subter, quinque cubitorum in cubito latitudo eius: & medium sex: & tertium septem in cubito latitudo eius. Quoniam interuallum dedit [ν] domui in circuitu ab extra ipsius domus: vt non hærerent muris domus. Et domus, cum ipsa ædificaretur, lapidibus [ξ] ex rupe excisis illaboratis ædificata est. Et malleus, & securis, & omne vas ferreum non est auditum in domo, dum ipsa ædificaretur. Et ostium lateris quod subtus, [ο] sub humero domus dextro, & cochlearis ascensus ad medium, & a medio ad tertia conclauia. Et ædificauit do-

E mum, & consummauit eam: & laquearibus texit eam cedris. Et ædificauit [π] ligamenta per totam domum: quinque cubitorum altitudo eius: [ρ] & conclusit colligaturam in lignis cedrinis. Et [σ] ædificauit parietes domus ab intus per ligna cedrina a pauimento domus, & vsque ad parietes, & vsque ad trabes: laquearibus texit coniunctè lignis ab intus: & circundedit internum domus in costis abiegnis. Et ædificauit viginti cubitos a [τ] summo muri latus vnum a pauimento vsque ad trabes. Et [υ] fecit è Dabir in sanctum sanctorum. (Et [φ] quadraginta cubitorum fuit templum ad faciem ipsius Dabir) in medio domus ab

intus ad dandam ibi arcam testamenti Domini: viginti cubiti longitudo: & viginti cubiti latitudo : & viginti cubiti altitudo eius : & circundedit illud auro concluso. Et fecit altare ad faciem Dabir, & circundedit illud auro. Et totam domum operuit auro vsque ad consummationem vniuersæ domus. Et fecit in Dabir duo λ Cherubim: decem cubitorum magnitudo mensurata; & quinque cubitorum ala Cherubim vnius: & quinque cubitorum ala eius secũda in cubito: decem a parte alæ eius ad partem alæ eius. Sic Cherubim secundo, in mensura vna consummatio vna vtrisque: & altitudo Cherubim vnius, decem in cubito: & sic Cherubim secundo. Et vtraque Cherubim in medio domus intimæ. Et expandit alas eorum, & tangebat ala vna parietem: & ala Cherubim secundi tangebat parietem secundum. Et alæ eorum in medio domus tangebant ala alam. Et operuit Cherubim auro. Omnes parietes domus in circuitu celatos scripsit scriptura Cherubim, & ψ palmas interiore, & exteriore. Et pauimentum domus operuit auro, intimæ, & extimæ. Et ostio ipsius Dabir fecit ianuas ω ex lignis iuniperinis, porticus quadrupliciter, in vtrisque ianuis ligna abiegna: duæ plicæ ianua vna, & cardines earum: & duæ plicæ ianua secunda : volubilia insculpta Cherubim, & palmæ, & expansæ laminæ, & operta auro deducto super sculpturam. Et ædificauit atrium intimum: tres ordines αα non dolatorum, & ordinem fabrefactæ cedri in circuitu. ββ Et ædificauit velamen atrij ipsius Ælam domus, quæ ad faciem templi.

α Quadragesimo.] *Compl.* ὀγδοηκοστῷ, octogesimo, *vt vulgata.* β Non dolatos.] ἀπελεκήτους, *sic etiam Theodoretus q. 22. vbi hunc locum tractat. In Compl. in extremo superiore capite, vbi hæc habet, sic legitur,* καὶ λίθους πελεκητούς, καὶ ἐπελέκησαν οἱ δοῦλοι σαλωμῶντος, καὶ οἱ δοῦλοι χειρὰμ καὶ οἱ γίβλιοι, καὶ ἡτοίμασαν, & lapides dolatos: & dolauerunt serui Solomonis, & serui Chiram, & Giblij, &c. γ In anno quarto.] *Hæc vsque ad illud, & domus, in Compl. leguntur in extremo hoc capite, vt in vulgata.* δ Et secundo mense.] *Ab aliquo libro abest illud* & καί. *A* Compl. *autem totum istud, vt etiam à vulgata.* ε In omni ratione eius, & in omni constitutione eius.] *Compl.* κατὰ πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κατὰ πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ, secundum omnia verba eius (*idest res ad illam pertinentes: est enim hebraismus*) & secundum omnia iudicia eius. ζ Quadraginta.] *Sic etiam Theodoretus, & de hac re accurate disputat. Verum in Scholio hæc leguntur.* In quibusdam quidem exemplaribus positum est τεσσαράκοντα, quadraginta: sed in exaplo, & accuratioribus ἑξήκοντα, sexaginta. Altitudinis autem quædam quidem habent viginti quinque cubitos, exaplum autem triginta. *Compl. conuenit cum exaplo.* η Ælam.] *Theodoretus* αἰλὰμ *& inquit significare* πρόπυλαιον, vestibulum. θ Domus.] *In Compl. adduntur verba ista, quæ sunt in aliis etiam libris, & à Theodoreto agnoscuntur, & respondet vulgatæ.* καὶ δέκα ἐν πήχει (*al.* πήχεις) τὸ πλάτος αὐτοῦ κατὰ πρόσωπον, & decem in cubito latitudo eius secundum faciem, &c. ι Oblique prospicientes.] *Vulgata etiam* obliquas. *Alii ex hebræo* prospectiuas. *Theodoretus* δικτυωτάς, *Compl.* διεδικτυωμένας, reticulatas, cancellatas. *Interpretatur Theodoretus, latas intrinsecus, extrinsecus angustas, perforatis lapidibus ornatas. Aliqui tamen ex hebræo vertunt, latas extrinsecus, intrinsecus angustas.* κ Melathra.] *Theodoretus docet sic esse appellatas domunculas ædificatas in circuitu templi. Alii interpretantur trabes: vulgata tabulata. Omnino est communius quiddam significans appendicẽ, quare in sequenti capite significat epistylium.* λ Dabir.] *Theodoretus interpretatur Sancta Sanctorũ. Alii oraculũ, vt vulgata.* μ Latus, quod subter.] *In aliis est,* καὶ ἐποίησε πλευρὰς κυκλόθεν (*aut κύκλῳ, vt Compl.*) ἡ πλευρὰ ἡ ὑποκάτω, & fecit latera, ac tabulata in circuitu. Latus, quod subter, &c. *De quo loco disputans Theodoretus hæc scribit, quæ uisum est apponere, quando interpres mutilato codice vsus est.* Admiretur autem nemo; si Epipeda quidem (*idest domunculæ vnicam contignationem habentes*) erant quinque cubitorum, quæ autem duas contignationes, sex cubitorum, quæ autem tres, septem cubitorum. Parietes enim inferne latiores erant, vt ferrent pondus ædificij. Dempta autem secundum partem parietibus latitudine, additus est ijs quidem, quę duas contignationes haberent, vnus cubitus, ijs autem, quæ tres, duo cubiti. ν Domui in circuitu.] *Theodoretus* τῷ τοίχῳ κυκλόθεν τοῦ οἴκου, parieti in circuitu domus. *Hic autem locus varie vertitur ex hebræo.* ξ Ex rupe excisis, illaboratis.] ἀκροτόμοις ἀργοῖς. *S. Hieronymus in cap. 3. Amos,* ἀκρότομον *interpretatur petram durissimam, quam nos latine dicere silicem possumus: & in ps. 113.* rupem in fontes, *vbi græce* ἀκρότομον εἰς τὰς πηγάς. *Et hic etiam repetit Theodoretus templum fuisse constructum ex lapidibus sponte natis: eos autem, qui secandi, & dolandi erant ad appendices templi construendos, in monte ipso aptatos fuisse. Quare nonnulli dictiones hebræas interpretantur,* ex integris lapidibus, vt allati erant. *Compl. habet* λίθοις ὁλοκλήροις ἀκροτόμοις, *& interpretatur,* Lapidibus integris dolatis. ο Sub humero.] *Compl.* ἐπὶ τὴν ὠμίαν, ad humerum.

π Liga-

A τ Ligamenta.] *ἐνδέσμους, Theodoretus interpretatur ἱμαντώσεις. contignationes. vulgata hoc loco* tabulatú. υ Conclusit colligaturam.] *συνέχει τὰ συνδέσμων. Compl. retinet idem nomen quod supra, τοὺς ἐνδέσμους, sed pro ἐνδήσει habet συνάγειν,* confundebat: *quod non conuenit.* φ Et ædificauit.] *In scholio inserto vni codici quæstionum Theodoreti hæc leguntur.* Sciendum est ante hæc verba legi in exaplo, & accuratis exemplaribus etiam hæc, *καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς σαλωμὼν (Compl. σαλωμῶντα) λέγων. ὁ οἶκος οὗτος, ὃν σὺ οἰκοδομεῖς, ἐὰν πορεύῃ τοῖς (Compl. ἐν τοῖς) προστάγμασί μου, καὶ τὰ κρίματά μου ποιῇς, καὶ φυλάσσῃς πάσας τὰς ἐντολάς μου, ἀναστρέφεσθαι ἐν αὐταῖς, στήσω τὸν λόγον μου σὺν σοὶ (Compl. μετὰ σοῦ. ab aliis abest) ὃν ἐλάλησα πρὸς δαυὶδ τὸν πατέρα σου, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ υἱῶν ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω (Compl. οὐ καταλείψω) τὸν λαόν μου ἰσραήλ,* Et factum est verbum Domini ad Solomon, dicens: Domus hæc, quam tu ædificas, si ambulaueris in decretis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, conuersando in eis, firmabo verbum meum tecum, quod loquutus sum ad Dauid patrem tuum: & inhabitabo in medio filiorum Israel: & non derelinquam populum meum Israel.] In quibusdam vero exemplaribus hæc non habentur: quæ quidam exemplaria secutum Theodoretum puto hæc non posuisse. *Habentur tamen in plerisque libris, & respondent vulgatæ.* τ A summo muri latus

B vnum.] *Ita etiam Theodoretus. Compl. ἀπ' ἄκρου τοῦ οἴκου τῶν πλευρῶν τῶν κεδρίνων,* ab extremo domus laterum cedrinorum. *Vulgata,* tabulata cedrina. υ Et fecit è Dabir in Sanctum Sanctorum.] *Hoc videtur significare, fecit, vt locus ille, constans viginti cubitis, qui vocatur Dabir, esset Sanctum Sanctorum. Compl καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἔσωθεν ἐκ τοῦ δαβὶρ εἰς τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων,* & fecit eum intrinsecus è Dabir in Sanctũ Sanctorũ. *Alii καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ἔσωθεν,* Et fecit sibi intus: *quod valde respondet hebræo. Theodoretus, καὶ ἐποίησεν ἕως τοῦ δαβεὶρ τὸν τοῖχον, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων,* & fecit vsque ad Dabir parietem, ad Sancta Sanctorum. φ Et quadraginta cubitorum.] *Eodem fere modo habet hic locus apud Theodoretum. Sed in scholio inserto hæc adnotantur lxx. καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν ὁ οἶκος, αὐτὸς ὁ ναὸς ὁ ἐσώτατος, καὶ διὰ κέδρου πρὸς τὸν οἶκον ἔσω πλοκῆς ἐπαναστάσεως καὶ πέταλα, καὶ ἀνάγλυφα πάντα κέδρινα, οὐκ ἐφαίνετο λίθος κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβὶρ, ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔσωθεν ἡτοίμασε δοῦναι ἐκεῖ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ δαβὶρ εἴκοσι πήχεις μῆκος, καὶ τὰ ἑξῆς.* & quadraginta cubitorum erat domus (ipsa est templum intimum) & per cedrum ad domum intrinsecus textura insurgente, & laminæ, & cælaturæ prominentes, omnia cedrina, non apparebat lapis: ad faciem ipsius Dabir in medio domus intrinsecus parauit ad dandum ibi arcam testamenti domini: & ad faciem Dabir viginti cubiti longitudo, &c. Aquila, & Theo

C dotio, *καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν ὁ οἶκος, αὐτὸς ὁ ναὸς τοῦ διχολίας, καὶ κέδρου πρὸς τὸν οἶκον ἔνδον διατετορευμένα ξυστωτὰ, καὶ ἀνάγλυφα ἐκπέταλα, τὰ πάντα κέδρου, οὐκ ἦν λίθος βλεπόμενος. καὶ χρηματιστήριον ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔνδοθεν ἡτοίμασε τοῦ δοῦναι ἐκεῖ γλωσσόκομον συνθήκης κυρίου. καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ χρηματιστηρίου εἴκοσι πηχῶν μῆκος, καὶ εἴκοσι πηχῶν πλάτος καὶ εἴκοσι πηχῶν ἀνάστημα αὐτοῦ, καὶ περιεπίλωσεν αὐτὸ χρυσίῳ ἀποκλειστῷ.* Et quadraginta cubitorum erat domus (ipsa est templum bonæ vacationi) & ex cedro ad domum intrinsecus sculpturæ torno factæ, & cælaturæ prominentes, omnia ex cedro: non cernebatur lapis. Et oraculum in medio domus intus parauit ad dandum ibi arcam fœderis Domini. Et ad faciem oraculi viginti cubitorum longitudo, & viginti cubitorum latitudo, & viginti cubitorum statura ipsius: & circumplasmauit illud auro concluso. *Quod autem pertinet ad lectionem lxx. in illis,* ipsa est templum intimum, *valde suspicamur de mendo: nisi intelligatur intimum præ atrio ipso. Compl. (in qua hæc habentur, licet non iisdem omnino verbis) hoc loco habet καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν αὐτὸς ὁ ναὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβὶρ,* & quadraginta cubitorum erat ipsum templum ad faciem Dabir, *quod in vulgata est* præ foribus oraculi: *& ita fere chaldæus: hebræus autem,* ad facies meas, *& nonnulli interpretantur,* externus, quod est ante oraculum. *Item illud,* ad faciem ipsius Dabir in medio domus, *videtur idem valere, ac si diceretur* faciem ipsius Dabir: *itemque illud, quod paulo post,* & ad faciem oraculi viginti cubitorũ.

D *Compl. quidem hoc secundum non habet, quod tamen est in hebræo, illud vero prius, καὶ τὸ δαβὶρ ἐν μέσῳ,* & ipsum Dabir in medio, &c. χ Duo Cherubim.] *Alii codices addunt ξύλων κυπαρισσίνων,* ex lignis cupressinis. *Vulgata* oliuarum. ψ Palmas.] *In Compl. additur, καὶ διαπεπετασμένα πέταλα,* & expansas laminas. ω Ex lignis iuniperinis, porticus quadrupliciter.] *In aliis, καὶ φλιὰς πενταπλᾶς, καὶ δύο θύρας ξύλων πευκίνων, καὶ γλυπτὰ ἐπ' αὐτῶν ἐγκεκολαμμένα χερουβὶμ, καὶ φοίνικας, καὶ πέταλα διαπεπετασμένα, καὶ περιέσχε χρυσίῳ, καὶ κατέβαινε ἐπὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ ἐπὶ τοὺς φοίνικας τὸ χρυσίον. καὶ οὕτως ἐποίησε τῷ πυλῶνι τοῦ ναοῦ. φλιαὶ ξύλων ἀρκεύθινων (Copl. ἐκ ξύλων ἀρκευθίνων) στοαὶ τετραπλῶς.* Et lumina quintuplicia, & duas portas ex lignis abiegnis, & sculpturas insculptas super eas, & palmas, & laminas expansas. Et circundedit auro: & descendebat super Cherubim et super palmas aurũ. Et sic fecit vestibulo templi: lumina de lignis iuniperi, porticus quadrupliciter. *Quæ satis respondent vulgatæ: sed ea habet* lignis oliuarum. αα Non dolatorum.] *Rursus Compl. διὰ πελεκητῶν, quod vulgata* politorum. ββ Et ædificauit velamen atrij ipsius Ælam domus, quæ ad faciem templi.] *Hæc in aliis codicibus legũtur cum aliqua varietate. Absunt autem à Compl. vt à vulgata: & pro his habentur ea, quæ ad annum ædificationis pertinent, & in nostra sunt ad initium huius capitis.*

E

CAP. VII.

ET α misit Salomon, & acciuit Chiram e Tyro filium mulieris viduæ: & hic de tribu Nephthalim: & pater eius vir Tyrius, faber æris, & plenus arte, & intelligentia, & scientia faciendi omne opus in ære. Et introductus est ad regem Salomon. Et fecit omnia opera. Et fudit duas columnas ipsi Ælam domus: octo & decem cubiti altitudo columnæ: & β perimetrum, quatuordecim

cim cubiti, circundabāt eam, crassitiem columnæ, quatuor digitorum cauitates. Et sic columna secunda. Et duo y additamenta fecit, ad dandum super capita columnarum δ fusilia: quinque cubiti, altitudo additamenti vnius: & quinque cubiti altitudo additamenti secundi. Et fecit ε duo retia ad cooperiendum additamenta columnarum: & ζ rete additamento vni: & rete additamento secundo, & opus pensile. Duo ordines malogranatorũ æneorum, reticulati, opus pensile, ordo super ordinem. Et sic fecit additamento secundo. Et statuit columnas ipsius Ælam templi. Et statuit columnam vnam, & vocauit nomen eius Iachum. Et statuit columnam secundam: & vocauit nomen eius Boloz. Et η super capita columnarum opus lilij secundum Ælam quatuor cubitorum. Et Melathrum super vtrasque columnas: & desuper latera θ additamentum, Melathrum crassitiei. Et fecit ι mare, decem in cubito a labio eius vsque ad labium eius; rotundum in circuitu ipsum: quinque in cubito altitudo eius: & κ resticula tres, & triginta in cubito. Et fulcimenta sub labio eius in circuitu circundabant illud, decem in cubito in circuitu. Et λ labium eius, tanquam opus labij calicis, μ germen lilij: & crassities eius, palmus. Et duodecim boues subter mare: tres spectantes Aquilonem: & tres spectantes mare: & tres spectantes Austrum: & tres spectantes orientem: & omnia posteriora ad ν domum. Et mare super eos desuper. Et fecit decem ξ Mechonoth æneas: quinque cubiti longitudo Mechonoth vnius, & quatuor cubiti latitudo eius, & sex in cubito altitudo eius. Et hoc opus ipsarum Mechonoth, conclusum eis, & conclusum inter iuncturas. Et super clausuras earum inter iuncturas leones, & boues, & Cherubim, & super iũcturas. Sic & desuper. Et subter leones, & boues, regiones, opus descensionis. Et quatuor rotæ æneæ Mechonoth vni, & excedētia ænea, & quatuor partes earũ, humeruli subter ο luteres. Et manus in rotis in ipsa Mechonoth: & alitudo rotæ vnius, cubiti ac dimidij. Et opus rotarũ, opus rotarũ currus. Manus earũ, & dorsa earũ, & tractatio earũ, omnia fusilia: quatuor humeruli super quatuor angulos Mechonoth vnius: ex ipsa Mechonoth humeri eius. Et super caput ipsius Mechonoth dimidiũ cubiti magnitudo eius rotũda in circuitu super caput ipsius Mechonoth. Et principiũ manuũ eius, & clausuræ π eius. Et aperiebatur super principia manuum suarum: & clausuræ eius Cherubim, & leones, & palmæ, stantia, cohærens vnumquodque ad faciem intus, & quæ in circuitu. Secundum hāc fecit omnes decem Mechonoth, ordinem vnũ, & mensuram in omnibus. Et fecit decem ρ Chytrocaulos æneos, quadraginta Choas capientem vnum Chytrocaulum mensura quatuor cubitorum. Chytrocaulus vnus super Mechonoth vnam, decem ipsis Mechonoth. Et posuit quinque Mechonoth ab humero domus a dextris, & quinque ab humero domus a sinistris. Et mare ab humero domus a dextris ad orientem a latere Austri. Et fecit Chiram lebetes, & υ calfactoria, & phialas. Et consummauit Chiram faciens omnia opera, quæ fecit regi Salomon in domo Domini: Columnas duas: & vertibilia φ columnarum super capita columnarum duo: & retia duo ad operiendum vtraque vertebilia sculpturarum existentia super columnas: Malogranata quadringenta vtrisque retibus: duo ordines malogranatorũ reti vni ad cooperiendum vtraque existentia vertibilia χ ipsius Mechanoth, super vtraque columnas. Et Mechonoth decem, & chytrocaulos decem super Mechonoth.

A chonoth. Et mare vnum, & boues duodecim ſubtus mare, & lebetes, & calfactoria, & phialas, & omnia vaſa, quæ fecit Chiram regi Salomon, γ domo domini. Et columnæ quadraginta, & octo domus regis, & domus Domini. Omnia opera regis, quæ fecit Chiram, ænea abundanter. Non erat pondus æris, quo fecit omnia opera hæc: præ multitudine valde, nō erat terminus ponderū æris. In vicinia Iordanis fudit ea in craſsitie terræ inter Socchoth, & inter Sirà. Et α accepit rex Salomon vaſa, quæ feceratin domo Domini, altare aureum, & menſam, ſuper quam panes oblationis, auream, & candelabra quinque a ſiniſtris, & quinque a dextris ſecundum faciem Dabir, aurea concluſa, & lampadas, & lucernas, & αα eparyſtres aureas. Et veſtibula, & claui & phialæ, patellæ,
B & mortariola aurea, concluſa. Et cardines oſtiorum domus intimæ ſancti ſanctorum, & oſtia templi aurea. Et completum eſt opus, quod fecit Salomon domus Domini. Et intulit Salomon ſancta Dauid patris ſui, & omnia ſancta Salomon, argentum, & aurum, & vaſa dedit in Theſauros domus Domini. Et domum ædificauit ſibi Salomon tribus & decem annis. Et ædificauit domum ββ ſyluæ Libani: centum cubiti longitudo eius: & quinquaginta cubiti latitudo eius: & triginta cubitorum altitudo eius: & trium ordinum columnarum cedrinarum: & humeri cedrini columnis. Et γγ texuit domum deſuper ſuper latera columnarum. Et numerus columnarum, quadraginta & quinque, ordo, &
C Melathra tria, & δδ capacitas ſuper capacitatem tripliciter. Et omnia oſtia, & capacitates quadrangulæ melathris inſtructæ: & ab oſtio ad oſtium tripliciter. Et Aelam columnarum: quinquaginta longitudo, & εε quinquaginta in latitudine, iuncta Aelam ſuper faciem earum: & columnæ, & craſsities ſuper faciem ζζ eius ipſis Aelamin. Et Aelam ηη thronorum, vbi iudicabit ibi: Aelam tribunalis. Et domus θθ eorum, in qua ſedebitur illuc; atrium vnum circumuolutum his iuxta opus hoc. Et domum filiæ Pharaonis, quam accepit Salomon, iuxta hoc Aelam. Omnia hæc ex lapidibus precioſis, ſculpta ex interuallo ab ιι intus, & a fundamento vſque ad ſummitates parietum, & ab extra ad atrium
D magnum fundatum in precioſis lapidibus magnis, lapidibus decem cubitorū, & octo cubitorum, & deſuper, precioſis ſecundum menſuram κκ non dolatorum, & cedris. Atrij magni in circuitu tres ordines non dolatorum, & ordo ſculptæ cedri. Et λλ conſummauit Salomon totam domum ſuam.

α Et miſit.] *Ante hæc in Compl. & vulgata ponuntur, quæ ad ædificationem domus Salomonis, & vxoris pertinent. In noſtra autem & cæteris græcis habentur in extremo capite: quo etiam loco agnoſcuntur a Theodoreto.* β Et perimetrum quatuordecim cubiti circundabant eam, craſſitiem columnæ, quatuor digitorū cauitates.] *In Compl. tantum eſt,* καὶ τὸ περίμετρον δύο καὶ δέκα πηχῶν σπαρτίον ἐκύκλου αὐτόν, & perimetrum duodecim cubitorum filum ambiebat eam. *Et ſatis reſpondet vulgata, niſi quod* περίμετρον, & σπαρτίον *duæ videntur interpretationes, & alterutrum ſatis eſt. Theodoretus & ipſe habet circuitum quatuordecim cubitorum.*
E. γ Additamenta.] ἐπιθέματα, *quæ in vulgata ſunt* capitella: *alii dicunt* coronamenta. δ Fuſilia.] *Compl. addit* χαλκᾶ, *& vulgata,* fuſilia ex ære. ε Duo.] *Abeſt a Compl. & vulgata.* ζ Et rete additamento vni, & rete additamento ſecundo, & opus penſile.] *Compl.* ἑπτὰ τῷ ἐπιθέματι τῷ ἑνὶ, καὶ ἑπτὰ τῷ ἐπιθέματι τῷ δευτέρῳ, ἔργον κρεμαστόν, ſeptem capitello vni, & ſeptem capitello ſecundo, opus penſile. η Et ſuper capita.] *In aliis,* καὶ ἐπιθέματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν, & capitella ſuper capita. *Verum hæc omnia in codicibus varie ſunt poſita, coagmentata, repetita, mutilata. In Compl. quidem ita ſunt aptata, vt ſatis reſpondeant vulgatæ.* θ Additamentum melathron craſſitiei.] *Theodoretus.* Melathron vocauit, quod nunc aliqui vocant epiſtylion. Hoc autem oſtendit etiam hiſtoria dicens, ἐπίθεμα τὸ μέλαθρον ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν στύλων, additamentum Melathron ſuper vtraſque columnas: *& in vno codice additur* πάχος, craſſitiei. *Compl. autem pro his* Melathrum craſſitiei, *habet iſta,* καὶ τῶν ῥοῶν διακόσιοι στίχοι ἐπὶ τῆς κεφαλίδος τῆς δευτέρας, et malogranatorum ducenti ordines ſuper capitellum ſecundum. ι Mare.] *Alii addunt* χυτόν fuſile. κ Et reſticula tres, et triginta in cubiti.]

cubito.] καὶ συνηγμένη τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐν πήχει. *Alii habent tantum* τριάκοντα, triginta, *& addunt* κυκλόθεν αὐτήν: *quod vulgata*, triginta cubitorum cingebant illud per circuitum. *Ita etiam Compl. nisi quod habet* συνηγμένα. *Int Theodoreti habuit & ipse* triginta. *Sed in codicibus emendatioribus legitur, vt in nostra: atque ita apud eũ esse legendum, explanatio ostendit.* Etenim habebat quidem (*inquit*) speciem hemisphærij, decem cubitos diametrum, tres autem et triginta cubitos habebat ambitus. Quoniam palmi mensuram habebat crassities, duobus autem palmis, eo inquam, qui hinc, et illo, qui inde, coniunctis cum diametri mensura, inueniuntur vndecim cubiti: hi autem triplicati faciunt triginta tres. λ Et labium eius.] *In aliis hæc habentur paulo post: hoc autem loco alia in aliis: in Compl. quidem, quod ex parte respondet hebræo,* δύο στίχοι ὑποστηριγμάτων χωνευτοὶ ἐν τῇ χωνεύσει αὐτῶν duo ordines fulcimentorum fusilium in fusorio eorum. μ Germen lilij.] *Compl.* βλαστὸς κρίνου, δύο χιλιάδας χοῦς ἐχώρει, germinans lilium, bis mille batos capiebat. ν Ad domum.] *Alij* εἰς τὸν τοῖχον ad murum, *Compl.* εἰς τὸ ἔνδον ad intus: *quod respondet vulgatæ.* ξ Mechonoth.] *Theodoretus.* Ipsas Mechonoth Paralipomenon liber dixit λουτῆρας, luterem, & lauachrũ. Iosephus autem bases dixit esse Mechonoth, τοὺς ὑποκειμένους, luteres impositos basibus. *Alius autem Theodoreti codex habet* μεχωνώθ, *sicut & nonnulli codices. Interpres* Trochaulos. ο Mechonoth.] *Hic Compl.* μεχωνά, *propius ad hebræum, qui hoc modo distinguit inter singularem, & multitudinis numerum. Quod etiam interdum seruatur in Cherub, & Cherubim, Aelam, & Aelamim. sed id perpetuum non est.* π Luteres.] *In aliis additur,* καὶ ὦμιαι κεχυμέναι ὑπὸ παρ᾽ αὐτοῖς προκείμεναι καὶ τὰ ἑξῆς. & humeruli fusi a transitu viri, (*idest* ex latere vniuscuiusque, *quæ est phrasis notanda*) appositi. Et os eius ab intus capitelli, & supra in cubito; & os eius rotundum, factura sic cubiti, & dimidij cubiti: & super os eius tornaturæ, & interrasilia earum quadrangula, non rotunda. Et quatuor rotæ subter interrasilia. ρ Et tractatio.] καὶ ἡ πραγματεία. *Compl.* αἱ προσέχουσαι. *Videtur esse id, quod vulgata vertit* canthi, & modioli. *alii autem* subiugalia, & ligamina. σ Eius.] *In Compl.* ἐξ αὐτῆς, *quod in vulgata*, ex semetipsa. τ Chytrocaulos.] *De varietate, quæ in hoc nomine, paulo ante dictum est. Vertunt autem* luteres, *aut* conchas. υ Caltactoria.] *Theodoretus.* Appellauit autem τὰ θερμαστρεῖς ipsos θερμαστῆρας, in quibus aquam solemus calfacere. φ Columnarum.] *Compl.* τῶν γλυφῶν, sculpturarum, *vt paulo post etiam in nostra.* χ Ipsius Mechonoth.] *Abest a cæteris.* ψ Domo.] *Sic hebræus, nam subintelligendum est,* in, *quod in Compl. exprimitur,* ἐν τῷ οἴκῳ: *quæ autem sequuntur in nostra, & aliis græcis,* Et columnæ quadraginta & octo domus regis, & domus Domini. Omnia opera regis, quæ fecit Chiram, *absunt a Compl. & vulgata.* ω Accepit.] *Alii* ἔδωκε, dedit. *Similis prope varietas & in ps. 67. Nam quod ibi legitur,* accepisti dona in hominibus, *B. Paulus Eph. 4.* dedit dona hominibus. *Vulgata* posuit. αα Eparuistres.] ἐπαρυστρίς *al.* τὰς ἐπαρυστρίδας, *interdum vertunt* hydrias, *interdum* forcipes, *interdum* emunctoria, *interdum* infusoria. ββ Syluæ Libani.] δρυμῷ. *In aliis est in generandi casu* δρυμοῦ, *itemque apud Theodoretum, apud quem, vt diximus, huius domus ædificatio hoc loco ponitur, non autem initio capitis, vt in Compl.* γγ Texuit.] *Compl addit* κέδροις, cedro, *itemque paulo post, ad illud* ordo, *addit, vt etiam fere alii libri,* ὁ στίχος ὁ εἷς δέκα, καὶ πέντε. ordo vnus, decem & quinque. *Sed in scholio hæc leguntur.* In Hexaplo inquit domum habere quadraginta quinque columnas. *Scriptum est enim* ιε, καὶ τριῶν στίχων ξύλων κεδρίνων, καὶ ὦμιαι κέδριναι τοῖς στύλοις. καὶ ἐστέγασε τὸν οἶκον ἄνωθεν ἐπὶ τῶν πλευρῶν τῶν στύλων. πέντε καὶ τεσσαράκοντα ὁ στίχος ὁ εἷς. Et trium ordinum lignorum cedrinorum: & humeri cedrini columnis. Et texuit domum desuper super costas columnarum quinque, & quadraginta ordo vnus. *Ac sane Theodoretus q. 24. narrat (vt est in manuscriptis: nam mendose apud interpretem) domum habuisse centum triginta quinque columnas.* δδ Capacitas.] χώρα. *Solent vertere* regionem, *& fortasse non discrepat a vulgata, vt intelligatur ista sibi e regione respondisse. Sunt tamen, qui putent fenestram significari.* εε Et quinquaginta.] *In Compl. & apud Theodoretum est,* καὶ τριάκοντα πλάτος, & triginta cubitorum, *vt vulgata.* ζζ Eius, ipsius Ælamin.] *Compl. habet tantum* αὐτοῖς eis. ηη Thronorum.] *Ita etiam Theodoretus: licet aliter interpres. Compl. autem* τοῦ θρόνου, throni. θθ Eorum.] *Ita apud eundem. Compl.* καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, ἐν ᾧ καθήσεται ἐκεῖ, καὶ αὐλὴ μία, & domus eius, in qua sedebit illic; & atrium vnum. ιι Intus.] *In Compl. & in melioribus codicibus Theodoreti additur,* καὶ ἔξωθεν, & ab extra. κκ Non dolatorum.] *Compl.* καὶ ἐπάνωθεν λίθοις τιμίοις κατὰ τὸ αὐτὸ μέτρον πελεκητοῖς, et desuper lapidibus pretiosis secundum eandem mensuram dolatis: *itemque paulo post* τρεῖς στίχοι πελεκητῶν, tres ordines dolatorum. *Ac certe ad huiusmodi ædificia vsum esse lapidibus sectis notat etiam Theodoretus.* λλ Et consummauit Salomon totam domum suam.] *Pro his in Compl. legitur,* καὶ τῇ αὐλῇ οἴκου κυρίου τοῦ ἔσωθεν καὶ τῷ αἰλὰμ τοῦ οἴκου, Et atrio domus Domini ab intra, et porticui domus.

CAP. VIII.

ET ᵃ factum est, postquam consummauit Salomon ædificare domum Domini, & domum suam post viginti annos, huc conuocauit rex Salomon omnes seniores Israel in Sion ad ferendum arcam testamenti Domini e ciuitate Dauid (hæc est Sion) in mense Athanin. Et tulerunt Sacerdotes arcam, & tabernaculum testimonij, & vasa sancta, quæ in tabernaculo testimonij. Et rex, & omnis Israel ante arcam, immolantes oues, boues sine numero. Et inferunt Sacerdotes arcam in locum eius, in Dabir domus, in sancta sanctorum

A ctorum sub alas Cherubim: quoniam Cherubim expansa alis super locum arcæ & cooperiebant Cherubim super arcam, & super [c] sancta eius desuper. Et eminere faciebant sanctificata: & inspiciebātur capita sanctificatorum e sanctis ad faciem Dabir: & non videbantur [y] extra. Non erat in arca, nisi duæ tabulæ lapideæ, tabulæ testamenti, quas [d] posuit Moyses in Choreb: quas disposuit Dominus cum filijs Israel in egrediendo eos e terra Ægypti. Et factum est, quando exierunt sacerdotes e sancto; & nubes impleuit domum: & non potuerunt sacerdotes stare ad ministrandum a facie nubis: quoniam impleuerat gloria Domini [e] domum. Et conuertit rex faciem suam: & benedixit rex omnem Israel:

B & omnis Ecclesia Israel stabat. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Israel hodie, qui locutus est in ore suo de Dauid patre meo, & in manibus suis impleuit, dicēs: Ex qua die eduxi populum meum Israel de Aegypto; non elegi in ciuitate in vno sceptro Israel ad ædificandam domum, vt esset nomen meum ibi. Et elegi in Hierusalem esse nomen meum ibi. Et elegi Dauid, vt esset super populum meum Israel. Et fuit super cor patris mei ædificare domum nomini Domini Dei Israel. Et dixit Dominus ad Dauid patrem meum: Pro eo quod venit in cor tuum, ædificare domum nomini meo; recte fecisti, quia factum est super cor tuum. Verumtamen tu non ædificabis domum: sed filius tuus egres-

C sus e lateribus tuis, hic ædificabit domum nomini meo. Et suscitauit Dominus verbum suum, quod locutus est. Et surrexi pro Dauid patre meo: & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. Et posui ibi locum arcæ; in qua est ibi testamentum Domini, quod disposuit Dominus cum patribus nostris; cum ipse educeret eos de terra Aegypti. Et [f] surrexit Salomon ad faciem altaris Domini coram omni Ecclesia Israel. Et expandit manus suas ad cælum, & dixit: Domine Deus Israel, non est, sicut tu, Deus in cælo sursum, & super terram deorsum, custodiens testamentum, & misericordiam seruo tuo [a] ambulanti coram te in to-

D to corde suo; quæ custodisti seruo tuo Dauid patri meo. Etenim locutus es in ore tuo, & in manibus tuis impleuisti, sicut dies hæc. Et nunc Domine Deus Israel custodi seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei, dicens: Non [b] auferetur a te vir a facie mea sedens super thronū Israel: dūmodo custodiant filij tui vias suas, ambulando corā me, sicut ambulasti corā me. Et nunc Domine Deus Israel, fidele sit, obsecro, verbum tuū Dauid patri meo. Quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cælum cæli non sufficient tibi; [c] tantum etiam domus hæc, quam ædificaui nomini tuo? Et respicies super orationem meam Domine Deus Israel, audiendo [a] deprecatio-

E nem, quam seruus tuus deprecatur coram te ad te hodie: vt sint oculi tui aperti in domum hanc die, & nocte, ad locum, quem dixisti, Erit nomen meum ibi; vt exaudias deprecationem, quam deprecatur seruus tuus, ad locum hunc die, & nocte. Et exaudies orationem serui tui, & populi tui Israel, quæcumque deprecati fuerint in loco hoc. Et tu exaudies in loco habitationis tuæ in cælo. Et facies, & propitius eris, quæcumque peccauerit vnusquisque proximo suo. Et si acceperit in eum maledictionem ad maledicendum eum, & venerit, & confessus fuerit ad faciem altaris tui in domo hac; & tu exaudies de cælo, & facies. Et iudicabis populum tuum Israel, iniquitatis condemnando iniquum

iniquum,& dando viam eius in caput eius, & ad iustificandum iustum, dando A
ei secundum iustitiam eius. In cadendo populum tuum Israel coram inimicis,
quoniam peccabunt tibi, & reuertent, & confitebuntur nomini tuo, & depreca-
buntur, & orabunt in domo hac; & tu exaudies de cælo, & propitius eris pecca-
tis populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum.
Cum cohibitum fuerit cælum, & non fuerit facta pluuia, quoniam peccabunt
tibi, & deprecabuntur in loco hoc, & confitebuntur nomini tuo, & a peccatis
suis auertent se, cum humiliaueris eos; & exaudies de cælo, & propitius eris
peccatis serui tui, & populi tui Israel. Quoniam manifestabis eis viam bonam
ad ambulandum in ea: & dabis pluuiam super terram, quam dedisti populo B
tuo in hæreditate. Fames si facta fuerit, mors si facta fuerit, [a] quia erit in-
cendium, bruchus, ærugo si fuerit, & si tribulauerit eum inimicus eius in vna
ciuitatum eius; omnem occursum, [a] omnem laborem, omnem deprecatio-
nem, omnem orationem, si acciderit omni homini, postquam cognouerint
vnusquisque tactum cordis sui, & expanderit manus suas in loco hoc; & tu exau
dies de cælo, ex parato habitaculo tuo, & propitius eris, & facies, & dabis viro
iuxta vias eius, sicut cognoueris vias eius: Quoniam tu prorsus solus nouisti
cor omnium filiorum hominum: vt timeant te omnibus diebus, quibus vixe-
rint super terram, quam dedisti patribus nostris. Etiam alieno, qui non est de C
populo tuo hic, [r] & veniēt, & deprecabũtur in loco hoc; & tu exaudies de cælo
de præparato habitaculo tuo, & facies iuxta omnia, quæcumque inuocauerit te
alienus: vt cognoscant omnes populi nomen tuum, & timeant te; sicut popu-
lus tuus Israel; & cognoscant, quia nomen tuum inuocatum est super domum
hanc, quam ædificaui. Quia egredietur populus tuus in bellum super inimicos
suos in via, qua conuertes eos, & deprecabuntur in nomine Domini [ε] viam
ciuitatis, quam elegisti in ea, & domus, quam ædificaui nomini tuo; & tu exau-
dies de cælo orationem eorum, & deprecationem eorum: & facies iustifica-
tionem eis. Quia peccabunt tibi (quoniam non est homo, qui non pecca- D
bit) & induces eos, & trades eos coram inimicis, & captiuantes captiuabunt in
terrā longe, vel prope, & conuertēt corda sua in terra, quo trāslati fuerint illuc,
& conuerterint se in terra transmigrationis suæ, & orauerint te, dicentes, Pecca-
uimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, & reuerterint ad te in toto corde
suo, & in tota anima sua, in terra inimicorũ suorum, quo transtuleris eos, & de-
precabuntur ad te viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis,
quam elegisti, & domus, quam ædificaui nomini tuo; & exaudies de cælo, de
præparato habitaculo [*] tuo: & propitius eris iniustitijs eorum, quibus pecca-
uerint tibi, & iuxta omnes præuaricationes eorum, quas præuaricati fuerint ti-
bi: & dabis eos in misericordias coram ijs, qui captiuauerunt eos, & miserebun- E
tur in eos. Quoniam populus tuus, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra
Aegypti, e medio fornacis ferri. Et stent oculi tui, & aures tuæ apertæ ad ora-
tionem serui tui, & ad orationem populi tui Israel, ad exaudiendum eos in om-
nibus, quæcumque inuocauerint te. Quoniam tu distinxisti eos tibi in hære-
ditatem ex omnibus populis terræ: sicut locutus es in manu serui tui Moysi, in
educendo te patres nostros e terra Aegypti: Domine, Domine. [•] Tunc lo-
cutus est Salomon pro domo, postquam consummauit ædificare eam. Solem
fecit

A fecit notum in cælo: Dominus dixit habitare in caligine: Ædifica domum
meam, domum decoram tibi ad inhabitandum super nouitatem. Nonne ecce
ο hæc scripta est in libro cantici? Et factum est, postquã consummauit Salomon
deprecans ad Dominum deprecationem, & orationem hanc; & surrexit a facie
altaris Domini, cum curuasset se super genua sua, & manus eius expansæ ad cæ-
lum. Et stetit, & benedixit omnem Ecclesiam Israel voce magna, dicens: Bene-
dictus Dominus hodie, qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia, quæ-
cumque locutus est. Non dissonuit verbum vnum in omnibus verbis eius bo-
nis, quæ locutus est in manu serui sui Moysi. Sit Dominus Deus noster nobi-
B scum; sicut fuit cum patribus nostris. Ne derelinquat nos, σ neque auertat nos,
inclinando corda nostra ad ipsum, vt eamus in omnibus vijs eius, & custodia-
mus omnia mandata eius, & præcepta eius, quæ mandauit patribus nostris. Et
sint verba hæc, sicut oraui coram Domino Deo nostro, appropinquantia ad Do
minum Deum nostrum die, ac nocte, ad faciendum iustificationem serui tui,
& iustificationem populi Israel, verbum diei in die τ anni: Vt cognoscant om-
nes populi terræ, quia Dominus Deus, ipse est Deus, & non est vltra. Et sint cor-
da nostra perfecta erga Dominum Deum nostrum, et υ sancte ambulando in
præceptis eius, et custodiendo mandata eius, sicut dies hæc. Et rex, et omnes fi-
C lij Israel sacrificauerunt sacrificium coram Domino. Et sacrificauit rex Salomõ
sacrificia pacificorum, quæ sacrificauit Domino, boum duo et viginti millia,
ouium centum et viginti millia. Et dedicauit domum Domini rex, et omnes
filij Israel. Die illa sanctificauit rex medium atrij, quod ad faciem domus Do-
mini: quoniam fecit ibi holocaustosim, et sacrificia, et adipes pacificorum:
quoniam altare æreum, quod coram Domino, paruum erat, ita vt non posset
φ holocaustosim, et sacrificia pacificorum sufferre. Et fecit Salomon festiuita-
tem in die illa, et omnis Israel cum eo: Ecclesia magna ab introitu Hemath vs-
que ad flumen Ægypti coram Domino Deo nostro χ in domo, quam ædifica-
uit, comedens, et bibens, et lætans coram Domino Deo nostro septem dies. Et
D in die octaua dimisit populum. Et benedixerunt regem: & abijt vnusquisque ad
tabernacula sua lætantes. Et bonum fuit cor super bonis, quæ fecerat Dominus
Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

α Et factum est, postquam consummauit Salomon ædificare domum Domini, & domum suam post viginti annos.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* β Sancta.] *Vulgata* vectes, *& dictiones hebraicæ, quarum vna significat* Sancta, *altera* vectes, *valde similes sunt.* γ Extra.] *In Compl. additur,* καὶ ἦσαν ἐκεῖ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, *quod in vulgata,* & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. δ Posuit.] *Alij,* ἔθηκεν ἐκεῖ, posuit ibi. ε Domum.] *In Compl. hæc adduntur,* κυρίε. τότε εἶπε σαλωμών. κύριος εἶπε τοῦ κατασκηνῶσαι ἐν γνόφῳ. καὶ ἐγὼ ᾠκοδόμησα οἶκον τῷ ὀνόματί σου ἅγιόν σοι, καὶ ἕτοιμον, καὶ τῇ καθέδρᾳ σου τοῦ κατασκηνῶσαί σε εἰς αἰῶνα εἰς τοὺς αἰῶνας. Domini. Tunc dixit Salomon: Dominus dixit habitare in caligine. Et ego ædificaui domum nomini tuo san-
E ctam tibi, & stabilem, & sedi tuæ, ad habitandum te in ea in secula. *quæ satis respondent vulgata. Sed eadem fere sententia apud lxx. inferius ponitur, vt ibi notabitur.* ζ Surrexit.] *Alijs* ἔστη, stetit. η Ambulanti.] *Compl.* πορευομένῳ qui ambulauit. *Sed vulgata,* seruis tuis, qui ambulant. θ A te.] σοῦ. *Et vulgata* de te. *Alij* σοι tibi. *vt etiam cap. sequenti in nostra.* ι Tantum etiam.] πολὺ καί: *satis prope ad phrasim hebræam, & valet* quanto magis, *vt vulgata. Compl. autem* πῶς, quomodo. κ Deprecationem.] *Alij* τῆς τέρψεως, καὶ τῆς προσευχῆς, voluptatem, & deprecationem. *Compl.* τῆς δεήσεως, καὶ τῆς προσευχῆς, orationem, & deprecationem. λ Quia.] ὅτι. *Compl.* ὅτε, quando. *Ab hebræo abest vtrumque. Vsitatum autem est illud* ὅτι *valere* si, *vt paulo post,* Quia egredietur, Quia peccabũt: *quo posteriore loco etiam Compl. habet* ὅτε, *licet in priore* ἐάν δέ. μ Omnem laborem.] *In aliis est* πάντα πόνον, *quod in nostra est* πᾶν: *idque sæpe in codice Vaticano notari potest.* ν Et venient, & deprecabuntur in loco hoc.] *Pro his in Compl. est,* καὶ ἥξει ἐκ γῆς μακρόθεν διὰ τὸ ὄνομά σου, διότι ἀκούσονται τὸ ὄνομά σου τὸ μέγα, καὶ τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιὰν, καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν, καὶ ἥξει, καὶ προσεύξεται εἰς τὸν τόπον τοῦτον: & veniet e terra longinqua propter nomen tuum (quoniam audient nomen tuum magnum,

magnum, & manum tuam validam, & brachium tuum excelsum) & veniet, & deprecabitur in loco hoc: A
quæ respondent vulgatæ. ξ Viam ciuitatis.] *Valet,* respiciens ad ciuitatem, & ad templum hoc. *Ita enim Theodoretus* εἰς τὴν πόλιν ταύτην ἐμβλέπων. *Item quæ paulo infra,* iam terræ tuæ. ο Tuo.] *Compl. addit* τῆς προσευχῆς αὐτῶν, καὶ δεήσεως αὐτῶν, καὶ ποιήσεις τὸ δικαίωμα αὐτῶν: *quod vulgata,* orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. π Tunc loquutus.] *In scholio notatur hæc vsque ad illud.* Et factum est, postquam consummauit, *in exaplo apud solos lxx. haberi. Diximus similem sententiam non longe ab initio huius capitis in Compl. & vulgata esse. A Theodoreto q. 27. videntur hoc eodem loco, quo in cæteris græcis, agnosci. Sed pro* ἐγνώρισεν, *habet* ἔστησεν, collocauit, *& in aliquo codice pro* οἰκοδόμησεν, *habet* οἰκοδόμησεν, ædificauit. ρ Hæc scripta est in libro.] *In scholio refertur ex lxx.* ταῦτα γέγραπται ἐν βιβλίῳ, hæc scripta sunt in libro. *Nostra lectio est etiam Theodoreti, & sapit hebraismum.* σ Neque auertat, inclinando.] *Est vis quædam affirmationis in hac phrasi, quæ imitatur hebræum, idest,* complectatur nos, inclinando, &c. *Compl.* μὴ ἀποστρέψῃ ἡμᾶς, ἀλλ' ἐκκλῖναι, neque auertat nos, sed inclinet. τ Anni.] *Alii,* αὐτοῦ, eius, *idest* per singulos dies, *vt est in vulgata.* υ Et sancte] *In aliis est* τοῦ ὁσίως, sancte. φ Holocaustosim.] *In aliis codicibus additur,* καὶ τὸ δῶρον, *quod vulgata,* & sacrificium. χ In domo, quam ædificauit, comedens, & bibens, & lætans coram Domino Deo nostro septem dies.] *Ita in plerisque. Compl habet tantum* ἑπτὰ ἡμέρας, B
καὶ ἑπτὰ ἡμέρας, τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, septem dies, & septem dies, quatuordecim dies *: quod respondet vulgatæ, & inuentum est etiam in vno libro manuscripto sed post illa,* in domo, quam ædificauit comedens, & bibens, & lætans coram Domino Deo nostro, *quæ etiam manifesto agnoscuntur à Theodoreto q. 27.*

CAP. IX.

ET factum est, postquã consummauit Salomõ ædificare domũ Domini, & domũ regis, & omne opus Salomon, quæcumque voluit facere; & apparuit Dominus ipsi Salomon secundo, sicut ᵃ apparuerat in Gabaon. Et dixit ad eum Dominus: Audiui vocem deprecationis tuæ, & orationis tuæ, quam C
orasti coram me. Feci tibi secundum omnem deprecationem tuam. Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti ad ponendum nomen meum ibi in seculum. Et erant oculi mei illuc, & cor meum omnibus diebus. Et tu si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus in sanctitate cordis, & rectitudine, & faciendo iuxta omnia, quæ mandaui ei, & præcepta mea, & mandata mea custodieris; & faciam surgere thronum regni tui in Israel in seculum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur tibi vir Dux in Israel. Si autem auersi auertemini vos, & filij vestri a me, & non custodieritis mandata mea, & præcepta mea, ᵝ quæ dedit Moyses coram vobis, & iueritis, & seruieritis Dijs D
alijs, & adoraueritis eos; & tollam Israel de terra, quam dedi eis: & domũ hanc, quam sanctificaui nomini meo, abijciam a facie mea. Et erit Israel in perditionem, & in sermonẽ in omnibus populis: ᵞ & domus ista erit excelsa: omnis transiens per eam stupebit, & sibilabit, & dicent: Propter quid fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Et dicent: Pro eo, quod dereliquerunt Dominũ Deum suum, qui eduxit patres eorum ex Ægypto, e domo seruitutis, & susceperunt Deos alienos, & adorauerunt eos, & seruierunt eis, propter hoc induxit Dominus super eos ᵟ malum hoc. ᵉ Tunc adduxit Salomon filiam Pharaonis e ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat sibi in diebus illis. Viginti annis, in quibus ædificauit Salomon ambas domos, domum Domini, & E
domum regis, Chiram rex Tyri adiuuit Salomõ in lignis cedrinis, & in lignis abiegnis, & in auro, & in omni voluntate eius. Tunc dedit rex ipsi Chirã viginti ciuitates in terra Galilæa. Et exiuit Chiram e Tyro, & iuit in Galilæam ad vidẽdum ciuitates, quas dederat ei Salomon: & non placuerunt ei; & dixit: Quid ciuitates hæ, quas dedisti mihi frater? Et vocauit eas terminũ vsque in diẽ hanc. Et attulit Chirã Salomoni centũ & viginti talenta auri. Et nauẽ ᶻ pro ea re fecit rex Salomon in Gasion Gaber, quæ est iuxta Ælath super labiũ vltimi maris in

terra

A terra Edom. Et misit Chiram in naui puerorum suorum viros nauticos impellere scientes mare cum pueris Salomon. Et venerunt in Sophirà: & sumpserunt inde auri [η] centum, & viginti talenta, & attulerunt regi Salomon.

[α] Apparuerat.] *Compl. addit* αὐτῷ ei. [β] Quæ dedit Moyses.] *Compl.* ἃ ἔδωκα, quæ dedi, *quod respondet vulgatæ. Sed Theodoretus q. 29. vt hic.* [γ] Et domus ista erit excelsa.] *Ad verbum ex hebræo: sed valet idem, ac si exprimeretur*, & domus ista, quæ est excelsa. *Ab aliis, & à Theodoreto abest illud*, erit ἔσται. *Compl autem* καὶ ὁ οἶκος οὗτος ὁ ὑψηλὸς ἔσται εἰς παράδειγμα, & domus hæc excelsa erit in exemplum: *quomodo est in vulgata, nisi quod non habet*, excelsa. [δ] Malum.] *Compl.* πᾶσαν τὴν κακίαν ταύτην, omne malum hoc. [ε] Tunc adduxit.] *Hæc vsque ad illud* viginti, *absunt hoc loco à Compl. & vulgata: sed habentur paulo inferius. Hic autem Compl.* καὶ ἐγένετο μετὰ εἴκοσι, *& vulgata*, expletis autem annis viginti. [ζ] Pro ea re.] *Ita visum est posse reddi illud* ὑπὲρ ὃ: *nisi legendum sit* ὑπερῴου, tabulati, *aut alio simili modo. In hebræo nihil est, quod*
B *illi respondeat. A Compl. quidem abest, & à scholio, quod ita habet.* lxx. καὶ ναῦν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν ἐν Γασιὼν Γαβὲρ, τὴν οὖσαν ἐχομένην Αἰλὰθ, ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς ἐσχάτης θαλάσσης ἐν γῇ Ἐδώμ, & quæ sequuntur. Ante hæc ponuntur in exaplo cum aliis quibusdam etiam ea, quæ ad Pharaonem regem Ægypti pertinent, quia cepit Gazer, & incendit eam, & Chananæum habitantem in ciuitate interfecit, & dedit eam missiones filiæ suæ vxori Salomon. Hæc autem apud Theodoretum, & aliqua exemplaria ponuntur ante ædificationem templi: quemadmodum & ibi notatum est. *Nimirum cap. 4. In Compl. sunt omnia, quæ in vulgata. Quare inde peti poterunt. In nostra quidem, & aliis græcis habentur fere omnia, sed variis locis, præcipue cap. sequenti.* [η] Centum viginti.] *In aliis est partim* τετρακόσια, quadraginta, *partim* τετρακόσια, καὶ εἴκοσι, quadraginta, & viginti, *quod respondet vulgatæ.*

CAP. X.

ET regina Saba audiuit nomen Salomon, & nomen Domini: & venit ten-
C tare eum in [α] ænigmatibus. Et venit in Hierusalem in virtute graui valde. Et cameli portantes [β] suauitates, & aurum multum valde, & lapidē preciosum. Et ingressa est ad Salomon: & locuta est ei omnia, quæcumque erāt in corde suo. Et indicauit ei Salomon omnia verba eius. Non [γ] fuit verbum despectum a rege, quod non indicauit ei. Et vidit regina Saba omnem prudentiam Salomon, & domum, quam ædificauerat, & cibos Salomon, & cathedram puerorum eius, & stationem ministrorum eius, & vestē eius, & pincernas eius, & holocaustosim eius, quam offerebat in domo Domini. Et extra se facta est: & dixit ad regem Salomon. Verus est sermo, quem audiui in terra mea de sermo-
D ne tuo, & de prudentia tua: & non credidi iis, qui dicebāt mihi; donec veni, & viderunt oculi mei; & ecce non sunt [δ] dimidium, sicut annunciarant mihi. Apposuisti [ε] bona ad ea, super omnē auditionem, quam audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, beati pueri tui, qui assistunt coram te semper, qui audiunt omnem prudentiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit in te, ad dandum te super thronū Israel; eo quod Dominus diligat Israel ad [ζ] statuendum in seculum: & posuit te regem super eos ad faciendum iudicium in iustitia, & in iudiciis [η] eorum. Et dedit Salomoni centum viginti talenta auri, & suauitates multas valde, & lapidem preciosum. Non venit iuxta suauitates illas vltra in multitudine, quas dedit regina Sabà regi Salomon. Et nauis Chiram
E portans aurū de Suphir, attulit ligna [θ] dolata multa valde, & lapidē preciosum. Et fecit rex ligna dolata, fulcimēta domus Domini, & domus regis, & nablas, & citharas cantoribus. Non venerūt huiusmodi ligna nō dolata super terrā, neque visa sunt [ι] vsquā vsque in diē hāc. Et rex Salomon dedit reginæ Sabà omnia, quæcunque voluit, quæcunque petiit, præter ea, quæ dederat ei per [κ] manū regis Salomon. Et reuertit, & venit in terrā suā, ipsa, & omnes pueri eius. Et erat pondus auri, quod veniebat ad Salomon in anno vno, sexcenta, & sexaginta sex talenta auri, absque tributis subditorū, & mercatorū, & omniū regū regionis vlterioris,

& satraparũ terræ. Et fecit Salomon μ trecentas lanceas aureas ductiles (trecenti A
aurei inerant in lancea vna) & trecenta ν scuta aurea ductilia: & tres minæ ine-
rant auri in scuto vno. Et dedit ea rex in domum syluæ Libani. Et fecit rex thro
num elephantinum magnum: & circumaurauit illum auro probato: sex gradus
throno: & prominentiæ vitulorum ipsi throno ex posterioribus eius: & manus
hinc, & hinc super locum cathedræ: & duo leones stantes iuxta manus: & duo-
decim leones stantes ibi super sex gradus, hinc, & hinc. Non factũ est sic omni
regno. Et omnia vasa, ξ quæ a Salomon facta, aurea, & luteres aurei, & omnia va
sa domus syluæ Libani auro conclusa. Non fuit argentũ: quoniã non erat reputa
tũ in diebus Salomon: quia nauis Tharsis erat regi Salomõ in mari cũ ο nauibus B
Chirã: vna per tres annos veniebat regi nauis e Tharsis auri, & π argẽti, & lapidũ
tornatorũ, & dolatorũ. Hæc ρ fuit summa distributionis, quã obtulit rex Salomõ
ad ædificãdũ domũ Domini, & domũ regis, & murũ Hierusalẽ, & arcẽ, ad circũ-
sepiendũ sepẽ ciuitatis Dauid, & Assur, & Magdal, & Gazer, & Bæthoron supe-
riorẽ, & Iethermath, & omnes ciuitates curruũ, & omnes ciuitates equitũ, & ne-
gociationẽ Salomon, quã negociatus est, ædificando in Hierusalẽ, & in omni ter
ra. σ Vt nõ opprimeret eũ, omnẽ populũ residuũ de Chettæo, & Amorræo, & Phe
rezæo, & Chananæo, & Euæo, & Iebusæo, & Gergesæo, de ijs, qui non erãt ex fi-
lijs Israel, filios eorũ residuos cũ eo in terra, quos non potuerant filij Israel exter C
minare eos, & adduxit eos Salomon in tributũ vsque in diẽ hãc. Et de filijs Israel
non dedit Salomon υ molestiã: quoniã ipsi erant viri bellatores, & pueri eius &
principes, & φ tertiarij eius, & principes curruũ eius, & equites eius. Et magnifi-
catus est Salomon super omnes reges terræ diuitijs, & prudentia. Et omnes re-
ges terræ quærebãt faciẽ Salomon, ad audiendã prudentiã eius, quã dederat Do
minus cordi eius. Et ipsi ferebãt vnusquisque dona, vasa χ aurea, & vestẽ, stactẽ,
& suauitates, & equos, & mulos, ψ quod per annũ, anno. Et fuerũt Salomõ ω qua-
tuor mille fœminæ equæ ad currus, & duodecim millia equitũ. Et posuit ea in
ciuitatibus curruũ, & cũ rege in Hierusalẽ. Et fuit Dux omniũ regũ a flumine, & D
vsque ad terrã alienigenarũ, & vsque ad terminos Aegypti. Et dedit rex aurũ, &
argentũ in Hierusalẽ, tãquã lapides: & cedros dedit, tanquã Sycomoros, quæ in
campestri, in multitudine. Et exitus Salomon αα equitum & in Aegypto, & ex
Thecue: mercatores regis & accipiebant è Thecue in permutatione: & ascẽde-
bat exitus ex Aegypto, currus pro ββ cẽtum argenti, et equus pro quinquaginta
argẽti. Et sic omnibus regib. Chettijn, et regib. Syriæ γγ per mare egrediebãtur.

α Ænigmatibus.] *Ita etiam vulgata. S. Amb. 2. off. cap. 10.* quæstionibus. β Suauitates.] *ἡδύσματα, ac videtur & hic, & alibi sæpe significare idem, atque ἀρώματα, quod est in Compl.* γ Non fuit verbum de-
spectum à rege.] *Idest non fuit res, quæ fugeret visum, atque intelligentiam regis. Apud S. Amb. ibidem totus* E
hic locus sic refertur. Et venit, & omnia loquuta est, quæ habebat in corde suo: & audiuit omnem sapien-
tiam Salomonis: nec vllum verbum præteriuit eam. δ Dimidium, sicut annunciarant mihi.] *Idest, quæ annunciarant mihi, non sunt dimidium eorum, quæ vidi, & comperi. Compl.* κατὰ τὸ ἥμισυ. secundum medietatem, *eodem sensu. S. Amb.* & nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea, quæ annunciabantur mihi.
ε Bona ad ea super.] *Compl.* σοφίαν καὶ ἀγαθὰ, sapientiam, & bona super. *S. Ambr.* Apposuisti bona super omnia, quæ audiui in terra mea. ζ Statuendum.] *Compl. & Theodoretus q. 32.* τοῦ στῆσαι αὐτὸν, ad statuendum eum. η Eorum.] *Iidem* αὐτῶν, eius. *Vulgata ex hebræo,* vt faceres iudicium, & iustitiam. θ Dolata.] πελεκητά. *Ita etiam in alio exemplari, & in Complutensi. In cæteris* ἀπελέκητα, non dolata, *sicut etiam paulo post in nostra. Theodoretus quæstione 34. Quænam ligna vocat* ἀπελέκητα. Leuia opinor, καὶ ὄζων ἀπηλλαγμένα, & acuminibus libera. Iosephus autem ea dixit πεύκινα, pinea, minime pineis, quæ apud nos similia: ligno enim ficulneo (σύκινα quamuis interpres piceis) esse & albiora, & leuiora, & στερεώτερα dixit.
Fortasse

A *Fortasse legendum* στυφότερα, densiora, *aut* acidiora. *Vulgata* thyina. *Alii ex hebreo, & chaldæo vertunt* co
ralia. ι Vsquam.] *Ita etiam hebræus.* Compl. *addit* ἔτι, vltra. κ Per manum] *idest* vltro, *vt vulga-
ta*, & pro munificentia regia. λ Et mercatorum.] *In vno libro sequitur* τῶν ῥωποπωλῶν, eorum, qui res mi-
nutas vendunt. μ Trecentas.] *Compl.* διακόσια δόρατα χρυσᾶ ἐλατά, ἑξακόσιοι χρυσοῖ, ducentas lanceas aureas
ductiles, sexcenti aurei, *vulgata*, ducenta scuta. ν Scuta.] ὅπλα, *quod in Compl.* θυρεοῖς. *Vulgata habet* pel
tas. *alij ex hebræo* clypeos. ξ Quæ a Salomon.] τὰ ὑπὸ τοῦ σαλωμών. *Ita omnes collati codices: magis re-
sponderet hebræo, & vulgata, si esset* τὰ ποτοῦ, pertinentia ad potum Salomonis. ο Nauibus.] *Etiam vul-
gata* classibus. *Alij* υἱῶν, filijs, *aut* παίδων, pueris, *vt Compl. quæ etiam omisit illud quod sequitur* μία, vna: *cum
tamen etiam in vulgata sit* semel. π Argenti.] *Sic vetusti codices, & Compl. In aliis impressis additur*
καὶ ὀδόντων ἐλεφαντίνων, καὶ πιθήκων, & dentium elephantinorum & simiarum. *Vulgata addit præterea* pauos.
ρ Hæc fuit summa.] *Hinc vsque ad*, Et magnificatus est, *absunt hoc loco à Compl. & vulgata: habuerant
enim cap. nono, additis etiam nonnullis.* σ Vt non opprimeret eum.] τοῦ μὴ κατάρξαι αὐτῷ *Hæc videtur elici
posse sententia, vt non tyrannice ageret erga populum Israeliticum, non ab illo, sed ab alienigenis tributum exe*
B *git, ijsque pro seruis vsus est. In Compl. cap. 9. hic locus respondet vulgatæ,* οἰκοδομῆσαι ἐν ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ λι-
βάνῳ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ τῆς δυναστείας αὐτοῦ. πάντα τὸν ὑπολελειμμένον λαόν, *quod in vulgata*, vt ædificaret in Hierusalem,
& in Libano, & in omni terra potestatis suæ Vniuersum populum, qui remanserat, &c. τ Cum eo.]
μετ' αὐτοῦ *Compl.* μετ' αὐτούς post eos, *quod respondet hebræo.* υ Molestiam.] πρᾶγμα *& aliqui* εἰς πρᾶγμα.
Compl. εἰς δουλείαν, in seruitutem. φ Tertiarij.] τρισσοί. *Videtur idem ac* τριστάτας, *de qua dictione dictum est
Exo. 15. nam & dictio hebræa est eadem hic, atque illic.* χ Aurea.] *Sic plerique vetusti. Alij addunt*, καὶ
ἀργυρᾶ, & argentea. ψ Quod per annum anno.] *Optime respondet hebræo. Compl.* τὸ κατ' ἐνιαυτὸν εἰς ἐνιαυτόν,
quod per annum, in annum: *atque idem valet, quod in vulgata*, per singulos annos. ω Quatuor.] *Alij*
τεσσαράκοντα, quadraginta. *Compl.* καὶ συνήγαγε σαλωμὼν ἅρματα καὶ ἱππεῖς. καὶ ἦσαν αὐτῷ χίλια καὶ τετρακόσια ἅρματα.
Et congregauit Salomon currus, & equites: & fuerunt ei mille & quadringenti currus: *quod respondet vul-
gata.* αα Equitum.] *Compl.* τῶν ἵππων σαλωμῶντος ἐξ αἰγύπτου, καὶ ἐξ εκουέ. οἱ ἔμποροι τοῦ βασιλέως ἐλάμβανον ἐξ αἰγύπτου,
equorum Salomonis ex Ægypto, & ex Ecuè. mercatores regis accipiebant ex Ægypto, &c. ββ Pro cen-
tum.] *In eadem* ἀνθ' ἑξακοσίων ἀργυρίου, καὶ ἵππος ἀντὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, *quod in vulgata* pro sexcentis siclis ar-
C genti, & equus centum quinquaginta. γγ Per mare.] *Eadem* διὰ χειρὸς αὐτῶν, per manum eorum,
vt hebræus.

CAP. XI.

ET rex Salomon erat amator mulierum: α & fuerunt ei vxores principes septingentæ, & concubinæ trecentæ. Et accepit vxores alienas, & filiam Pharao, Moabitidas, Ammanitidas, Syras, & Idumæas, Chettæas, & Amorræas. Ex gentibus, quibus interdixit Dominus filijs Israel, Non intrabi-
D tis ad eos, & ipsi non intrabunt ad vos, ne inclinent corda vestra post idola sua; ad eos adhæsit Salomon, amando. Et factum est in tēpore senectutis Salomon, & non fuit cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris β eius. Et declinare fecerunt mulieres alienæ cor eius post Deos suos. Tunc ædificauit Salomon excelsum ipsi Chamos idolo γ Moab, & δ regi eorum idolo filiorum Ammon, & Astarte abominationi Sidoniorum. Et sic fecit omnibus vxoribus suis alienis; ε quæ adolebant, & sacrificabant idolis suis. Et fecit Salomon malum in conspectu Domini: non ambulauit post Dominum, sicut Dauid pater eius. Et iratus est Dominus in Salomon; quoniam declinare fecit cor
E suum a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei bis, & mandauerat ei super verbo hoc: omnino, vt non iret post Deos alios, ζ & custodiret facere, quæ mandauerat ei Dominus Deus: neque erat cor eius perfectum cum Domino, iuxta cor Dauid patris eius. Et dixit Dominus ad Salomon: Pro eo, quod facta sunt hæc tecum, & non custodisti mandata mea, & præcepta mea, quæ mandaui tibi; discindens discindam regnum tuum de manu tua: & dabo illud seruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam ea propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui tollam illud. Verumtamen totum regnum non tollā: η sceptrum vnum dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & propter Hierusalem ci-

uitatem, quam elegi. Et suscitauit Dominus Satan Salomoni Ader Idumæum, A
[a] & Esrom filium Eliadae, [b] qui in Rhaemma Adadezer regem Suba dominum suum. Et congregati sunt super eum viri: & fuit princeps congregationis, & præoccupauit Damasce. Et [c] fuerunt Satan Israeli omnibus diebus Salomonis: & Ader Idumæus de semine regni in Idumæa. Et factum fuerat, cum exterminaret Dauid Edom, in eundo Ioab principem militiæ ad sepeliendum cæsos; & exciderunt omne masculinum in Idumæa: quoniam sex menses obsedit ibi Ioab, & vniuersus Israel in Idumæa: quoadusque exterminauit omne masculinum in Idumæa. Et aufugit Ader ipse, & omnes viri Idumæi de [a] seruis patris eius cum eo: & intrarunt in Ægyptum: & Ader puerulus paruus. Et exurgunt [a] viri de ciuitate Madia: & veniunt in Pharan, & assumunt viros secum, & veniunt ad Pharao regem Ægypti. Et intrauit Ader ad Pharao. Et dedit ei domum, & panes [μ] constituit ei. Et inuenit Ader gratiam in conspectu Pharaonis valde: & dedit ei vxorem, sororem vxoris suæ, sororem Thecemínæ maiorem. Et peperit ei soror Thecemínæ, ipsi Ader Ganebath filium suum. Et enutriuit eum Thecemina in medio filiorum Pharaonis. Et fuit Ganebath in medio filiorum Pharaonis. Et Ader audiuit in Aegypto, quia dormiuit Dauid cum patribus suis, & quia mortuus est Ioab princeps militiæ: & dixit Ader ad Pharao: Dimitte me, & reuertam in terram meam. Et dixit Pharao ad Ader: Qua re tu eges mecum? Et ecce tu quæris abire in terram tuam? Et dixit ei Ader: [ν] quia dimittens dimittes me. Et reuertit Ader in terram suam. Hoc est malum, quod fecit Ader & [ξ] grauiter affecit Israel, & regnauit in terra Edom. Et Hieroboã filius Nabath Ephrathì è Sarirà, filius mulieris viduæ, seruus Salomonis. [o] Et hæc res, quia eleuauit manum super regem Salomon. Et rex Salomon ædificauit arcem, conclusit sepem ciuitatis Dauid patris sui. Et homo Hieroboam fortis virtute. Et vidit Salomon paruulum, quia vir operum est; & constituit eum super onera domus Ioseph. Et factum est in tempore illo, & Hieroboam exiuit è Hierusalem: & inuenit eum Achia Selonites propheta in via, & remouit eum de via. Et Achia indutus vestimento nouo: & vtrique soli in campo. Et apprehendit Achiam vestimentum suum nouum, quod super se, & discidit illud duodecim scissuras, & dixit ad Hieroboam: Sume tibi decẽ scissuras: quoniam hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindo regnum de manu Salomonis: & dabo tibi decem sceptra: & duo sceptra erunt ei propter seruum meum Dauid, & propter Hierusalem, ciuitatem, quam elegi in ea ex omnibus tribubus Israel: pro eo, quod dereliquit me, & [π] fecit Astaree abominationi Sidoniorũ, & [ρ] Chamos, & idolis Moab, & regi eorum offendiculo filiorum Ammon, & non ambulauit in vijs meis, ad faciendum rectum coram me, sicut Dauid pater eius. Et non tollam regnum totũ de manu eius: sed propugnans propugnabo ei omnes dies vitæ eius, propter Dauid seruum meum, quem elegi eum. Et tollam regnum de manu filij eius: & dabo tibi decem sceptra: filio autem eius dabo duo sceptra, vt sit [σ] sedes seruo meo Dauid omnibus diebus coram me in Hierusalem ciuitate, quam elegi mihi ad ponendum nomen meum ibi. Et te assumam, & regnabis, in quibus concupiscit anima tua: & tu eris rex super Israel. Et erit, si custodieris omnia, quæcunque mandauero tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris rectum coram me, custodiendo præcepta mea, & mandata mea,

A data mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus, & ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelẽ, ſicut ædificaui ipſi ᵀ Dauid. Et quæſiuit Salomon interficere Hieroboam Et ſurrexit, & aufugit in Ægyptum ad Suſacim regem Ægypti: & fuit in Ægypto, quoaduſque mortuus eſt Salomon. Et reliqua verborum Salomon, & omnia, quæcunque fecit, & ᵛ omnẽ prudentiam eius, nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborum Salomonis? Et dies, quibus regnabat Salomon in Hieruſalem ſuper omnem Iſrael, ᵠ quadraginta anni. Et dormiuit Salomon cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid patris eius. Et χ factum eſt, poſtquam audiuit Hieroboam filius Nabat, & cum adhuc ipſe eſſet in Ægypto, vt fugerat à facie Salomonis, & ſederat in Ægypto; dirigit ſe, & venit in ciuitatem
B ſuam Sarirà, quæ in monte Ephræm. Et rex Salomon dormiuit cum patribus ſuis, & regnauit Roboam filius eius pro eo.

α Et fuerunt ei vxores principes ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ.] *Hæc non ſunt hoc loco in Compl. & vulgata, ſed paulo poſt, additis etiam iſtis*, καὶ ἐξέκλιναν αἱ γυναῖκες αὐτοῦ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, & declinare fecerunt mulieres eius cor eius. β Eius.] *In aliis ſequitur*, καὶ ἐπορεύθη σολομὼν ὀπίσω τῆς ἀστάρτης βδελύγματος (*deeſt Compl.*) σιδωνίων, καὶ ὀπίσω τοῦ βασιλέως αὐτῶν εἰδώλου υἱῶν ἀμμών, *aut vt in Comp.* καὶ ὀπίσω μελχὼμ (*de qua varietate paulo poſt dicemus*) βδελύγματος ἀμμών. Et iuit Salomon poſt Aſtartem abominationem (*al.* Deum) Sidoniorum, & poſt regem eorum idolum filiorum Ammon, *aut*, & poſt Melchom abominationem Ammon: *quæ reſpondent vulgatæ: a Theodoreto tamen non referuntur.* γ Moab.] *In Compl. additur* ἐν τῷ ὄρει τῷ κατὰ πρόσωπον ἱερουσαλήμ, *quod vulgata*, in monte, qui contra Hieruſalem. δ Regi earum.] *Sæpe in hoc*
C *capite & in noſtra, & in aliis (pro* μελχὼμ, *quod habet Compl. aut* μελχὸλ, *vt Theodoretus, vulgata autem* Moloch) *legitur* βασιλέως αὐτῶν, *aut* βασιλεῖ αὐτῶν *quod eſt quaſi interpretatio illius. Quod alibi etiam notabitur vſu venire, vt interpretatio nominis pro ipſo nomine ponatur.* ε Quæ adolebant.] *A Compl. abeſt illud*, quæ, *ac tamen eſt in vulgata. Theodoretus videtur habuiſſe* ἐθυμία, adolebat. *pro quo cæteri interpretes dixerint* ἐθυμίων, καὶ ἔθυον. ζ Et cuſtodiret facere.] καὶ φυλάξασθαι ποιῆσαι. *Alii, & Theodoretus*, καὶ ποιῆσαι & faceret. *Compl.* καὶ οὐκ ἐφύλαξεν, ἃ ἐνετείλατο αὐτῷ κύριος, *quod vulgata*, & non cuſtodiuit, quæ mandauit ei Dominus. *Neque in ea, neque in aliis quibuſdam libris, neque in vulgata ſequuntur illa*, neque erat cor eius perfectũ cum Domino, iuxta cor Dauid patris eius. *Ponuntur tamen hoc eodem loco apud Theodoretum.* η Et Eſrom.] *Hæc vſque ad illud* de ſemine regni, *non ſunt in Compl. & vulgata hoc loco, ſed paulo inferius, vbi quaſi ex alio principio dicitur*, καὶ ἤγειρε θεὸς σατὰν αὐτῷ τὸν ῥαζὼν υἱὸν ἐλιαδᾶ, *quod in vulgata*, ſuſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Rhazon filium Eliadam. θ Qui in Raemma.] *In aliis libris eſt* τὸν βαραμὲθ. *quod vocabulum videtur factum ex duobus hebraicis, quorum interpretatio eſt, quod habetur in Compl.* ὃς ἔφυγεν ἀπὸ] ἀδαδεζὲρ βασιλέως, qui fugerat ab] Adarezer rege. *Lucifer de regibus Apoſtaticis.* Et ſuſcitauit Dominus Satã
D Salomoni Ader Idumæum, & Eſron filium Anadeth in Remathad Adragas regem Saba. ι Fuerunt Satan.] *Lucifer*, erant Satanæ. *Alii* ἦν, fuit. *Theodoretus*. Quemnam dicit Satan? τὸν ἀποστάτην, τὸν ἀντιπράττοντα, τὸν ἀντικείμενον, apoſtatam, repugnantem, aduerſarium. κ De ſeruis patris eius.] *Sic etiam vulgata, & hebræus. Compl.* δοῦλοι τῶν παίδων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ſerui ſeruorum patris eius. λ Et exurgunt viri de ciuitate Madiam.] *In Compl. eſt* & exurgunt de Madiam. μ Conſtituit ei.] *In aliis additur*, καὶ γῆν ἔδωκεν αὐτῷ, *quod vulgata*, & terram delegauit. ν Quia dimittens.] *Compl.* μηδαμῶς, ὅτι ἐξαποστελεῖς. Nequaquam, quia dimittens. ξ Et grauiter affecit Iſrael.] *Alii*, καὶ ἐβαρύνθη ἐπὶ ἰσραήλ, & aggrauatus eſt ſuper Iſrael. ο Et hæc res.] καὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα. *Alii addunt*, ὃ ἐποίησεν, *aut* ὃ ἐποίει, quam fecit. *In hebræo eſt, vt in noſtro. Valet autẽ*, & hæc eſt cauſa. *Sed in hebræo ante hæc habetur, vt in vulgata*, leuauit manum contra regem. π Fecit.] *Sic Lucifer, ſed Compl. & Theodoretus*, ἐδούλευσεν, ſeruiuit. ρ Chamos, & idolis Moab, & regi eorum.] *Compl. & Theodoretus* τῷ χαμὼς εἰδώλῳ μωάβ, καὶ τῷ μελχὼμ, Chamos Idolo Moab, & Melchom. *Lucifer*, & fecit Aſtarte idolo immundo Sidoniorum, & Cama idolo Moab, & regi eorum, religioni filiorum Ammon. *Videantur, quæ paulo ſuperius ſunt notata.* σ Sedes.] θέσις. *Sic Lucifer: chaldæus*, vt infirmetur regnum,
E *vulgata*, vt remaneat lucerna. *Sed Theodor. q. 37. habet* ὅπως ἡ θέλησις δαυὶδ τοῦ δούλου μου διαμείνῃ πάσας, vt voluntas Dauid ſerui mei permaneat omnibus, &c. τ Dauid.] *In Compl. additur*, καὶ δώσω σοι τὸν ἰσραήλ, καὶ κακώσω τὸ σπέρμα δαυὶδ διὰ ταῦτα, πλὴν οὐ πάσας τὰς ἡμέρας. *quod in vulgata*, & tradã tibi Iſrael, & affligã ſemẽ Dauid ſuper hoc, verumtamen non cunctis diebus, *quæ a Lucifero non referuntur.* υ Omnem prudentiam.] *Compl.* πᾶσα ἡ φρόνησις, omnis ſapientia, *itemque Theodoretus.* φ Quadraginta.] *Notat Theodoretus Ioſephum dixiſſe*, ſexaginta quatuor, *ac docet, quæ huius varietatis potuerit eſſe cauſa.* χ Et factum.] *Hinc vſque ad illud*, & regnauit Roboam, *abſunt hoc loco a Compl. ut a vulgata: reponuntur autem non longe ab initio ſequentis capitis. Sed pro illis*, dirigit ſe, & venit in ciuitatem ſuam Sarirà, quæ in mone Ephræm. Et rex Salomon dormiuit cum patribus ſuis, *habet hæc*, καὶ ἀπέστειλαν, καὶ ἐκάλεσαν αὐτόν, καὶ ἦλθεν ἱεροβοὰμ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰσραήλ, & miſerunt, & vocauerunt eum. Et venit Hieroboam, & omnis populus Iſrael.

CAP.

CAP. XII.

A

ET vadit rex Roboam in Sicima: quoniam in Sicima veniebant omnis Israel ad faciendum regem eum. Et locutus est populus ad regem Roboam, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum: & tu nunc alleua de seruitute patris tui dura, & de iugo eius graui, quod dedit super nos: & seruiemus tibi. Et dixit ad eos: Abite vsque ad dies tres, & reuertite ad me. Et abierunt. Et annunciauit rex senioribus, qui fuerant assistentes coram Salomone patre eius adhuc viuente eo, dicens: Quomodo vos consilium datis, & respondebo populo huic verbum? Et locuti sunt ad eum, dicentes: Si in die hac eris B seruus populo tuo, & seruies eis, & loqueris ad eos verba bona; & erunt tibi serui omnibus diebus. Et dereliquit consilium seniorum, * ea, quæ consuluerãt ei & iniit consilium vnà cum pueris, qui enutriti fuerant cum eo, qui assistebant ante faciem eius. Et dixit eis: Quod vos consilium datis? & quid respondebo populo huic, ijs, qui dicunt ad me, dicendo: Alleua de iugo, quod dedit pater tuus super nos? Et locuti sunt ad eum pueri enutriti cum eo, qui assistebant ante faciem eius, dicentes: Hæc loqueris populo huic, ijs, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, & tu nunc alleua à nobis. Hæc loqueris ad eos: * Paruitas mea crassior lumbo patris mei. Et nunc pater meus C strauit vos iugo graui: & ego adijciam super iugum vestrum. Pater meus castigauit vos in flagellis: ego autem castigabo vos in scorpionibus. Et aduenerunt omnis Israel ad regem Roboam in die tertia, sicut locutus erat eis rex, dicens, reuertimini ad me die tertia. Et respondit rex ad populum dura. Et dereliquit Roboam consilium seniorum, ea, quæ consuluerant ei: & locutus est ad eos iuxta consilium puerorum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum: & ego addam super iugum vestrum: Pater meus castigauit vos in flagellis: & ego castigabo vos in scorpionibus. Et non audiuit rex populum: quoniam erat euersio a Domino: vt firmaret verbum suum, quod locutus erat in manu Achià Se D lonitæ de Hieroboam filio Nabat. Et viderunt omnis Israel, quia non audiuit rex eos. Et respondit populus regi, dicens: Quæ nobis pars in Dauid? & non est nobis hæreditas in filio Iessæ. Recurre Israel ad tabernacula tua. Nunc pasce domum tuam Dauid. Et abierunt Israel ad tabernacula * sua. Et misit rex Adoniram, qui super tributum: & lapidauerunt eum in * lapidibus: & mortuus est. Et rex Roboam anticipauit * ascendere, ad fugiendum in Hierusalem. Et rebellis fuit Israel in domum Dauid vsque in diem hanc. Et factum est postquã audiuit omnis Israel, quia reuertit Hieroboam ex Aegypto; & miserunt, & vocauerunt eum in synagogam: & regem fecerunt eum super Israel. Et non fuit post domum Dauid, nisi de sceptro Iuda, & Beniamin soli. Et Roboam intrauit E in Hierusalem: & euocauit synagogam Iuda, & sceptrum Beniamin, centum & viginti millia adolescentium facientium bellum, ad bellandum aduersus domum Israel, ad restituendum regnum Roboam filio Salomon. Et factum est verbum Domini ad Samæam hominem Dei, dicens: Dic Roboam filio Salomon regi Iuda, & ad vniuersam domũ Iuda, & Beniamin, & residuo populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis cum fratribus vestris filiorum Israel. Reuertatur vnusquisque in domum suam: quoniam a me factum

A ctum est verbum hoc. Et audierunt verbum Domini: & quieuerunt ab eundo iuxta verbum Domini.

Et [c] rex Salomon dormit cum patribus suis: & sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnauit Roboam filius eius pro eo in Hierusalem: cum filius esset sex & decem annorũ, cum regnum ipse adiuit. Et [a] duodecim annos regnauit in Hierusalem. Et nomen matri eius Naanan filia Ana filij Naas regis filiorum Ammon. Et fecit malum in conspectu Domini, & non iuit in via Dauid patris sui. Et erat homo ex monte Ephræm seruus Salomoni: & nomen matris eius Sarirà, mulier [b] fornicaria: & dedit eum Salomon in princi-
B pem scytalæ super onera domus Ioseph. Et ædificauit Salomoni ipsam Sarirà, quæ in monte Ephræm. Et fuerunt ei triginta currus equorum. Hic ædificauit arcem in oneribus domus Ephræm. Hic conclusit ciuitatem Dauid: & erat eleuans se super regnum. Et quærebat Salomon interficere eum. Et timuit, & fugit ipse ad Susacim regem Aegypti: & fuit cum eo, donec mortuus est Salomon. Et audiuit Hieroboam in Aegypto, quia mortuus est Salomon: & locutus est in aures Susacim regis Aegypti, dicens: Dimitte me, & abibo ego in terram meam. Et dixit ei Susacim: Pete aliquam petitionem, & dabo tibi. Et Susacim dedit ipsi Roboam Anò sororem Theceminæ seniorem vxoris suæ ei in vxorem. Hæc fuit magna in medio filiorum regis:
C & peperit ipsi Hieroboam Abia filium eius. Et dixit Hieroboam ad Susacim: Omnino dimitte me, & abibo. Et exijt Hieroboam de Ægypto, & venit in terram Sarirà, quæ in monte Ephræm. Et congregatur illuc omne sceptrum Ephræm. Et ædificauit ibi Hieroboam vallum. [c] Et ægrotauit puer eius ægrotatione valida valde. Et iuit Hieroboam interrogare de puero: & dixit ad Anò vxorem suam: Surge, vade, interroga Deum de puero, si viuet de infirmitate hac. Et homo erat in Selom: & nomen ei Achia: & hic erat filius sexaginta annorum: & verbum Domini cum eo. Et dixit Hieroboam ad vxorem suam: Surge, & sume in manum tuam homini Dei panes, & collyridas filijs eius, & vuam, &
D vasculum mellis. Et surrexit mulier, & sumpsit in manum suam panes, & duas collyridas, & vuam, & vasculum mellis ipsi Achia. Et homo senior: & oculi eius obtusi erant ad videndum. Et surrexit de Sarirà, & vadit. Et factum est veniente ea in ciuitatem ad Achia Selonitem, & dixit Achia ad puerum suum: Exi nunc in occursum Anò vxori Hieroboám, & dices ei: Intra, & noli stare: quoniam hæc dicit Dominus: Dura ego immitto super te. Et intrauit Anò ad hominem Dei. Et dixit ei Achia: Vt quid attulisti mihi panes, & vuam, & collyridas, & vasculum mellis? Hæc dicit Dominus: Ecce tu abibis a me: & erit, ingrediente te [x] ciuitatem, in Sarirà, & puellæ tuæ egredientur tibi in occursum,
E & dicent tibi: paruulus est mortuus. Quoniam hæc dicit Dominus: Ecce ego exterminabo de Hieroboam mingentem ad parietem: [a] & erunt mortui Hieroboam, in ciuitate comedent canes: & mortuum in agro comedent volatilia cæli: & paruulus [a] plangetur, veh Domine, quia inuentum est in eo verbum bonum de Domino. Et abijt mulier, postquam audiuit. Et factum est, vt intrauit in Sarirà; & paruulus mortuus est. Et exijt vocifecatio in occursum. Et iuit Hieroboam in Sicima, quæ in monte Ephræm, & congregauit illuc tribus Israel. Et ascendit illuc Roboam filius Salomon. Et [r] verbum Domini factum

ctum est ad Samæam Enlami, dicens: Sume tibi vestimentum nouum, quod A
non intrauit in aquam: & scinde illud duodecim scissuras: & dabis Hieroboam,
& dices ei: Hæc dicit Dominus: Sume tibi decem scissuras ad induendum te.
Et sumpsit Hieroboam. Et dixit Samæas: Hæc dicit Dominus ᶠ super decem
tribus Israel. Et dixit populus ad Roboam filium Salomonis: Pater tuus aggra-
uauit iugum suum super nos: & aggrauauit escas mensæ suæ. Et nunc alleuabis
super nos, & seruiemus tibi. Et dixit Roboam ad populum: Adhuc tribus die-
bus, & respōdebo vobis verbum. Et dixit Roboam: Introducite mihi seniores,
& consultabo cum eis, quod respondeam verbum in die tertia. Et locutus est
Roboam in aures eorum; sicut misit populus ad eum. Et dixerunt seniores po-
puli: Sic locutus est ad te populus. Et dissipauit Roboam consilium eorū, & non B
placuit corā eo. Et misit, & introduxit coalumnos suos, & locutus est eis: Hæc
& hæc misit populus ad me, dicens: Et dixerunt coalumni eius: Sic loqueris ad
populum, dicens: Paruitas mea crassior super lumbum patris mei. Pater meus
castigabat vos flagellis: ego autem opprimam vos in scorpionibus. Et placuit
verbum coram Roboam. Et respondit populo, sicut cōsilium dederant ei coa-
lumni eius ipsi pueri. Et dixit omnis populus tanquam vir vnus, vnusquisque
proximo suo: & vociferati sunt omnes, dicentes. Non pars nobis in Dauid, ne-
que hæreditas in filio Iessæ. Vnusquisque ad tabernacula sua Israel: quoniam
homo hic non in principem, neque in Ducem. Et dispersus est omnis populus C
è Sicimis: & abierunt vnusquisque ad tabernaculum suum. Et vim fecit Ro-
boam, & abijt, & ascendit super currum suum, & intrauit in Hierusalem. Et va-
dunt post eum omne sceptrum Iuda, & omne sceptrum Beniamin. Et fa-
ctum est ineunte anno, & congregauit Roboam omnem virum Iuda, & Benia-
min: & ascendit ad bellandum aduersus Hieroboam in Sicima. Et factum est
verbum Domini ad Samæam hominem Dei, dicens: Dic ad Roboam regē Iu-
da, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & ad residuum populi, dicens:
Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis aduersus fratres ve-
stros filios Israel. Reuertite vnusquisque in domum suam: quoniam a me D
factum est verbum hoc. Et audierunt verbum Domini: & sustinuerunt non
ire, iuxta verbum Domini.

Et ædificauit Hieroboam Sicima, quæ in monte Ephræm: & habitabat in
ea. Et egressus est inde, & ædificauit Phanuel. Et dixit Hieroboam in corde suo:
Ecce nunc reuertetur regnum ad domum Dauid; si ascenderit populus hic sa-
crificium offerre in domo Domini in Hierusalē: & conuertetur cor populi ᵃ ad
Dominum, & dominum suum ad Roboam regem Iuda: & occident me. Et cō-
silium cepit rex, & iuit, & fecit duas vitulas aureas, & dixit ad populum: ᵃ Suf-
ficiat vobis ascendere in Hierusalem. Ecce Dij tui Israel; qui reduxerunt te de E
terra Aegypti. Et posuit vnam in Bæthel: & vnam dedit in Dan. Et factum est
verbum hoc in peccatum: & ibat populus ante faciem vnius vsque Dan. Et di-
miserunt domum Domini. Et fecit domos super excelsa: & fecit sacerdotes par-
tem quandam de populo, qui non erant ex filijs Leui. Et fecit Hieroboam festi-
uitatem in mense octauo in quintadecima die mensis secundum festiuitatem,
quæ in terra Iuda. Et ᶠ ascendit super altare, quod fecit in Bæthel, vt sacrifica-
ret vitulabus, quas fecit: & constituit in Bæthel sacerdotes excelsorum, ᵃ quæ
fecerat.

A feceɾat. Et aſcendit ſuper altare, quod fecit, quinta & decima die in menſe octa
uo in feſtiuitate, quam finxit e corde ſuo: & fecit feſtiuitatem filijs Iſrael: &
aſcendit ſuper altare ad ſacrificandum.

α Ea, quæ.] *Compl.* ὧν, quod: *itemque paulo inferius.* β Paruitas mea.] *Schol.* Hoc Symmachus ita
eſt interpretatus, τὸ σμικρότατόν μου μέλος, minimum membrum meum. *Theodoretus* q. 38. Liber Paralipom.
manifeſtius hoc declarauit. Inquit enim ὁ βραχύτατός μου δάκτυλος παχύτερος τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου, breuiſſi-
mus digitus meus craſſior eſt lumbo patris mei. Ita autem & Syrus interpretatus eſt, itemque Ioſephus.
γ Sua.] *In Compl. additur*, καὶ υἱοὶ ἰσραὴλ οἱ κατοικοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἰούδα, ἐβασίλευσαν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς τὸν ῥοβοάμ,
& filij Iſrael habitantes in ciuitatibus Iuda fecerunt regem ſuper ſe Roboam: *quæ reſpondent vulgatæ: &
ſententia agnoſcitur a Theodoreto.* q 38. δ Lapidibus.] *Alii addunt*, πᾶς ἰσραήλ, omnis Iſrael. ε Aſcen-
dere.] *In aliis additur* ἐπὶ τὸ ἅρμα, in currum. ζ Et rex Salomon dormit.] *Hæc vſque ad illa non longe*
B *ab extremo capite*, Et ædificauit Hieroboam Sicima, *abſunt ab aliquot exemplaribus, & Compl vt a vulgata.
In aliquo libro ſignis quibuſdam ſunt notata, quibus indicetur ea multis modis eſſe repetita, tranſpoſita, confu-
ſa, male cohærentia. Nonnulla tamen ex his & apud Luciferum de regibus Apoſtaticis, & apud Theodoretum
agnoſcuntur, vt quibuſdam locis indicabitur.* η Duodecim.] *Lucifer*, viginti, *ſed videatur, quod notatum
eſt cap.* 14. θ Fornicaria.] *Ita etiam Lucifer: nam in ſuperiore cap. dicitur mulieris viduæ filius.* ι Et
ægrotauit.] *Theodoretus* q 40. *hanc pueri hiſtoriam videtur hoc loco habuiſſe: & conatur rationem reddere,
cur ponatur ſententia aduerſus filium Hieroboam ante regnum illius.* κ Ciuitatem.] *Alii* εἰς πόλιν, in ci-
uitatem. *Lucifer* portam ciuitatis. λ Et erunt mortui Hieroboam, in ciuitate.] *Lucifer*, & erunt mor-
tui eius Hieroboam in ciuitatē, & comedēt eos canes. *Alij* καὶ ἔσται, τὸν τεθνηκότα τοῦ ἱεροβοὰμ ἐν τῇ πόλει καταφάγον-
ται οἱ κύνες. Et erit, mortuum de Hieroboam in ciuitate comedent canes. μ Plangetur] *Alij* τὸ παι-
δάριον κόψονται, puerum plangent. *Sed apud Theodoretum hæc referuntur tanquam proxime ſequentia poſt ſen
tentiam latam de mortuis inſepultis*, ὅτι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ ῥῆμα κυρίου, quoniam non eſt inuentum in eo verbum
Domini. *In Compl. tamen, & in vulgata cap.* 14. *habentur fere vt hic.* ν Et verbum Domini.] *Schol.* Scien-
C dum eſt hæc, quæ de Samæa Elamita, in quibuſdam quidem ex ſimplicibus exemplaribus poni, in exaplo
autem minime. *Theodoretus* q. 41. *videtur habuiſſe: ac diſputat, quomodo id bis, & a diuerſis prophetis factū
ſit.* ξ Super decem tribus.] *Hic in aliis aliqua interiiciuntur, vnde oratio melius cohæreat, ac nonnullis
etiam aliis locis. Sed quoniam ea alibi habentur, neceſſe non fuit adſcribere.* ο Ad Dominum, &c.] *Abſunt
a Compl. & Lucifero.* π Sufficiat] *Sic Lucifer. Valet tamen hoc loco, vt alibi*, multum ſit, *ideſt nimium vo-
bis videatur, nimis graue, & moleſtum ſit.* ρ Et aſcendit ſuper altare.] *Lucifer*, & aſcendit in ſacrario:
& vulgata, & aſcendens altare. *Sed eſt accipiendum tranſitiue, vt inquiunt, ideſt* fecit aſcendere, obtulit: *ſicut
etiam paulo poſt.* σ Quæ fecerat.] *Ita etiam vulgata. Sed Lucifer*, quos fecit.

CAP. XIII.

D ET ecce homo Dei de Iuda aduenit in verbo Domini in Bæthel, & Hiero
boam ſtabat ad altare ad adolendum. Et inuocauit α aduerſus altare,
in verbo Domini, & dixit: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius
naſcitur domui Dauid, Ioſias nomē eius: & ſacrificabit ſuper te ſacerdotes ex-
celſorum β adolentium ſuper te: & oſſa hominum comburet ſuper te. Et γ da
bit in die illa prodigium, dicens: Hoc verbū quod locutus eſt Dominus, dicēs:
Ecce altare rūpitur, & effundetur pinguedo, quæ ſuper ipſum. Et factū eſt, vt au
diuit rex Hieroboā verba hominis Dei inuocātis ſuper altare, quod in Bæthel;
& extendit rex manū ſuā ab altari, dicens: comprehendite eum. Et ecce exaruit
manus eius, quā extenderat in illū: & non potuit reducere illam ad ſe. Et alta-
E re ruptum eſt, & effuſa eſt pinguedo de altari iuxta prodigium, quod dedit ho
mo Dei in verbo Domini. Et dixit rex Hieroboā homini Dei: Ora faciē Domi
ni Dei tui: & reuertatur manus mea ad me. Et orauit homo Dei faciē Domini
Dei tui: & reduxit manū regis ad eum: & facta eſt, ſicut antea. Et locutus eſt rex
ad hominē Dei: Intra mecū in domū, & prāde: & dabo tibi donū. Et dixit homo
Dei ad regem: Si dederis mihi dimidium domus tuæ, non intrabo tecum, ne-
que manducabo panem, neque bibam aquam in loco hoc: quoniam ſic man-
dauit mihi Dominus in verbo, dicens: Ne comedas panem, neque bibas aquā,
neque

neque reuertaris in via, qua iuisti in ea. Et abijt in via alia: & non reuertit in via, A
qua venerat in ea in Bæthel. Et propheta vnus senex habitabat in Bæthel: & veniunt filij eius & narrauerunt ei omnia opera, quæ fecerat homo Dei in die illa in Bæthel, & verba, quæ locutus fuerat regi. ᵟ Et auerterunt faciem patris sui. Et locutus est ad eos pater eorum, dicens: Quali via iuit? Et ostendunt ei filij eius viam, in qua abijt homo Dei, qui venerat ex Iuda. Et dixit filijs suis: Sternite mihi asinum. Et strauerunt ei asinum. Et inscendit super eum, & iuit post hominem Dei: & inuenit illum sedentem sub ᵋ quercu, & dixit ei: Si tu es homo Dei, qui venisti e Iuda? Et dixit ei: Ego. Et dixit ei: Veni mecum, & manduca
panem. Et dixit: Non potero reuerti tecum, neque manducabo panem, neque B
bibam aquam in loco hoc: quoniam sic mandauit mihi in verbo Dominus, dicens: Ne manducaueris panem ibi, neque biberis aquam, neque reuerteris ᶻ illic in via, qua iuisti in ea. Et dixit ad eum: Et ego propheta sum, sicut tu: & angelus locutus est ad me in verbo Domini, dicens: Reduc eum ad te in domum tuam: & manducet panem, & bibat aquam. Et mentitus est ei: & reduxit eum. Et manducauit panem, et bibit aquam in domo eius. Et factum est, sedentibus illis ad mensam; et factum est verbum Domini ad prophetam, qui reduxerat eum. Et dixit ad hominem Dei, qui venerat ex Iuda, dicens: Hæc dicit Domi-
nus: Propterea quod exaçerbasti verbum Domini, et non custodisti mādatum,
quod mandauerat tibi Dominus Deus tuus, et reuertisti, et māducasti panem, C
et bibisti aquam in loco hoc, de quo locutus est ad te, dicens, Non manducabis panem, neque bibes aquam; non intrabit corpus tuum in sepulchrum patrum tuorum. Et factum est, postquā manducauit ipse panem, et bibit aquam; et strauit ei asinum: et reuertit, et abijt. Et inuenit eum leo in via, et occidit eum: et erat corpus eius proiectum in via: et asinus stabat apud ipsum: et leo stabat iuxta corpus. Et ecce viri prætereuntes, et viderūt morticinum proiectum in via, et leo stabat iuxta morticinum. Et ingressi sunt, et locuti sunt in ciuitate, vbi propheta senex habitabat in ea. Et audiuit qui reduxerat eum de via, et dixit:
Homo Dei hic est, qui exacerbauit verbum ᵃ Domini. Et iuit, & inuenit corpus D
eius proiectum in via: & asinus, & leo stabant apud corpus: & non comedit leo corpus ᶿ hominis Dei: & non contriuit asinum. Et leuauit propheta corpus hominis Dei, & imposuit illud super asinam. Et reduxit eum in ciuitatem propheta ad sepeliendum eum in sepulchro suo. Et planxerunt eum, veh frater. Et factum est, post quam planxerunt eum; & dixit filijs suis, dicens: Si mortuus fuero; sepelite me in sepulchro hoc, vbi homo Dei sepultus est in eo: apud ossa eius ponite me, vt saluentur ossa mea cum ossibus eius: quoniam euenturum erit verbum, quod locutus est in sermone Domini super altare in Bæthel, & super
domos excelsas, quæ in Samaria. Et post verbum hoc non reuertit Hieroboam E
a malitia sua: & reuertit, & fecit de parte populi sacerdotes excelsorum. Qui volebat; ʹ implebat manum suam, & fiebat sacerdos in excelsis. Et factum est verbum hoc in peccatum domui Hieroboam, & in perditionem, & in exterminium a facie terræ.

α Aduersus.] *πρὸς, & vulgata* contra. *Alii* ἐπὶ super. β Adolentium.] *τῶν ἐπιθυόντων*. *Lucifer,* qui sacrificant. *Theodoretus.* καὶ τοὺς θύοντας, *Compl.* καὶ τοὺς ἐπιθύοντας, & eos, qui sacrificant, & eos, qui adolēt. γ Dabit.] *Sic etiam Lucifer, alii* ἔδωκεν dedit. δ Et auerterunt faciem patris sui.] *Sic etiam Lucifer in libro de non conueniendo cum hereticis. A Compl. & vulgata absunt.* ε Quercu.] *Lucifer,* sub arbore ilicis.

A reilicis. *Vulgata* subtus terebinthum. ζ Illic.] *Istud* ἐκεῖ, *abest ab aliis. Lucifer*, & non reuerteris inde. ε Domini.] *Sic aliquot codices, nec Lucifer, & Theodoretus plura referunt. In aliis additur,* καὶ ἔδωκεν αὐτὸν κύριος τῷ λέοντι, καὶ συνέτριψεν αὐτὸν καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου, ὃ ἐλάλησεν αὐτῷ. καὶ ἐλάλησε πρὸς υἱοὺς αὐτοῦ· ἐπισάξατέ μοι τὸν ὄνον, καὶ ἐπέσαξαν: *quod vulgata*: & tradidit eum Dominus leoni: & confregit eum, & occidit iuxta verbũ Domini, quod loquutus est ei. Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent. θ Hominis Dei.] *Compl.* ὁ τὸν ὄνον, vel asinum. *Vtrumque abest ab hebræo.* ι Implebat.] *Nota est loquutio pro* offerebat, consecrabat. *Lucifer de reg. Apost.* alleuabat.

CAP. XIV.

ET α Roboam filius Salomonis regnauit super Iudam. Filius β quadraginta, et vnius annorum Roboam, cum ipse iniit regnum: et septem et de-
B cem annos regnauit in Hierusalem, ciuitate, quam elegit Dominus ad ponendum nomen suum ibi ex omnibus tribubus Israel. Et nomen matris eius Naama Ammonites. Et fecit γ Roboam malum in conspectu Domini: et ad zelum prouocauit eum in omnibus, quæ fecerant patres sui, in peccatis suis, quæ peccauerunt. Et ædificarunt sibi excelsa, et titulos, et lucos super omnem collem excelsum, et subter omnem arborem vmbrosam. Et δ colligatio facta est in terra: et fecerunt de omnibus abominationibus gentium, quas abstulit Dominus a facie filiorum Israel. Et factum est in anno quinto regnante Roboam, ascendit Susacim rex Ægypti super Hierusalem:
C et cepit omnes thesauros domus Domini, et thesauros domus regis, et ε lanceas aureas, quas tulerat Dauid de manu puerorum Adrazaar regis Suba, et intulerat ea in Hierusalem, omnia, quæ tulerat; scuta aurea quæcumque fecerat Salomon: et abstulit ea in Ægyptum. Et fecit Roboam rex scuta ænea pro eis: et præpositi sunt super ea duces præcursorum, qui custodiebant ostium domus regis. Et factum est; quando ingrediebatur rex in domum Domini; et portabant ea præcursores, et statuebant ea in ζ Thee præcursorum. Et reliqua verborum Roboam, et omnia, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum η regibus Iuda? Et bellum fuit
D inter Roboam, et inter Hieroboam omnibus diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis: et sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnauit Abiu filius eius pro eo.

α Et Roboam.] *In scholio ad finem præcedentis capitis hæc scribuntur.* Post hoc in exaplo ponuntur ea, quæ ad morbum, & mortem Abia filij Hieroboam pertineat, cum asteriscis. *Ea vero in nonnullis codicibus, & in* Compl. *ponuntur ad initium huius capitis: & respondent vulgatæ. sunt autem hæc.*

In tempore illo ægrotauit Abia filius Hieroboam. Et vxori suæ dixit Hieroboam: Surge, & mutaberis, & non cognoscent, quia tu vxor Roboam: & ibis in Selo: ecce ibi Achia propheta: ipse loquutus est ad me de regnando super populum hunc. Et sume in manu tua [homini Dei] (*Complutensis pro* τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ *habet* δέκα, decem, *vt vulgata*) panes, & collyria [filijs eius, & vuas] (*ista, quæ inclusimus*
E *virgulis, absunt à Complutensi & vulgata*) & vas mellis: & venies ad eum. Ipse annunciabit tibi, quid erit puero. Et fecit sic vxor Hieroboam: & surrexit, & iuit in Selo, & intrauit in domum Achia. Et homo senior ad videndum: & caligabant oculi eius præ senectute eius. Et dixit Dominus ad Achia: Ecce vxor Hieroboam ingreditur ad exquirendum verbum a te super filio suo, quoniam infirmus est. Iuxta hoc, & iuxta hoc loqueris ad eam. Et factum est in ingrediendo eam, & ipsa aliam se faciebat. Et factum est, vt audiuit Achia vocem pedum eius, ingrediente ea in ostium, & dixit: Ingredere vxor Hieroboam. Vt quid hoc tu te aliam facis? Et ego sum legatus ad te durus: Vadens dicito ad Hieroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro eo, quantum exaltaui de medio populi, & dedi te Ducem super populum Israel, & scidi regnum a domo Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti, vt seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & qui ambulauit post me in omni corde suo, ad faciendum rectum in oculis meis, & malefecisti faciendo vltra omnes quicumque fuerunt ad faciem tuam, (*Complutensis habet* μου, meam,

sed non recte) & iuisti, & fecisti tibi Deos alios, & fusilia, ad irritandum me: & me proiecisti post te. Pro- A
pter hoc ecce ego adduco malum ad domum Hieroboam: & exterminabo Hieroboam (*est dandi casus in hebræo, aut generandi*) mingentem ad parietem, detentum, & derelictum in Israel: & colligam super domum Hieroboam, sicut colligitur fimus: donec ipse consummatus fuerit. Mortuum ipsius Hieroboam in ciuitate comedent canes: & mortuum in agro comedent volatilia cæli: Quoniam Dominus loquutus est. Et tu surge, vade in domum tuam: in ingrediendo pedes tuos ciuitatem, morietur puer. Et plangent eum omnis Israel, & sepelient eum: quoniam hic solus ingredietur ipsi Hieroboam in sepulchrum: quoniam inuentum est in eo verbum bonum de Domino Deo Israel in domo Hieroboam. Et suscitabit Dominus sibi regem super Israel, qui percutiet domum Hieroboam hac die, & vltra etiam nunc. Et percutiet Dominus Israel, sicut mouetur calamus in aqua: & euellet Israel desuper terram bonam hanc, quam dedit patribus eorum: & ventilabit eos a transitu fluminis, pro eo quantum fecerunt lucos suos, irritantes Dominum. Et dabit Dominus Israel gratia peccatorum Hieroboam, qui peccauit, & qui peccare fecit Israel. Et surrexit vxor Hieroboam, & iuit in Sarira (*Compl.* Thersa.) Et factum est, vt intrauit in vestibulum domus, & puer mortuus est: & sepelierunt eum: & planxerunt eum omnis Israel iuxta B
verbum Domini, quod loquutus est in manu serui sui Achia prophetæ. Et residuum verborum Hieroboam, quæcunque bellauit, & quæcumque regnauit, ecce hæc scripta sunt super librum verborum dierum regum Israel. Et dies, quibus regnauit Hieroboam, viginti, & duo anni. Et dormiuit cum patribus suis Et regnauit Adab (*Compl.* Nadab, *vt vulgata*) filius eius pro eo. β Quadraginta, & vnus.] *In hoc numero annorum ætatis, & regni conueniunt hoc loco omnes libri. Aliter autem supra cap. 12. vt ibi notatum est.* γ Roboam.] *Compl* ἰούδας, Iudas, *vt vulgata.* δ Colligatio.] *Theodoretus q 43.* τὴν σύνδεσμιν, posuit pro ἀποστάσεως rebellione. ε Et lanceas aureas.] *Pro his vsque ad illud,* Et fecit Roboam, *hæc tantum habentur, in Compl.* καὶ τὰ πάντα ἔλαβε, καὶ τὰ ὅπλα τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησε πολεμῶν, & omnia cepit, & scuta aurea, quæ fecerat Salomon. *Theodoretus tamen rem hanc ita narrat.* Cepit autē & ὅπλα arma aurea, quæ Dauid rex a Syris ceperat, & ea, quæ Salomon fecerat. ζ Thee.] *Theodoretus q. 44. inquit inuenisse se in nominum hebraicorum interpretatione hoc significare pulsationem, & tubarum clangorem. Sed recte ipse ex libro Paralipom. colligit fuisse locum, & quasi armamentarium (vt habet vulgata) in quo arma deponerentur.* η Regibus] *Articulus huic dictioni in hebræo adiunctus conuenit etiam casui generandi; sed magis proprius est* C
casui dandi. Quare sæpe in his libris legitur, τῶν ἡμερῶν τοῖς βασιλεῦσι, dierum regibus, *pro* τῶν βασιλέων. regum. *Libuit hoc loco simplicitatem illam imitari. Sed interdum dicemus* regum.

CAP. XV.

ET in anno octauo & decimo, regnante Hieroboam filio Nabat, regnat Abiu filius Roboam super Iudam: & tribus annis regnauit in Hierusalem. Et nomen matris eius Maacha filia Abessalom. Et ambulauit in peccatis patris sui, quæ fecit in α conspectu eius: & non fuit cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut β cor patris eius. Quoniam propter Dauid
dedit ei γ Dominus reliquias, vt statuat filios eius post eū, & statuat Hierusalē: D
quia fecit Dauid rectū coram Domino: non declinauit ab omnibus, quæ mandauit ei omnibus diebus δ vitæ suæ. Et reliqua verborum Abiu, & omnia, quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Iuda? Et bellum fuit inter Abiu, & inter Hieroboam. Et dormiuit Abiu cum patribus suis in ε vigesimo, & quarto anno Hieroboam: & sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnat Asa filius eius pro eo. In anno quarto & vigesimo Hieroboam regis Israel, regnat Asa super Iudam: & quadraginta & vnum annum regnauit in Hierusalem. Et nomen matris eius
ζ Anà filia Abessalom. Et fecit Asa rectum in conspectu Domini sicut Da- E
uid pater eius, & abstulit η teletas de terra, & θ dimisit omnes adinuentiones, quas fecerant patres sui. Et ipsam Ana matrem suam amouit, ne esset hera, sicut fecerat conuentum in luco suo. Et excidit Asa lustra eius, & cōbussit igni in torrente cedron: excelsa autem non abstulit. Verumtamen cor Asa ι fuit perfectum cum Domino omnibus diebus eius. Et intulit columnas patris sui, & columnas eius intulit in domū Domini argenteas, & aureas, & vasa. Et bellū fuit inter Asa, & inter Baasa regem Israel omnibus diebus eorum. Et ascendit Baasa rex Israel

A rex Iſrael ſuper Iudam: & ædificauit Rama, vt non eſſet egrediens, & ingrediens
ipſi Aſa regi Iuda. Et ſumpſit Aſa omne argentũ, & aurũ inuentum in theſauris
domus Domini, & in theſauris domus regis: & dedit ea in manus puerorum
ſuorum. Et miſit eos rex Aſa ad filium Ader ª filium Taberemà filij Azin regis
Syriæ, habitantis in Damaſco, dicens: Diſpone teſtamentum inter me, &
inter te, & inter patrem meum, & patrem tuum: Ecce miſi tibi dona argentum,
& aurum. Vade, diſsipa teſtamentum tuum, quod erga Baaſa regem Iſrael: &
aſcendet a me. Et audiuit filius Ader regem Aſa: & miſit principes virtutum
ſuarum ciuitatibus Iſrael: & percuſſerunt Ain, Dan, & Abel domus Maacha, &
B omnem Chennereth vſque ad omnem terram Nephthali. Et factum eſt, vt au-
diuit Baaſa, & omiſit ædificare Rama, & reuertit in Therſa. Et rex Aſa condixit
omni Iuda λ in Enacim. Et tollunt lapides ipſius Rama, & ligna eius, quæ ædi
ficauerat Baaſa. Et ædificauit in eis rex Aſa omnem collem Beniamin, & ſpecu-
lam. Et reliqua verborum Aſa, & omnis potentatus eius, μ quem fecit, &
omnes ciuitates, quas ædificauit, nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verbo-
rum dierum regum Iuda? Tantum in tempore ſenectutis ſuæ ν laborauit pedi
bus ſuis. Et dormiuit Aſa cum patribus ſuis: & ſepelitur cum patribus ſuis in ci-
uitate Dauid patris ſui. Et regnat Ioſaphat filius eius pro eo. Et Nabath filius
C Hieroboam regnat ſuper Iſrael in anno ſecundo ipſius Aſa regis Iuda. Et regna
uit in Iſrael annos duos; & fecit malum in conſpectu Domini, & ambulauit in
via patris ſui, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Iſrael. Et inſidiatus eſt ei
Baaſa filius Achia ſuper domum ξ Belaan filij Achia: & ο ſecauit eum in Ga
bathon alienigenarum. Et Nabat, & omnis Iſrael obſidebat ſuper Gabathon.
Et interfecit eum Baaſa in anno tertio ipſius Aſa filij π Aſa regis Iuda: & re-
gnauit pro eo. Et factum eſt, vt regnauit; & percuſsit totam domum Hiero-
boam: & non reliquit omne ſpiraculum ipſius Hieroboam; donec exter-
minaret eum iuxta verbum Domini, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Achia
D Selonitæ de peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Iſrael, & in irritatione ſua,
qua irritauit Dominum Deum Iſrael. Et reliqua verborum Nabat, & omnia,
quæ fecit, nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierum regum ρ Iſrael?
Et in anno tertio ipſius Aſa regis Iuda regnat Baaſa filius Achia ſuper Iſrael in
Therſa viginti, & quatuor annos. Et fecit malum in conſpectu Domini: & am-
bulauit in via Hieroboam filij Nabat, & in peccatis eius, σ quomodo pec-
care fecit Iſrael.

α In conſpectu eius.] *Sic Lucifer de reg. Apoſt. Compl.* ἐνώπιον αὐτοῦ, ante eum, *vt vulgata.* ϐ Cor.] *In alijs additur* Dauid. γ Dominus.] *Theodoretus q. 45.* θεὸς, Deus. *Compl.* κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ, Dominus
E Deus eius, aut ſuus, *vt vulgata. Et hic autem quod in græcis eſt* κατάλειμμα, *in vulgata eſt* lucernam, *quod item primo horum librorum notatum eſt. In alijs autem græcis, vt in vulgata, ſequitur* in Hieruſalem: *quod abeſt tamen à Theodoreto.* δ Vitæ ſuæ.] *In alijs, & apud Theodoretum hæc adduntur,* ἐκτὸς ἐν ῥήματι οὐρίου τοῦ χετταίου, *in aliis iſta præterea,* καὶ πόλεμος ἦν μεταξὺ ῥοβοάμ, καὶ μεταξὺ ἱεροβοάμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. præterquã in verbo Vriæ Chettæi. Et bellum fuit inter Roboam, & inter Hieroboam omnibus diebus vitæ eius. ε In vigeſimo & quarto anno Hieroboam.] *In alijs eſt tantum* vigeſimo, *vt etiam paulo poſt. A Compl. abſunt omnia iſta hoc loco: in ſequenti autem eſt ſolum* vigeſimo. ζ Ana.] *Compl. & vulgata* Maacha, *& Theodoretus* μαχά. η Teletas.] *De his in Deuter. dictum eſt. Compl habet* τοὺς τετελεσμένους, initiatos, *quod vulgata* effæminatos. *Theodoretus* τὰς στήλας, titulos, ſtatuas. θ Et dimiſit omnes adinuentiones.] καὶ ἐξαπέστειλε πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα. *Theodoretus* καὶ ἐξῆρε, & ſuſtulit. *Compl.* καὶ ἐξῆρε πάντα τὰ βδελύγματα, & ſuſtulit omnes abominationes. ι Fuit perfectum.] *Theodoretus habuit* οὐκ ἦν, non fuit: *idque explicat ex lib. Paralip.* κ Filium Taberema.] *In alijs eſt* υἱὸν ταβ (*aut* ταβὲ) ἐν ῥαμὰν υἱοῦ ἀζαὴλ, filium Tab (*aut* Tabe)

 in Raman

in Raman filia Azael. *Sed Compl.* υἱῶ ταβερμὼν υἱῶ ἀζιὼν, filij Tabermon filij Azion. *Et rectius dicitur priore lo-* A
co filium, *quàm* filij. *Nam illud,* filium Ader, *quod hæc præcedit, est accipiĕdum pro vnico nomine proprio, quod in vulgata est* Benadad. λ In Enacim.] *Compl.* ἐν ἀχί. *Sunt voces hebrææ, significantes,* nemo excusatus, *vt vulgata.* μ Quem fecit.] *Alii,* καὶ πάντα, ἃ ἐποίησεν, *quod in vulgata,* & cuncta, quæ fecit. ν Laborauit.] *Theodoretus* ἐποίησε πονηρὸν, καὶ ἐπόνεσε, fecit malum, & laborauit. ξ Belaan.] *Aut* Beelan, *vt alij. Compl.* ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ ἰσσάχαρ, super domum Issachar. *Vulgata,* de domo Issachar: *à qua, & à Compl. abest, quod in nostra sequitur,* filij Acina. ο Secauit.] ἐχάραξεν. *Ita quoque est in alio codice: in quibusdam* περιεχαράκωσεν, circumuallauit: *in cæteris* ἐπάταξεν, percussit, *vt vulgata.* π Filij Asà.] *Alij* υἱὸν ἀβιά, filij Abia. *Vtrumque abest à Compl. & vulgata.* ρ Israel.] *In Compl. additur,* καὶ πόλεμος ἦν ἀναμέσον ἀσὰ, καὶ ἀναμέσον βαασὰ βασιλέως ἰσραὴλ πάσας τὰς ἡμέρας αὐτῶν, *quod in vulgata:* fuitque bellum inter Asà, & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. σ Quomodo peccare] ὡς ἐξήμαρτε. *Similis loquutio est etiam paulo ante in Compl. & alibi. Sed hic habet* ἐν αἷς, in quibus. *Alii* αἷς, quibus, *vt vulgata.*

B

CAP. XVI.

ET factum est verbum Domini in manu Ihu filij Anani ad Baasa: Pro eo, quod exaltaui te de terra, & dedi te ducem super populum meum Israel, & ambulasti in via Hieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, ad irritandum me in vanitatibus suis; ecce ego suscito post Baasa, & post domũ ᵃ eius: & dabo domum tuam, sicut domum Hieroboam filij Nabat. Mortuum ipsius Baasa in ciuitate comedent eum canes: & mortuum eius in campo comedent eum volatilia cæli. Et reliqua verborum Baasa, & omnia, quæ C
fecit, & potentatus eius, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Baasa cum patribus suis: & sepelitur in Thersa: & regnat Ela filius eius pro eo. Et in manu Ihu filij Anani locutus est Dominus super Baasa, & super domum eius, ᵝ omne malum, quod fecit in conspectu Domini ad irritandum eum in operibus manuum suarum: vt esset secundum domum Hieroboam, & propterea quod percussit eum. ᵞ Et Ela filius Baasa regnauit super Israel duobus annis in Thersa. Et ᵟ conuertit se super eum Zambri princeps dimidij equitatus: & ipse erat in Thersa bibens tumulentus in domo Osa œconomi in Thersa. Et intrauit Zambri, & percussit eum, & interfecit ᵉ eum: & regnauit pro eo. Et factum est in D
regnando ipsum, in sedendo ipsum super thronum eius, & percussit totam domum ᶻ Baasa, iuxta verbum, quod locutus est Dominus super domum Baasa, & ᵑ ad Ihu prophetam de omnibus peccatis Baasa, & Ela filij eius; quomodo peccare fecit Israel, irritando Dominum Deum Israel in vanitatibus eorum. Et reliqua verborum Ela, ᶿ quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Et ᶥ Zambri regnauit in Thersa dies septem. Et castra Israel erant super Gabathon alienigenarum. Et audiuit populus in castris, dicentes: Conuertit se Zambri, & percussit regem. Et regem fecerunt in Israel Ambri ducem militiæ super Israel in die E
illa in castris. Et ascendit Ambri, & omnis Israel cum eo de Gabathon: & obsederunt super Thersa. Et factum est, vt vidit Zambri, quia capta est ipsius ciuitas; & vadit in ᵏ antrum domus regis; & incendit super se domum regis: & mortuus est pro peccatis suis, quæ fecit, faciendo malum coram Domino ambulando in via Hieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quomodo peccare fecit Israel. Et reliqua verborũ Zábri, & cóiurationes eius, quas coniurauit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Tunc diuiditur populus

A lus Israel dimidiũ populi fit post Thamni filiũ Gonath ad faciendum eum regem:& dimidium populi fit post Ambri. Populus qui erat post Ambri, præualuit populo, qui post Thamni filium Gonath. Et mortuus est Thamni, [λ] & Ioram frater eius in tempore illo:& regnauit Ambri post Thamni. In anno trigesimo & primo regis Asà regnat Ambri super Israel duodecim annos: in Thersa regnat sex annos. Et acquisiuit Ambri mõtem Semeron a Semer domino mõtis in duobus talentis argenti. Et ædificauit montem, & [μ] inuocauerunt nomen montis, quem ædificauit, in nomine Semer domini montis Semeron. Et fecit Ambri malum in conspectu Domini: & malefecit super omnes, qui fuerant ante eum:& ambulauit in omni via Hieroboam filij Nabath, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel, ad irritandum Dominum Deum Israel in vanitatibus eorum. Et reliqua verborum Ambri, & omnia, quæ fecit, & omnis potentatus eius, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Ambri cum patribus suis:& sepelitur in Samaria:& regnat Achaab filius eius pro eo.

B

Et in [ν] anno vndecimo anno Ambri regnat Iosaphat filius Asà, annorum triginta & quinque in regno suo:& viginti quinque annos regnauit in Hierusalem. Et nomen matris eius Gazubà filia Selì. Et ambulauit in via Asà patris sui,

C & non declinauit ab ea, faciendo rectum in conspectu Domini. Tantum excelsa non abstulerunt. Sacrificabant in excelsis, & adolebant. Et quæ composuit Iosaphat cum rege Israel, & omnis potentatus quem fecit, & quos impugnauit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Iuda? Et reliqua complicationum, quas imposuerant in diebus Asà patris sui, sustulit de terra. Et rex non erat in Syria Nasib. Et rex Iosaphat fecit nauem in Tharsis ad eundum in Sophir ad aurum: & non iuit, quoniam contrita est nauis in Gasion Gaber. Tunc dixit rex Israel ad Iosaphat: Mittam pueros meos; [ξ] & puerulos meos in naui. Et noluit Iosaphat. Et dormiuit Iosaphat cum patribus suis:& sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnauit Ioram filius eius pro eo.

D [ο] In anno secundo Iosaphat regis Iuda, Achaab filius Ambri regnauit super Israel in Samaria viginti & duos annos. Et fecit Achaab malum in conspectu Domini, & malefecit super omnes, qui ante eum: & non fuit ei satis ire in peccatis Hieroboam filij Nabath: & accepit vxorem Iezabel filiam Iethebaal regis Sidoniorum. Et iuit, & seruiuit Baal, & adorauit eum. Et statuit altare [π] in domo offendiculorum eius, quam ædificauit in Samaria. Et fecit Achaab lucum. Et adiecit Achaab facere irritationes, ad irritandum Dominum Deum Israel, [ρ] & ad perdendum animam suam: malefecit super omnes reges Israel, qui fuerant ante eum. Et in diebus eius ædificauit Achiel Bæthelita ipsam Hie-

E richo: in Abiron primogenito suo fundauit eam:& [σ] Segub iuniore suo imposuit portas eius, iuxta verbũ Domini, quod locutus est in manu Iesu filij Naue.

[α] Eius & dabo domum tuam.] *Compl.* αὐτῷ κακὰ, καὶ δώσω τὸν οἶκον αὐτοῦ, eius mala, & dabo domum eius. *Si pro* ἐξεγείρω Suscito, *quod proxime præcedit, legeretur* ἐξαίρω, excludo, expello, *nostra optime responderet hebræo. Vulgata*, demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius, & faciam domum tuam. *Infra cap.20. est* ἐκκαύσω succendam. [β] Omne malum.] *Compl.* καὶ ἐν πάσῃ τῇ κακίᾳ, *quod vulgata*, & contra omne malum. [γ] Et Elà.] *In Compl.* ἐν τῷ ἔτει τῷ εἰκοστῷ ἕκτῳ Ἀσὰ βασιλέως Ἰούδα, Ἠλὰ υἱός, *in sexto, & vigesimo anno* Asa regis Iuda, Ela filius, &c [δ] Et conuertit se.] *Alii.* καὶ συνέτριψεν ἐφ' ἑαυτὸν τὰς πύλας αὐτοῦ, καὶ ζαμ-

καὶ ζαμβρὶ ὁ ἄρχων, & conuertit in se pueros suos, & Zambri princeps, &c. *Sed Compl.* καὶ συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν ὁ παῖς αὐτοῦ ζαμβρὶ ὁ ἄρχων τῆς ἡμισείας τῆς ἁρμάτων. Et rebellauit in eum seruus eius Zambri princeps dimidij curruum. *Vulgata tamen habet*, mediæ partis equitum. ε Eum.] *In Compl. additur*, ἐν ἔτει ἑβδόμῳ καὶ εἰκοστῷ. *Vulgata autem* anno vigesimoseptimo Asa regis Iuda. ζ Baasa.] *In eadem additur*, καὶ οὐ κατέλιπεν αὐτῷ οὐροῦντα πρὸς τὸν τοῖχον, καὶ τοὺς συγγενεῖς, καὶ ἑταίρους αὐτοῦ, *quod vulgata*. Et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos, & amicos eius. η Et ad Ihu prophetam.] *Compl.* ἐν χειρὶ ἰοῦ υἱοῦ ἀνανίου τοῦ προφήτου, in manu Ihu filij Ananiæ prophetæ. θ Quæ fecit.] *Alii*, καὶ πάντα ἃ ἐποίησε, & omnia, quæ fecit. ι Et Zambri.] *Rursus in Compl.* ἐν τῷ εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει ἀσὰ βασιλέως ἰούδα ἐβασίλευσε ζαμβρί, *quod vulgata*, anno vigesimo septimo Asa regis Iuda regnauit Zambri. κ Antrú.] *Videtur dictũ pro eo, quod in hebræo est*, palatium *aut* conclaue. *Compl. autem habet tantum*, καὶ εἰσπορεύεται εἰς τὸν οἶκον βασιλέως, & ingreditur in domum regis. λ Et Ioram frater eius in tempore illo: & regnauit Amri post Thamni.] *Pro his in Compl. tantum est*, καὶ ἐβασίλευσεν ἀμβρί, *quod vulgata*, & regnauit Amri. μ Inuocauerunt.] *Alii, & Theodoretus q.46* ἐπεκάλεσεν vocauit, *vt vulgata*. ν Anno vndecimo anno.] τῷ ἐνιαυτῷ τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει. *istud*, ἔτει, *abest ab aliis. Schol.* Post ea, quæ ad Ambri pertinent, non ponũtur in exaplo ea, quæ de Iosaphat, sed continuo, quę de Achab. *atque ita etiam in Compl. & vulgata. Theodoretus autem perspicue narrationem de Iosaphat hoc loco agnoscit. Inquit enim.* Hæc cum de Zambri dixisset, ad Iudam transijt: & suspexit quidem Iosaphat, &c. ξ Et puerulos meos.] *Alii*, μετὰ τῶν παίδων. cum pueris, *& fortasse deest* σου tuis. ο *In anno secundo.*] *Compl. statim post illa* Et regnauit Achaab filius eius pro eo, *habet*, ὁ δὲ ἀχαὰβ υἱὸς ἀμβρὶ ἐβασίλευσεν ἐπὶ ἰσραὴλ ἐν ἔτει τριακοστῷ καὶ ὀγδόῳ τοῦ ἀσὰ βασιλέως ἰούδα. βασιλεύει δὲ ἀχαὰβ υἱὸς ἀμβρὶ ἐπὶ ἰσραὴλ ἐν σαμαρείᾳ, *quod in vulgata*, Achaab vero filius Amri regnauit super Israel anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria. *Sed multæ semper in huiusmodi numeris varietates.* π In domo offendiculorum eius.] *Compl.* ἐν οἴκῳ τοῦ βαάλ, *quod vulgata*, in templo Baal. ρ Et ad perdendum animam suam: malefecit.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* σ Segub.] *Compl.* ἐν τῷ σεγούβ, in Segub. *Vide cap.6. Iosue.*

CAP. XVII.

ET dixit Eliu propheta Thesbites, qui de ᵃ Thesbon Galaad ad Achaab: Viuit Dominus Deus virtutum Deus Israel, cui adstiti coram eo; si erit annis his ros, & pluuia, ᶜ nisi per os verbi mei. Et factum est verbum Domini ad Eliu: Vade hinc ad orientem: & abscondere in torrente ᵇ Chorrath, qui super faciem Iordanis. Et erit, de torrente bibes aquam: & coruis mandabo nutrire te illic. Et fecit Eliu iuxta verbum Domini, & sedit in torrente Chorrath super faciem Iordanis. Et corui ferebant ei ᵞ panes mane, & carnes vesperi: & de torrente bibebat aquam. Et factum est post dies, & exaruit torrens: quia non fuerat pluuia super terram. Et factum est verbum Domini ad Eliu: Surge, & vade in Sarepta Sidoniæ. Ecce mandaui ibi mulieri viduæ de nutriendo te. Et surrexit, & iuit in Sarepta: & venit ad ostium ciuitatis. Et ecce ibi mulier vidua colligebat ligna. Et clamauit post eam Eliù, & dixit ad eam: Cape nunc mihi pusillam aquam in vase, & bibam. Et iuit capere. Et clamauit post eam Eliu, & dixit: Cape nunc mihi buccellam panis, ᵟ qui in manu tua. Et dixit mulier: Viuit Dominus Deus tuus, si est mihi subcineritius, nisi quantum pugillum farinæ in hydria, & paucum oleum in lecytho. Et ecce ego colligam duo lignicula, & ingrediar, & faciam illum mihi, & filijs meis: & comedemus, & moriemur. Et dixit ad eam Eliu. Confide: intra, & fac iuxta verbum tuum. Sed fac mihi inde subcineritium paruum: & afferes mihi in primis; tibi autem & filijs tuis facies in vltimo: Quoniã hæc dicit Dominus: ᵉ Hydria farinæ non deficiet & lecythus olei nõ minuetur vsque ad diem, quo dabit Dominus pluuiam super terram. Et iuit mulier, & fecit: & comedit ᶻ ipsa, & ipse, & filij eius. Et hydria farinæ non defecit: & lecythus olei non est imminutus iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu Eliu. Et factum est post hæc, & ægrotauit filius mulieris dominæ domus, & erat infirmitas eius valida valde, donec non remansit in eo ᵃ spiritus. Et dixit ad Eliu: Quid mihi, & tibi homo Dei? Intrasti ad me ad rememo-

A rememorandum iniuſtitias meas, & interficiendum filium meum. Et dixit Eliu ad mulieré: Da mihi filium tuum. Et ſumpſit illum de ſinu eius, & attulit eum in cœnaculum, in quo ipſe ſedebat ibi: & cubare eum fecit ſuper ᶿ lectum. Et exclamauit Eliu, & dixit: Hei mihi Domine, teſtis viduæ, quacum ego habito cum ea, tu afflixiſti interficiendo filium eius? Et inſufflauit puerulo ter, & inuocauit Dominum, & dixit: Domine Deus meus, reuertatur nunc anima pueruli eius in ipſum. Et factum eſt ſic: & exclamauit puerulus. Et deduxit eum de cœnaculo in domum, & dedit eum matri eius. Et dixit Eliu: Aſpice, viuit filius tuus. Et dixit mulier ad Eliu. Ecce cognoui, quia tu homo Dei: & verbum Do-
B mini in ore tuo verum.

α Qui de Thesbon Galaad.] *Compl.* ὁ ἐκ θεσβῶν τῆς γαλαάδ, qui de habitatoribus Galaad. *Notandum autem eſt in noſtra & aliis eſſe* ἠλιού, *propius ad hebræum, quod in Compl.* ἠλίας Elias, *formatum ad inflexionem græcam.* β Niſi per os verbi mei.] ὅτι εἰ μὴ διὰ στόματος λόγου μου *Ita fere hebræus. Theodoretus q.* 49. εἰ μὴ διὰ στόματός μου, niſi per os meum. *Compl.* ὅτι ἐὰν μὴ διὰ λόγου στόματός μου *& Lucifer pro S. Ath.* niſi per verbũ oris mei. * Chorrath.] *Compl.* χορράθ, Cherith. *& ita S. Ambroſius epiſt.* 82. *& vulgata.* γ Panes mane, & carnes veſperi.] *Hic in codicibus ſunt aliquæ varietates. Theodoretus q.* 50. *videtur habuiſſe, vt noſtra: Compl.* ἄρτους καὶ κρέας τὸ πρωΐ, καὶ ἄρτους, καὶ κρέας τὸ δειλινόν, panes, & carnem mane, & panes, & carnem veſperi: *quod reſpondet vulgata.* δ Qui.] *Iſtud,* qui τὸ, *abeſt ab aliis.* ε Hydria.] *S. Cyprianus lib. de opere, & eleem.* hidria farris non deficiet, & capſaces olei non minuetur. ζ Ipſa, & ipſe.] *Sic hebræus, & chaldæus. Compl. autem* αὐτὸς, καὶ αὐτή, *quod vulgata,* ipſe, & illa. η Spiritus.] *In Compl additur* ζωῆς, vitæ: *quod tamen abeſt ab hebræo, & vulgata.* θ Lectum.] *Alii addunt* αὐτοῦ, ſuum, *vt vulgata.* ι Hei mihi Domine, teſtis viduæ.] *Ita etiam Theodoretus q.* 52. *Compl. autem,* κύριε ὁ θεός μου καί γε τὴν χήραν μεθ' ἧς ἐγὼ οἰκῶ μετ' αὐτῆς σὺ ἐκάκωσας, Domine Deus meus etiam viduam, qua cum ego habito cum ea, afflixiſti: *quomodo fere vulgata.*

C

CAP. XVIII.

ET factum eſt poſt dies multos, & verbum Domini factum eſt ad Eliu in anno tertio, dicens: Vade, & appare Achaab: & dabo pluuiam ſuper faciem terræ. Et iuit Eliu apparere Achaab. Et fames valida in Samaria. Et
D vocauit Achaab Abdiu œconomum. Et Abdiu erat timẽs Dominum valde. Et factum eſt in percutiendo Iezabel prophetas Domini, & ſumpſit Abdiu centum viros prophetas, & occultauit eos ad α quinquaginta in ſpelunca: & enutriuit eos in aqua, & pane. Et dixit Achaab ad Abdiu. Heus, & tranſeamus ſuper terram, & ad fontes aquarum, & ad torrentes; ſi quomodo inueniamus herbam & conſeruemus equos, & mulos: & non exterminabuntur β de tabernaculis. Et diuiſerũt ſibi viã ad tranſeundũ eam. Achaab iuit in via vna: & Abdiu iuit in via alia ſolus. Et erat Abdiu in via ſolus. Et venit Eliu in occurſum eius ſolus. Et Abdiu feſtinauit, & cecidit ſuper faciem ſuam, & dixit: Si tu es ipſe, Domine
E mi Eliu? Et dixit Eliu ei: Ego. Vade, dic domino tuo, Ecce Eliu. Et dixit Abdiu: Quid peccaui; quia das ſeruum tuum in manum Achaab ad interficiendum me? Viuit Dominus Deus tuus, ſi eſt gens, aut regnum; quo non γ miſit Dominus meus quærere te. Et δ ſi dixerunt, non eſt; & incendit regnum, & regiones eius quia non inuenit te. Et nunc tu dicis, Vade, annuncia domino tuo, Ecce Eliu. Et erit, ſi ego abiero a te; & ſpiritus Domini tollet te in terrã, quam non noui: & ingrediar annunciare Achaab: & non inueniet te: & occidet me. Et ſeruus tuus eſt timens Dominum a iuuentute ſua. Nunquid non annunciatum eſt tibi domino meo; qualia feci in occidendo Iezabel prophetas Domini, & occultaui de

prophetis

prophetis Domini centum viros,ſingulos quinquaginta in ſpelunca,& nutri- A
ui in panibus,& aqua? Et nunc tu dicis mihi,vade,dic domino tuo,Ecce Eliu:
Et interficiet me. Et dixit Eliu: Viuit Dominus virtutum,cui aſtiti in conſpe-
ctu eius;quia hodie apparebo ei. Et iuit Abdiu in occurſum Achaab:& annun-
ciauit ei. Et cucurrit Achaab,& iuit in occurſum Eliu. Et factum eſt, vt vidit
Achaab Eliu,& dixit Achaab ad Eliu: Si tu es ipſe,qui euertis Iſrael? Et dixit
Eliu: Non euerto Iſrael: Sed quinimo tu,& domus patris tui:dum relinquitis
vos Dominum Deum veſtrum, & iuiſti poſt Baalim. Et nunc mitte,congre-
ga ad me omnem Iſrael in montem Carmeli,& prophetas confuſionis qua-
dringentos & quinquaginta,& prophetas lucorum quadringentos mandu- B
cantes menſam Iezabel. Et miſit Achaab in omnem Iſrael, & collegit omnes
prophetas in montem Carmeli. Et acceſsit Eliu ad omnes:& dixit eis Eliu:
Vſquequo vos claudicabitis in ambobus poplitibus? Si Deus eſt Dominus;
ite poſt eum:Si autem Baal;ite poſt eum. Et non reſpondit populus verbum. Et
dixit Eliu ad populum. Ego remanſi propheta Domini ſolus: & prophetæ Baal
quadringenti & quinquaginta viri,& prophetæ lucus quadringenti. Dent no-
bis duos boues: & eligant ſibi vnum, & demembrent,& imponant ſuper li-
gna,& ignem non apponant. Et ego faciam bouem alterum,& ignem non
apponam. Et clamate in nomine Deorum veſtrorum: & ego inuocabo in no- C
mine Domini Dei mei. Et erit, Deus quicumque exaudierit in igne, hic Deus.
Et reſponderunt omnis populus,& dixerunt: Bonum eſt verbum,quod locu-
tus es. Et dixit Eliu ad prophetas confuſionis: Eligite vobis vitulum vnum,&
facite primi, quoniam multi vos eſtis: & inuocate in nomine Dei veſtri: &
ignem ne apponatis. Et acceperunt vitulum,& fecerunt,& inuocabant in nomi
ne Baal a mane vſque ad meridiem, & dicebant: Exaudi nos Baal, exaudi nos.
Et non fuit vox,& non fuit auditio. Et tranſiliebant ſuper altare,quod fecerant.
Et facta eſt meridies:& ſubſannauit eos Eliu Thesbites,& dixit: Inuocate in vo
ce magna, quia Deus eſt,quia fabulatio ei eſt,& ſimul,ne forte reſponſa det
ipſe, vel ne forte dormiat ipſe;& ſuſcitabitur. Et inuocabant in voce magna,& D
ſecabant ſe ſecundum conſuetudinem ſuam in gladijs, & ſyromaſtibus vſ-
que ad effuſionem ſanguinis ſuper ſe;& prophetabant vſque dum tranſiret ve-
ſpera. Et factum eſt,quando fuit tempus vt aſcenderet ſacrificium;& locu-
tus eſt Eliu Thesbites ad prophetas offendiculorum,dicens:Diſcedite a modo
& ego faciam holocauſtoma meum. Et diſceſſerunt,& abierunt. Et dixit Eliu
ad populum: Accedite ad me. Et acceſsit omnis populus ad eum. Et accepit
Eliu duodecim lapides ſecundum numerum tribuum Iſrael;ſicut locutus eſt
Dominus ad eum,dicens,Iſrael erit nomen tuum. Et ædificauit lapides in no-
mine Domini:& curauit altare dirutum,& fecit mare,quod caperet duas me E
tretas ſeminis in gyro altaris: & conſtipauit ſchizas ſuper altare, quod fecit:
& demembrauit holocauſtoma, & impoſuit ſuper ſchizas:& ſtipauit ſuper alta
re,& dixit: Accipite mihi quatuor hydrias aquæ,& effundite ſuper holocau-
ſtum,& ſuper ſchizas. Et fecerunt ſic. Et dixit: Iterate. Et iterauerunt. Et dixit:
Repetite tertio. Et tertio repetierunt. Et manabat aqua in circuitu altaris:& ma
re impleuerunt aqua. Et exclamauit Eliu in cælum,& dixit: Domine Deus
Abraã,& Iſaac,& Iſrael,exaudi me Domine,exaudi me hodie in igne:& ſciant
omnis

A omnis populus hic; quoniam tu es Dominus Deus Israel, & ego seruus tuus, &
per te feci opera hæc. Exaudi me domine, exaudi me· & cognoscat populus
hic, quia tu es Dominus Deus, & tu vertisti cor populi huius ᵘ retro. Et cecidit
ignis a Domino de cælo: & comedit holocausta, & schizas, & aquam, quæ in
mari: & lapides, & terram linxit ignis. Et ᵠ cecidit omnis populus super fa-
ciem suam, & dixerunt: Vere Dominus Deus ipse est Deus. Et dixit Eliu ad po-
pulum: Comprehendite prophetas Baal: nemo sit saluus ex illis. Et comprehen
dit illos, & deducit illos Eliu ad torrentem Cisson: & iugulauit eos ibi. Et dixit
Eliu ad Achaab: Ascende, & manduca, & bibe: quoniam vox est ᵡ pedum plu-
B uiæ. Et ascendit Achaab ad manducandum, & bibendum. Et Eliu ascendit in
Carmelum: & inclinauit se in terram, & posuit faciem suam inter genua sua, &
dixit puero suo: Ascende, & prospice viam maris. Et respexit puer, & dixit: Non
est quicquam. Et dixit Eliu: Et ᵠ tu reuerte septies. Et reuertit puer septies.
Et factum est in septimo, & ecce nubes pusilla quasi vestigium hominis addu-
cens ᵚ aquam: Et dixit. Ascende, & dic ad Achaab: Iunge currum tuum, & de-
scende; ne comprehendat te pluuia. Et factum est vsque huc, & illuc, et cælum
contenebrauit nubibus, et vento: et facta est pluuia magna. ᵃᵃ Et plorabat, et
ibat Achaab vsque Iezrael. Et manus Domini super Eliu: et constrinxit lum-
C bum suum: et currebat ante Achaab in Iezrael.

α Ad quinquaginta in spelunca.] κατὰ πεντήκοντα ἐν σπηλαίῳ. *Ita fere hebræus: & significat singulos quinquagenos in vna spelunca, & singulos quinquagenos in altera. Quod in aliis codicibus sic exprimitur,* ἀνὰ πεντήκοντα ἐν δυσὶ σπηλαίοις, per quinquagenos in duabus speluncis, *vulgata autem,* quinquagenos, & quinquagenos in speluncis. β De tabernaculis.] σκηνῶν. *Alii* κτηνῶν, iumentis. *Compl.* καὶ οὐκ ἐξολοθρευθήσονται ἀφ' ἡμῶν κτήνη, & non exterminabuntur a nobis iumenta. *Etiam Gen. 13. vbi in aliis libris est* κτήνη, *in codicibus, quos sequuti sumus, legitur* σκηναί. γ Misit.] *Compl addit,* me: *sed non hebræus, neque cæteri.* δ Et, si dixerunt, Non est, & incendit.] καὶ εἰ εἶπον, οὐκ ἔστι, καὶ ἐνέπρησε. *Alii* καὶ εἶπον, οὐκ ἔστι, καὶ ἐνέπρησε: Et dixit, Non est: & incendit. *Compl.* καὶ εἶπον, οὐκ ἔστι (*& hucusque etiam Theodoretus q. 53.*) καὶ ὥρκισε τὴν βασιλείαν, καὶ τὰς χώρας αὐτῆς, καὶ οὐχ εὕρηκέ σε Et dixerunt. (*Ita enim hebræus. Sed Theodoretus videtur accepisse pro* dixi, *& aptare ipsi Abdiæ.*) Non est, & adiurauit regnum, & regiones eius: & non inuenit te. ε Et iussi.] *Compl.* καὶ πορευθῶσι, *& Lucifer pro S. Athan.* & ius. ζ Confusionis.] *Ita etiam Lucifer. Alii* τῷ βαάλ, Baal, *vt vulgata, quæ varietas etiam paulo post notari potest. Et in aliquo libro vtraque coniunguntur, vt colligi possit duas esse interpretationes.* η Manducantes mensam.] *est hebraismus, ac valet, quod in vulgata,* comedunt de mensa. *Lucifer,* manducantes, & bibentes in mensa Iezabel. θ Ad omnes.] *Ita etiam Lucifer. Compl* πρὸς πάντα τὸν λαόν, ad omnem populum, *vt vulgata.* ι Ambobus poplitibus.] *Ita etiam Theodoretus q. 55. Compl. addit* ὑμῶν, vestris. *Lucifer,* sensu nostro, *quasi pro* ἰγνύαις, *habuerit* ἐννοίαις: *hebræus quidem habet* super duas cogitationes. κ Et prophetæ lucus quadringenti.] *Absunt à Compl. & vulgata. Sed Lucifer,* & prophetæ lucorum quadringenti. Dentur ergo nobis duo boues: *quo quidem loco etiam Compl. habet* οὖν. λ Apponant.] ἐπιθέτωσαν. *Lucifer & hic, & in sequentibus interpretatur* supponant. μ Dei vestri.] *Compl.* τῶν θεῶν ὑμῶν: *& Lucifer,* Deorum vestrorum. ν Quia Deus est.] *Respondet hebræo, & vulgatæ: & chaldæus explanat,* quia vos dicitis, quod Deus est. *A multis vero libris, & a Compl. ista absunt, neque referuntur à Lucifero, neque a Theodoreto, qui sic habet,* ἐπικαλεῖσθε ἐν φωνῇ μεγάλῃ ἅμα, μήποτε ἀδολεσχία τις αὐτῷ ἐστι. *Et Lucifer,* inuocate in voce magna pariter, ne forte occupatus sit, *& certe istud* ἅμα, *videtur huic loco magis conuenire, quam sequenti, vbi habetur in nostra, & in Compl. & in aliis, præterquam apud Theodoretum. Is enim habet* μήποτε χρηματίζει αὐτός. *Vtroque tamen loco abest ab hebræo. Illam autem dictionem* χρηματίζειν, *quam nos vertimus,* responsa dare, *alii vertunt,* operam dare negocio pecuniario. *Quod quidem est apud Luciferum,* ne forte occupatus sit, *haud satis liquet, referatur ne ad illud* ἀδολεσχία, *an ad hoc* χρηματίζειν. ξ Syromastibus.] *De syromaste alibi dictum est. Lucifer habet* nouaculis: *vulgata* lanceolis. ο Vespera.] *Compl.* τὸ μεσημβρινόν, *&* Lucifer, meridies. π Sacrificium.] *Ita etiam alius codex. In aliis hæc sequuntur,* καὶ οὐκ ἦν φωνὴ, καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις, & non erat vox, & non erat auditio: *quæ neque a Lucifero hoc loco referuntur. Quæ autem in nostra, & in aliis sequuntur vsque ad illud,* Et dixit Eliu ad populum, *referuntur etiam a Lucifero, nisi quod non habet* offendiculorum. *Absunt autem a Compl. & vulgata.* ρ Mare.] θάλασσαν. *Compl. retinet vocem hebræam* θααλά, *vnde fortasse factum est* θάλασσαν. *Theodoretus hanc rem narrans inquit Eliam fecisse* δοχεῖον, receptaculum aquæ, *quod hebræus vocet* θααλά. *Iosephus autem* δεξαμενήν, conceptaculũ aquarum. *Non tamen nouum est in scriptura receptaculum aquæ vocari mare. Lucifer habet* foueã: *vulgata* aquæductum. σ Schizas.] *Lucifer* scizas, *quod græce est* σχίδακας, *quasi ligna scissa. Eiusdem est* demembrare,

idest

Ideſt membratim diuidere. τ Et clamauit Eliu in cælum & dixit.] *Ita etiam Lucifer. Compl.autem pro* A
bis habet, καὶ ὡς ἦν καιρὸς τοῦ προσφέρεσθαι τὴν θυσίαν, καὶ παρεγένετο Ἠλίας ὁ προφήτης, καὶ εἶπε, *quod vulgata*, cumque
iam tempus eſſet, vt offerretur holocauſtum, accedens Elias propheta, ait. υ Retro.] *Sic hebræus, &*
idem Lucifer, ideſt ne iam abeat ad idola, aut iterum, *vt vulgata. Compl.* ὀπίσω σου, poſt te. φ Et cecidit.]
Nec plura Lucifer. Compl. καὶ εἶδε πᾶς ὁ λαὸς, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, Et vidit omnis populus, & cecidit in
faciem ſuam. χ Pedum.] *Eodem modo Lucifer. Compl,* τοῦ ἤχους, ſoni. *Dictio hebræa tumultum, & frago-*
rem ſignificat. ψ Et tu reuerte.] *Nec plura hebræus: apud Luciferum legitur hic locus mutilate.* Non eſt
nihil: circumage te ſepties. *Compl. autem,* ἐπίστρεψον καὶ ἐπίβλεψον ἑπτάκις, reuerte, & inſpice ſepties. ω Aquam.]
Alii addant ἀπὸ θαλάσσης, *&* *Lucifer* de mare. αα Plorabat.] *Sic etiam Lucifer, quod græce eſt* ἔκλαιε *Compl.*
ἐπορεύετο, equitauit: *quod reſpondet hebræo.*

CAP. XIX.

B

ET annunciauit Achaab Iezabel vxori ſuæ omnia, quæ fecerat Eliu, & quo
modo interfecit prophetas in gladio. Et miſit Iezabel ad Eliu, & dixit:
ᵃ Si tu es Eliu; & ego Iezabel. Hæc mihi faciat Deus & hæc adijciat; quia
hac hora cras ponam animam tuam, quemadmodum animam vnius ex illis.
Et timuit Eliu, & ſurrexit, & abijt ſecũdum animã ſuã. Et venit in Berſabee ter-
ram Iuda: & dimiſit puerum ſuum ibi. Et ipſe iuit in deſerto viam diei: & venit,
& ſedit ſub ᵇ Rathmon: & petiuit animam ſuam mori: & dixit: Sufficiat
nunc. Tolle quæſo animam meam a me Domine: quoniam non melior ego
ſum ſuper patres meos. Et dormiuit, & ſoporatus eſt ibi ſubtus plantam. Et ec- C
ce ᵞ quidam tetigit eum, & dixit ei: Surge, & comede. Et Eliu reſpexit: & ecce
ad caput eius ſubcineritius ſiligineus, & lecythus aquæ. Et ſurrexit, & manduca-
uit, & bibit, & reuertens dormiuit: Et reuertit Angelus Domini ſecundo, & te-
tigit eum, & dixit ei: Surge, comede: quia multa a te via. Et ſurrexit, & mandu-
cauit, & bibit: & iuit in fortitudine cibi illius quadraginta dies, & quadraginta
noctes vſque ad montem Choreb. Et intrauit illic in ſpeluncam, & manſit ibi.
Et ecce verbum Domini ad eum, & dixit: Quid tu hic Eliu? Et dixit Eliu: Ze-
lans zelaui ᵈ Domino omnipotenti; quia dereliquerunt te filij Iſrael. Altaria
tua diruerunt, & prophetas tuos occiderunt in gladio. Et relictus ſum ego ſo- D
lus: & quærunt animam meam ad tollendam eam. Et dixit: Egredieris ᵉ cras,
& ſtabis coram Domino in monte. Ecce tranſibit Dominus, & ecce ſpiritus ma
gnus validus diſſoluens montes, & conterens petras coram Domino. Non in
ſpiritu Dominus. Et poſt ſpiritum concuſsio. Non in concuſsione Dominus. Et
poſt concuſsionem ignis. Non in igne Dominus. Et poſt ignem vox auræ ᶠ te-
nuis. Et factum eſt, vt audiuit Eliu; & cooperuit faciem ſuam in melote ſua: &
exijt, & ſtetit ſub ſpelunca. Et ecce ad eum vox, & dixit: Quid tibi hic Eliu?
Et dixit Eliu: Zelans zelaui Domino omnipotenti, quia dereliquerunt teſta-
mentum tuum filij Iſrael: & altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occide- E
runt in gladio. Et relictus ſum ego ſolus: & quærunt animam meam ad tollen-
dam eam. Et dixit ad eum Dominus: Vade, reuerte in viam tuam: & venies in
viam deſerti Damaſci. Et venies, & vnges Azael in regem Syriæ: & Ihù filium
Nameſsi vnges in regem ſuper Iſrael: & Eliſæe filium ᵍ Saphat vnges in pro-
phetam pro te. Et erit: euadentem e gladio Azael interficiet Ihù: & euadẽtem è
gladio Ihù interficiet Eliſæe. Et ʰ relinques in Iſrael ſeptem millia virorum, om
nia genua, quæ non flexerunt genu ipſi Baal, & omne os, quod non adorauit eũ.
Et abijt inde: & inuenit Eliſæe filium Saphat: & ipſe arabat in bobus: duode-

A cim iuga coram eo:& ipse in his duodecim. Et abijt ad eum,& proiecit melotem suam super eum. Et dereliquit Elisæe boues, & cucurrit post Eliu,& dixit: Deosculabor patrem meum:& sequar post te. Et dixit Eliu: Reuerte, ι quoniam feci tibi. Et reuertit à post eum:& cepit iuga boum,& immolauit,& coxit ea in vasis boum:& dedit populo: & comederunt. Et surrexit,& iuit post Eliu: & ministrabat ei.

α Si tu es Eliu,& ego Iezabel.] *Hæc absunt a Complutensi, & vulgata, neque referuntur a Lucifero.* β Rathmon.] *Alii* Rathmen.*Compl.*Ratham. *Est dictio hebræa, quam vulgata interpretatur* iuniperum, *alii*, genistam. γ Quidam.] *Compl.addit* ἄγγελος, angelus. δ Domino.] *Est hebraismus. Et est subintelligendum* pro, *quod exprimit vulgata.* ε Cras.] *Abest a Compl. & vulgata.* ζ Tenuis.] *In non-*
B *nullis aliis, & in Compl. sequitur,* καὶ νῦν κύριος, & ibi Dominus: *quæ tamen absunt ab hebræo, & vulgata, neque referuntur a Theodoreto q.57.* η Saphat.] *In aliis additur,* ἐξ (*aut* ἀπὸ) ἀβελμαουλά, *quod vulgata,* qui est de Abelmeula. θ Relinques.] *Compl* καταλείψω, derelinquam, *vt vulgata*: & *propius accedit ad lectionem S. Pauli Rom. xi.* κατέλιπον ἐμαυτῷ, reliqui mihi. ι Quoniam feci tibi.] *Compl.* τί πεποίηκά σοι, quid feci tibi? *hebræus vtrumque habet, &* quoniam, *&* quid.

CAP. XX.

ET α vinea vna erat Nabuthæ Iezraelitæ iuxta β aream Achaab regis Samariæ. Et locutus est Achaab ad Nabuthæ, dicens: Da mihi vineam tuã: & erit mihi in hortũ olerũ: quoniã propinquat hæc domui meæ: & dabo
C tibi vineã aliam bonam super eã. Si vero placet coram te; dabo tibi argentum, permutationẽ vineæ tuæ istius,& γ erit mihi in hortũ olerũ. Et dixit Nabuthæ ad Achaab: Non fiat mihi a Deo meo, vt dem hæreditatem patrum meorum tibi. Et δ turbatus est spiritus Achaab: & dormiuit in lecto suo,& velauit faciem suam,& non manducauit panem. Et intrauit Iezabel vxor eius ad eum,& locuta est ad eum: Quid spiritus tuus turbatus,& non es tu manducans panem? Et dixit ad eam: Quia locutus sum ad Nabuthæ Iezraelitam, dicens: Da mihi vineam tuam argento, si autem velis, dabo tibi vineam aliam pro ea: & dixit, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et dixit ad eum Iezabel vxor
D eius: Tu nunc sic facis ε regem super Israel? Surge,& manduca panem, ζ & esto tui ipsius: ego vero dabo tibi vineam Nabuthæ Iezraelitæ. Et scripsit librum in nomine Achaab,& signauit anulo illius. Et misit librũ ad seniores, & η liberos eos, qui habitabant cũ Nabuthæ. Et erat scriptũ in libris; dicens: Ieiunate ieiunium,& sedere facite Nabuthæ in θ principio populi:& collocate duos viros filios iniquorum ex aduerso eius;& testentur contra eum, dicentes: ι Benedixit Deum,& regem. Et κ producant eum, & lapident eum:& moriatur. Et fecerunt viri ciuitatis illius, ipsi seniores, & liberi, qui habitabant in ciuitate eius, sicut misit ad eos Iezabel, & sicut scriptum erat in libris, quos miserat ad eos.
E Et λ vocauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Nabuthæ in principio populi. Et intrarunt duo viri filij iniquorum, & sederunt ex aduerso eius, & testati sunt contra eum, μ dicentes: Benedixisti Deum,& regem. Et produxerunt eum extra ciuitatem,& lapidauerunt eum in lapidibus: & mortuus est. Et miserunt ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Nabuthæ,& mortuus est. Et factum est, vt audiuit ν Iezabel; & dixit ad Achaab: Surge, hæredita vineã Nabuthæ Iezraelitæ, qui non dederat tibi argento: quoniam non est Nabuthæ viuens, quia mortuus est. Et factum est vt audiuit Achaab, quia mortuus est Nabuthæ ξ Iezraelita, &

lita;& cōſcidit veſtimenta ſua,& cooperuit ſe cilicio. Et factum eſt poſt hæc,& A
ſurrexit, & deſcendit Achaab ad vineam Nabuthæ Iezraelitæ poſsidere eam.
Et dixit Dominus ad Eliu Thesbitem, dicens: Surge, & deſcende in obuiam
Achaab regis Iſrael, qui eſt in Samaria; quia hic in vinea Nabuthæ; quia deſcen
dit illuc poſsidere eam. Et loqueris ad eum, dicens: Hæc dicit Dominus; ° Quo-
modo occidiſti, & poſſediſti; propter hoc hæc dicit Dominus: In ° omni loco
in quo linxerunt ° ſues, & canes ſanguinem Nabuthæ; ibi lingent canes ſangui-
nem tuum: & ° meretrices lauabunt in ſanguine tuo. Et dixit Achaab ad Eliu:
Si inueniſti me inimicus meus? Et dixit; Inueni: Quoniam fruſtra venditus es ad
faciendum malum in conſpectu Domini, ad exacerbandum eum; ° Ecce ego B
induco ſuper te mala: et ſuccendam poſt te: et diſperdam de Achaab mingen-
tem ad parietem, et clauſum, et derelictum in Iſrael: et dabo domum tuam, ſi-
cut domum Hieroboam filij Nabat, et ſicut domum Baaſa filij Achia, pro
exacerbationibus, quibus exacerbaſti, et peccare feciſti Iſrael. Et ad Iezabel lo-
quutus eſt Dominus, dicens: Canes manducabunt eam in antemurali Iezrael.
Mortuum de Achaab in ciuitate comedent canes: & mortuum eius in campo
comedent volatilia cæli. ° Verumtamen fruſtra Achaab, qui venundatus eſt
facere malum in conſpectu Domini: ſicut euertit eum Iezabel vxor eius. Et fa-
ctus eſt abominabilis valde, eundo poſt abominationes ſecundum omnia, quæ
fecerat Amorræus, quem exterminauit Dominus a facie filiorum Iſrael. ° Et C
pro verbo, quomodo compunctus eſt Achaab, & ibat plorans & conſcidit tu-
nicam ſuam, & accinxit ſaccum ſuper corpus ſuum, & ieiunauit. Et indutus eſt
ſaccum in die, qua percuſsit Nabuthæ Iezraelitem: & χ iuit. Et factum eſt ver
bum Domini in manu ſerui ſui Eliu de Achaab. Et dixit Dominus: Vidiſti,
quemadmodum compunctus eſt Achaab a facie mea? ° Non inducam ma-
lum in diebus eius: ſed in diebus filij eius inducam ° malum.

α Et vinea vna.] *Cæteri fere libri* καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀμπελὼν ἦν. S. *Ambroſius de Nabuthæ cap.* 2. Et factum eſt poſt verba hæc, Erat vinea. *Cæterum totum hoc caput in Compl. & aliis quibuſdam libris eſt vigeſimum primum: vigeſimum autem eſt, quod in noſtra, & multis aliis & apud Theodoretum eſt vigeſimum primum. De hac re ita ſchol.* Sciendum eſt in exaplo contra poni, primum quidem, quæ ad filium Ader regem Syriæ, deinde autem quæ ad Nabuthæ pertinent. β Aream.] *Compl.* ἐγγὺς τοῦ οἴκου. *& S. Ambroſius*, iuxta domum. γ Et erit mihi in hortum olerum.] *Abſunt hoc loco a Compl & vulgata: habētur tamen apud S. Ambroſium.* δ Et turbatus eſt.] *Sic & alius codex, & S. Ambroſius. At in aliis libris, & Compl., hæc antecedunt,* καὶ ἦλθεν Ἀχαὰβ εἰς οἶκον αὐτοῦ συγκεχυμένος, καὶ ἐκλελυμένος ἐπὶ τοῦ λόγου οὗ ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν Ναβουθαὶ (*Compl.* Ναβὼθ) ὁ Ἰεζραηλίτης, καὶ εἶπεν, οὐ δώσω σοι τὴν κληρονομίαν τῶν πατέρων μου. Et venit Achaab in domum ſuam confuſus, & triſtis ſuper verbo, quod locutus erat ad eum Nabuthæ, & dixerat, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. ε Regem.] *Sic & alius liber: cæteri* βασιλεύς, rex. *Compl* βασιλείαν, ἐπὶ Ἰσραήλ, regnum ſuper Iſrael. ζ Eſto tuipſius.] εἶναι σοῦ. *S. Ambroſius cap.* 9. redi ad te. *Vulgata*, æquo animo eſto. η Liberos.] *Compl. & S. Ambroſius.* ad liberos. *In vulgata eſt*, optimates. θ In principio populi.] ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ. *S. Ambroſius* in principem populi. *Lucifer*, in primo populo. *Vulgata*, inter primos populi. ι Benedixit.] *Sic & S. Ambroſius Theodoretus q.* 59. Bonis verbis uſa, εὐλόγησε potuit pro ἐβλασφήμησε, blaſphemauit. *Lucifer.* maledixit. κ Et producant eum, et lapident eum.] *Lucifer*, & deducite eum, et lapidetur. *Compl.* καὶ ἐξαγάγετε αὐτὸν ἔξω, καὶ λιθοβολήσατε αὐτόν. *S. Ambroſius*, et producite illum, et lapidate. λ Vocauerūt.] *Vulgata*, prædicauerunt, *Compl.* ἐνετείλαντο præceperūt. μ Dicentes.] *In aliis quibuſdam*, ἄνδρες παρανομίας Ναβουθαὶ κατέναντι τοῦ λαοῦ λέγοντες, εὐλόγησε, viri rebellionis Nabuthæ in conſpectu populi, dicentes, benedixit, etc. *quod ſatis reſpondet hebræo. Compl. habet*, εὐλόγησας, benedixiſti. ν Iezabel, et dixit.] *Alii* Ἰεζάβελ τῶν λεγόντων, λελίθασται (*aut* λελιθοβόληται) Ναβουθαὶ, καὶ ἀπέθανε, εἶπε (*aut* καὶ εἶπε.) Iezabel dicentes, obrutus (*al.* lapidatus) eſt Nabuthæ, et mortuus eſt: dixit, *al.* et dixit. ξ Iezraelita.] *Hæc vſque ad* ſurrexit, *abſunt a Compl. & vulgata. Habentur tamen apud S. Ambroſium.* ο Quomodo tu occidiſti.] *Ita fere Lucifer. At Compl. & S. Ambroſius habet tantum*, occidiſti. π Omni.] *Iſtud* παντὶ *abeſt fere ab omnibus.* ρ Sues, et canes.] *Lucifer* canes, et ſues: *Sed multi, & S. Ambroſius tantum* canes. σ Et meretrices lauabunt in ſanguine tuo.] *Hæc abſunt a Compl. & vulgata: ſed habentur apud Luciferum, &*

S. Ambroſium

A *S. Ambrosium.* ɣ Ecce ego] *In aliquot libris,* τάδε λέγει κύριος, ἰδοὺ ἐγώ, *& Lucifer.* Hæc dicit Dominus, Ecce ego. *S. Ambrosius nonnulla verba omittit.* υ Verumtamen frustra.] *Compl.* πλὴν οὐκ ἦν ὡς ἀχαάβ. *Quod vulgata*. Igitur nõ fuit alter talis, sicut Achab. *Theodoretus q. 60. hunc locum ita refert,* δωρεὰν ὁ ἀχαὰβ ἐπράθη τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὡς μετέτρεψεν αὐτὸν ἡ ἰεζάβελ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύχθη σφόδρα, Gratis Achaab venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini (sicut euertit eum Iezabel vxor eius) & abominabilis fieret post, &c. φ Et pro verbo] *Compl.* καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἀχαὰβ τὰ ῥήματα ταῦτα, διέῤῥηξε. Et factum est, vt audiuit Achaab verba hæc, conscidit, &c. χ Iuit.] *In quibusdam additur* κεκλιμένος, demissus. *Compl.* καὶ ἐπορεύετο κεκυφώς, *quod vulgata*, & ambulabat demisso capite. ↓ Non inducam.] *Ita fere S. Ambrosius Alij,* ἀνθ' ὧν ὅτι ἐνετράπη ἀπὸ προσώπου μου, οὐκ ἐπάξω, pro eo, quod interdixit sibi a facie mea, non inducam. *Compl. non* ἐνετράπη, *sed* κατενύγη, compunctus est. ω Inducam malum.] *S. Ambrosius* inducam mala, *nec plura recitat. In alijs additur* ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, super domum eius.

CAP. XXI.

B

ET congregauit filius Ader omnem virtutem suam, & ascendit, & obsedit super Samariam: & triginta duo reges cum eo, & * omnis equus, & currus. Et ascenderunt, & obsederunt super Samariam, & pugnauerunt super eam. Et misit ad Achaab regem Israel in ciuitatem, & dixit ad eum: Hæc dicit filius Ader: Argentum tuum, & aurum tuum, meum est: & vxores tuæ, & filij ᵇ tui, mei sunt. Et respondit rex Israel, & dixit; Sicut locutus es domine mi rex; tuus ego sum, & omnia mea. Et reuerterunt nuncij, & dixerunt: Hæc dicit filius Ader: Ego misi ad te,
C dicens; argentum tuum, & aurum tuum, & vxores, & filios tuos dabis mihi: quoniam hac hora cras mittam pueros meos ad te, et scrutabuntur domum tuam, et domos puerorum tuorum. Et erit, omnia desideria oculorum suorum, super quæcumque inijcient manus suas, et ɣ tollent. Et vocauit rex Israel omnes seniores terræ, et dixit: Cognoscite nunc, et videte, quia malum iste quærit: quoniam misit ad me pro vxoribus meis, et pro filijs meis, et pro filiabus meis. ᵈ Argentum meum, et aurum meum non prohibui ab eo. Et dixerunt ei seniores, et omnis populus: Non audias, et non velis. Et dixit nuncijs filij Ader: Dicite domino vestro: Om-
D nia, quæcumque misisti ad seruum tuum in primis, faciam: verbum autem hoc non potero facere. Et abierunt viri, et retulerunt ei verbum. Et misit ad eum filius Ader, dicens: Hæc faciat mihi Deus, et hæc adijciat; si sufficiet puluis Samariæ ᵉ vulpibus, omni populo, peditibus meis. Et respondit rex Israel, et dixit: Satis sit. Non glorietur gibbosus, vt rectus: Et factum est, quando respondit ei verbum hoc, bibens erat ipse, et omnes reges, qui cum eo, in tabernaculis. Et dixit pueris suis: Ædificate vallum. Et posuerunt vallum super ciuitatem. Et ecce propheta vnus aduenit Achaab regi Israel, et dixit: Hæc dicit Dominus: Si vidisti ζ tur-
E bam magnam hanc? Ecce ego do eam hodie in manus tuas; et cognosces, quia ego Dominus. Et dixit Achaab: In quo? Et dixit: Hæc dicit Dominus: In pueris principum ᵍ regionum. Et dixit Achaab. Quis committet pugnam? Et dixit: Tu. Et recognouit Achaab ʰ principes pueros regionum: et fuerunt ⁱ ducenti triginta. Et post hæc recognouit populum, omnem filium virtutis, septem millia. Et egressus est meridie. Et filius Ader bibens temulentus in Socchoth, ipse, et reges, triginta et duo reges coadiutores eius. Et egressi sunt principes, pueri regionum in primis. Et ᵏ mittunt, et annunciant regi

 Syriæ,

Syriæ, dicentes: Viri exiuerunt de Samaria. Et dixit eis, si ad pacem A
egrediuntur, comprehendere eos viuos, et, si ad bellum, viuos comprehendere eos: & non exeant e ciuitate, principes pueri regionũ, & virtus post eos, percussit vnusquisq. eũ, qui iuxta se: & iterauit vnusquisque eũ, qui iuxta se. Et fugit Syria. Et persecutus est eos Israel. Et saluatur filius Ader rex Syriæ super equũ equitis. Et egressus est rex Israel, & cepit omnes equos, & currus: & percussit plagã magnã in Syria. Et accessit propheta ad regẽ Israel, & dixit: Confortare, & cognosce, & vide, quid facies: quoniã reuertente anno filius Ader rex Syriæ ascẽdit super te. Et pueri regis Syriæ & dixerũt: Deus montiũ, Deus Israel, & non Deus valliũ: propter hoc valuit super nos. Si autem impugnemus eos per B
planum; profecto valebimus super eos. Et verbum hoc fac. Amoue reges, vnũquemque in locum suum: & pone pro eis satrapas: et instaurabimus tibi virtutem secundum virtutem, quæ cecidit, & equum iuxta equum, & currus iuxta currus: & pugnabimus aduersus eos per planum: & valebimus super eos. Et audiuit vocem eius, & fecit sic. Et factum est reuertente anno, & recognouit filius Ader Syriã, & ascendit in Apheca ad bellum super Israel. Et filij Israel recogniti sunt, & aduenerũt in occursum eorũ. Et castrametatus est Israel ex aduerso eorũ, tanquã duo greges caprarũ. Et Syria impleuit terrã. Et accessit homo Dei, & dixit regi Israel: Hæc dicit Dominus: Pro eo, quod dixit Syria, Deus montiũ C
Dominus, Deus Israel, & non Deus vallium ipse; & dabo virtutem magnã hanc in manum tuã, & cognosces, quia ego Dominus. Et castrametantur hi e regione horum septem dies. Et factum est in die septima, & appropinquauit prælium, & percussit Israel Syriam centum millia peditum vna die. Et fugerunt reliqui in Apheca in ciuitatem: & cecidit murus super viginti & septem millia virorum, qui remanserant. Et filius Ader fugit, & intrauit in domum, cubiculo in thalamum: & dixit pueris suis: Noui, quia reges Israel, reges misericordiæ sunt: Imponamus nunc saccos super lumbos nostros, & funiculos super capita nostra, & exeamus ad regem Israel, si forte viuificabit animas nostras. Et induti sunt saccis super lumbos suos, & posuerũt funiculos super capita sua, & di D
xerunt regi Israel: Seruus tuus filius Ader dicit: Viuat, quæso, anima nostra. Et dixit: Si adhuc viuit, frater meus est. Et viri pro omine acceperunt, & pro fœdere, & rapuerunt verbum de ore eius, & dixerũt: Frater tuus filius Ader. Et dixit: Ingredimini, & assumite eũ. Et egressus est ad eum filius Ader: & faciunt ascendere eum ad eum super currum. Et dixit ad eum: Ciuitates, quas cepit pater meus a patre tuo, reddam tibi: & exitus pones tibi in Damasco, sicut posuit pater meus in Samaria: & ego in testamento dimittam te. Et disposuit ei testamentum, & dimisit eum. Et homo vnus de filijs prophetarum dixit ad proximũ suum in verbo Domini: Percute nunc me. Et noluit homo percutere eum. E
Et dixit ad eũ: Pro eo, quod non audisti vocem Domini; & ecce tu recedis a me, & percutiet te leo. Et abijt ab eo, & inuenit eũ leo, & percussit eũ. Et inuenit hominẽ aliũ, & dixit: Percute me nunc. Et percussit eũ homo percutiẽs, & cõtriuit. Et iuit propheta: & astitit regi Israel super viã & obligauit in vitta oculos suos. Et factum est, vt præteribat rex; & hic clamabat ad regem, & dixit: Seruus tuus exijt ad militiam belli: & ecce vir introduxit ad me virum, & dixit ad me: Custodi hunc virum: Si autem exiliens exilierit; & erit anima tua pro anima

A anima eius, vel talentum argenti appendes. Et factum est: circumspexit seruus tuus huc, & huc; & hic non erat. Et dixit ad eum rex Israel: χ Ecce & insidiæ apud me: occidisti. Et festinauit, & abstulit vittā ab oculis suis. Et agnouit eum rex Israel, quia ex prophetis hic. Et dixit ad eum: Hæc dicit Dominus: Propterea quod emisisti tu virum perniciosum de manu tua; & erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Et abijt rex Israel confusus, & ψ tristis: & venit in Samariam.

α Et omnis equus.] *Hebræus,* & equus. *Compl.* καὶ ἵπποι, & equi. β Filii tui.] *Nonnulli addunt* τὰ
B καλά, boni. *Compl.* τὰ χαμαὶ, *quod vulgata,* optimi. γ Et tollent.] *Abest istud,* καὶ, *a Compl. Hebræus habet, Et erit:* omne concupiscibile oculorum tuorum ponent in manibus suis, & tollent. δ Argentum.] *Compl. addit* καὶ, & argentum. *Sed hebræus,* & argento meo, & auro meo: & non prohibui ab eo. ε Vulpibus.] ταῖς ἀλώπεξι. *Alii* ταῖς δραξὶ, pugillis, *vt vulgata. Eodem modo Theodoretus, atque addit,* hæc autem dicebant minantes oppugnationis aggeres. ζ Turbam.] *Sic aliquot codices. Nonnulli addunt* πάντα τὸν ὄχλον, *quod vulgata,* omnem multitudinem. *Alij* πάντα τὸν ἦχον omnem sonitum. *Theodoretus* ἑώρακας πάντως τὸν ἦχον τὸν μέγαν τοῦτον, vidisti omnino sonitum magnum istum. *Lucifer de reg. Apost.* si audisti sonum magnum istum. η Regionum.] τῶν χωρῶν, *quod vulgata,* per pedissequos principum prouinciarum. *Theodoretus q. 61. habet* τῶν χορῶν, in pueris, ex ijs, qui incipiunt chorū, *& interpretatur* ἐν ὀλίγοις μειρακίοις, in paucis puerulis. θ Principes, pueros regionum.] *Atque item paulo post,* principes, pueri regionum. *Sed in aliis hic* τὰ παῖδας τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν, *(quod vulgata,* pueros principum prouinciarum) *& ibi* τὰ παιδάρια τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν, *& vulgata,* pueri principum prouinciarum. ι Ducenti triginta.] *Ita etiam Theodoretus. Alii* τριακόσιοι τριάκοντα, trecenti triginta: *nonnulli, & Compl.* διακόσιοι τριάκοντα καὶ δύο, ducenti triginta, & duo, *quod respondet vul-*
C *gatæ.* κ Et mittunt.] *Alii,* καὶ ἀπέστειλεν υἱὸς ἄδερ, *quod vulgata.* Misit itaque Benadab. λ Comprehendere.] *Non est loquutio inusitata,* dixit eis comprehendere, *idest, iussit, vt illos capiant. Sed alii libri* συλλάβετε, comprehendite. μ Principes pueri regionum.] *In aliis,* καὶ οὐ μὴ ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως, τὰ παιδάρια ἀρχόντων τῶν χωρῶν. Et ij egressi sunt è ciuitate, pueri principum regionum, *quod valde respondet hebræo: a quo absunt, quæ præcedunt,* & non exeant è ciuitate, *sicut etiam a Compl.* ν Percussit.] *Compl.* & percussit. *Lucifer de reg. Apost. hunc locum sic refert.* Et exierunt pueri de ciuitate, principum regionum, & exercitus qui post illos: & percussit vnusquisque quem inuenit secus se. ξ Et dixerunt.] *In aliis* εἶπον πρὸς αὐτὸν, dixerunt ad eum. *Theodoretus autem ita hunc locum refert,* ἐροῦσιν οἱ σύροι, θεὸς ὀρέων, dicent Syri, Deus montium, &c. *quasi hæc a Deo per eundem prophetam prædicantur.* ο Et instaurabimus tibi virtutem.] *Est aliqua varietas etiam in aliis. Compl. autem habet tantum,* καὶ ἀλλάξον σὺ, & instaura tu, *quod respondet vulgatæ.* π Eius] *Alii,* αὐτῶν, eorum. ρ Cubiculo.] *Ita vertimus illud* τὸ κοιτῶνος, *quoniam est hebraismus: & supplenda est præpositio hoc modo,* è cubiculo in thalamum. *Ita & cap sequenti.* σ Et dixit pueris suis: Noui, quia.] *Ita & alius codex: nec multo aliter in quibusdam,* καὶ εἶπε πρὸς παισὶν αὐτοῦ, ἰδοὺ δὴ οἴδαμεν,
D ὅτι, Et dixit pueris suis: Ecce iam nouimus, quia. *Sed in aliis,* καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἰδοὺ δὴ οἴδαμεν, ὅτι, *in Compl autem,* ἰδοὺ δὴ ἀκηκόαμεν, ὅτι βασιλεῖς, &c. *quod vulgata,* Dixeruntque ei serui sui: Ecce audiuimus, quod reges domus Israel. τ Nostra.] *Alii* μου, mea. υ Et pro fœdere.] ἐπίστευσαν. *Nonnulli* ἐπίστευσαν, crediderunt. *Compl. & aliquot codices* ἔσπευσαν. *& vulgata,* & festinantes rapuerunt. φ Percutiens, & contriuit.] *Magis ad hebræum, quam* καὶ πατάξας συνέτριψε, & percutiens contriuit, *quod est in aliis, & in scholio inserto codici Theodoreti: vbi etiam* συνέτριψε, *exponitur* ἐτραυμάτισε, vulnerauit, *vt vulgata.* χ Ecce & insidiæ apud me: occidisti.] *In aliquot codicibus,* ἰδοὺ τὰ ἔνεδρα, ecce insidiæ. *In vno codice, & in comm. græcis, & in Compl.* ἰδοὺ σὺ δικαστὴς παρ' ἐμοὶ ἐφόνευσας, ecce tu iudex apud me: occidisti. *Theodoretus q. 62.* ἰδοὺ σὺ δίκην τὴν παρ' ἐμοὶ ἐφόνευσας, Ecce tu mea quidem sentētia cædem fecisti. *Et explicans addit,* Hostem enim soluisti, vt multas ille perpetret cædes. ψ Confusus & tristis.] συγκεχυμένος καὶ ἐκλελυμένος. *Compl.* κλαίων. *Theodoretus.* συγκεχυμένος καὶ κλαίων, compressus & plorans. *Vulgata* contemnens & furibundus.

E

CAP. XXII.

ET sedit tribus annis: & non fuit bellum inter Syriam, & inter Israel. Et factum est in anno tertio, & descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Et dixit rex Israel ad pueros suos: Si nostis, α quia nobis Rhemmath Galaad? Et nos tacemus capere eam de manu regis Syriæ. Et dixit rex Israel ad Iosaphat: Ascendes mecum in Rhemmath Galaad ad bellum? Et dixit Iosaphat: Sicut β ego; & tu sic: sicut populus meus, populus tuus: sicut equi mei; equi tui. Et dixit Iosaphat

rex Iuda ad regem Iſrael : Interrogate, quæſo, hodie Dominum . Et congregauit rex Iſrael omnes prophetas, circiter quadringentos viros. Et dixit eis rex : Si vadam in Rhemmath Galaad ad bellum, an ceſſem ? Et dixerunt: Deſcende: & dans dabit Dominus in manus regis. Et dixit Ioſaphat ad regem Iſrael : ʸ Non eſt hic propheta Domini, & interrogabimus Dominum per eum? Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: Vnus ᶻ eſt vir ad interrogandum Dominum per eum : & ego odi eum ; quoniam non loquitur de me bona, ſed mala, Michæas filius Iemblaa. Et dixit Ioſaphat rex Iuda: Non dicat rex ſic. Et vocauit rex Iſrael eunuchum vnum, & dixit: Cito Michæam filium Iemblaa. Et rex Iſrael, & Ioaſphat rex Iuda ſedebant, vir ſuper thronum ſuum, armati in portis Samariæ. Et omnes prophetæ prophetabant coram eis. Et fecit ſibi Sedecias filius Chanaan cornua ferrea, & dixit: Hæc dicit Dominus: In his cornupetes Syriam, quoadusque conſummata fuerit. Et omnes prophetæ prophetabant ſic, dicentes: Aſcende in Rhemmath Galaad: & ᵃ proſperabit, & dabit Dominus in manus tuas & regem Syriæ. Et nuncius, qui ierat ad vocandum Michæam, locutus eſt ei, dicens: Ecce nunc loquuntur omnes prophetæ in ore vno bona de rege. Eſto, quæſo, & tu in verbis tuis iuxta verbum vnius eorum, & loquere bona. Et dixit Michæas: Viuit Dominus, quia quæcumque dixerit Dominus ad me, hæc loquar. Et venit ad regem. Et dixit ei rex: Michæa, Si aſcendam in Rhemmath Galaad ad bellum, an ceſſem? Et dixit: Aſcende, & proſperabit Dominus in manu regis. Et dixit ei rex: ᵇ Toties ego adiuro te; vt loquaris ad me veritatem in nomine Domini. Et dixit: ᶜ Non ſic. Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, tanquam gregem, cui non eſt paſtor. Et dixit Dominus: ᵈ Non Dominus his Deus? Vnuſquiſque ad domum ſuam in pace reuertatur. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda: Nonne dixi ad te, quia non prophetat hic mihi bona, quia tantũ mala? Et dixit Michæas: ᵉ Non ſic, non ego. Audi verbum Domini: Non ſic. Vidi Deum Iſrael ſedentem ſuper thronũ ſuum: & omnis militia cæli ſtabat circa eum a dextris eius, & a ſiniſtris eius. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achaab regẽ Iſrael, & aſcendet, & cadet in Rhemmath Galaad? Et dixit hic ita, & hic ita. Et egreſſus eſt ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & dixit: Ego decipiam eum. Et dixit ad eum Dominus: In quo? Et dixit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & etiam præualebis. Egredere, & fac ſic. Et nunc ecce dedit Dominus ſpiritum mẽdacem in os omnium prophetarum tuorum iſtorum: & Dominus locutus eſt ſuper te mala. Et acceſsit Sedecias filius Chanaan, & percuſsit Michæam ſuper maxillam, & dixit: Qualis ſpiritus Domini, ᶠ qui locutus eſt in te? Et dixit Michæas: Ecce tu videbis die illa; quia intrabis cubiculum ʰ cubiculo ad latendum illic. Et dixit rex Iſrael: Capite Michæam, & reducite eum ad ᴴ Semer regem ciuitatis. Et ad Ioas filium regis dicito, vt ponat eum in cuſtodia, & ipſe comedat panem tribulationis, & aquam tribulationis, quoadusque reuertero ego in pace. Et dixit Michæas: Si reuertens reuerteris in pace; non eſt locutus Dominus ʳ in me. Et aſcẽdit rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda cũ eo ad Rhẽmath Galaad. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat regẽ Iuda: Cooperiar, & ingrediar in prælium: & tu induere veſtimentũ ᵏ meũ Et coope-

A Et cooperuit se rex Israel,& intrauit in prælium. Et rex Syriæ mandauerat prin
cipibus curruum suorum triginta & duobus, dicens: Non impugnetis paruum
& magnum, sed regem Israel solum. Et factum est, vt viderunt principes cur-
ruum Iosaphat regem Iuda; & ipsi dixerunt: Videtur rex Israel hic. Et circun-
dederunt eum ad impugnandum. Et exclamauit Iosaphat. Et factum est, vt
viderunt principes curruum, quia non est rex Israel hic; & reuerterunt ab eo.
Et intendit vnus arcum * bene collimans: & percussit regem Israel inter pul-
monem, & inter thoracem. Et dixit aurigæ suo: Conuerte manus tuas, &
educ me de prælio: quoniam vulneratus sum. Et profligatum est prælium in
B die illa: & rex erat stans super currum ex aduerso Syriæ a mane vsque ad ve-
speram: & * effundebat sanguinem è plaga in sinũ currus: & mortuus est ve-
speri: & egrediebatur sanguis * stragis vsque ad sinum currus. Et stetit præ-
co exercitus occidente Sole, dicens: Vnusquisque ad suam ciuitatem, & ad
suam terram: quoniam mortuus est rex. Et venerunt in Samariam, & sepelie-
runt regem in Samaria. Et abluerunt * sanguinem super fontem Samariæ: &
linxerunt * sues, & canes sanguinem: & meretrices lauerunt se in sanguine,
iuxta verbum Domini, quod locutus est. Et reliqua verborum Achaab, &
omnia, quæ fecit, & domum eburneam, quam ædificauit, & omnes ciuita-
C tes, quas fecit, nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum
Israel? Et dormiuit Achaab cum patribus suis. Et regnauit Ochozias filius
eius pro eo. Et Iosaphat filius Asa regnauit super Iudam. In anno quarto
Achaab regis Israel regnauit Iosaphat: filius * triginta & quinque annorum
in regnando ipsum: & viginti & quinque annos regnauit in Hierusalem. Et
nomen matri eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Asa patris sui:
non declinauit ab ea, faciendo rectum in oculis Domini. Veruntamen ex-
celsa non abstulit. Adhuc populus sacrificabat, & adolebant in excelsis. Et
pacem habuit Iosaphat cum rege Israel. Et reliqua verborum Iosaphat, & po-
D tentatus eius, * quæcumque fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum
dierum regum ☓ Iuda? Et dormiuit Iosaphat cum patribus suis, & sepultus
est apud patres suos in ciuitate Dauid patris sui. Et regnauit Ioram filius eius
pro eo. Et Ochozias filius Achaab regnauit super Israel in Samaria. In anno
septimo & decimo Iosaphat regis Iuda Ochozias filius Achaab regnauit in
Israel in Samaria duos annos. Et fecit malum ante Dominum, & ambula-
uit in via Achaab patris sui, & in via Iezabel matris suæ, & in peccatis do-
mus Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Et seruiuit Baalim, &
adorauit eos: & exacerbauit Dominum Deum Israel secundum omnia, ↓ quæ
facta fuerant ante eum.

E

α Quia nobis.] *Sic hebræus. Compl.* ἡμῶν ἐστι, nostra est. β Sicut ego.] *Optime respondet hebræo Theodoretus autem q. 64.* ὥσπερ σὺ, οὕτω κἀγὼ, ὡς ὁ λαός σου, οὕτω ὁ λαός μου, sicut tu, ita & ego: sicut populus tuus; ita populus meus: *nec multo aliter Compl. Videatur lib. 4. cap. 3.* γ Non est hic.] *Theodoretus,* οὐκ ἔτι ὧδε, non est amplius hic. δ Vnus.] *Alii* ἔτι εἷς, adhuc vnus. ε Et prosperabit.] *Compl. addit* ἔτι, *&c. itemque paulo post.* ζ Toties.] *Theodoretus q. 65. Illud* ποσάκις, *dictum est pro* πολλάκις, *sæpe Sed posset verti,* quoties, *& apponi nota interrogationis. In aliquo libro est* ἔτι δίς, adhuc bis *Vulgata,* iterum, atque iterum. η Non hic.] *Complutensis habet tantum* οὐκ ὧδε, hic, *hebræus neque hoc habet. Theodoretus tamen habet, & explanat,* non vere illud dixi. Vidi enim, &c. θ Non Dominus his Deus.] *Aliqui libri* εἰς θεόν, in Deum. *Compl.* ὁ κύριος τούτοις, nonne Dominus his? *Sed magis respondet hebræo, & vulgatæ, si dicatur sine interrogatione,* non est Dominus istis. *Apud Theodoretum,* ὁ κύριος αὐτοῖς πρὸς θεὸν [illegible], [illegible]

 habuer

biliter ipsi erga Deum, reuertatur, *quomodo ipsemet paulo post explanat. Interpres videtur habuisse*, εἰ κύριος αὐτοῖς εἰς θεόν. *Ita enim vertit*, si Dominus est eis in Deum. ι Non sic, non ego: audi verbum Domini: non sic. Vidi.] *Compl. habet tantum*, διὰ τοῦτο ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου. εἶδον. Propter hoc audi verbum Domini. Vidi, *quomodo etiam vulgata. Theodoretus hoc modo refert*. οὐκ ἐγώ, ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου. εἶδον. Non ego: audi verbum Domini. Vidi, &c. κ Qui loquutus est in te.] *Compl.* ἀπῆλθεν ἀπ' ἐμοῦ τοῦ λαλῆσαι ἐν σοί; recessit à me ad loquendum in te? λ Cubiculo.] *Diximus præcedente capite de hoc hebraismo: significat enim quod exprimitur in Compl.* ἐν ταμιείῳ, è cubiculo. μ Senior regem.] *Alii* πρὸς ἀμμὼν τὸν ἄρχοντα τῆς πόλεως, *quod vulgata*, apud Ammon principem ciuitatis. *Sed etiam in Compl. sequitur*, καὶ πρὸς ἰωὰς υἱὸν τοῦ βασιλέως, & ad Ioas filium regis: *vbi vulgata*, filium Amalec. *quamuis multi ex hebræo vertant*, filium regis. ν In me.] *Nec plura refert Theodoretus. Compl. addit*, καὶ εἶπεν ἀκουσάτω πᾶς ὁ λαός, *quod vulgata*. Et ait, audite populi omnes. ξ Meum.] *Sic etiam Compl. vulgata ex hebræo habet*, vestibus tuis. *Theodoretus hanc rem narrans inquit Syros coniecisse ex paludamento regio Iosaphat esse regem Israel*. ο Bene collimans.] εὐστόχως. *Compl.* ἁπλῶς, simpliciter: *quod vulgata*, in incertum. π Et effundebat sanguinem e plaga in sinum currus.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata: sed pro his habentur illa, quæ in nostra, & in aliis & vulgata sequuntur post ea*, & mortuus est vesperi, (*licet in Compl. antecedant*) *quare videri possunt duæ eiusdem sententiæ interpretationes*. ρ Stragis.] τῆς τροπῆς. *Ita plerique vetusti. In vno tamen inuentum est*, ἐκ τῆς τρώγλης, ex foramine, ex plaga. *Compl.* τῆς πληγῆς, τῆς τροπώσεως, plagæ, stragis: *quæ duæ videntur interpretationes*. σ Sanguinem.] *In Compl additur*, ἐπὶ τοῦ ἅρματος, de curru. τ Sues, &c.] *Abest a Compl. & vulgata: nec Theodoretus suum mentionem facit, sed canum, & meretricum: de quibus tamen meretricibus nihil in vulgata, licet in Compl. Videatur cap. 20.* υ Triginta.] *Ita etiam supra cap. 16. & hic vulgata Compl. autem* τεσσαράκοντα, quadraginta. φ Quæcunque.] *In aliis*, καὶ αἱ δυναστεῖαι αὐτοῦ ἃς ἐποίησεν, & potentatus eius, quos fecit, *idest fortia, & præclara eius facta*. χ Iuda.] *Hic in Compl. vt in vulgata, adduntur ea, quæ in nostra, & aliis græcis sunt cap. 16. vt ibi notatum est ex scholio. Sunt tamen multæ in verbis varietates. Satis erit eas, quæ primo se offerunt, notare. Nam quod ibi est*, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν συμπλοκῶν, ἃς ἐπέθεντο ἐν ταῖς ἡμέραις ἀσὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐξῆρεν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἐν συρίᾳ νασίβ, Et reliqua complicationum, quas imposuerant in diebus Asa patris sui, sustulit de terra. Et rex non erat in Syria Nasib. *in Compl. hoc loco sic habet*, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν πεπλασμένων τῶν καταλελειμμένων ἐν ταῖς ἡμέραις ἀσὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀφεῖλεν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἑστηκὼς ἐν ἰδουμαίᾳ. *& in vulgata*, sed & reliquias effæminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. ψ Quæ facta fuerant.] *Compl.* ὅσα ἐποίησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *quod vulgata*, quæ fecerat pater eius.

A

REGNORUM LIBER IV.

B

CAP. I.

ET prævaricatus est Moab in Israel, postquam mortuus est Achaab. Et cecidit Ochozias per cancellum, qui in cænaculo suo in Samaria, & ægrotauit. Et misit nuncios, & dixit ad eos: Ite, & inquirite in Baal muscam * Deum Accaron; si viuam ex infirmitate mea hac. Et ierunt interrogare per eum. Et angelus Domini vocauit Eliu Thesbi-
C tem, dicens: Surgens, vade in obuiam nunciorum Ochoziæ regis Samariæ, & loqueris ad eos: Si propterea quod non sit Deus in Israel, vos itis inquirere in Baal muscam Deum Accaron? Et * non ita. Quoniam hæc dicit Dominus: Lectus, super quem ascendisti illuc, non descendes ab eo, quia morte morieris. Et iuit Eliu, & dixit ad eos. Et reuersi sunt nuncij ad eum. Et dixit ad eos: Quid, quod reuertistis? Et dixerunt ad eum: Vir ascendit in occursum nostrum, & dixit ad nos: Ite, reuertite ad regem, qui misit vos, & loquimini ad eũ: Hæc dicit Dominus: Si propterea quod non sit Deus in Israel, tu vadis inquirere in Baal muscam Deum Accaron? Non ita. Lectus, super quẽ
D ascendisti illuc, non descendes ab eo, quia morte morieris. Et * reuersi annũciauerunt regi secundum quæ locutus fuerat Eliu. Et locutus est ad eos: Quodnam iudicium viri, qui ascendit in obuiam vobis, & locutus est ad vos verba hæc? Et dixerũt ad eum: Vir pilosus, & zona pellicea accinctus lumbum suum. Et dixit: Eliu Thesbites hic est. Et misit ad eum principem quinquagenarium, & ipsos quinquaginta illius. Et * ascendit ad eum. Et ecce Eliu sedebat super cacumen montis. Et locutus est princeps quinquagenarius ad eum, & dixit: Homo Dei, rex vocauit te: Descende. Et respondit Eliu, & dixit ad principem quinquagenarium. Et, si homo Dei ego; descendet ignis de cælo, & deuorabit te, &
E quinquaginta tuos. Et descendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta eius. Et adiecit rex, & misit ad eum alium principem quinquagenarium, & ipsos quinquaginta illius. Et locutus est princeps quinquagenarius ad eum, & dixit: Homo Dei, hæc dicit rex: Cito descende. Et respondit Eliu, & locutus est ad eum, & dixit: Si homo Dei ego; descendet ignis de cælo, & deuorabit te, & quinquaginta tuos. Et descendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta eius. Et adiecit adhuc rex mittere * Ducem, & quinquaginta eius. Et venit princeps quinquagenarius tertius, & curuauit se super genua sua ante Eliu,

&orauit eum,& locutus est ad eũ, & dixit: Homo Dei pretiosa sit anima mea, A
& anima seruorum tuorum,horum quinquaginta in oculis tuis.Ecce descendit
ignis de cælo,& deuorauit duos principes quinquagenarios ζ primos.Et nunc
pretiosa sit,quæso,anima mea in oculis tuis. Et locutus est angelus Domini ad
Eliu,& dixit:Descende cum eo:ne timeas a facie eorum.Et surrexit Eliu,& de-
scendit cum eo ad regem.Et locutus est ad eum, η & dixit Eliu:Hæc dicit Do-
minus: θ Quid,quod misisti nuncios exquirere in Baal muscam Deum Acca-
ron? Non sic.Lectus,super quem ascendisti illuc,non descendes ab eo;quia mor
te morieris.Et mortuus est iuxta verbum Domini,quod locutus est ι Eliu. Et
reliqua verborum Ochoziæ,quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verbo- B
rum dierum regibus Israel? Et Ioram filius Achaab regnat super Israel in Sama-
ria annos duodecim,in anno κ octauo & decimo Iosaphat regis Iuda.Et fecit
malum in conspectu Domini. Verumtamen,non sicut fratres eius,neque sicut
mater eius.Et amouit titulos Baal,quos fecerat pater eius,& contriuit eos.Ve-
rumtamen in peccatis domus Hieroboam,qui peccare fecit Israel,adhæsit:non
recessit ab eis.Et indignatus est ira Dominus in domum Achaab.

α Deum.] *Theodoretus q 3.videtur habuisse* προσόχθισμα,offendiculum,abominationem. *Propius autem hebræo est*,in Baal,*quam* διὰ τῷ βαὰλ,per Baal,*quod est in Compl.* β Et non ita:quoniam.] *Rursus,vt superiore capite,habet hic Compl tantum,*διὰ τοῦτο, quamobrem,*vt vulgata. Eadem varietas est paulo post in verbis nunciorum ad regem,& Eliæ ad regem.* γ Et reuersi annunciauerunt regi, secundum quæ locutus fuerat Eliu.] *Hæc absunt à Compl.& à vulgata.* δ Ascendit.] *Sic etiam vulgata.Compl.*ἐπορεύθησαν, iuerunt. ε Ducem.] ἡγούμενον.*Compl.etiam hic* πεντηκόνταρχον τρίτον, *& vulgata*, principem quinquagenarium tertium.*In aliquo libro vtrumque ponitur,hoc post illud:& fortasse duæ sunt interpretationes.* ζ Primos.] *In aliis additur.*καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτῶν,*quod in vulgata*, & quinquagenos,qui cum eis erant:*nec multo aliter Compl.*καὶ ἑκάστου τοὺς πεντήκοντα. η Et dixit Eliu] *Dictio* Eliu,*abest à nonnullis:totum autem illud à Compl.& vulgata.* θ Quid,quod misisti] *Compl.*ἀνθ' ὧν ἀπέστειλας ἐπερωτῆσαι,pro eo quod misisti interrogare,&c. διὰ τοῦτο ἡ κλίνη,propterea lectus,&c. ι Eliu.] *In aliis libris sequitur.*καὶ ἐβασίλευσεν Ἰωρὰμ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ (*aut* αὐτοῦ) υἱός, *in Compl.autem præterea*, ἐν τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ Ἰωρὰμ υἱοῦ Ἰωσαφὰτ βασιλέως Ἰούδα.Et regnauit Ioram frater Ochoziæ pro eo,quoniam non fuit ei filius,in anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda. *Theodoretus locum istum de successione explicat q. 5. Cuius verba afferemus, quoniam interpres mutilato codice est vsus.*Lex erat regum filios hæreditatem regni adire:quod si non essent filij,fratrem natu maximum,vel eum, qui maxime propinquus esset. Statim quidem Dauidicum regnum vsque ad captiuitatem,filius à patre,accipiẽtes administrarunt. Sed cum Iecomas ante liberorum procreationem,bello captus esset,Matthanias,qui & Sedecias,obtinuit regnum,cum esset illius patruus. κ Octauo & decimo.] *Ita in duobus vetustis,& ita inferius cap.3.In aliis,*ἐν ἔτει εἰκοστῷ καὶ πρώτῳ, in anno vigesimo & primo.*Verum omnia ista quæ sequuntur post illa,*regibus Israel,*vsque ad finem capitis, absunt à Compl. & vulgata:& ponuntur cap.3.vbi etiam in nostra repetuntur.* C D

CAP. II.

ET factũ est,cũ eleuaret Dominus in concussione ipsum Eliu tanquã in cæ-
lũ;& iuit Eliu,& Elisæe de Galgalis.Et dixit Eliu ad Elisæe: Sede, quæso,
hic:quia Deus misit me vsque Bæthel.Et dixit Elisæe: Viuit Dominus,& E
viuit anima tua,si derelinquã te.Et venerũt in Bæthel.Et venerũt filij propheta-
rũ,qui in Bæthel, ad Elisæe,& dixerunt ad eũ:Si nosti,quia Dominus hodie tol
lit dominũ tuũ desuper capite tuo? Et dixit:Et ego noui: silete. Et dixit Eliu
ad Elisæe:Sede, quæso, hic:quoniã Dominus misit me vsque Hierico.Et dixit:
Viuit Dominus,& viuit anima tua;si derelinquam te. Et venerunt in Hierico.
Et accesserunt filij prophetarum,qui in Hierico,ad Elisæe,& dixerunt ad eum:
Si nosti, quia hodie tollit Dominus dominum tuum desuper caput tuum? Et
dixit

A dixit: Etiam ego noui: silete. Et dixit ei Eliu: Sede, quæso, hic: quoniam Domi
nus misit me vsque ad Iordanem. Et dixit Elisæe: Viuit Dominus, & viuit ani-
ma tua, si derelinquam te. Et iuerunt ambo, & quinquaginta viri filij propheta-
rum: & steterunt ex aduerso longe. Et ambo steterunt super Iordanem. Et sum-
psit Eliu melotem suam, & conuoluit, & percusit aquam: & diuisa est aqua hinc
& hinc. Et transierunt vtrique in ᵃ deserto. Et factum est in transeundo ipsos,
& Eliu dixit ad Elisæe: Pete, quid faciam tibi, antequã ego assumar a te. Et dixit
Elisæe: ᶜ Fiant, quæso, duplicia in spiritu tuo super me. Et dixit Eliu: Dure egi-
sti petendo. Si videris me, dum assumor a te; & erit tibi sic: & si non; non fiet.
Et factum est ipsis euntibus, ibant, & loquebantur. Et ecce currus ignis, & equi
B ignis, & diuiserunt inter vtrosque. Et assumptus est Eliu in concusione ᵞ tan-
quam in cælum. Et Elisæe videbat; & clamabat: Pater, pater, ᵟ currus Israel, &
eques eius. Et non vidit eum vltra. Et apprehendit vestimenta sua, & discidit ea
in duas scissuras: & eleuauit melotem Eliu, quæ ceciderat desuper ᵉ Elisæe. Et
reuertit Elisæe, & stetit super labium Iordanis: & sumpsit melotem Eliu, quæ
ceciderat desuper eo, & percusit ᶻ aquam, & dixit: Vbi Deus Eliu „ Appho?
Et percusit aquas: & discissæ sunt hinc, & hinc. Et transiuit ᶿ Elisæe. Et vide-
runt eum filij prophetarum, qui in Hiericho ex aduerso, & dixerunt: Requie-
uit spiritus Eliu super Elisæe. Et venerunt in occursum eius, & adorauerunt eum
C in terram, & dixerunt ad eum: Ecce nunc cum pueris tuis quinquaginta viri,
filij ᶦ virtutis. Euntes nunc quærant dominum tuum, ne forte tulerit eum spi-
ritus Domini, & proiecerit eum in Iordanem, vel super vnum montium, vel su
per vnum collium. Et dixit Elisæe: Non mittetis. Et coegerunt eum, quoadus-
que erubuit, & dixit: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: & quæsierunt tri
bus diebus, & non inuenerunt eum. Et reuersi sunt ad eum: & ipse sedebat in
Hiericho. Et dixit Elisæe: Nonne dixit ad vos, Nolite ire? Et dixerunt viri ciui-
tatis ad Elisæe: Ecce habitatio ciuitatis bona, sicut dominus videt, & aquæ ma-
læ, & terra ᵏ sterilis. Et dixit Elisæe: Sumite mihi hydriolam nouam, & ponite
D ibi sal. Et sumpserunt, & attulerunt ad eum. Et exiuit Elisæe ad transitum aqua-
rum, & proiecit illuc sal, & dixit: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has: non
erit vltra inde ᴧ mors, & sterilis. Et sanatæ sunt aquæ vsque in diem hanc iux-
ta verbum Elisæe, quod locutus est. Et ascendit inde in Bæthel. Et ascendente eo
in via, & pueruli parui exierunt de ciuitate, & illudebant eum, & dixerunt ei:
Ascende calue, ascende. Et respexit post ᵘ eos, & vidit eos, & maledixit eis in
nomine Domini. Et ecce exiuerunt duo vrsi de sylua: & discerpserunt de eis
quadraginta & duos pueros. Et iuit inde ad montem Carmelum: & inde
reuertit in Samariam.

E

ᵃ In deserto.] *ἐν ἐρήμῳ. Compl. διὰ ξηρᾶς, quod vulgata,* per siccum. ᶜ Fiant, quæso, duplicia.] *Comp. γενηθήτω δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐπὶ σοὶ διπλῶς ἐπ' ἐμέ.* Fiat quæso spiritus qui super te, dupliciter super me. *quod quidem planius est, & respondet vulgatæ. Sed illud propius phrasi hebraicæ. Theodor. non refert ipsa verba, sed ita proponit quæstionem 7. τί δήποτε τοῦ Ἐλισσαίου διπλῆν τὴν χάριν αἰτήσαντος, ὁ μέγας ἔφη Ἠλίας, ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτήσασθαι.* Quid ita, cum Elisæus petiisset duplicem gratiam, magnus Elias dixit, Dure egisti in petendo? ᵞ Tanquam in cælum.] *ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. Ita etiam initio capitis in omnibus codicibus collatis: sed hic in Compl. ἕως εἰς τὸν οὐρανόν.* vsque in cælum. *In vulgata vtrobique absolute* in cælum. ᵟ Currus.] *Ita etiam Theodoretus q. 8. S. Ambrosius de Nabutha c. 15.* agitator. ᵉ Elisæe.] *Compl. αὐτῷ,* eo. *& potest intelligi, decidisse ab Elia: quem sensum præfefert vulgata.* ᶻ Aquam.] *In aliis libris additur, καὶ οὐ διέστη* & non discessit. *In Compl. τὰ ὕδατα, καὶ οὐ διῃρέθη,* aquas, & non se diuiserunt: *quæ agnoscuntur etiam a Theodoreto q. 8. Sed absunt ab hebræo, & vulgata.*

gata. Sunt enim supplenda cogitatione. ι Appho.] *Theodoretus ibidem,* ἀφφὼ exponitur ὁ κρύφιος, occultus, secundum editionem aliorum interpretum. *Sed vulgata,* etiam nunc. θ Elisæ.] *In aliquot libris se-* A
quitur, vt etiam supra διὰ ξηρᾶς, per siccum. *Sed hic non est in vulgata.* ι Filii virtutis.] *Theodoretus q. 6. inquit* υἱοὺς δυνάμεως, *esse vocatos* εὐζώνους *milites succinctos, & strenuos.* κ Sterilis.] ἀτεκνοῦσα, *quod potest etiam significare orbans. S. Ambrosius serm.* 87. sed aquæ malæ, & steriles sunt. λ Mors, & sterilis.] *Respondet hebræo Compl.* ἀποθνήσκων, καὶ ἀτεκνουμένη. *& S. Ambrosius ibidem,* non erit ex eis moriens, neque sterilis. μ Eos.] *Compl* αὐτοῦ, post se.

CAP. III.

ET Ioram filius Achaab regnauit in Israel in anno octauo, & decimo Iosaphat regis Iuda: & regnauit duodecim annos. Et fecit malum in oculis Domini: verumtamē non, sicut pater eius, & non sicut mater eius. Et amouit titulos Baal, quos fecerat pater eius. Tantummodo in α peccato Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit: non recessit ab eo. Et Mosà rex Moab erat β Noced: & reddebat regi Israel γ in rebellione centum millia agnorum, & centum millia arietum in velleribus. Et factum est, postquam mortuus est Achaab; & præuaricatus est rex Moab in regem Israel. Et egressus est rex Ioram in die illa e Samaria, & recensuit Israel. Et iuit, & misit ad Iosaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab præuaricatus est in me. Si ibis mecum in Moab ad bellum? Et dixit: Ascendam. δ Similis mihi, similis tibi: sicut populus meus; populus tuus: sicut equi mei; equi tui. Et dixit: Quali via ascendam? Et dixit: Viam desertū Edom. Et iuit rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom: & circumierunt viam septem dierum. Et non erat aqua in castris, & pecoribus, quæ in pedibus eorū. Et dixit rex Israel: Heu, quia vocauit Dominus tres reges ε aduenientes ad dandum eos in manu Moab. Et dixit Iosaphat: Non est hic propheta Domini, ζ & inquiramus Dominum ab eo? Et respondit vnus puerorum regis Israel, & dixit: Hic Elisæe filius Saphat, qui effundebat aquam super manus Eliu. Et dixit Iosaphat: Est ei verbum Domini. Et descendit ad eum rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom. Et dixit Elisæe ad regem Israel: Quid mihi, & tibi? Vade ad prophetas patris tui & prophetas matris tuæ. Et dixit ei rex Israel: Nūquid vocauit Dominus tres ipsos reges ad tradendū eos in manus Moab? Et dixit Elisæe: Viuit Dominus virtutum, cui adstiti coram eo; quia nisi faciē Iosaphat regis Iuda ego sumerem, si respexissem ad te, & vidissem te. Et nunc accipe mihi psallentem. Et factum est, vt psallebat psallens; & facta est super eum manus Domini, & dixit: Hæc dicit Dominus: Facite torrentem hunc fossas fossas: quoniam hæc dicit Dominus: Non videbitis spiritum, & non videbitis pluuiam; & torrens hic implebitur aqua: & bibetis vos, η & possessiones vestræ, & pecora vestra. Et θ leuis hæc in oculis Domini: & ι tradam Moab in manu vestra: & percutietis omnem ciuitatem κ munitam: & omne lignum bonum deijcietis: & omnes fontes aquæ obstruetis, & omnem portionem bonam inutilem reddetis in lapidibus. Et factum est mane ascendente sacrificio, & ecce aquæ veniebant e via Edom: & terra impleta est aqua. Et vniuersa Moab audierunt, quia ascenderant tres reges impugnare eos. Et exclamauerunt ex λ omni, accincti zona, & dixerūt: Hem: Et steterunt super terminum. Et diluculo surrexerunt mane, & Sol exortus est super aquas. Et vidit Moab ex aduerso aquas rubras tanquam sanguinem. Et dixerunt: Sanguis hic gladij: Et pugnauerunt reges:

B

C

D

E

A ges:& percuſsit vir proximum ſuum: Et nunc ad ſpolia Moab. Et intrauerunt
in caſtra Iſrael. Et Iſrael ſurrexerunt, & percuſſerunt ipſam Moab. Et fugerunt a
facie eorum. Et intrauerunt ingredientes, & percutientes ipſam Moab:& ciui-
tates deſtruxerunt: & omnem portionem bonam, proiecerunt vir lapidem, &
impleuerunt eam: & omnem fontem obſtruxerunt: & omne lignum bonum
deiecerunt vſque ad relinquendum lapides muri [μ] deſtructos. Et circumie-
runt fundibularij, & percuſſerunt eam. Et vidit rex Moab, quia inualuit ſuper
eum pugna:& ſumpſit ſecum ſeptingentos viros educentes gladium ad irrum-
pendum aduerſus regem Edom:& non potuerunt. Et ſumpſit filium ſuum pri-
B mogenitum, quem regem fecerat pro ſe, & obtulit eum holocauſtoma ſuper
murum. Et facta eſt pœnitentia magna ſuper Iſrael. Et receſſerunt ab eo, &
reuerterunt in terram.

α Peccato.] *Compl.* ἁμαρτίαις, *peccatis: & ſic ſuperius cap. 1. in noſtra.* β Noced.] *Theodoretus q. 10* Iſtud νωκήδ, alii interpretes dixerunt ἀρχιποίμενα, principem paſtorum. γ In rebellione.] ἐν τῇ ἐπαναστάσει, *ideſt quo tempore rebellauit, ſolitus erat pendere. Theodoretus hunc locum ſic refert,* καὶ ἦν φέρων φόρον τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἑκατὸν, & erat ferens tributum regi Iſrael centum, &c. *Compl. autem quaſi duas miſcens interpretationes,* καὶ ἦν φέρων φόρον, καὶ ἐπιστρέφων τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἑκατὸν, & erat ferens tributum, & reddens regi Iſrael centum, &c *Noſtra ſi abſit iſtud,* ἐν τῇ ἐπαναστάσει, *optime reſpondet hebræo, & vulgatæ.* δ Similis mihi.] *Compl.* ὅμοιός σοι, ὅμοιός ἐμοί, καὶ ὡς ὁ λαός σου, ὁ λαός μου, καὶ ὡς οἱ ἵπποι σου, καὶ οἱ ἵπποι μου, ſimilis tibi, ſimilis mihi, & ſicut populus tuus, populus meus, & ſicut equi tui, & equi mei. *Sed noſtra propior hebræo. Ac de*
C *ſimili varietate dictum eſt etiam ſupra lib. 3. cap. vltimo.* ε Aduenientes.] παρερχόμενοι. *Compl.* τούτους, iſtos. ζ Et inquiramus Dominum ab eo.] *Reſpondet ad verbum hebræo. Compl* καὶ ἐπερωτήσωμεν τὸν κύριον δι' αὐτοῦ, & interrogabimus Dominum per eum. η Et poſſeſſiones.] *Sic hebræus: & ſignificantur pecudes, aut, vt inquit vulgata,* familiæ. *Compl habet,* καὶ αἱ παρεμβολαὶ ὑμῶν, καὶ αἱ κτήσεις ὑμῶν, & caſtra veſtra, & poſſeſſiones veſtræ. θ Leuis hæc] *Vſitatus hebraiſmus: pro quo in Compl. eſt,* καὶ κοῦφον τοῦτο, & leue hoc. ι Tradam.] *Alij,* παραδώσει, *& vulgata,* tradet. κ Munitam.] *In Compl. additur,* καὶ πᾶσαν πόλιν ἐκλεκτήν, *quod in vulgata,* & omnem vrbē electam. λ Ex omni, accincti zona. Et dixerunt, Hem.] ἐκ παντὸς περιζωννυμένου ζώνην, καὶ ἐπάνω *Ita duo libri vetuſti: vt videatur hoc ſibi velle, ex omni regione Moabitica clamauerunt ij, qui bello erant idonei, & quaſi ſe mutuo cohortantes dixerunt, Hem: aut, precones per omnem regionem clamauerunt, o vos, qui accincti eſtis balteo militari, venite ad bellum: & dixerunt, Ecce nos. In alijs libris pro* ἐπάνω, *eſt* ἐπάνω, ſupra, *ideſt ij, qui ad militarē ætatē peruenerūt, & illi qui in ea iā ſunt progreſſi. Compl. autē,* καὶ ἐβόησαν ἐκ παντὸς περιζωννυμένου περιζώνην, καὶ ἐπάνω, & clamando vocauerunt de omni accincto balteum, & ſupra e *quod ſatis reſpondet hebræo.* μ Deſtructos.] *Compl.* τεκτονικῶς, opere ædificationis.

D

CAP. IV.

ET mulier vna de filijs prophetarum clamabat ad Eliſæe, dicens: Seruus
tuus vir meus mortuus eſt: & tu noſti, quia ſeruus tuus erat timens Do-
minum. Et creditor venit tollere ambos filios meos ſibi in ſeruos. Et di-
xit Eliſæe: Quid faciam tibi? Annuncia mihi, quid eſt tibi in domo. At illa di-
xit: Non eſt ancillæ tuæ quicquam [α] in domo, niſi, quo vngar, oleum. Et dixit
ad eam: Vade, pete tibi vaſa de foris ab omnibus vicinis, vaſa vacua: [β] non
E parcas. Et intrabis, & claudes oſtium ſuper te, & ſuper filios tuos, & effundes in
vaſa iſta: & quod impletum fuerit, tolles. Et abijt ab [γ] eo: & clauſit oſtium ſu-
per ſe, & ſuper filios ſuos: ipſi afferebant ad eam: & ipſa infundebat, donec im-
pleta ſunt vaſa. Et dixit ad filios ſuos: Afferte adhuc ad me vas. Et dixerunt ei:
Non eſt vltra vas. Et ſtetit oleum. Et venit, & annunciauit homini Dei. Et dixit
Eliſæe: Vade, & vende oleum, & reddes [δ] fœnora tua: & tu, & filij tui viuetis
in reſiduo oleo. Et facta eſt dies, & tranſiuit Eliſææ in Soman: & ibi mulier ma-
gna: & tenuit eum ad manducandum panem. Et factum eſt ex multo ingreſſu
eius,

eius, • diuertebat ad manducandum illic. Et dixit mulier ad virum suum: Ecce nunc noui, quia homo Dei sanctus hic transit per nos frequenter. Faciamus, quæso, ei cænaculum, locum ʕ paruum, & ponamus ei ibi lectũ, & mensam, & sellam, & candelabrum. Et erit, in ingrediendo ad nos diuertet illuc. Et facta est dies, & intrauit illuc, & diuertit in cænaculum, & dormiuit ibi. Et dixit ad Giezi puerum suum: Voca mihi Somanitem hanc. Et vocauit eam: & stetit coram eo. Et dixit ad eum: Dic nunc ad eam: Ecce • trepidasti nobis omnem trepidationem hanc: Quid oportet facere tibi? Si est verbum tibi ad regem, vel ad principem virtutis? At illa dixit: In medio populi • ego quidem habito. Et dixit ad Giezi: Quid oportet facere ei? Et dixit Giezi puer eius: Et profecto filius non est ei: & vir eius senex. Et vocauit eam: & stetit apud ostium. Et dixit Elisæe ad eam: In tempore hoc, • sicut hora, viuens tu, habens in vtero filium. At illa dixit: Non • domine, non fallas ancillam tuam. Et in vtero concepit mulier, & peperit filium in tempore isto, sicut hora, viuens, quemadmodum locutus erat ad eam Elisæe. Et creuit puer. • Et factum est quando egressus est ad patrem suum, ad merentes; & dixit ad patrem suum: caput meum, caput meum. Et dixit puero: Tolle illum ad matrem suam. Et tulit eum ad matrem eius, & cubuit super genua eius vsque ad meridiem, & mortuus est. Et extulit eum, & cubare fecit eum super lectum hominis Dei: & clausit super eũ, & egressa est, & vocauit virum suum, & dixit: Mitte, quæso, mihi vnum puerorum, & vnam asinarum: & curram vsque ad hominem Dei, & reuertam. Et dixit: Quid, quod tu vadis ad eum hodie? non Neomenia, neque sabbatum. Ipsa autem dixit: Pax. Et instrauit asinam, et dixit ad puerum suum: Age, vade, ne cessaris mihi ad inscendendum, quocumque dixero tibi. Heus, & ibis, & venies ad hominem Dei in montem Carmelium. Et iuit, & venit vsque ad hominem Dei in montem. Et factum est, vt vidit Elisæe venientẽ eã, & dixit ad Giezi puerum suum: Ecce nunc Somanites illa. Nunc curre in occursum eius, & dices: Pax tibi, vel pax viro tuo, vel pax • puerulo? At illa dixit: Pax. Et venit ad Elisæe in montẽ, & apprehendit pedes eius. Et accessit Giezi ad remouendam eam. Et dixit Elisæe: Dimitte eam: quoniam anima eius tristis amara ei: & Dominus abscõdit a me, & non annunciauit mihi. At illa dixit: Nunquid postulaui filiũ a domino meo? quia nonne dixi, non decipies mecum? Et dixit Elisæe ad Giezi: Accinge lumbum tuum, & sume baculum meum in manu tua, & vade: quemcunque inueneris virum; non benedices eum: &, si benedixerit vir, non respondebis ei. Et impones baculum meum super faciem pueri. Et dixit mater pueri: Viuit Dominus, & viuit anima tua, si derelinquam te. Et surrexit Elisæe, & iuit post eam. Et Giezi transiuit ante eam, & posuit baculum super faciem pueri: & nõ fuit vox: & non fuit auscultatio. Et reuertit in • occursum eius, & annunciauit ei, dicens: Non est expergefactus puer. Et intrauit Elisæe in domum: & ecce puer mortuus cubans super lectum eius. Et intrauit Elisæe in domum, & clausit ostium super ambos se: & deprecatus est ad Dominum: & ascendit, & cubuit super puerum. Et posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super ʕ manus eius. Et • inflexit se super eum: & calefacta est caro pueri. Et conuertit se, & ambulauit in domo hinc, & hinc. Et ascendit: & • curuauit se super puerum vsque septies. Et aperuit puer oculos suos. Et exclamauit Elisæe ad

A ſæe ad Giezi,& dixit: Voca Somanitem iſtam. Et vocauit,& intrauit ad eum. Et dixit Eliſæe: Accipe filium tuũ. Et intrauit mulier,et cecidit ſuper pedes eius, et adorauit in terram. Et ſumpſit filium ſuum,et exijt. Et Eliſæe reuertit in Galgala. Et fames in terra: et filij prophetarum ſedebant coram eo. Et dixit Eliſæe puero ſuo: Appone lebetẽ magnum,et coque coctionem filijs prophetarum. Et exijt in agrũ ad colligẽdum ᵖ Arioth: et inuenit vitem in agro: et collegit de ea colocyntidã agreſtẽ,plenum veſtimentũ ſuũ: et iniecit in lebetẽ coctionis; quoniã non nouerant. Et effudit viris ad comedendum. Et factum eſt in comedẽdo eos de coctione,et ecce exclamauerũt,et dixerunt: Mors in lebete homo Dei.
B Et non poterant comedere. Et dixit: Sumite farinam,et inijcite in lebetẽ. Et dixit Eliſæe ad Giezi puerum: Effunde populo,et comedant. Et non fuit illic vltra verbum malum in lebete. Et vir tranſiuit de Bæthariſa,et attulit ad hominẽ Dei de primitijs ᶝ viginti panes ordeaceos,et ᵗ palathas. Et dixit: Date populo et comedant. Et dixit miniſter eius: Quid dem hoc coram centum viris? Et dixit: Da populo,et comedant: Quoniam hæc dicit Dominus: Comedent,et relinquent. E comederunt,et reliquerunt iuxta verbum Domini.

α In domo niſi,quo vngar,oleum.] *Compl.* ἀλλ' ἢ ἀγγεῖον ἐλαίου ἐν τῷ οἴκῳ,ᾧ ἀλείψομαι, niſi vas olei in domo,quo vngar. *S. Auguſtinus ſerm. 2. Dom. 5. poſt Trin.* Viuit Dominus,quia non habeo,niſi modicum olei,
C quo vngar. *Verum in illa homilia potius videntur referri ſententia,quàm ipſa verba ſcripturæ.* β Non parcas.] *Ita viſum eſt ſatis apte poſſe verti illud,* μὴ ὀλιγώσῃς, *quod S. Auguſtinus per compendium dixit,* Pete vaſa multa. γ Ab eo.] *Additur in alijs,& Compl.* καὶ ἐποίησεν οὕτως, & fecit ſic, *quæ tamen abſunt à vulgata.* δ Fænora tua.] τοὺς τόκους σου. *Compl.* τὸ δάνειον, mutuum. *S. Auguſtinus,* redde creditoribus tuis: *quod parum abeſt à vulgata.* ε Diuertebat ad manducandum illic.] ἐξέκλινε τοῦ ἐκεῖ φαγεῖν. *In alijs additur,* ἄρτον, panem, *vt in vulgata. Compl autem* ἐξέκλινεν αὐτὸν φαγεῖν ἄρτον, inclinabat eum ad comedendum panem: *ſi ex hebræo coniectura facienda eſſet,legendum potius eſſet* αὐτοῦ, illuc. ζ Locum paruum.] *Abſunt à S. Auguſtino. Compl. non habet* locum, *hebræus* cænaculum parietis paruum. η Trepidaſti.] ἐξέστησας ἡμῖν πᾶσαν τὴν ἔκστασιν ταύτην, *& verbum iſtud trepidandi optime reſpondet hebræo, & ſignificat immenſam quandam ſolicitudinem. Compl.* ἐξέταξας τὴν ἔκταξιν, apparaſti apparatum. θ Ego quidem habito.] ἐγώ εἰμι οἰκῶ. *Compl. & Theodoretus,* ἐγὼ κατοικῶ, ego inhabito. *Et explanat Theodoretus,* vacuitate negociorum delector, in pace dego, litem cum aliquo habere non fero. ι Sicut hora.] ὡς ἡ ὥρα, ζῶσα σὺ περιειληφυῖα υἱόν. *Theodoretus q. 16.* κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς ἡ ὥρα ζῶσα σὺ περιειληφυῖα υἱόν. ad tempus hoc, ſicut hora, viuens tu conceperis filium.
D *Et illud* ſicut hora, *eſt loquutio vſitata pro* in hac hora. *In Compl. autem hic exprimitur,* ὡς ἡ ὥρα αὕτη, *non autem paulo poſt.* κ Domine.] *In Compl. additur* ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, *quod in vulgata,* vir Dei. λ Et factum eſt,quando egreſſus eſt.] *Compl.* καὶ ἐγένετο ἡμέρα θερισμοῦ, καὶ ἐξῆλθε τὸ παιδάριον, Et facta eſt dies meſſis, & exijt puer. μ Puerulo.] *Ita etiam hebræus: nec plura refert Theodoretus. Compl. autem, & ex parte quadam alij addunt* σου, καὶ ἔδραμεν εἰς ἀπάντησιν αὐτῆς, καὶ εἶπεν, εἰρήνη σοι; εἰρήνη τῷ ἀνδρί σου; εἰρήνη τῷ παιδαρίῳ σου; ...uo? Et cucurrit in occurſum eius,& dixit: Pax tibi? pax viro tuo? pax puero tuo? ν In occurſum eius.] *Sic etiam hebræus: quod in Compl. clarius* γιεζὶ εἰς ἀπάντησιν τοῦ ἐλισαιέ, Giezi in obuiam Eliſæe. ξ Manus eius.] *Nec plura in vulgata. In nonnullis codicibus additur,* καὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ, & veſtigia ſua ſuper veſtigia eius. ο Inflexit.] διέκαμψεν. *Aliquot codices habent* ἐνεφύσησεν, inſufflauit. *Et de hac ipſa* ſufflandi *voce,tanquã hoc loco poſita,diſputat accurate. S. Auguſt. lib. 3. de anima, & eius origine, cap. 15. Theodoretus q. 18. verbum* ἐνεφύσησεν, *dicit eſſe aliorum interpretum. Sed quod nam ipſe tanquam ex lxx. habuerit, ex collatis illius codicibus non conſtat: qui hoc loco videntur mendoſi, & partim habent* ἔγλασε, *partim* ἔγλασε, *partim,* ἔλασε, *partim* ἔλασε. *Compl. autem duas videtur coniungere interpretationes* καὶ συνέκαμψεν ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐνεφύσησεν
E ἐπ' αὐτόν. π Curuauit] συνέκαμψεν. *Theodoretus hoc loco videtur habuiſſe* ἐνέπνευσε, inſpirauit. *Hæc enim affert.* Illud autem ἐνέπνευσεν ἐπ' αὐτόν, cæteri dixerunt, συνεκάλυψεν, cooperuit: *quod quidem* συνεκάλυψεν, *reperitur etiam in aliquot codicibus. In ſcholio tamen quodam legitur,* Illud autem ἐνεφύσησεν ἐπ' αὐτόν, cæteri dixerunt, συνέκαμψεν. *Compl. iterum duas coagmentat interpretationes,* καὶ συνεκάλυψεν ἐπὶ τὸ παιδάριον καὶ ἐνεφύσησεν ἐπ' αὐτό. *Et addit iſta,* καὶ συνεσπάσατο τὸ παιδάριον ἑπτάκις, καὶ διεκινήθη τὸ παιδάριον, & contortauit ſe puer, & mouit ſe puer. *S. Auguſtinus in eodem ſerm. memorat puerum oſcitaſſe ſepties. Sed ex qua interpretatione iſtud acceperit incertum. Vulgata enim,* & incubuit ſuper eum,& oſcitauit puer ſepties. ρ Arioth.] *Theodoretus q. 19* Cæteri ſunt interpretati ἀγριολάχανα, olera agreſtia. σ Viginti.] *Ita etiam Theodoretus, & vulgata. Sed S. Ambroſius lib. 6. Hexam. cap. 2.* decem. τ Palathas.] *De qua dictione alibi dictum eſt, Compl. addit* ἐν τῇ πήρᾳ αὐτοῦ, *quod vulgata,* in pera ſua.

 A

CAP. V.

ET Næman ᵃ princeps virtutis Syriæ erat vir magnus in conſpectu domini ſui, & ᵇ acceptus facie, quia in eo dederat Dominus ſalutem Syriæ: & vir erat potens fortitudine leproſus. Et ᵞ Syria exiuerunt accincti, & captiuam duxerunt de terra Iſrael adoleſcentulam paruam: & erat in conſpectu vxoris Næman. Hæc vero dixit dominæ ſuæ: Vtinam dominus meus in conſpectu prophetæ Dei, qui in ᵟ Samaria. Tunc ᵋ curabit eum a lepra eius. Et intrauit, & annunciauit domino ſuo, et B dixit: Sic, & ſic locuta eſt adoleſcentula, quæ de terra Iſrael. Et dixit rex Syriæ ad Næman: Veni, intra: et mittam librum ad regem Iſrael. Et iuit, et ſumpſit in manu ſua decem talenta argenti, et ſex mille aureos, et decem mutatorias ſtolas. Et attulit librum ad regem Iſrael, dicens: Et nunc, cum venerit liber hic ad te, ecce miſi ad te Næman ſeruum meum: et curabis eum a lepra eius. Et factum eſt, vt agnouit rex Iſrael librum; diſcidit veſtimenta ſua, et dixit: ζ Deus ego ad mortificandum, et viuificandum; quoniam hic mittit ad me curare virum a lepra eius? Verumtamē cognoſcite, quæſo, & videte; quia occaſionem quærit iſte ᵑ mihi. Et factum eſt, vt audi- C iuit ᶿ Eliſæe, quia diſcidit rex Iſrael veſtimenta ſua; & miſit ad regem Iſrael, dicens: Vt quid diſcidiſti veſtimenta tua? Veniat nunc ad me Næman, & cognoſcat, quia eſt propheta in Iſrael. Et venit Næman in equo & curru: & ſtetit ſuper oſtium domus Eliſæe. Et miſit Eliſæe nuncium ad eum, dicens: Vadēs laua ſepties in Iordane: & reuertet caro tua tibi, & mundaberis. Et indignatus eſt Næman, & abijt, & dixit: Ecce dixi: ad me omnino egredietur, & ſtabit, & inuocabit in nomine Dei ſui, & imponet manum ſuam ſuper locum, & curabit lepram. Nonne bonus Abana, & Pharphar fluuij Damaſci, ' ſuper omnes aquas Iſrael? Nonne vadens lauabor in eis, & mundabor? Et declinauit, & abijt in furore. Et acceſſerunt pueri eius, & locuti ſunt ad eum: ᵏ Ma- D gnum verbum locutus eſt propheta ad te; nonne facies? Etiam quia dixit ad te: lauare, & mundabere? Et deſcendit Næman: & merſit ſe in Iordane ſepties iuxta verbum ᴧ Eliſæe. Et reuertit caro eius, ſicut caro pueri parui: & mundatus eſt. Et reuertit ad Eliſæe, ipſe, & vniuerſa caſtra eius: & venit, & ſtetit coram eo, & dixit: Ecce noui, quia non eſt Deus in omni terra, niſi in Iſrael. Et nunc accipe benedictionem a ſeruo tuo. Et dixit Eliſæe: Viuit Dominus, cui aſtiti coram eo; ſi accipiam. Et vrgebat eum accipere; & recuſauit. Et dixit Næman: Et ſi non; detur, quæſo, ſeruo tuo onus, ᵘ par mulorum, quoniam non faciet vltra ſeruus tuus holocauſtoma, & ſacrificium Dijs E alijs, ſed ᵛ Domino verbo hoc. Et propitiabitur Dominus ſeruo tuo: In ingrediendo dominum meum in domum Rhemman ad adorandum ibi, & ipſe requieſcet ſuper manū meam, & adorabo in domo Rhemman, dū ipſe adorat in domo Rhēman. Et propiciabitur nūc Dominus ſeruo tuo in verbo hoc. Et dixit Eliſæe ad Næman; Vade in pace. Et abijt ab eo ξ in Debrathà terræ. Et dixit Giezi puer Eliſæe: Ecce pepercit Dominus meus ipſi Næmā Syro huic, nō accipiēdo de manu eius, quæ attulit. Viuit Dominus, niſi currā poſt eū, & accipiā ab eo ali-

A eo aliquid. Et persequutus est Giezi post Næman. Et vidit eum Næman, currentē post se: & cōuersus est de curru in occursum eius. Et dixit* Pax. Dominus meus misit me, dicens: Ecce nunc venerūt ad me duo pueri e mōte Ephræm de filijs prophetarum. Da, quæso, eis talentum argenti, & duas mutatorias stolas. Et dixit: Accipe duplex talentum argenti. Et accepit duo talenta argenti in duobus marsupijs, & duas mutatorias stolas, & dedit super duos pueros suos: & tulerunt ante eū. Et venit in tenebrosum, & sumpsit de manu eorū, & deposuit in domo, & dimisit viros. Et ipse intrauit, & astitit apud dominum suum. Et dixit ad eum Elisæe: Vnde Giezi? Et dixit Giezi: Non iuit seruus tuus huc, & huc.

B Et dixit ad eum Elisæe: Nonne cor meū iuit tecum, quando * conuersus est vir de curru in obuiam tibi? Et nunc accepisti argentū, & nunc accepisti ᶠ vestimēta, & oliueta, & vineta, & oues, & boues, & pueros, & ancillas: & lepra Næman adhærebit in te, & in semine tuo in seculum. Et egressus est a facie eius leprosus tanquam nix.

α Princeps virtutis.] *Compl* ὁ ἀρχιστράτηγος βασιλέως συρίας, princeps militiæ regis Syriæ, *vt vulgata*. β Acceptus facie.] *τεθαυμασμένος προσώπῳ, idest, cuius faciem admirabantur, quem honorabant: quare vulgata*, honoratus. γ Syria.] *Sic etiam alius codex: & respondet hebræo: & volūt subintelligi præpositionē*, de Syria, *vt vulg. & alii codices græci* ἐκ συρίας, de Syria. *In aliquibus vero est*, καὶ συρία ἐξῆλθον μονόζωνοι, πειρατήριον, & Syria

C exiuit, accincti, globus piratarū: *vt appareat duas esse interpretationes*, ἐξῆλθε πειρατήριον, ἐξῆλθον μονόζωνοι. *Nā & πειρατήριον, & μονόζωνοι, respondent eidē dictioni hebraicæ, quæ alibi dicta est G·ddur, vt suis locis notatū est. Hic quidē in hebræo est in numero multitudinis, quasi dicas* agmina. δ Samaria.] *Sic etiam hebræus, & vulgata Compl. autem addit*, καὶ ἐδεήθη τοῦ προσώπου αὐτοῦ & oraret faciem eius. ε Curabit.] *Idcirco videtur verbum istud* ἀποσυνάξει, *vsurpatum esse hic, & paulo post pro* curabit, *quoniam verbum hebræum valet* colligere, & recolligere. ζ Deus.] *Sic & alius codex. Cæteri* μὴ θεὸς, Nunquid Deus. η Mihi.] *Locutio hebræa, & significat idem, ac* πρὸς ἐμὲ, aduersum me, *quod est in Compl.* θ Elisæe.] *Compl. addit* ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ. *quod in vulgata* vir Dei. ι Super omnes aquas.] *Conuenit cum græco, & vulgata In aliquot vero codicibus est, & in Compl.* ὑπὲρ τὸν ἰορδάνην, καὶ πάντα (*aut* ὑπὲρ πάντα) τὰ ὕδατα ἰσραήλ. *S. Ambrosius in cap. 4. Ihū.* Nonne boni Abana & Farsar fluuij Damasci præ Iordane? κ Magnum verbum.] *Compl.* πάτερ, εἰ μέγαν λόγον ἐλάλησε πρὸς σὲ ὁ προφήτης, οὐκ ἂν ἐποίησας, καθότι εἶπε πρὸς σέ, λοῦσαι, Pater, si magnum locutus esset verbum ad te propheta; nonne fecisses, sicut dixit ad te lauare, &c. *Et in hebræo quidem est*, Pater mi: *sed cætera verborum constructio valde similis est nostræ, licet eundem sensum habeat, ac Compl. & vulgata.* λ Elisæe] *Compl* τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ, hominis Dei: *itemque paulo post*. μ Onus par mulorum.] γόμος ζεύγους. *In aliis partim* γόμορ ζεῦγος, Gomor, par, *partim* γόμορ ζεύγους, Gomor paris. *Compl.* γόμος ζεύγους ἡμιόνων γῆς, onus paris mulo-

D rum de terra, *quod respondet vulgata. Theodoretus q. 19. in hunc locum hæc scribit*, Admirabilis ille vir ipsam quoque terram Israel sanctificatam esse credens, postulauit accipere de ea δύο γόμους ἡμιονικοὺς, duo mulorum onera, vt super eam tantummodo offerret Domino Deo sacrificia. *Quod autem sequitur in nonnullis*, καὶ σύ μοι δώσεις ἐκ τῆς γῆς τῆς πυῤῥᾶς, & tu mihi dabis de terra rubra, *abest etiam à Compl. & vulgata.* ξ Domino.] *Cæteri fere addunt* μόνῳ, soli: *sicut etiam Theodoretus: quod tamen abest ab hebræo, & vulgata. In verbis, quæ sequuntur, magna est codicum varietas: & in multis apparet coagmentatio diuersarum interpretationum. Theodoretus sic recitat*, καὶ περὶ λόγου τούτου ἱλάσεταί μοι κύριος τῷ δούλῳ σου, ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι τὸν κύριόν μου εἰς οἶκον ῥεμμὰν προσκυνῆσαι ἐκεῖ, ὅτι αὐτὸς ἐπαναπαύεται ἐπὶ τῆς χειρός μου. Et de verbo hoc propitiabitur mihi Dominus seruo tuo, in ingrediendo dominum meum in domum Rhemmon ad adorandum illic: quoniam ipse inniti solitus est super manum meam. *Et ita fere Complutensis, nisi quod habet* ἐπαναπαύσεται *vt nostra.* ο In Debratha.] *Aliquot libri, & in Compl.* ἐν χαβραθᾶ, *quod in vulgata*, electo tempore. *Alii ea dictione significari putant* quasi milliare. π Pax.] *Complutensis*, εἰρήνη; καὶ εἶπε γιεζὶ, εἰρήνη. Pax? Et dixit Giezi: Pax: *& ita*

E *hebræus.* ρ Conuersus est.] ἐπέστρεψεν. *Theodoretus, & Complut.* κατεπήδησεν, desilijt. *Sed S. Augustinus 22. de ciuit. cap. 29 hæc scribit*, Nam secundum interpretes lxx. ista sunt ad Giezi verba prophetæ: Nonne cor meum tecum ibat, & noui, quod conuersus est vir de curru suo in obuiam tibi. σ Vestimenta, & olıueta.] *Ita in alio etiam codice. Alius*, τὰ ἱμάτια, ἵνα κτήσῃ ἐλαιῶνας, vestimenta, vt acquiras olıueta. *Cæteri* καὶ λήψῃ ἐν αὐτῷ κήπους, καὶ ἐλαιῶνας, & accipies in eo hortos, & olıueta, *itēque Theodoretus, nisi quod pro*, ἐν αὐτῷ, *habet*, σεαυτῷ, tibi. *Apud quem etiam sequitur*, καὶ ἀμπελῶνας, καὶ ποίμνια, καὶ βουκόλια, καὶ δούλους, καὶ δούλας, & vineas, & greges, & armenta boum, & seruos, & seruas: *quemadmodum & in Compl. & respondent vulgatæ. S. Ambr. in cap 4. Luc* Accepisti pecuniam, & possidebis ex ea agrum, & vineas, & olıueta, & greges: & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in æternum.

CAP. VI. A

ET dixerunt filij prophetarũ ad Elisæe: Ecce nunc locus, in quo nos habitamus corã te, angustus a nobis. Eamus nunc vsque ad Iordanẽ, & capiamus inde, vir vnus trabẽ vnam, & faciamus nobis ipsis ᵃ ibi ad habitandum ibi. Et dixit: Vadite. Et dixit vnus ᵇ leniter: Veni cum seruis tuis. Et dixit: Ego ibo. Et iuit cũ eis: et venerunt ad Iordanẽ, & cædebant ligna. Et ecce vnus deijciens trabem: & ferrum ᵞ cecidit in aquam. Et clamauit, Heu domine: & hoc ᵈ absconditum. Et dixit homo Dei: Vbi cecidit? Et ostendit ei locum. Et amputauit lignum, & proiecit illuc: & enatauit ferrum. Et dixit: ᵉ Eleua tibi. Et extendit manũ, & cepit illud. Et rex Syriæ erat bellãs in Israel: & consultabat apud pueros suos, dicens: In loco isto quodam ᶠ Elmoni castrametabor. Et misit Elisæe ad regem Israel, dicens: Obserua non transire in locum istum: quoniam ibi Syria abscondita est. Et misit rex Israel ad locum, quem dixerat ei Elisæe: & obseruauit se inde non semel, neque bis. Et emota est anima regis Syriæ de verbo hoc. Et vocauit pueros suos, & dixit. Nõ annũciabitis mihi, quis prodit me regi Israel? Et dixit vnus puerorum eius: Nequaquã domine mi rex: quoniã Elisæe propheta, qui in Israel, annunciat regi Israel omnia verba, quæcumque locutus fueris in thalamo cubiculi tui. Et dixit: Vadite, videte, vbi iste: & mittens capiã eum. Et annunciauerunt ei, dicentes: Ecce in Dothaim. Et misit illuc equum, & currum, & virtutem grauem: & venerunt nocte, & circundederunt ciuitatẽ. Et euigilauit minister Elisæe ad surgendũ, & egressus est: & ecce virtus circundans ciuitatem, & equus, & currus. Et dixit puer ad eum: Heu Domine, quomodo faciemus? Et dixit Elisæe: Ne timeas: quoniam plures, qui nobiscũ, super eos, qui cum illis. Et deprecatus est Elisæe, & dixit: Domine aperi, quæso, oculos pueri, & videat. Et aperuit Dominus oculos eius, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & currus ignis circa Elisæe. Et descenderunt ad eum. Et deprecatus est ad Dominum, & dixit: Percute nunc gẽtem hanc cæcitate. Et percussit eos cæcitate iuxta verbum Elisæe. Et dixit ad eos Elisæe: Nonne hæc ciuitas, & hæc via? Venite post me, & ducam vos ad virum, quem quæritis. Et abduxit eos ad Samariam. Et factum est, vt intrarunt in Samariam; & dixit Elisæe: Aperi, quæso, Domine oculos eorum, & videant. Et aperuit Dominus oculos eorum, & viderunt: & ecce erant in medio Samariæ. Et dixit rex Israel ad Elisæe, vt vidit eos: Si percutiens percutiam pater? Et dixit: Non percuties: ᵃ Nunquid quos captiuasti in gladio tuo, & arcu tuo, ᵇ tu percutis? Appone panes, & aquam coram eis, & comedant, & bibant, & abeant ad dominum suum. Et apposuit eis appositionem magnam; & comederunt, & biberunt. Et misit eos; & abierunt ad dominum suum. Et non adiecerunt vltra accincti Syriæ venire in terram Israel. Et factum est post hæc, & congregauit filius Ader rex Syriæ omnia castra sua, & ascendit, & obsedit super Samariam. Et facta est fames magna in Samaria: & ecce obsederunt super eam: donec factum est caput asini ᶜ quinquaginta argenti, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argẽti. Et fuit rex Israel obambulans super murum. Et mulier clamauit ad eum, dicens: Salua Domine rex. Et dixit ei: ᵃ Non te saluet Dominus, vnde saluabo te, nunquid ab area, aut a torculari? Et dixit ei rex: Quid est tibi?

B C D E

A est tibi? λ Et dixit: Mulier hæc dixit ad me: Da filium tuum, & comedemus eum hodie: & filium meum comedemus cum cras. Et coximus filium meum, & manducauimus eum. Et dixi ad eam die secunda: Da filium tuum, & comedamus eum. Et occultauit filium suum. Et factum est, vt audiuit rex Israel verba mulieris; conscidit vestimenta sua, & ipse obambulabat super murũ: & vidit populus saccũ super carnẽ eius ab intus. Et dixit: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; si stabit caput Elisæe super ipsum hodie. Et Elisæe sedebat in domo sua: & seniores sedebant cum eo. Et misit virum μ ante faciem suam. Antequam veniret nuncius ad se, & ipse dixit ad seniores: Si ν vidistis quia mi
B sit filius homicidæ hic auferre caput meum? Videte cum venerit nuncius, claudite ostium, & opprimite eum in ostio. Nonne vox pedum domini eius post eum? Adhuc ipso loquente cum eis, & ecce nuncius descendit ad eum, & dixit: Ecce hoc malum a Domino. Quid expectabo ξ Domino vltra?

α Ibi.] *Compl* σκέπην, *tegmen. Vulgata* locum. β Leniter. Veni.] *Aliquot libri*, δεῦρο, ἐπιεικῶς, δεῦρο, veni, leniter, veni. *significat autem illud* leniter, *ipsius obseruantis pudorem: quasi dicat, vt est in hebræo*, complaceat tibi venire. γ Cecidit.] *Compl addit* ἐκ τοῦ στελέχους, ex manubrio: *quod abest ab hebræo.* δ Absconditum.] κεχρυμμένον, *& ita duo libri veteres, & aliquot ex impressis. In alio, & in commentarijs græcis, & apud Theodoretum*, κεχρησμένον, *in alio & in Compl.* κεχρημένον, commodatum, mutuo acceptum. *S. Augustinus serm. 2 Dom. 7 post Trinit* Heu domine mi, & ipsum mutuo susceperam. ε Eleua tibi.] *Sic hebræus. Compl. vero* ὕψωσον, *ᾗ* λαβὲ σεαυτῷ, attolle, & cape tibi. ζ Elmoni] εἰς τὸν τόπον τὸν δὲ τινὰ ἐλμωνί. *Ita libri veteres, qui collati sunt Theodoretus q. 20.* Quid est, εἰς τὸν τόπον τὸν ἐλμωνί; perinde, ac si quis dicat, εἰς τὸν δεῖνα τόπον, in hunc locum. Hoc enim significat illud, ἐλμωνί. *In alio Theodoreti codice est* φελμωνί: *in alio* φελμωνί. *Interpres* Phelmoni, alij Elmoni. *Compl.* εἰς τὸν τόπον φελωνί ἐλμωνί ποιήσομεν ἔνεδρον in loco Pheloni, Elmoni faciemus insidias. *Quæ dictiones hebraicæ sunt etiam Ruth. 4. vbi græcus* κρύφιε, hic absconditi, *Vulgata*, vocans eum nomine suo, *chaldæus*, vir cuius humiles viæ eius. *Alij*, o quidam singularis: *alij*, tu talis, & talis. *Et 1. Reg. 21 vbi græce* φελανὶ μαμωνί, *aut, vt in Compl* φελανὶ ἀλμωνί, *& vulgata* in illum, & illũ locum; *chaldæus* absconditum, & custoditum, *alij*, obscurum talis. κ Nunquid, quos captiuasti.] *Optime respondet hebræo, si isto modo interpretemur. Theodoretus non refert illa* tu percutis, σὺ τύπτεις, *ideo non apparuit interrogationem: quare ita verteretur hic locus.* Non percuties, nisi quos captiuasti in gladio tuo & arcu tuo. Appone, &c. *Compl. autem* οὓς ᾐχμαλώτευσας ἐν ῥομφαίᾳ σου, καὶ τόξῳ σου σὺ πατάξεις, quos captiuasti in gladio tuo, & arcu tuo, tu percuties. θ Quinquaginta.] *S. Augustinus serm. 3. Dom 7. post Trin.* quinquaginta siclis argenti *Compl.* ὀγδοήκοντα, octoginta, *vt vulgata.* ι Salua.] *Compl. addit* με, me, *vt vulgata.* κ Non te saluet Dominus.] *Est locutio hebræa, quæ significat* nisi te saluet Dominus. λ Et dixit: Mulier hæc.] *Sic hebræus, & vulgata; quamuis alij aliter interpungant. Compl. autem*, καὶ εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ γυνὴ αὕτη. Et dixit ei mulier: Mulier hæc. μ Ante faciem suam. Antequam veniret.] *Non habet plura hebræus Compl. autem* ἐκ προσώπου αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν, a facie sua ad eum. Et antequam veniret. *Et illud quidem* καὶ *est etiam in alijs.* ν Si vidistis.] *Sic Lucifer in lib de non parcendo in Deum delinquentibus: quod græce in duobus manuscriptis est* εἰ οἴδατε. *Theodoretus* εἰ οἴδατε, si nostis. *Alij* μὴ οἴδατε, nunquid scitis, *vt vulgata. Compl.* ἑωράκατε, vidistis. ξ Domino.] *est phrasis hebræa, quam supplet vulgata*, a Domino. *Compl. autem* τί δεηθῶ τοῦ κυρίου ἔτι, quid orabo Dominum amplius.

CAP. VII.

E ET dixit Elisæe: Audi verbum Domini: Hæc dicit Dominus: α Sicut hora hæc, cras mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ ordeorum siclo in portis Samariæ. Et respondit Tristata, super quem rex innitebatur super manũ eius, ad Elisæe, & dixit: β Ecce faciet Dominus cataractas in cælo; nunquid erit verbum hoc? Et Elisæe dixit: Ecce tu videbis oculis tuis: & inde non comedes. Et quatuor viri erãt leprosi apud ostium ciuitatis: & dixit vir ad proximum suum: Quid nos sedemus hic, donec moriamur? Si dixerimus, ingrediamur in ciuitatẽ; & fames in ciuitate: & moriemur ibi. Et, si sederimus hic; & moriemur. Et nunc venite, & γ incidamus in castra Syriæ: si viuificauerint nos; & vi

uemus:& si mortificauerint nos;& moriemur. Et surrexerunt in tenebris ad in- A
trandum in castra Syriæ : & venerunt in partem castrorum Syriæ : & ecce non
est vir ibi. Et Dominus δ audientia fecerat castra Syriæ vocem currus, & vo-
cem equi, vocem virtutis magnæ. Et dixit vir ad fratrem suum: Nunc mercede
conduxit super nos rex Israel reges Chettæorum, & reges Ægypti ad venien-
dum super nos. Et surrexerunt, & aufugerunt in tenebris,& reliquerunt taber-
nacula sua, & equos suos, & asinos suos in castris, sicut ε sunt: & fugerunt
ζ ad animam suam. Et intrauerunt leprosi hi vsque ad partem castrorum,& in-
trauerunt in tabernaculum vnum, & comederunt, & biberunt, & tulerunt
inde argentum, & aurum, & vestem. Et ª iuerunt, & conuerterunt se in- B
de, et intrauerunt in tabernaculum aliud, et sumpserunt inde, & iuerunt, &
absconderunt. Et dixit vir ad proximum suum: ᵇ Non sic nos facimus. Dies
hæc, dies boni nuncij est: & nos tacemus,& manemus vsque ad lucem matuti-
nam,& inueniemus iniquitatem. Et nunc agite,& intremus,& annunciemus in
domum regis. Et intrarunt,& clamauerunt ad portam ciuitatis,& annunciaue-
runt eis, dicentes: Intrauimus in castra Syriæ : & ecce non est ibi vir,& vox ho-
minis: quoniam nisi equus ligatus,& asinus,& tabernacula eorum, sicut sunt. Et
clamauerunt ianitores, & annunciauerunt in domum regis intus. Et surrexit
rex nocte,& dixit ad pueros suos: Annunciabo nunc vobis, quæ fecit nobis Sy- C
ria. Nouerunt, quia esurimus nos: & exierunt de castris,& absconderunt se in
agro, dicentes: Quoniam egredientur de ciuitate:& comprehendemus eos vi-
uentes,& in ciuitatem intrabimus. Et respondit vnus puerorum eius,& dixit:
Sumant nunc quinque de equis residuis, qui ' remanserunt hic (ecce sunt ad
omnem multitudinem Israel, quod defecit)& mittemus illuc,& videbimus. Et
sumpserunt duos ascensores equorum: Et misit rex Israel post ª regē Syriæ, di-
cens: Ite,& videte. Et iuerunt post eos vsque ad Iordanem. Et ecce omnis via
plena vestimentorum, & vasorum, quæ proiecerat Syria, dum ipsi pauerent.
Et reuerterunt nuncij,& annunciauerunt regi. Et exiuit populus:& diripuerunt D
castra Syriæ. Et facta est mensura similaginis siclo iuxta verbum Domini, &
duæ mensuræ ordeorum siclo. Et rex statuit Tristatam, super quem rex innite-
batur ^ manu sua, super portam. Et conculcauit eum populus in porta: & mor-
tuus est; sicut locutus est homo Dei, qui locutus est in ascendendo nuncium ad
eum. Et factum est, sicut locutus est Elisæe ad regem, dicens: Duæ mensuræ or-
dei siclo: & mensura similaginis siclo:& erit, sicut hora, cras in porta Samariæ:
Et respondit Tristata ad Elisæe, & dixit: Ecce Dominus facit cataractas in cæ-
lo; nunquid erit verbum hoc? Et dixit Elisæe: Ecce videbis oculis tuis,& inde
non comedes. Et factum est ita. Et conculcauerunt eum populus in porta: E
& mortuus est.

α Sicut hora hæc.] *Sæpe obseruata est huiusmodi locutio. S. Augustinus eodem serm. 3.* hac hora. β Ecce faciet.] *Etiam hic hebraismus est, & valet idem, atque illud, quod est in Compl.* καὶ ἐὰν κύριος ποιῇ, Etiam, si Dominus faceret. *Eadem varietas est in extremo cap.* γ Incidamus.] *Eadem est propria notio verbi hebraici: sed significat etiam* confugiamus. δ Audientia fecerat.] *Sic visum est hoc loco reddendum illud* ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν παρεμβολὴν τῆς συρίας φωνὴν ἁρμάτων, fecerat, vt castra Syriæ audirent vocem currus. *Compl. habet* φωνὰ ἁρμάτων, *quare verti posset,* resonantia fecerat voce curruum. ε Sunt.] *Alii* ἦσαν, erant, *hebræus more suo* ipsa. ζ Ad animam suam.] εἰς τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν: *Respondet optime hebræo: & significat, vt apparet ex vulgata,* ad saluandam tantum animam. *Compl.* κατὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν, secundum

A animas suas. *ν* Iuerunt.] *In Compl. additur,* καὶ κατέκρυψαν, & absconderunt, *vt vulgata.* *θ* Non sic.] *Idest,* non recte, *vt hebraeus. Compl. autem per interrogationem.* τί οὕτως ἡμεῖς ποιοῦμεν σήμερον; Quid ita nos facimus hodie? *ι* Remanserunt hic.] *Sunt plura verba in Comp. ac certe etiam in hebraeo est quaedam geminatio, & repetitio: quae tamen non multum ad sententiam facit.* *κ* Regem.] *Compl.* ὀπίσω συρίας, post Syriam *Vulgata,* in castra Syriae. *λ* Manu sua.] *Alii addunt,* αὐτοῦ, *& vertendum* super manum eius, *vt supra hoc eodem capite.*

CAP. VIII.

ET Elisaee locutus est ad mulierem, cuius viuificauerat filium, dicens: Surge, & vade tu, & domus tua, & incole, vbicumque incolueris: quoniam
B vocauit Dominus famem ad terram: *a* & etiam venit ad terram septẽ annis. Et surrexit mulier, & fecit iuxta verbum Elisaee, & ipsa, & domus eius: & incoluit in terra alienigenarum septem annos. Et factum est post finem septem annorum; & reuertit mulier de terra alienigenarum in ciuitatem: & venit clamare ad regem de domo sua, & de agris suis. Et rex loquebatur ad Giezi puerum Elisaee hominis Dei, dicens: Narra nunc mihi omnia magna, quae fecit Elisaee. Et factum est eo narrante regi, quomodo suscitauit filium mortuum; & ecce mulier, cuius suscitauerat filium eius Elisaee, clamãs ad regem de domo sua, & de agris suis. Et dixit Giezi: Domine rex, haec est mulier, et hic filius eius,
C quem suscitauit Elisaee. Et interrogauit rex mulierem. Et narrauit ei. Et dedit ei rex eunuchum vnum, dicens: Fac redire omnia, quae ipsius, et omnia genimina agri a die, qua reliquit terram, vsque nunc. Et venit Elisaee in Damascum. Et filius Ader rex Syriae aegrotauit. Et annunciauerunt ei, dicentes: Venit homo Dei vsque huc. Et dixit rex ad Asael. Sume in manu tua *β* Manaa, et vade in occursum hominis Dei, et inquire Dominũ ab eo, dicens, si viuã ex infirmitate mea hac. Et iuit Azael in occursum eius, et sumpsit Manaa in manu sua, et omnia bona Damasci, onus quadraginta camelorũ: et venit, et stetit corãeo, et dixit ad Elisaee: Filius tuus filius Ader rex Syriae misit me ad te interrogare, di-
D cẽs, si viuã ex infirmitate mea hac. Et dixit Elisaee: Vade, dic, Vita viues: *γ* Et ostẽdit mihi Dominus, quia morte morietur. Et *δ* stetit facie sua, et posuit vsque ad cõfusionẽ. Et plorauit homo Dei. Et dixit Azael: Quid, quod dominus meus plorat? Et dixit: Quoniam noui, quaecumque facies filijs Israel mala: munitiones eorum mittes in ignem, et electos eorum in gladio occides, et infantes eorum *ε* concuties, et praegnantes eorum discerpes. Et dixit Azael: Quis est seruus tuus, canis mortuus; quia faciet verbum hoc. Et dixit Elisaee: Ostendit mihi Dominus te regnantem super Syriam. Et abijt ab Elisaee, et intrauit ad dominum suum. Et dixit ei: Quid dixit tibi Elisaee? Et dixit: Dixit mihi: Vita vi-
E uet. Et factum est crastina, et sumpsit *ζ* Machbar, et tinxit in aqua, et circumiecit super faciem eius: et mortuus est. Et regnauit Azael pro eo. In anno quinto Ioram filio Achaab *η* regi Israel, et Iosaphat regi Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. Filius triginta et duorum annorum erat in regnando ipsum: et octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit in via regum Israel, sicut fecerat domus Achaab: quoniam filia Achaab erat ei in vxorẽ. Et fecit malum in conspectu Domini. Et noluit Dominus corrumpere Iudam propter Dauid seruum suum; sicut dixit dare ei lucernam, et filijs eius, omnibus diebus. In diebus eius rebellauit Edom de sub manu Iuda. Et regnare fecerunt super se regem.

gem. Et ascendit Ioram in Sior, et omnes currus, qui cum eo. Et factum est, cum ipse [θ] surrexisset; et percussit Edom, qui circumierat super eum, & principes curruum. Et fugit populus ad tabernacula sua. Et rebellauit Edom [ι] sub manu Iuda vsque in diem hanc. Tunc rebellauit Lebna in tempore illo. Et reliqua verborum Ioram, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis: & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauid patris sui. Et regnauit Ochozias filius eius pro eo. In anno duodecimo Iorã filio Achaab regi Israel, regnauit Ochozias filius [κ] Ioram. Filius viginti & duorum annorum Ochozias in regnando ipsum: & annum vnum regnauit in Hierusalem: & nomen matris eius Gotholia filia Ambri regis Israel. Et ambulauit in via domus Achaab: & fecit malum in conspectu Domini, sicut [λ] domus Achaab. Et iuit cum Ioram filio Achaab ad bellum cum Azael rege [μ] alienigenarum in Rhemmoth Galaad. Et percusserunt Syri ipsum Ioram. Et reuertit rex Ioram, vt curaretur in Iezrael à plagis, quibus percusserant eum in Rhemmath, in bellando ipsum cum Asael rege Syriæ. Et Ochozias filius Iorã descendit ad videndum Iorã filium Achaab in Iezrael; quia ægrotabat ille.

A

B

[α] Et etiam venit.] *Propius ad phrasim hebræam, quàm quod est in Compl. & apud Theodoretum,* καὶ παρέσται, & aderit. [β] Manaa.] *Compl.* δῶρα, dona: *qua dictione vtitur etiam Theodoretus, sed tanquam de suo. Inquit enim regem misisse Azael, &* δῶρα πολυτελῆ munera preciosa. *Videatur infra cap. 16.* [γ] Et ostendit mihi.] *Idem ordo verborum est in hebræo: alius autem in Compl.* [δ] Et stetit facie sua, & posuit vsque ad confusionem.] *Eodem modo hebræus. & habet fortasse alium sensum, quàm qui in Compl. exprimitur,* καὶ ἔστη ἀζαὴλ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ παρέθηκεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὰ δῶρα ἕως ᾐσχύνθη. Et stetit Azael ad faciem eius, & apposuit coram eo dona, donec confusus est. *Non enim de Azael loquitur, sed de Elisæo, qui quasi obriguerit faciem, atque eam firmauerit ita, vt suffunderetur, & conturbaretur. Quamquam illa,* καὶ παρέστη τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, *quæ nos vertimus,* & stetit facie sua, *possunt etiam verti,* & astitit faciei eius, *idest Elisæus faciei Azael. Sic enim vulgata,* stetitque cum eo. [ε] Concuties.] ἐδαφιεῖς *Compl.* ἐδάφη [illegible], elides, *vt vulgata.* [ζ] Machbar.] *In vno codice vetusto, & in Compl. & apud Theodoretum q. 25. legitur* στρῶμα, stragulum: *quod est interpretatio illius.* [η] Regi Israel.] *Rursus dandi casus pro casu generandi ob eundem hebraismum. Quæ autem sequuntur,* & Iosaphat regi Iuda, *absunt à multis: & videntur redundare.* [θ] Surrexisset.] *Compl.* ὡς ἀνέστη [illegible], vt surrexit nocte. [ι] Sub manu Iuda.] ὑποκάτω τῆς χειρὸς ἰούδα. *Alii* ὑποκάτωθεν, de sub manu, *vt paulo superius.* [κ] Ioram.] *Compl. addit,* βασιλέως ἰούδα, regis Iuda, *vt vulgata.* [λ] Achaab.] *In aliis additur,* ὅτι γαμβρὸς (*al.* γαμβρὸς γὰρ) οἴκου ἀχαὰβ ἦν, *quod vulgata,* gener enim domus Achaab fuit. [μ] Alienigenarum.] *Compl.* Συρίας, Syriæ, *vt vulgata.*

C

D

CAP. IX.

ET Elisæe propheta vocauit vnum ex filijs prophetarum, & dixit ei: Accinge lumbum tuum, & sume lentem olei huius in manu tua: & vade in Rhẽmoth Galaad. Et ingredieris illuc, & videbis ibi Ihù filium Iosaphat filij Namesi. Et ingredieris, & suscitabis eum de medio fratrum eius, & introduces eum in cubiculum in [α] cubiculo: & sumes lentem olei, & effundes super caput eius, & dic: Hæc dicit Dominus: Vnxi te in regem super Israel. Et aperies ostiũ, & fugies, & non manebis. Et iuit puer propheta in Rhemmoth Galaad, & intrauit: & ecce principes virtutis sedebant. Et dixit: Verbum mihi ad te ò princeps. Et dixit Ihù: Ad quem ex omnibus nobis? Et dixit: Ad te ò princeps. Et surrexit, & intrauit in domum. Et effudit oleum super caput eius, & dixit ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vnxi te in regem super populum Domini, super Israel: & exterminabis domum Achaab domini tui à facie mea: & vindicabis sanguines

E

seruorum

A seruorum meorum prophetarum, & sanguines omnium seruorum Domini de manu Iezabel, & de manu totius domus Achaab: & exterminabis domui Achaab mingentem ad parietem, & clausum, & derelictum in Israel. Et dabo domum Achaab, sicut domum Hieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Achia. Et Iezabel comedent canes in portione Iezrael: & non est sepeliens. Et aperuit ostium, & fugit. Et Ihù egressus est ad pueros domini sui Et dixerunt ei: * Pax? Quid, quod intrauit arreptitius iste ad te? Et dixit eis. Vos nostis virum, & garrulitatem eius. Et dixerunt: * Iniustum: annuncia nunc nobis. Et dixit Ihù ad eos: Sic, & sic locutus est ad me dicens: & dixit: Hæc dicit Dominus: Vnxi te in regem super Israel. Et audientes festinauerunt: & sumpsit vnusquisque vestimentum suum: & posuerunt sub eo super * Garem graduum. Et clanxerunt in cornea, & dixerunt: Regnauit Ihù. Et conuertit se Ihù filius Iosaphat filij Namesi ad Ioram. Et Ioram * ipse custodiebat in Rhemmoth Galaad, & omnis Israel a facie Asael regis Syriæ. Et reuerterat Ioram rex ad curandum se in Iezrael a plagis, quibus percusserant eum Syri in bellando ipsum cum Azael rege Syriæ. Et dixit Ihù: Si est anima vestra mecum; non exeat de ciuitate profugus ad eundum, & annunciandum in Iezrael. Et equitauit, & iuit Ihù, & descendit in Iezrael, quoniam Ioram rex Israel curabatur in Iezrael * a vulneribus sagittarum, quibus sagittauerunt eum ipsi Aramin in Rhammath in prælio cum Azael rege Syriæ: quoniam ipse potens, & vir virtutis. Et Ochozias rex Iuda descenderat videre Ioram. Et speculator ascendit super turrim Iezrael: & vidit * puluerem Ihù in adueniendo illum: & dixit: Puluerem ego video. Et dixit Ioram: Sume ascensorem, & mitte ante eos, & dicat: Si pax? Et iuit ascensor equi in occursum eorum, & dixit: Hæc dicit rex. * Pax? Et dixit Ihù: Quid tibi, & paci? Conuertere ad posteriora mea. Et annunciauit speculator, dicens: Venit nuncius vsque ad eos, & non reuertit. Et misit ascensorem equi secundum. Et venit ad eum, & dixit: Hæc dicit rex: Pax? Et dixit Ihu: Quid tibi, & paci? Conuertere ad posteriora mea. Et annunciauit speculator, dicens: Venit vsque ad eos, & non reuertit: & * agens agit Ihù filium Namesi, quia inæqualitate factus est. Et dixit Ioram: Iunge. Et iúxit currum. Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, vir in curru suo: & exierunt in obuiam Ihù: & inuenerunt eum in portione Nabuthæ Iezraelitæ. Et factum est, vt vidit Ioram Ihù; & dixit: Pax Ihù? Et dixit Ihù: Quid pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa. Et conuertit Ioram manus suas, & fugit: & dixit ad Ochoziam: Dolus Ochozia. Et impleuit Ihù manum suam in arcu, & percussit Iorã inter brachia eius: & exiuit iaculum suum per cor eius. Et procubuit super genua sua. Et dixit ad Badecar tristatamq; suum; Proijce eum in partem agri Nabuthæ Iezraelitæ: quoniam memini ego, & tu, qui ascenderamus super currus post Achaab patrem eius, & Dominus * assumpsit super eum assumptionem hanc: Si non sanguines Nabuthæ, & sanguines filiorum eius vidi heri,, dicit Dominus: & retribuam ei in parte hac, dicit Dominus. Et nunc tollens, quæso, proijce eum in portionem iuxta verbum Domini. Et Ochozias rex Iuda vidit, & fugit viam Bæthgan. Et persequutus est post eum Ihù, & dixit: Etiam * ipsum. Et percussit eum ad currum in ascendendo Gai, quæ est Ieblaam. Et fugit in Mageddo: & mortuus est ibi. Et ascendere fecerunt eum pueri eius super currum:

rum:& adduxerunt eũ in Hierusalem : & sepelierunt eũ μ in sepulchro eius in A
ciuitate Dauid. Et in anno vndecimo Ioram regis Israel regnauit Ochozias super Iudam. Et venit Ihù in Iezrael. Et Iezabel audiuit, & stibio depinxit oculos suos, & ν bonum fecit caput suum, & prospexit per fenestram. Et Ihù ingrediebatur in ciuitatem. Et dixit: Pax Zambri homicida domini sui? Et eleuauit faciem suam ad fenestram, & vidit eam, & dixit: Quæ es tu? Descende mecum. Et respexerunt ad eum duo eunuchi. Et dixit: Præcipitate eam. Et præcipitauerũt eam. Et aspersum est de sanguine eius ad parietem, & ad equos: & conculcauerunt eam. Et intrauit, & comedit, & bibit, & dixit: Visitate, quæso, maledictam istam, & sepelite eam : quoniam filia regis est. Et iuerunt sepelire eam: & B
non inuenerunt in ea aliud quid, quàm cranium, & pedes, & vestigia manuum. Et reuerterunt, & annunciauerunt ei. Et dixit: Verbum Domini, quod locutus est in manu Eliu Thesbite, dicens: In parte Iezrael canes comedent carnes Iezabel. Et erit morticinum Iezabel tanquam stercus super faciem agri in parte Iezrael, vt non ξ dicant ipsi Iezabel.

α In cubiculo.] *Aut* in cubiculum : *quomodo non raro solet vsurpari illud* ἐν. *Et propius quodammodo accedit ad phrasim hebræam, quàm quod est in Compl.* ἐκ ταμιείου, è cubiculo. *A quibusdam abest hæc pars.* β Pax?] *Compl. addit,* καὶ εἶπεν αὐτοῖς, εἰρήνη, Et dixit eis: Pax. *quæ tamen absunt ab hebræo.* γ Iniustum.] *Idem valet hoc loco* ἄδικον, *ac* falsum, *quod est in vulgata.* δ Garem.] *Interpretantur,* os, *idest* fastigium. C
ε Ipse custodiebat.[ἐφύλασσεν, *idest,* obsidebat, *sicut 2. reg. 11. Sed illud* ipse, αὐτὸς, *in aliis postponitur, vt in vulgata,* ipse & omnis Israel. ζ A vulneribus.] *Hinc vsque ad illud,* Et Ochozias, *absunt à Compl. & vulgata. Theodoretus q. 30. videtur in hoc capite agnoscere dictionem* Aramim, *quos inquit a cæteris interpretibus dictos esse Syros.* η Puluerem.] *Compl. addit* τοῦ ὄχλου, turbæ: *hebræus habet tantum, vt vulgata,* vidit globum. *Item paulo post pro* puluerem *Compl.* ὄχλον. θ Pax?] *Sic & alius codex cæteri,* εἰ εἰρήνη, si pax? *itemque in sequentibus.* ι Et agens agit.] *Compl* καὶ ἡ ἀγωγή, ὡς ἀγωγὴ ἐν παραλλαγῇ, διότι ἐν παραλλαγῇ ἦγεν. *Quod vulgata,* Est autem incessus quasi incessus, Iehu filii Namsi: præceps enim graditur. *In vno vetusto codice inuentum est,* καὶ ἀγωγὴ ἰού. *Theodoretus autem ita proponit quæstionem 31.* Quomodo intelligendum, καὶ ἡ ἀγωγὴ ἰοῦ υἱοῦ ναμεσσῖ, & ductus Iehu filij Namese? *Ac paucis interiectis inquit,* Nonnulla quidem exemplaria habent, καὶ ὁ ἄγων ἦγεν (al. ἤγαγεν) τὸν ἰοῦ, & agens agebat ipsum Iehu *idest* Deus. κ Sumpsit super eum assumptionem.] ἔλαβεν ἐπ' αὐτὸν τὸ λῆμμα. *Theodoretus q. 32. pro* ἔλαβεν, *quod optime respondet hebræo, habuit* ἐλάλησεν, loquutus est. *Docet autem, cur visiones propheticæ solitæ essent appellari* λήμματα. λ Etiam ipsum. Et percussit.] *Compl.* καί γε αὐτὸν πατάξατε, Etiam hunc percutite, *vt vulgata.* μ In sepulchro eius.] D
Pro his in Compl. est, μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, cum patribus suis. *In hebræo, & vulgata est vtrumque* in sepulchro cum patribus suis. ν Et bonum.] *Sic hebræus. Alij,* ἠγάθυνεν, ornauit. ξ Ipsi Iezabel.] *Compl.* αὕτη ἰεζάβελ, Hæc Iezabel.

CAP. X.

ET ipsi Achaab septuaginta filij in Samaria. Et scripsit Ihù librum, & misit in Samariam ad principes α Samariæ, & ad nutricios β Achaab, dicens: Et nunc, cum venerit liber hic ad vos, & vobiscum filij domini vestri, & vobiscum currus, & equi, & ciuitates munitæ, & arma : & videbitis eum, E
qui bonus, & rectus in filijs domini vestri : & constituetis eum super thronum patris eius: & bellabitis pro domo domini vestri. Et timuerunt valde, & dixerunt: Ecce duo reges non steterunt ad faciem eius : & quomodo stabimus nos? Et miserunt ij, qui super domum, & qui super ciuitatem, & seniores, & nutricij ad Ihù, dicentes: Pueri tui nos: & quæcumque dixeris ad nos, faciemus: non faciemus regnare virum: quod bonum in oculis tuis; faciemus. Et scripsit ad eos Ihù librum secundum, dicens: Si mei vos, & vocem meam vos exauditis; tollite caput virorum filiorum domini vestri, & afferte ad me, sicut hora, cras in Iezrael.

A zrael. Et filij reges erant septuaginta viri: hi magnates ciuitatis enutriebant eos. Et factum est, vt venit liber ad eos; & ceperunt filios regis, & iugulauerunt eos septuaginta viros: & posuerunt capita eorum in cartallis: & miserunt ea ad illum in Iezrael. Et venit nuncius, & annunciauit, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Et dixit: Ponite ea aceruos duos apud ostium portæ in ᵞ mane. Et factum est mane. Et ᵟ egressus est, & stetit, & dixit ad omnem populum: Iusti vos. Ecce ego quidem conuerti me super dominum meum, & occidi illum. Et quis percussit omnes istos? Videte • Appho; quia non cadet de verbo Domini in terram, quod locutus est Dominus super domum Achaab. Et
B Dominus fecit, quæcumque locutus est in manu serui sui Eliu. Et percussit Ihù omnes, qui remanserant in domo Achaab, & omnes magnates eius, & ζ notos eius, & sacerdotes eius; ita vt non relinqueret de eo reliquias. Et surrexit, & iuit in Samariam: ipse in • Bæthacath pastorum via. Et Ihù inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, & dixit: Quinam vos? Et dixerunt: Fratres Ochoziæ nos, & descendimus ad pacem filiorum regis, & filiorum dominatricis. Et dixit: Comprehendite eos viuos. Et iugulauerunt eos in Bæthacath quadraginta & duos viros: non reliquit virum ex eis. Et iuit inde, & inuenit Ionadab filium Rhecab in obuiam sibi, & benedixit eum. Et dixit ad eum Ihù: Si est cor
C tuum cum corde meo rectum; sicut cor meum cum corde tuo? Et dixit Ionadab: Est. Et dixit Ihù: Et, si est; da manum tuam. Et dedit manum suam. Et ascendere fecit eum ad se in currum, & dixit ad eum: Veni mecum, & vide in zelando me ′ Domino. Et sedere fecit eum in curru suo: & intrauit in Samariam. Et percussit omnes residuos ipsius Achaab in Samaria vsque ad delendum eum iuxta verbum Domini, quod locutus est ad Eliu. Et congregauit Ihù omnem populum, & dixit ad eos: Achaab seruiuit Baal pauca: Ihù seruiet ei multa. Et nunc omnes prophetæ Baal, omnes seruos eius, & sacerdotes eius vocate ad me: vir non • visitetur: quoniam sacrificium mihi magnum ipsi Baal. Om-
D nis, quicumque visitatus fuerit, non viuet. Et Ihù fecit in supplantatione; vt disperderet omnes seruos Baal. Et dixit Ihù: ᴧ Sanctificate solennitatẽ ipsi Baal. Et præcones pronunciauerunt. Et misit Ihù in omnẽ Israel, μ dicens: Et nũc omnes serui, & omnes sacerdotes eius, & omnes prophetæ eius: nemo relinquatur: quoniam sacrificium magnum facio. Quicumque defuerit; non viuet. Et venerunt omnes serui Baal, & omnes sacerdotes eius, & omnes prophetæ eius, non remãsit vir, qui non aduenerit. Et intrauerunt in domum Baal: & impleta est domus Baal, os ad os. Et dixit ei, qui super domum ′ Mesthaal: Profer indumentum omnibus seruis Baal. Et protulit eis præpositus stolarum. Et intrauit Ihù, & Io-
E nadab filius Rhecab in domum Baal; & dixit seruis Baal: Scrutamini, & videte si est vobiscum de seruis ξ Domini: quoniam tantum serui Baal soli. Et • intrauit ad faciendum sacrificia & holocausta. Et Ihù posuit sibi foris octoginta viros, & dixit: Vir, quicumque saluus euaserit de viris, quos ego adduco in manũ vestram; anima ipsius pro anima eius. Et factum est, vt ᵖ consummauit faciens holocaustosim; & dixit Ihù cursoribus, & tristatis: Intrantes percutite eos: non exeat ex eis vir. Et percusserunt eos in ore gladij, & proiecerunt cursores, & tristatæ: & iuerunt ᶳ vsque ad ciuitatem domus Baal: & extulerunt statuam Baal, & incenderunt eam. Et diruerunt titulos • Baal: & posuerunt eum in latrinam

vſque in diem hanc. Et deleuit Ihù Baal de Iſrael. Verumtamen de peccatis Hie- A
roboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, non receſsit Ihù a poſt ea. τ Vitulæ aureæ in Bæthel, & in Dan. Et dixit Dominus ad Ihù: Pro ijs, quæcumque bene feciſti, faciendo rectum in oculis meis υ iuxta omnia, quæcumque in corde meo, feciſti domui Achaab; filij quarti ſedebunt tibi ſuper thronum Iſrael. Et Ihù non obſeruauit ire in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non receſsit deſuper peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Iſrael. In diebus illis cepit Deus excidere in Iſrael. Et percuſsit eos Azael in omni termino Iſrael, a Iordane ad ortum Solis omnem terram Galaad ipſius Gadde, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ eſt ſuper labium torrentis Arnon, & Galaad, & Baſan. Et reli- B
qua verborum Ihù, & omnia, quæcumque fecit, & omnis potentatus eius, & coniurationes eius, quas coniurauit, nonne hæc ſcripta ſuper libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Ihù cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Samaria. Et regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Et dies, quibus regnauit Ihù ſuper Iſrael, viginti octo anni in Samaria.

α Samariæ.] *Compl.* τῆς πόλεως, ciuitatis, *vt vulgata: hebræus*, Iſrehel. β Achaab.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. autem* τῶν υἱῶν ἀχαάβ, filiorum Achaab. γ In mane.] *Valet idem, atque* ἕως πρωΐ, vſque mane: *quod eſt in Compl. & vulgata.* δ Et egreſſus eſt, & ſtetit.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autem, & alii nonnulli,* καὶ ἐξῆλθεν καὶ ἔστη ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, & egreſſus ſtetit in porta ciuitatis. ε Appho.] *Abeſt a Compl. & Theodoreto q. 32. Eſt tamen in hebræo: & in vulgata* nunc. *De ſimili quadam dictione notatum eſt ſupra cap. 2.* ζ Notos.] γνωστούς. *In vno libro eſt,* τοὺς γνώστας, Gnoſtas: *itemque apud Theodoretum, qui q. 33 hæc ſcribit.* Quos vocat γνώστας? Vates, qui putabantur futura ſcire. Nam ſicut prophetas vocabant ὁρῶντας, καὶ βλέποντας, videntes, & aſpicientes, tanquam, qui præuiderent futura; ita etiam vates ipſos vocabant Gnoſtas, tanquam qui & noſcere occulta putarentur, & prænoſcere, quæ nondum facta. *Interpres mutilato codice eſt vſus.* θ Bæthacath.] *Aut Bæthacad, vt Compl. Alii vertunt* domum tonſtrinæ, *alii* ligationis, *aut* congregationis. *Vulgata* cameram. ι Domino.] *Vſitatus hebraiſmus ſignificans* pro Domino, *vt vulgata. Nonnulli vero codices addunt* Sabaoth. κ Viſitetur.] *Et hic. Valet autem, vt alibi diximus,* deſideretur, deſit. λ Solennitatem.] *Hoc viſum eſt poſſe valere hoc loco* ἱερείαν, aut ſacrum. *Solet tamen ſignificare ſacerdotem fæminam.* Compl. θεραπείαν τοῦ βαάλ, cultum Baal. *Vulgata* diē ſolennem, *& in aliquo libro vtrumque coniungitur.* μ Dicens.] *Hinc vſque ad illud,* Et venerunt, *abeſt à Compl. & vulgata: itemque illa, quæ paulo poſt ſequũtur,* & omnes ſacerdotes eius, & omnes prophetæ eius. ν Meſthaal.] *Abeſt a Compl. Eſt tamen veſtigium dictionis hebraicæ, quæ ſignificat veſtiarium: & ab hebræo abeſt illud* domum. *Vulgata,* ſuper veſtes. ξ Domini.] *Non habet plura hebræus, nec vulgata. In nonnullis autem codicibus additur,* καὶ ἐξαποστείλατε πάντας τοὺς δούλους κυρίου τοὺς εὑρισκομένους ἐκεῖ. καὶ ἐγένετο καθὼς ἐλάλησεν Ἰού, ὅτι οὐκ εἰσὶ τῶν δούλων κυρίου, & emittite omnes ſeruos Domini, qui inueniũtur ibi. Et factũ eſt, & vt locutus eſt Ihu, quia non eſt de ſeruis Domini. *In Compl. autem,* καὶ εἶπον, οὐκ εἰσίν, ἀλλ᾽ ἢ δοῦλοι, Et dixerunt: Non ſunt, niſi ſerui, &c. ο Intrauit.] *Compl.* εἰσῆλθον, *& vulgata,* ingreſſi ſunt. π Conſummauit faciens.] *Compl. hoc etiam loco* συνετέλεσαν ποιοῦντες, conſummauerunt facientes. *Sed hebræus, & chaldæus, vt noſtra.* ρ Vſque ad ciuitatem domus Baal.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autem* ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ βαάλ, vſque ad templum Baal. σ Baal, & poſuerunt.] *Compl.* τοῦ βαάλ, καὶ καθεῖλον τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βαάλ ἔθετο εἰς κοπρῶνα, Baal, & diruerunt domum eius, & domum Baal poſuit in latrinam: *quod reſpondet hebræo. Theodoretus quantum conici poteſt ex q. 35. hoc loco videtur alicubi habuiſſe* βααλίμ, Baalim: *& interpretatur* domum Baal. *Quod autem pertinet ad illud* latrinam, *in noſtra, & in multis eſt* λυτρῶνα. *& in Compl.* κοπρῶνα, *eodem ſenſu. Aliquot alii* λυτρῶνα, lauatorium. τ Vitulæ aureæ.] *Sic fere hebræus. Compl. autem* ἐπορεύετο ὀπίσω τῶν δαμάλεων τῆς ἁμαρτίας τῶν χρυσῶν τῶν ἐν Βαιθήλ, καὶ ἐν Δὰν, ibat poſt vitulas peccati aureas, quæ in Bæthel, & in Dan. υ Iuxta omnia.] *Ad verbum ex hebræo. Alii,* καὶ πάντα, & omnia. *Compl.* καὶ ἐποίησας κατὰ πάντα τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ μου τῷ οἴκῳ ἀχαάβ, & feciſti iuxta omnia, quæ in corde meo, domui Achaab. C D E

CAP. XI.

ET Gotholia mater Ochoziæ vidit, quia mortuus eſt filius ſuus: α et diſperdidit omne ſemẽ regni. Et tulit Ioſabee filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ ipſum Ioas β filium fratris ſui, & furatus eſt eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur ipſum, & nutricẽ eius in γ cubiculo lectorũ: & abſcondit eum a facie Gotholiæ: & non eſt occiſus. Et fuit cum ea abſconditus in domo

A domo Domini sex annos. Et Gotholia regnans super terrã. Et in anno septimo
misit Iodae, & sumpsit [δ] centuriones ipsorum Chorri, & ipsorum Rasim, & ad-
duxit eos ad se in domũ [ε] Domini, & disposuit eis testamentum Domini, & [ζ] fe-
cit iurare, & ostendit eis ipsum Iodae filium regis, & mandauit eis, dicens: Hoc
est verbum quod facietis: Tertia pars ex vobis [η] introeat sabbato: & custodite
custodiam domus regis in porta. Et tertia pars in porta viarum. Et tertia,
[θ] portæ post cursores. Et custodite custodiam [ι] domus. Et duæ manus in [κ] vo-
bis, omnis egrediens sabbatum; & custodient custodiam domus Domini apud
regem. Et [λ] circuite super regem in circuitu vir: & vas suum in manu sua. Et in-
B grediens in ipsas [μ] Saderoth morietur. Et erunt cũ rege in egrediendo eum, &
in ingrediendo eum. Et fecerunt centuriones omnia, quæcumque mandauit
Iodae [ν] intelligens. Et assumpsit vir viros suos, & ingredientes sabbato, cum
egredientibus sabbato: & intrauerunt ad Iodae sacerdotem. Et dedit sacerdos
cẽturionibus [ξ] syromastas, & trissos regis Dauid, qui in domo Domini. Et stete
runt cursores, vir, & vas suum in manu sua ab humero domus dextro vsq; ad hu
merũ domus sinistrũ altaris, & domus super regẽ in circuitu. Et emisit filiũ regis,
& dedit super eum [ο] Nezer, & testimoniũ, & regẽ fecit eum, & vnxit eũ. Et plau-
serunt manu. & dixerunt: Viuat rex. Et audiuit Gotholia vocẽ currentium de po
C pulo: & intrauit ad populũ in domum Domini, & vidit: & ecce rex stabat super
columnã secundũ [π] iudicium: & cantores, & tubæ apud regẽ: & omnis populus
terræ lætãs, & clãgens in tubis. Et cõscidit Gotholia vestimẽta sua, & clamauit:
[ρ] Colligatio, colligatio. Et mãdauit Iodae sacerdos cẽturionibus visitatoribus
virtutis, & dixit ad eos: Educite eã [σ] ab intra Saderoth: Omnis ingrediens post
eam morte mortificabitur in gladio. Quoniã dixit sacerdos: Et non moriatur in
domo Domini. Et imecerũt ei manus, & intrauerũt viã introitus equorũ domus
regis: & mortua est ibi. Et disposuit Iodae [τ] testamẽtũ inter Dominũ, & inter rè
gẽ, & inter populum; vt sit in populũ Domino: & inter regẽ, & inter populũ. Et
D intrauit omnis populus terræ in domũ Baal, & diruerunt eam, & altaria eius, &
imagines eius cõtriuerunt [υ] bene: & Mathan sacerdotẽ Baal occiderũt ad faciẽ
altariũ. Et posuit sacerdos visitatores in domũ Domini. Et sumpsit centuriones
& [φ] Chorri, & [χ] Rhasim, & omnẽ populũ terræ: & deduxerũt regem e domo Dò
mini. Et intrauerunt viã portæ cursorũ domus regis: & sedere fecerunt eũ super
thronũ regũ. Et gauisus est omnis populus terræ: & ciuitas quieuit. Et Gotholiã
interfecerũt in gladio in domo regis. Filius septẽ annorũ Ioas in regnando ipsũ.

α Et disperdidit.] *Compl* καὶ ἀνέστη, ἀπώλεσεν, & surrexit, & disperdidit. β Filium.] *Compl. addit* Ὀχοζίου, Ochoziæ: *quod quidem est in hebræo, non autem quod sequitur*, fratris sui. γ In cubiculo lecto-
rum.] *Sic hebræus, quod vulgata*, de triclinio. *Compl. autem*, καὶ ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῷ ταμιείῳ τῶν κλινῶν ἐκ προσώ-
E που, & occultauit eum in cubiculo lectorum a facie. δ Centuriones ipsorum Chorri, & ipsorum Rasim.] *Theodoretus*, Quos vocat ἑκατοντάρχους, Præfectos eorum, qui currunt circa regem. Nam χορρὶ, (*al.* χορ-
ῥὶ,) quidem sunt ij, qui currunt, ῥασὶμ, autem scutiferi. *Vulgata habet tantum*, milites. ε Domini.] *Abest dictio ista a Compl. vt a vulgata.* ζ Fecit iurare.] ὥρκωσε. *Alij* καὶ ὥρκισεν αὐτοὺς ἐνώπιον κυρίου, & adiurauit
eos coram Domino. *Vulgata*, in domo Domini. η Introeat sabbato.] *Sic vulgata. Compl.* οἱ εἰσπορευόμενοι
τὸ σάββατον φυλάξωσι τὴν φυλακὴν οἴκου τοῦ βασιλέως, qui ingrediuntur sabbato, custodiãt custodiam domus
regis: *non enim addit illud* ἐν τῷ πυλῶνι, *quod est in nostra, & in alijs, non autem in vulgata. Quidam vero inter-
pretantur ingredientes sabbatum, eos, ad quos ea vice (nam vices per sabbata mutabantur) pertinebat custo-
dia.* θ Portæ.] *videtur subintelligi posse*, custodite custodiã portæ. *Sed Compl.* ἐν τῇ πύλῃ, in porta. *Theodor.*
Hos trifariam diuideas, hos quidem istic custodire regalem domum, hos autem introitum diuini templi,
hos autem portã aliam. ι Domus.] *Apud Theodor. & in Compl. additur* μεσσὰ, *aut* μεσσαί. *Vulgata*, Messa.
Theodor. Illud *messa*, cæteri interpretes dixerunt, ἀπὸ διασειρᾶς (*al.* διασπορᾶς) a discrimine (*al.* a demolitione)
id est cum omni cautione: vt nullum fiat detrimentum in domo diuina. κ In nobis.] *Theodor. non habuit il*

lud in,

lud,in, & non malam elicit ſententiam. Sed expeditior ſenſus videtur, ex tribus partibus duas poſteriores eſſe ex ijs, qui egrediebātur ſabbato, ideſt, qui ſabbato illo vacaturi a munere excubiarum fuiſſent. λ Et circuite.] *Hæc tanquam Leuitis dicta interpretatur Theodor.* μ Saderoth.] *Notat Theodor. in libro Paralip. (nimirum 2. lib. cap. 9.) pro, εἰς σαδηρὼθ. dictum eſſe εἰς τὸν οἶκον,* in domum, *itemque à Ioſepho. Vulg.* ſeptum, *alij,* ordines. A
ν Intelligens.] *συνετός. Compl.* ὁ ἱερεύς, ſacerdos, *vt vulg.* ξ Syromaſtas, & Triſlos.] *De Syromaſte alibi dictū, καὶ τρισσοῖς, quid ſignificet, incertū: niſi ſi erant arma quaſi tridētia, aut peculiaris triſtatarū. Compl.* τὰς φαρέτρας, καὶ τὰ δόρατα, pharetras, & lanceas. *Vulg.* haſtas, & arma. ξ Nezer.] *In Compl. & apud Theodor.* ἁγίασμα, ſanctificationē, *quod eſt interpretatio illius. Docet autē Theodor. ex eodē 2. Paralip. ſanctificationē eſſe ipſum chriſma, teſtimoniū vero diadema.* ο Iudiciū.] *Quod vulg.* morē, *idque alibi notatū eſt.* ϖ Colligatio.] *Theodor.* σύνδεσμον ſolent vocare tyrannidem. *Sed de iſta etiam dictione alibi notatum.* ρ Ab intra Saderoth.] *Quod valet,* è ſeptis, ex ordinibus. *Compl.* ἔξωθεν, extra. σ Teſtamentum.] *διαθήκην Theodoretus.* Alij interpretes alibi, *τὴν διαθήκην* dixerunt *συνθήκην,* pactum conuentum, fœdus. τ Bene.] *Sic hebræus. Compl.* ἐπιμελῶς, diligenter. *Vulgata,* validè. υ Et Chorri.] *καὶ τὸν χορρί, καὶ τὸν ῥασίμ. Et ita fere hebræus. Compl. autem τὸν χορρί, καὶ τὸν ῥασίμ, vt initio capitis etiam in noſtra. Vulgata,* & Cerethi, & Pheleti legiones. B

CAP. XII.

IN anno ſeptimo Ihù regnauit Ioas: & quadraginta annos regnauit in Hieruſalē: & nomē matris eius Sabia de Berſabee. Et fecit Ioas rectū in conſpectu Domini omnibus diebus, quibus illuminauit eū Iodae ſacerdos. Verūtamē ab excelſis non ſe remouerūt: & ibi adhuc populus ſacrificabat, & adolebant in excelſis. Et dixit Ioas ad ſacerdotes: Omne argentū ſacerdotū, quod illatū fuerit in domo Domini argentū æſtimationis, uir [a] argentū accipiēs æſtimationis, omne argentū, quodcūque aſcenderit in cor viri offerre in domo Domini, accipiant ſibi ſacerdotes, vir a [b] venditione ſua: & ipſi [c] ſtabilient Bedec domus in C
omnibus, vbicūque inuentū fuerit ibi Bedec. Et factū eſt in vigeſimo & tertio anno regis Ioas nō firmauerāt ſacerdotes Bedec domus. Et vocauit Ioas rex Iodae ſacerdotē, & ſacerdotes, & dixit ad eos: Quid, quod nō firmaſtis Bedec domus? Et nūc nō accipiatis argētū de vēditionibus veſtris: quoniā in Bedec domus dabitis illud. Et cōſenſerūt ſacerdotes nō accipere argētū à populo, & nō ſtabilire Bedec domus. Et ſumpſit Iodae ſacerdos arcā vnā: & perforauit foramē in oſtio eius, & dedit eā apud [d] Ammazibi in domo viri domus Domini. Et dederūt ſacerdotes cuſtodiētes limē, omne argentū inuentū in domo Domini. Et factū eſt vt viderunt, quia multū argentū in arca; & aſcendit ſcriba regis, & ſacerdos magnus, & ligauerūt, & numerauerūt argētū inuētū in domo Domini: & dederunt D
argentū paratū in manus facientiū opera viſitatorū domus Domini. Et prōpſerūt fabris lignorū, & ædificatoribus faciētibus in domo Domini, & in cemētarijs, & cæſoribus lapidū, ad emēda ligna, & lapides exciſos, ad continendū Bedec domus Domini, in omnia quæcūque expendebātur in domū ad fulciendū. Verūtamen nō fiēt domui Domini portæ argēteæ, claui, phialæ, & tubæ, & omne vas aureū, & vas argēteum, ex argento illato in domum Domini: quoniā faciētibus opera dabūt illud. Et fulciuerunt in eo domū Domini. Et nō exigebant rationē a viris, quibus dabāt argētū in manus eorū ad dādum faciētibus opera: quoniā in fide [e] ipſorū faciūt. Argētum pro peccato, & argētū pro delicto quicquid illatū fuit in domo Domini, ſacerdotib. fuit. Tūc aſcēdit Azael rex Syriæ: E
& bellauit ſuper Geth, & cepit eā. Et poſuit Azael faciē ſuā ad aſcēdendū ſuper Hieruſalē. Et ſumpſit Ioas rex Iuda omnia ſancta, quæcunque ſanctificauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius, & reges Iuda, & ſancta ſua, & omne aurū inuentū in theſauris domus Domini, & domus regis, & miſit Azael regi Syriæ: & aſcēdit de Hieruſalē. Et reliqua verborū Ioas, & omnia, quæcunque fecit, nōne hæc ſcripta in libro verborū dierū regibus Iuda? Et ſurrexerunt ſerui eius, & [f] ligauerunt omnē colligationē, & percuſſerunt Ioas in domo Mallo, [g] quæ in

Sela

A Sela. Et Iezirchar filius Iemuath, & Iezebuth filius ι ipsius Somer serui eius percusserunt eum: & mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus eius in ciuitate Dauid. Et regnauit Amesias filius eius pro eo.

α Argentum accipiens æstimationis.] *Ab vno codice absunt In Compl. & apud Theodoretum hic locus sic habet,* ἀργύριον συντιμήσεως ἀνδρὸς, ἀργύριον συντιμήσεως ψυχῶν, argentũ æstimationis viri, argentũ æstimationis animarum. *Hebræus pro* æstimationis viri, *habet,* trãseuntis viri. *Quare in vulg. est,* a prætereuntibus, quæ offertur pro precio animæ. β A venditione sua.] ἀπὸ τῆς πράσεως αὐτῶ. *Compl.* αὐτῶν. *Vulgata*, iuxta ordinem suum. *Alij vertunt ex hebræo,* a noto suo. γ Stabilient Bedec.] κρατήσουσι βεδὲκ. *In Compl. & apud Theodoretum est* κραταιώσουσι, *quomodo habet etiam nostra in sequentibus. De Bedec autem ita scribit Theodoretus.* βεδὲκ, vocatur corruptorũ locorum, vel lignorum, vel lapidum curatio. Liber autẽ Paralip. pro ποιῆσαι βεδὲκ,
B inquit, ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον, reparare, & instaurare domum: & rursus θεραπεῦσαι τὸν οἶκον κυρίου curare, & farcire ædem Domini. δ Ammazibi] *Est vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat altare in casu accusandi. Quæ autem sequũtur,* in domo viri domus Domini. *videtur non carere mendo Compl. habet* παρὰ τὸ θυσιαστήριον ἐν δεξιᾷ εἰσπορευομένων ἀνδρῶν εἰς οἶκον κυρίου, *quod vulgata,* iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini. ε Ipsorum] αὐτῶν, *& potest etiam verti,* sua. *Compl.* αὐτοῖς ipsi. ζ Quicquid illatum fuit.] *Compl.* ἐκ εἰσπορεύοντο, *quod vulgata,* non inferebant. η Ligauerunt omnem colligationem] *Si abesset illud,* omnem, *responderet locutioni hebraicæ, & valeret,* coniurarunt coniurationem *Compl.* ἐποίησαν συνδεσμόν, fecerunt colligationem. θ Quæ in Sela] *Compl.* τῷ ἐν τῇ καταβάσει σελλά, *& vulgata,* in descensu Sella. ι Ipsius.] *Abest illud* αὐτοῦ, *à Compl.*

CAP. XIII.

C IN anno vigesimo & tertio α anno Ioas filij Ochoziæ regis Iuda regnauit Ioachaz filius Ihù in Samaria septem & decem annos. Et fecit malum in oculis Domini, & ambulauit post peccata Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel: non recessit ab β eo. Et iratus est indignatione Dominus in Israel: & dedit eos in manu Azael regis Syriæ, & in manu filij γ Ader filij Azael omnibus diebus. Et orauit Ioachaz faciem Domini: & exaudiuit eum Dominus: quoniam vidit tribulationem Israel: quoniam tribulauit eos rex Syriæ. Et dedit Dominus salutem Israel: & exiuit de sub manu Syriæ. Et sederunt filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudiustertius. Verumtamen non recesserunt a peccatis domus Hieroboam, qui peccare fecit Israel: in ipso ambulauit.
D Etiã lucus stetit in Samaria. Quoniã nõ remãsit ipsi Ioachaz populus, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: quia disperdidit eos rex Syriæ: & posuerunt eos tanquam puluerem in conculcationem. Et reliqua verborum Ioachaz, & omnia, quæcumque fecit, & potentatus eius; nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel? Et dormiuit Ioachaz cum patribus suis: & sepelierunt eum in Samaria. Et regnauit Ioas filius eius pro eo. In anno trigesimo & septimo anno Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sex & decem annos. Et fecit malum in oculis Domini: non recessit ab omni peccato Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
E Israel: in eo ambulauit. Et reliqua verborum Ioas, & omnia, quæcumque fecit, & potentatus eius, quos fecit cum Amesia rege Iuda, nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis: & Hieroboam sedit super thronum eius: & δ sepultus est in Samaria cum regibus Israel. Et Elisæ infirmatus est infirmitatem suam, per quam mortuus est. Et descendit ad eum Ioas rex Israel, & plorauit super faciem eius, & dixit: Pater, pater, currus Israel, & eques eius. Et dixit ei Elisæ: Cape arcum, & sagittas. Et cepit ad se arcum, & sagittas. Et dixit regi: Impone manum tuam super arcum.

cum. Et imposuit Ioas manum suam. Et imposuit Elisæe manus suas super manus regis, & dixit: Aperi fenestram ad orientem. Et aperuit. Et dixit Elisæe: Iaculare. Et iaculatus est. Et dixit: Sagitta salutis Domino: & sagitta salutis in ᵋ Syria, & percuties Syriam in Aphec vsque ad consummationem. Et dixit ei Elisæe: Cape sagittas. Et cepit. Et dixit regi Israel: Percute in terram. Et percussit rex ter: & stetit. Et contristatus est super eo homo Dei, & dixit: Si percussisses quinquies, vel sexies; tunc percussisses Syriam vsque ad consummationem. Et nunc ter percuties Syriam. Et mortuus est Elisæe: & sepelierunt eum. Et accincti Moab venerunt in terram, veniente anno. Et factum est, ζ ipsis sepelientibus virum, & ecce viderunt accinctum, & proiecerunt virum in sepulchrum Elisee: & iuit, & tetigit ossa Elisæe: & vixit, & surrexit super pedes suos. Et Azael afflixit Israel omnibus diebus Ioachaz. Et misertus est Dominus eorum, & miseratus est eos, & respexit super eos propter testamentum suum, quod cum Abraam, & Isaac, & Iacob. Et noluit Dominus corrūpere eos, & non eiecit eos à facie ᶯ sua. Et mortuus est Azael rex Syriæ: & regnauit filius Ader filius eius pro eo. Et reuertit Ioas filius Ioachaz, & cepit ciuitates de manu filij Ader filij Azael, quas ceperat de manu Ioachaz patris eius in bello. Ter percussit eum Ioas: & reddidit ciuitates Israel.

α Anno.] *Ita etiam repetitur in hebræo, vt infra in hoc eodem cap. & alibi. Abest autem à Compl.* β Ab eo.] *Sic in hebræo: videtur enim significari præcipuum illud peccatum de vitulabus aureis. Compl autem* ἀπ' αὐτῶν, ab eis. *Atque hæc varietas in sequentibus etiam notari potest.* γ Filij Ader.] *Notauit Theodoretus q 24. totum hoc* υἱὸς ἄδερ *esse vnicum nomen, idest,* Benader *Vulgata* Benadab. δ Sepultus est.] *Compl. addit* ἰωὰς, Ioas, *vt vulgata.* ε In Syria] *Valet, vt sæpe,* in Syriam, *idest,* contra Syriam. *Theodoretus habet,* ἐν ἰσραὴλ, in Israel. ζ Ipsis sepelientibus virum.] *Compl. addit* ἕνα, unum, *sed non hebræus. Et illud,* ipsis, *valet* quibusdam. η Sua.] *In Compl. additur* ἕως νῦν, *& vulgata*, vsque in præsens tempus.

CAP. XIV.

IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel, & regnauit Amesias filius Ioas rex Iuda. Filius viginti & quinque annorum erat in regnando ipsum: & viginti & nouem annos regnauit in Hierusalem; & nomē matris eius Ioadim de Hierusalem. Et fecit rectum in oculis Domini: verumtamen non sicut Dauid pater eius: iuxta omnia, quæcumque fecerat Ioas pater eius, fecit. Verumtamen excelsa non sustulit. Adhuc populus sacrificabat, & adolebant in excelsis. Et factum est, quando confortatum fuit regnum in manu ipsius, & percussit seruos suos, qui percusserant patrem ipsius: & filios eorum, qui percusserant, non interfecit, sicut scriptum est in libro legum Moysi, quomodo mādauit Dominus, dicens: Non morientur patres pro filiis: & filij non morientur pro patribus: quia tantum vnusquisque in peccatis suis morietur. Ipse percussit Edom in ᵅ Gemeled decem millia: & cepit petram in bello, & vocauit nomen eius Iethoel vsque in diē hanc. Tunc misit Amesias nuncios ad Ioas filiū Ioachaz filij Ihū regis Israel, dicēs: Veni, Conspiciamus nos ᵝ faciebus. Et misit Ioas rex Israel ad Amesiā regem Iuda, dicens: Carduus, qui in Libano, misit ad cedrum, quæ in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo in vxorē. Et transierunt bestiæ agri, quæ in Libano: & conculcauerunt carduum. Percutiens percussisti Idumæam: & eleuauit te cor ᵞ tuum. Gloriare sedens in domo tua. Et vt quid contendis in malum tuū: & cades tu, & Iudas tecum. Et non audiuit Amesias. Et ascēdit Ioas rex Israel;

A rex Iſrael: & conſpexerunt ſe faciebus, ipſe & Ameſsias rex Iuda in Bæthſamys,
quæ ipſius Iuda. Et cecidit Iudas a facie Iſrael: & fugit vir in tabernaculum
ſuum. Et Ameſsiam filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas rex Iſrael in Bæthſa-
mys. Et [δ] venit in Hieruſalem: & diruit in muro Hieruſalem in porta Ephræm
vſque ad portam anguli quadringentos cubitos. Et cepit aurum, & argentum,
& omnia vaſa inuenta in domo Domini, & in theſauris domus regis, & [ε] filios
commiſtionum: & reuertit in Samariam. Et reliqua verborum Ioas, quæcum-
que fecit in potentatu ſuo, quæ bellauit cum Ameſsia rege Iuda, nonne hæc ſcri
pta in libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Ioas cum patribus
B ſuis: & ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael: & regnauit Hieroboam filius
eius pro eo. Et vixit Ameſsias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas fi
lius Ioachaz rex Iſrael, quinque & decem annos. Et reliqua verborum Ameſsiu,
& omnia, quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regi-
bus Iuda? Et coniurauerunt ſuper eum coniurationem in Hieruſalem: & fugit
in Lachis: & miſerunt poſt eum in Lachis: & occiderunt eum ibi. Et tulerunt
eum ſuper equos: & ſepultus eſt in Hieruſalem cum patribus ſuis in ciuitate Da
uid. Et aſſumpſit omnis populus Iuda Azariam (& ipſe filius ſex & decem anno-
rum) & regnare fecerunt eum pro patre eius Ameſsia. Hic ædificauit Aloth, &
C reſtituit eam ipſi Iuda, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. In anno quin
to & decimo Ameſsiæ filij Ioas regis Iuda regnauit Hieroboã filius Ioas ſuper
Iſrael in Samaria quadraginta & vnum annos. Et fecit malum in conſpectu Do
mini: non receſsit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fe
cit Iſrael. Ipſe [ζ] amouit terminum Iſrael ab introitu Æmath vſque ad mare ip-
ſius Araba, iuxta verbum Domini Dei Iſrael, quod locutus eſt in manu ſerui ſui
Ionæ filij Amathi prophetæ, qui de Gethchopher. Quoniã vidit Dominus hu-
miliationem Iſrael amaram valde, & paucos, clauſos, [η] & rareſactos, & dereli-
ctos: & nõ erat, qui auxiliaretur Iſrael. Et non locutus eſt Dominus delere ſemẽ
D Iſrael de ſub cælo. Et ſaluauit eos per manũ Hieroboam filij Ioas. Et reliqua ver
borum Hieroboam, & omnia, quæcũque fecit, & potentatus eius, quæcumque
bellauit, & quæcumque reſtituit, Damaſcum, & Æmath ipſi Iuda in Iſrael, non-
ne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Hie-
roboam cum patribus ſuis cum regibus Iſrael: & regnauit Zacharias filius
eius pro eo.

[α] Gemeled.] *Compl.* γεμελα, *& ſignificat* vallem ſalis. [β] Faciebus.] *Sic hebræus, ideſt, facie ad faciem. Compl.* ἐν προσώποις, in faciebus. [γ] Tuum.] *In aliquo codice Theodoreti additur* ἡ βαρεῖα, graue. [δ] Venit.] *Ad verbum ex hebræo. Compl.* καὶ ἤγαγεν αὐτὸν, & adduxit eum, *vt vulgata.* [ε] Filios commiſtionum.] *Theodoretus addit,* τῶν βδελυγμάτων, abominationum: *& interpretatur* ſacerdotes falſorum
E Deorum. *Sed hebræus,* filios arrabonum: *& vulgata,* obſides. *Chaldæus,* filios magnatum. [ζ] Amouit.] ἀπέστη *ideſt, prouexit, & auxit. Compl.* ἀποκατέστησεν reſtituit; *quod habet vulgata.* [η] Et rareſactos.] *Abeſt a Compl. iſtud* ἐσπανισμένους, *& fortaſſe eſt ex alia interpretatione.*

CAP. XV.

IN anno vigeſimo, & ſeptimo Hieroboam regis Iſrael regnauit [α] Azarias
filius Ameſsiæ regis Iuda. Filius ſex & decem annorum erat in regnando
ipſum: & quinquaginta duos annos regnauit in Hieruſalem: & nomen ma-
tri eius Hiechelia de Hieruſalem. Et fecit rectum in oculis Domini, iuxta om-

nia, quæ fecerat Amesias pater eius. Verumtamen excelsa non sustulit: adhuc A
populus sacrificabat, & adolebant in excelsis. Et tetigit Dominus regem, & fuit
leprosus vsque ad diem mortis suæ: & regnauit in domo ⁸ Apphusoth. Et Ioa
tham filius regis super domum iudicans populum terræ. Et reliqua verborum
Azariæ, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc scripta in libro verborum die-
rum regibus Iuda? Et dormiuit Azaria cum patribus suis: & sepelierunt eum
cum patribus eius in ciuitate Dauid: & regnauit Ioatham filius eius pro eo. In
anno trigesimo & octauo Azariu regis Iuda regnauit Zacharias filius Hiero-
boam super Israel in Samaria sex menses. Et fecit malum in oculis Domini, si-
cut fecerant patres eius: non recessit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Na- B
bat, qui peccare fecit Israel. Et ⁷ coniurauerunt super eum Sellum filius Ia-
bis. Et percusserunt eum Ceblaam, & occiderunt eum. Et regnauit pro eo. Et
reliqua verborum Zachariæ, ecce sunt scripta in libro verborum dierum regi-
bus Israel: ⁶ Verbum Domini, quod locutus est ad Ihû, dicens: Filij quarti se-
debunt tibi super thronum Israel: & factum est sic. Et Sellum filius Iabis ⁵ re-
gnauit. Et in anno trigesimo & nono Azariæ regis Iuda regnauit Sellum men-
sem dierum in Samaria. Et ascendit Manaem filius Gaddi de ⁵ Tarsila, & ve-
nit in Samariam, & percussit Sellum filium Iabis in Samaria, & occidit ⁴ eum.
Et reliqua verborum Sellum, & coniuratio eius, quā coniurauit, ecce sunt scri- C
pta in libro verborum dierum regibus Israel. Tunc percussit ⁸ Manaem & ip-
sam Tersa, & omnia, quæ in ea, & terminos eius de Thersa; quoniam non ⁴ ape-
ruerant ei: & percussit eam, & prægnantes discidit. In anno trigesimo & nono
Azariæ regis Iuda regnauit Manaem filius Gaddi super Israel in Samaria decē
annos. Et fecit malum in oculis Domini: non recessit ab omnibus peccatis
Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus eius ascendit Phua
rex Assyriorū super terrā. Et Manaē dedit ipsi Phua mille talēta argenti, vt es-
set manus eius ⁴ secum. Et extraxit Manaem argentum super Israel, super om-
nem potentem facultate, ad dandum regi Assyriorum, quinquaginta siclos vi- D
ro vni. Et reuertit rex Assyriorum, & non stetit ibi in terra. Et reliqua verborum
Manaem, & omnia, quæcumque fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verbo-
rum dierum regibus Israel? Et dormiuit Manaem cum patribus suis: & regna-
uit Phacesias filius eius pro eo. In anno quinquagesimo Azariæ regis Iuda re-
gnauit Phacesias filius Manaem super Israel in Samaria duos annos. Et fecit
malum in oculis Domini: non recessit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui
peccare fecit Israel. Et coniurauit super eum Phacee filius Rhomeliæ tristata
eius: & percussit eum in Samaria ante domum regis cum Arbog, & cum Aria,
& secum quinquaginta viri de ^ quadringentis, & interfecit eum: & regnauit
pro eo. Et reliqua verborū Phacesiæ, & omnia, quæcumq. fecit, ecce sunt scripta E
in libro verborū dierū regibus Israel. In anno quinquagesimo & secūdo Azariæ
regis Iuda regnauit Phacee filius Rhomeliæ super Israel in Samaria viginti
annos. Et fecit malum in oculis Domini: non recessit ab omnibus peccatis Hie
roboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel venit
Thalgath Phellasar rex Assyriorum, & cepit Ain, & Abel, & Thamaacha, &
Anioch, & Cenez, & Asor, & ⁴ Galaan, & Galilæam, omnem terrā Neph-
thali: & emigrauit eos in Assyrios. Et coniurauit coniurationem Osee filius Elà

super

A super Phacee filium Romeliæ, & percusſit eum, & interfecit: & regnauit pro eo in anno vigeſimo Ioatham filij Azariæ. Et reliqua verborum Phacee, & omnia, quæcumque fecit, ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael. In anno ſecundo Phacee filij Romeliæ regis Iſrael regnauit Ioatham filius Azariæ regis Iuda. Filius viginti & quinque annorum erat in regnando ipſum: & ſex & decem annos regnauit in Hieruſalem: & nomen matris eius Hieruſa filia Sadoc. Et fecit rectum in oculis Domini ſecundum omnia, quæcumque fecerat Azarias pater eius. Verumtamen excelſa non abſtulit: adhuc populus ſacrificabat, & adolebat in excelſis. Hic ædificauit portam domus Domini,
B ν quæ ſupra. Et reliqua verborum Ioatham, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? In diebus illis cepit Dominus emittere in Iudam Raaſſon regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis: & ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Dauid patris ſui. Et regnauit Achaz filius eius pro eo.

α Azarias.] *Theodoretus q. 24. habet* Ὀζίας. *Et S. Hieronymus in cap. 1. Matth. notat vtroque nomine eſſe appellatum.* β Apphuſoth.] *Theodoretus* Cæteri reddiderunt, κρυφαίως, occulte (*al.* κρυφαῖος, occultus) hoc eſt, intus in thalamo, a nemine conſpectus *Vulgata*, libera ſeorſum. γ Et coniurauerunt.] *In aliquo libro eſt,* καὶ συνεστράφησαν ἐπ᾽ αὐτὸν σελλοὺμ υἱὸς ἰαβεῖς, καὶ κεβδαάμ, καὶ σελλοὺμ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξαν αὐτόν, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτόν, καὶ σελλοὺμ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ. Et coniurarunt ſuper eum Sellum filius Iabis, & Cebdaam, & Sellum pater eius: & percuſſerunt eum, & occiderunt eum: & Sellum regnauit pro eo.
C *Compl.* καὶ συνεστράφη ἐπ᾽ αὐτὸν σελλοὺμ υἱὸς ἰαβεῖς, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ἐν κεβλαάμ, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ, & coniurauit ſuper eum Salum filius Iabes, & percuſſit eum in Ceblaam, & regnauit pro eo. *Sed primum illud* ἐν *redundat, & perturbat ſententiam. Nam Ceblaam ſunt duæ dictiones hebraicæ, quæ ſignificant,* e regione populi, coram populo: *quod vulgata dixit* palā. *Deinde deſideratur illud quod eſt in hebræo,* καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν & occidit eum. *Reliqua conueniunt.* δ Verbum.] *Compl.* οὗτος ὁ λόγος, *& vulgata,* iſte eſt ſermo. ε Regnauit. Et in anno.] *In aliis ſine & legitur* regnauit in anno trigeſimo & nono Azariæ regis Iuda: *& in Compl. ſequitur,* καὶ ἐβασίλευσε μῆνα, & regnauit menſem, &c. ζ Tharſila.] *Compl.* θερσᾶ, Therſa. η Eum.] *In Compl. additur,* καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ, *quod vulgata,* regnauitq. pro eo. θ Manaem, & ipſam Therſa.] *Illud, & abeſt a multis. Com. autē* μαναὴμ τὴν θερσᾶ, *quod vulg.,* Manaem Tapſam. ι Aperuerant.] *Com.* ἤνοιξαν, aperuerat. κ Secum.] *In Compl additur,* τοῦ κρατῆσαι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ad firmandum regnum ſuum in manu eius: *quod reſpondet vulgata.* λ Quadringentis.] ἀπὸ τῶν τετρακοσίων. *Ita plerique libri veteres, In nonnullis tamen,* ἀπὸ τῶν γαλααδιτῶν, de Galaaditis. *Compl.* ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν γαλααδιτῶν, *quod vulgata,* de filijs
D Galaaditarum. μ Galaam.] *Compl.* Galaad, *vt vulgata: ſed, vt prædiximus, nomina propria ſæpe diſcrepant.* ν Quæ ſupra.] τὴν ἐπάνω, *& reſpondet hebræo. Compl. & Theodoretus* τὴν ὑψηλήν, *quod vulgata,* ſublimiſſimam.

CAP. XI.

IN anno ſeptimo & decimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Filius viginti annorum erat Achaz in regnando ipſum, & ſex & decem annos regnauit in Hieruſalem. Et non fecit rectum in oculis Domini Dei ſui fideliter, ſicut Dauid pater eius. Et ambulauit in via regum
E Iſrael: etiam α filium ſuum traduxit in igne ſecundum abominationem gentium, quas ſuſtulerat Dominus a facie filiorum Iſrael. Et ſacrificabat, & adolebat in excelſis, & ſuper colles, & ſub omni ligno frondoſo. Tūc aſcendit Rhaaſſon rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Hieruſalem ad bellum: & obſidebant ſuper Achaz. & non potuerunt expugnare. In tempore illo reſtituit Raaſſon rex Syriæ ipſam Aelath ipſi Syriæ: & eiecit Iudæos de Ælath, & Idumæi venerunt in Ælath, & habitauerunt ibi vſque in diem hanc. Et miſit Achaz nuncios ad Thalgath Phellaſar regem Aſſyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius

lius tuus ego: Aſcende, ſalua me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael A
inſurgentium ſuper me. Et ſumpſit Achaz argentum, & aurum inuentum in the-
ſauris domus Domini, & domus regis: & miſit regi dona. Et audiuit eum rex
Aſſyriorum. Et aſcendit rex Aſſyriorum in Damaſcum: & cepit eam, & transtu-
lit eam, & Rhaaſſon regem interfecit. Et iuit rex Achaz in Damaſcum in ob-
uiam Talgath Thellaſar regi Aſſyriorum in Damaſcum. Et vidit altare in Da-
maſco: & miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem ſimilitudinem altaris, & ryth-
mum eius. β & omnem facturam eius. Et ædificauit Vrias ſacerdos altare iux-
ta omnia, quæcumque miſerat rex Achaz è γ Damaſco. Et vidit rex altare, &
δ aſcēdit ſuper illud: & adoleuit holocauſtoſim ſuam, & ſacrificium ſuum, & li- B
bationem ε ſuam: & effudit ſanguinem pacificorum ſuorum ſuper ζ altare
æneum, quod ante Dominum. Et adduxit faciem domus Domini ab eo, quod
inter altare, & ab eo quod inter domum Domini. Et oſtendit illud ſuper fœmur
altaris ad Aquilonem. Et mandauit rex Achaz Vriæ ſacerdoti, dicens: Super al-
tare magnum offer holocauſtoſim matutinam, & ſacrificium veſpertinum, &
holocauſtoſim regis, & ſacrificium eius, & holocauſtoſim vniuerſi populi, & ſa-
crificium eorum & libationem eorum: & omnem ſanguinem holocauſti; & om
nem ſanguinem ſacrificij ſuper illud effundes. Et altare æneum erit mihi in
η mane. Et fecit Vrias ſacerdos iuxta omnia, quæcumque mandauit ei rex C
Achaz. Et concidit rex Achaz clauſuras ipſarum Mechonoth, & transtulit ab
eis luterem: & mare deiecit à bobus æneis, qui ſub eo: & dedit illud ſuper baſim
lapideam. Et fundamentum θ cathedræ ædificauit in domo Domini: & introi-
tum regis ι exteriorem conuertit in domum Domini a facie regis Aſſyrio-
rum. Et reliqua verborum Achaz quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in li-
bro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Achaz cum patribus ſuis; &
ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Et regnauit Ezecias filius eius pro eo.

α Filium ſuum.] *Theodoretus habet* υἱοὺς αὐτοῦ, filios ſuos. *Teſtatur autem Ioſephum dixiſſe*, καὶ τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν ὡλοκαύτωσε τῷ βαάλ, & vnicum ſuum filium fecit holocauſtum ipſi Baal: *quamuis ipſe aliam huic loco afferat explanationem.* β Et omnem.] *Compl.* κατὰ πᾶσαν, *quod in vulgata*, iuxta omne opus eius. *Theodoretus hunc locum ſic refert*, τὸ μέτρον καὶ τὴν ὁμοίωσιν, καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ, καὶ κατὰ πᾶσαν ποίησιν αὐτοῦ, menſuram, & ſimilitudinem, & numerum, & iuxta omnem factionem eius. γ Damaſco.] *In Complutenſi additur*, οὕτως ἐποίησεν οὐρίας ὁ ἱερεὺς ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν βασιλέα ἐκ δαμασκοῦ, καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ἐκ δαμασκοῦ: *quod vulgata*, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſco. Cumque veniſſet rex de Damaſco. δ Aſcendit.] *Ideſt, aſcendere fecit, & obtulit, vt alibi. Compl. autem*, καὶ προσῆλθε πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὁ βασιλεὺς καὶ ἀνέβη & acceſſit ad altare rex, & aſcendit. ε Suam.] *Complutenſi addit*, ἔσπεισεν αὐτῷ libauit ei, *quamuis illud* αὐτῷ, *videatur redundare.* ζ Altare.] *In Compl. ſequitur*, τὸ δὲ χαλκοῦν θυσιαστήριον ὃ ἦν ἐναντίον κυρίου, προσήγαγεν αὐτὸ ἀπὸ προσώπου τοῦ οἴκου ἐκ μέσου τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐκ μέσου τοῦ οἴκου κυρίου, καὶ ἔδωκεν αὐτὸ ἐπὶ μηρόν: *quod vulgata*. Porro altare æneum, quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini, poſuitque illud ex latere, &c. *Illud quidem* ἀπὸ προσώπου, *eſt in aliis etiā libris. Theodoretus de hoc loco ita ſcribit.* Statim igitur, & æneum altare, quod Salomon conſtruxerat, tranſpoſuit. η In mane.] *Ita etiam Compl. licet vulgata habeat*, ad voluntatem meam, *alij*, ad quærendum. *Ambiguitas dictionis hebraicæ hanc varietatem parere potuit.* θ Cathedræ.] *Compl. addit*, τῶν σαββάτων, ſabbatorum. *Vulg.* Muſach quoque ſabbati, *ſunt qui exiſtimēt locū hunc fuiſſe, in quo cuſtodes per ſabbata mutarent vices ſuas.* ι Exteriorem.] *Vulgata*, exterius, *quaſi qui erat extra templum, aut circumeundo ab exteriore parte templi. Theodoretus de hoc loco ita ſcribit*, Regum enim portam, intus in diuinum templum tranſtulit, tranſitum per ſacros ambitus faciens.

CAP. XVII.

IN anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Oſee filius Ela in Samaria
ſuper Iſrael nouem annos. Et fecit malum in oculis Domini: verumtamen
non ſicut reges Iſrael, qui fuerant ante eum. Super ipſum aſcendit Salama-

naſſar

A nassar rex Assyriorum. Et factus est ei Osee seruus, & reddidit ei α Manaa. Et
inuenit rex Assyriorum in Osee β iniustitiam; quoniam miserat nuncios ad Se-
gor regem Ægypti: & non attulerat Manaa regi Assyriorum in γ anno illo. Et
oppugnauit eum rex Assyriorum, & ligauit eum in domo custodiæ. Et ascendit
rex Assyriorum in omnem terram, & ascendit in Samariam, & oppugnauit su-
per eam tribus annis. In anno nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam: &
transtulit Israel in Assyrios: & collocauit eos in Alae, & in Abor fluuijs Gozan,
& δ ore Medorum. Et factum est, ε quia peccauerunt filij Israel Domino
Deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de sub manu Pharaonis regis Æ-
B gypti, & tenuerunt Deos alios, & ambulauerunt iustificationibus gẽtium, quas
sustulerat Dominus a facie filiorum Israel, & reges Israel, ζ quicumque fece-
runt, & quicumque induti sunt filij Israel verba non sic contra Dominum Deũ
suum: & ædificauerũt sibi excelsa in omnibus ciuitatibus suis a turre custodum
vsque ad ciuitatem munitam: & statuerunt sibi titulos, & lucos in omni colle
excelso, & sub omni ligno frondoso: & adolebant ibi in omnibus excelsis, sicut
gentes, quas transtulit Dominus a facie eorũ: & fecerunt η participes, & θ scul-
pserunt ad irritandum Dominum: & seruierunt Idolis, de quibus dixit Domi-
nus eis: Non facietis verbum hoc ι Domino: & testificatus est Dominus in
C Israel, & in Iuda, & in manu omnium prophetarum suorum, omnis videntis, di-
cens: Reuertimini a vijs vestris malis, & custodite mandata mea, & iustificatio-
nes meas, & omnem legem, quam mandaui patribus vestris, quæcumque misi
eis in manu seruorum meorum prophetarum. Et non audierunt, & indurauе-
runt dorsum suum super dorsum patrum κ suorum. Et testimonia eius, quæ-
cumque contestatus est eis, non custodierunt, & ambulauerunt post vana, &
euanuerunt, & post gentes, quæ in circuitu ipsorum, de quibus mandauerat do
minus eis non facere secundum istas. Dereliquerunt mandata Domini Dei sui:
& fecerunt sibi fusile, duas vitulas: & fecerunt λ lucos, & adorauerunt om-
D nem virtutem cæli, & seruierunt Baal: & traduxerunt filios suos, & filias suas in
igne, & vaticinati sunt vaticinia, & μ augurati sunt. Et venditi sunt ad facien-
dum malum in oculis Domini ad irritandum eum. Et indignatus est Dominus
valde in Israel, & amouit eos a facie sua: & non remansit nisi tribus Iuda solita-
ria. Etiam Iudas non custodiuit mandata Domini Dei sui: & ambulauerunt in
iustificationibus Israel, quas fecerant, & abiecerunt ν Dominum. Et indigna-
tus est Dominus omni semini Israel, & commouit eos, & dedit eos in manu di-
ripientium eos, quoadusque eiecit eos a facie sua: ξ quia maxime Israel desu-
per domo Dauid, & regem fecerunt Hieroboam filium Nabat. Et expulit Hie-
roboam ipsum Israel à post Dominum & peccare fecit eos peccatum magnum.
E Et ambulauerunt filij Israel in omni peccato Hieroboam, quod fecit: non re-
cesserunt ab eo; donec remouit Dominus ipsum Israel a facie sua; sicut locutus
est Dominus in manu omnium seruorum suorum prophetarum. Et translatus
est Israel desuper terra sua in Assyrios vsque in diem hanc. Et adduxit rex Assy-
riorum e Babylone, ο qui de Chuthà, ab Aia, & ab Æmath, & Seppharuaim:
& habitauerunt in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, & hæreditarunt Sama-
riam, & habitauerunt in ciuitatibus eius. Et factum est in principio π sessio-
nis eorum, non timuerunt Dominum: & misit Dominus in eis leones, & erant
inter-

interficientes in eis. Et dixerunt regi Assyriorum, dicentes: Gentes, quas transtulisti, & pro alijs sedere fecisti in ciuitatibus Samariæ, non cognouerunt iudicium Dei terræ: & misit in eos leones: & ecce sunt occidentes eos, sicut non nouerunt iudicium Dei terræ. Et mandauit rex Assyriorum, dicens: Abducite * hinc, & eant, & habitent ibi: & illuminabunt eos iudicium Dei terræ. Et adduxerunt vnum sacerdotum, quos transtulerant de Samaria: & sedit in Bæthel: & fuit illuminans eos, quomodo timeant Dominum. Et fuerunt facientes gentes gentes Deos suos: & posuerunt in domo excelsorum, quæ fecerant Samaritæ, gentes gentes in ciuitatibus suis, in quibus habitabant. Et viri Babylonis fecerunt ipsam Socchoth Benith: & viri Chuth fecerunt Ergel: & viri Æmath fecerunt Asimath, & Euæi fecerunt Eblazer, & Tharthac: & Sepphauraim * tunc comburebant filios suos in igne, ipsi * Adramelech, & Anemelech Dijs Sepphauraim. Et * erant timentes Dominum. Et collocarunt abominationes suas in domibus excelsorum, quæ fecerant in Samaria, gens gens in ciuitate, in qua habitabant in ea. Et erant timentes Dominum. Et fecerunt * sibi sacerdotes excelsorum: & fecerunt χ eis in domo excelsorum. Et Dominum timebant: & Dijs suis seruiebant iuxta iudicium gentium, vnde transtulerant eos inde. Vsque in diem hanc ψ ipsi faciebant iuxta iudicium earum. * Ipsi timent: & ipsi faciunt secundum iustificationes earum, & secundum iudicium earum, & secundum legem, & secundum mandatum, quod mandauit Dominus filijs Iacob, cuius posuit nomen eius Israel. Et disposuit Dominus cum eis testamentum, & mandauit eis, dicens: Non timebitis Deos alios, & non adorabitis eos: & non seruietis eis, & non sacrificabitis eis: quia tantum Domino, qui eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna, & in brachio excelso. Ipsum timebitis, et ipsum adorabitis; ei sacrificabitis: iustificationes, & iudicia, & legem, & mandata, quæ scripsit vobis, facere seruabitis omnibus diebus: & non timebitis Deos alios. Et testamenti, quod disposuit vobiscum, non obliuiscemini: & non timebitis Deos alios. Sed Dominum Deum vestrum timebitis, et ipse eruet vos de omnibus inimicis vestris. αα Et non audietis in iudicio eorum, quod ipsi faciunt. Et fuerunt gentes hæ timentes Dominum: et sculptilibus suis erant seruientes. Etiam filij, et filij filiorum eorum, sicut fecerant patres eorum, faciunt vsque in diem hanc.

α Manaa.] *Compl.* δῶρα, munera. *Theodoretus* μαναά, cæteri interpretati sunt δῶρα. *Ita etiam supra cap. octauo.* β Iniustitiam.] *Compl.* ἐπιβουλὴν, fraudem, insidias. γ In anno illo.] *Complutensis*, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτὸν, annum per annum. δ Orc.] *Istud* ἐρὲ, *putamus hoc loco esse ipsam dictionem hebraicam, quæ significat*, ciuitatibus, *vt vulgat: Compl. autem* ἐν ὁρίοις, finibus. ε Quia.] ὅτι. *Compl.* ὅτε, quando. ζ Quicumque fecerunt.] *Compl.* ὅσα ἐποίησαν, καὶ ἠμφιέσαντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ λόγους ἀδίκους κατὰ κυρίου θεοῦ αὐτῶν. καὶ ᾠκοδόμησαν, quæcumque fecerunt. Et induerunt (*id est alte, atque intimo corde conceperunt, vt ps. 108.*) filij Israel verba iniusta contra Dominum Deum suum. Et ædificauerunt, &c. *Quæ satis respondent hebræo.* η Participes.] κοινωνοί, *interpretatur Theodoretus eos, quibus conueniebat cum gentibus, atque earum impietatem imitabantur, & alios docebant.* θ Sculpserunt.] *Theodoretus*, καὶ ἤρξαντο παροργίζειν, & ceperunt irritare. ι Domino.] *Abest a Complutensi, & Theodoreto.* κ Suorum.] *In Complutensi additur*, οἱ οὐκ ἐπίστευσαν κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτῶν. καὶ ἀπώσαντο τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ δικαιώματα, ἃ διέθετο τοῖς πατράσιν αὐτῶν καὶ τὰ μαρτύρια, qui non crediderunt Domino Deo suo. Et abiecerunt testamentum eius, & iustificationes, quas disposuit patribus eorum, & testimonia, &c. *Nec multo aliter vulgata.* λ Lucos.] *Compl.* ἄλσος, lucum. *Theodoretus.* Vbique cæteri, τὸ ἄλσος, interpretantur ἀσηρώθ. Hoc autem significat ipsam Astartem, vel, vt græci dicunt, τὴν ἀφροδίτην, Venerem. μ Augurati sunt.] *Compl. addit*, οἰωνισμοῖς, augurijs: *quod tamen abest ab hebræo.* ν Et abiecerunt Dominum.] *Theodoretus addit*, ἐξ αὐτῶν, ex se. *Compl. autem* καὶ ἀπώσαντο κύριον ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραὴλ, καὶ ἐθυμώθη κύριος ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἐσάλευσεν. Et abiecit Dominus omne semen Israel: &

indignatus

A indignatus est Dominus in eos, & commouit, &c. *Verum ista*, & indignatus est Dominus in eos, *non sunt in hebræo.* ξ Quia maxime.] ὅτι πλὴν. *Compl.* πλὴν ὅτι ἐῤῥάγη ὁ ἰσραήλ. potissimum, quia scidit se Israel. ο Qui de Chutha.] τὴν ἐκ χουθά. *Compl.* καὶ ἐκ χουθά. & de Chotha. π Sessionis.] *Apposité ad hebræum. Compl. autem*, καὶ ἐγένετο κατὰ τὸ κατοικισθῆναι τὰ ἔθνη ταῦτα ἐκεῖ ἐν ἀρχῇ. Et factum est, postquam habitarunt gentes hæ ibi in principio. ϛ Hinc, & eant.] *Compl.* ἀπάγετε τῶν ἱερέων ὧν ἀπῴκισα ἐκ σαμαρείας, καὶ πορευθήτω, καὶ κατοικείτω ἐκεῖ, καὶ φωτιεῖ αὐτούς, illuc vnum ex sacerdotibus, quos transtuli de Samaria: & eat, & habitet ibi, & illuminabit eos, &c. σ Tunc.] ἤτοι. *Abest à Compl. & a vulgata.* τ Adramelech, & Anemelech Dijs.] *Sic etiam vulgata. Compl. autem* τῷ ἀδραμέλεχ θεῷ, ipsi Adramelech Deo. υ Et erant timentes.] *Hinc vsque ad alterum*, Et erant timentes, *absunt à Compl. & vulgata.* φ Sibi.] *Compl.* καὶ ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν ἀπὸ μέρους, & fecerunt ex se sacerdotes excelsorum ex parte. *Hebræus*, & fecerūt sibi partes eorum sacerdotes excelsorum. χ Eis.] *Idest*, sacrificarunt eis. *Ita enim interpretatur chaldæus: neque est inusitatum* ἑαυτοῖς, *non esse reciprocum. atque eadem est ambiguitas in dictione hebraica huic respondente.* ψ Ipsi.] *Compl. & Theodoretus*, οὕτως ἐποίουν κατὰ τὸ κρῖμα αὐτῶν τὸ ἀπ' ἀρχῆς, sic faciebant secundum consuetudinem earum, quæ a principio. ω Ipsi timent.] *Compl.* οὐκ εἰσὶ φοβούμενοι τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἐποίουν

B κατὰ τὰ δικαιώματα, καὶ τὰ κρίματα, καὶ τὰς ἐντολάς, καὶ κατὰ τὸν νόμον, ὃν ἐνετείλατο κύριος. Non erant timentes Dominum, & non faciebant secundum iustificationes, & iudicia, & mandata, & secundum legem, quam mandauit Dominus, &c. *quæ respondent vulgatæ.* αα Et non audietis in iudicio eorum, quod ipsi faciunt.] *Probis in Compl. est*, καὶ οὐκ ἤκουσαν, ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῶν τοῖς πρώτοις αὐτοὶ ἐποίουν, Et non audierunt, sed in iustificationibus suis pristinis ipsi perpetrabant: *quomodo fere vulgata.*

CAP. XVIII.

ET factum est in anno tertio Oseæ filij Ela regis Israel regnauit Ezecias filius Achaz regis Iuda. Filius viginti & quinque annorum in regnādo ipsum: & viginti & nouem annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri

C eius Abu filia Zachariæ. Et fecit rectum in oculis Domini secundum omnia, quæcumque fecerat Dauid pater eius. Ipse sustulit excelsa, & contriuit statuas, & exterminauit lucos, & serpentem æneum, quem fecerat Moyses: quoniam vsque ad dies illos erant filij Israel adolentes ei: & ᵃ vocabat eum Neesthan. In Domino Deo Israel sperauit: & post eum non fuit similis ei in regibus Iuda, & in ijs, qui fuerunt ante eum: & adhæsit Domino, non recessit à post eum; & custodiuit mandata eius, quæcumque mandauit Moysi. Et fuit Dominus cum eo: & in omnibus, quæ faciebat; intellexit. Et rebellauit in rege Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit alienigenas vsque Gazam, & vsque ad terminum

D eius a turre custodum, & vsque ad ciuitatem munitam. Et factum est in anno quarto regis Ezeciæ (ipse annus septimus Oseæ filio Ela regi Israel) ascendit Salamanassar rex Assyriorum super Samariam: & obsidebat super eam; & cepit eam ᵇ a fine trium annorum in anno sexto Ezeciæ: ipse annus nonus Oseæ regi Israel. Et capta est Samaria: & trāstulit rex Assyriorum Samariam in Assyrios, & posuit eos in Alae, & in Abor fluuio Gozan, & Ore Medorum: pro eo quod non audierunt vocem Domini Dei sui, & transgressi sunt testamentū eius omnia, quæcumque mandauit Moyses seruus Domini: & nō audierunt, & non fecerunt. Et quarto & decimo anno regis Ezeciæ ascendit Sennacherim rex

E Assyriorum super ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit Ezecias rex Iuda nuncios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui; recede à me: quodcumque imposueris super me; portabo. Et imposuit rex Assyriorum super Ezeciam regem Iuda trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Et dedit Ezecias omne argentum inuentum in domo Domini, & in thesauris domus regis. In tempore illo concidit Ezecias ianuas templi; & ᵞ firmata, quæ deaurauerat Ezecias rex Iuda: & dedit ea regi Assyriorum. Et misit rex Assyriorum ipsum Tharthan, & Raphis, et Rhapsacem e Lachis ad regem Ezeciam in virtute

tute graui super Hierusalem. Et ascenderunt,& venerunt in Hierusalem:& ste- A
terunt in aquæductu piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis. Et clama-
uerunt ad Ezeciam. Et venerunt ad eũ Eliacim filius Chelchiæ œconomus, &
Somnas scriba,& Ioas filius Sophath cõmonefaciẽs. Et dixit ad eos Rhapsaces:
Dicite nũc ad Ezeciã. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quid fiducia hæc
qua fidisti? Dixisti ᵈ tantum verba labiorum, consilium,& virtus ad prælium.
Nunc igitur quo fretus rebellasti in me? Nunc igitur fidisti tibi super virgam
arundineam fractam istam, super Ægyptum? Qui cumque innixus fuerit vir su
per eam;& intrabit in manum eius,& perforabit eam. Sic Pharao rex Ægypti
omnibus confidentibus super ᵉ eum. Et quoniam dixisti ad me, super Domi- B
num Deum confidimus; nonne hic ipse amouit Ezecias excelsa eius, & altaria
eius,& dixit ad Iudam, & Hierusalem, coram altare hoc adorabitis in Hieru-
salem? Et nunc ᶠ miscete vos, quæso, domino meo regi Assyriorum:& dabo
tibi bis mille equos; si poteris dare tibi ascensores super eos. Et quomodo auer-
tes faciem Toparchæ vnius ex seruis domini mei minimis? Et sperasti tibi su-
per Ægyptum in curribus,& equitibus. Et nunc nunquid sine Domino ascen-
dimus super locum hunc ad corrumpendum eum? Dominus dixit ad me: Ascẽ-
de super terram istam, & corrumpe eam. Et dixit Eliacim filius Chelchiæ, et
Somnas, et Ioas ad Rhapsacem: Loquere, quæso, ad seruos tuos Syriace, quo- C
niam audimus nos: et non loqueris nobiscum Iudaice. Et vt quid loqueris in au
ribus populi, qui super murum? Et dixit ad eos Rhapsaces: Nunquid ad domi-
num tuum, et ad te misit me dominus meus loqui verba hæc? Nonne ad viros
sedentes super murum, ad comedendum stercus suum, et bibendum vrinam
suam vobiscum simul? Et stetit Rhapsaces, et clamauit voce magna Iudaice, et
locutus est, et dixit: Audite verba magni regis Assyriorum: Hæc dicit rex: Ne
eleuet vos Ezecias verbis: quoniam non poterit vos eruere de manu eius: et
non faciat vos sperare Ezecias in Dominum, dicens: Eruens, eruet Dominus:
non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezeciam:
quoniam hæc dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem: et exite ad D
ad me: et ᵍ bibet vir vitem suam: et vir ficum suam comedet: et bibet aquam
cisternæ suæ: quoadusque veniam, et accipiam vos in terram, sicut terra ve-
stra, terra frumenti, et vini, et panis, et vinearum, terra ʰ oliuæ olei, et mel-
lis: et viuetis, et non moriemini. Et nolite audire Ezeciam: quoniam decipiet
vos, dicens: Dominus eruet nos. Nunquid eruentes eruerunt Dij gẽtium, vnus-
quisque suam regionem de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Aemath, et
Arphad? Vbi est Deus Sepphauraim, Ana, et Aba; quia eruerunt Samariam de
manu mea? Quis in omnibus Dijs terrarum, qui eruerint terras suas de
manu mea; quoniam eruet Dominus Hierusalem de manu mea? Et mutiue- E
runt, et non responderunt ei verbum: quoniam mandatum erat regis, dicens:
Non respondebitis ei. Et intrauit Eliacim filius Chelchiæ œconomus, et Som-
nas scriba, et Ioas filius Saphat commonefaciens, ad Ezeciam, discissi vesti-
menta, et annunciauerunt ei verba Rhampsacis.

a Et vocabat eum Nesthan.] *Compl.* καὶ ἐκάλεσαν, & vocauerunt, *Theodoretus.* τούτῳ, φησὶν, ὁ λαὸς θυμιῶν διετέλεσε, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἐλθάν· huic, inquit, populus adolere perseuerauit: & vocauit eum Elthan.] Hoc autem in hebraicorum nominum interpretatione positum inueni, æneum atrium. Cæteri autem interpretati sunt

A sunt ἰωαὶ, Essan. Propterea existimo etiam ophitas (hæresis autem hæc est maxime impia) vocari ἰωαν... limenos. β A fine.] *Compl.* εἰς τέλος, *Theodoretus,* εἰς τὸ τέλος, in fine. *hebraica dictio vtrumque significat, & potius,* ἐν. γ Firmata.] *Theodoretus,* Limina ianuarum puto vocata esse, τὰ ἐστηριγμένα. *Vulgata,* laminas, *alii,* firmamenta, *vel,* columnas. δ Tantum verba.] *Sic hebræus. Compl. autem,* πλὴν λόγοις χειλέων, καὶ βουλὴ παράταξις γίνεται εἰς πόλεμον, verumtamen verbis labiorum, & consilio acies fit ad bellum. ε Et quoniam dixisti.] *Compl.* καὶ ἐὰν εἴπῃς. Et, si dixeris. *Theodoretus,* ἐὰν εἴπητε, si dixeritis, *vt vulgata.* ζ Miscete vos] *Vulgata,* transite. *Compl.* μίχθητι misce te. *Alij ex hebræo vertunt,* fideiube. η Bibet.] *Compl.* φάγεται comedet, *vt vulgata.* θ Oliuæ olei.] *Est hebraismus. Compl. habet tantum,* ἐλαίου, olei.

CAP. XIX.

ET factum est, vt audiuit rex Ezecias; & discidit vestimenta sua, & indutus est saccum, & intrauit in domum Domini. Et misit Eliacim œconomum, & Somnā scribam, & seniores sacerdotum indutos saccis ad Esaiā
B prophetam filium Amos. Et dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezecias: Dies tribulationis, & argutionis, & irritationis, dies hæc: quoniam venerunt filij vsque ad dolores partus: & fortitudo non est parienti. Si quo modo exaudiet Dominus Deus tuus omnia verba Rhapsacis; quem misit eum rex Assyriorum dominus eius ad exprobrandum Deum viuū, & ᵃ blasphemādum in verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus: & assumes deprecationem pro residuo, quod inuenitur. Et venerunt pueri regis Ezeciæ ad Esaiam. Et dixit eis Esaias: Hæc dicetis ad dominum vestrum: Hæc dicit Dominus: Ne timeas a verbis, quæ audisti,
C quæ blasphemauerūt pueri regis Assyriorum. Ecce ego do in eo spiritum: & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam. Et prosternam eū in gladio in terra eius. Et reuertit Rhapsaces: & inuenit regem Assyriorum bellantem super Lobna: quoniam audiuit, quia promouerat e Lachis. Et audiuit de Tharaca rege Æthiopum, dicens: Ecce exiuit bellare tecum. Et reuertit, & misit nuncios ad Eleciam, ᵇ dicens: Ne extollat te Deus tuus, in quo tu confidisti in eo, dicens: Non tradetur Hierusalem in manus regis Assyriorum. Ecce tu audisti omnia, quæcumque fecerunt reges Assyriorum omnibus terris anathemando eas. Et tu eripieris? Nunquid eruentes eruerunt eos Dij gentium, quos corruperunt
D patres mei, Gozam, & Charram, & Raphis, & filios Edom, qui Thaesthen? Vbi est rex Æmath, & rex Arphad? Et vbi est rex ciuitatis Seppharuaim, Ana, & Aba? Et sumpsit Ezecias libros de manu nunciorum, & legit eos. Et ascendit in domum Domini; & expandit eos Ezecias ante Dominū ᶜ & dixit: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus in omnibus regnis terræ: tu fecisti cælum, & terram. Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: & audi verba Sennacherim, quæ misit ad exprobrandum Deum viuum. Quoniam ᵈ veritate, Domine, desolauerunt reges Assyriorum gentes: & dederunt Deos earum in ignem (quoniam non Dij sunt, sed opera manuū hominū, ligna, & lapis,) & disperdiderūt eos. Et nunc Domine Deus
E noster salua nos de manu eius: & cognoscent omnia regna terræ, quia tu Dominus Deus solus. Et misit Esaias filius Amos ad Ezeciā, dicens: Hæc dicit Dominus Deus virtutū Deus Israel: Quæ deprecatus es ad me de Senacherim rege Assyriorū, audiui. Hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eū: spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: super te caput suum mouit filia Hierusalem. Quē exprobrasti, & quē blasphemasti? Et super quē exaltasti vocē, & eleuasti in sublime oculos tuos? in sanctū Israel? In manu nunciorū tuorū exprobrasti Dominū, & dixisti: In multitudine curruū meorū ego ᵉ ascendā in altitudinē mōtiū,

 ζ fœnora

ζ fœmora Libani: & concidi magnitudinem cedri eius, & electa cupressorum A
eius, & veni η in medium syluæ, & Carmeli: ego θ siccaui, & bibi aquas alie-
nas, & desolaui vestigio pedis mei omnes fluuios ι clausuræ, κ finxi eam, du
xi eam. Et fuit in tumulos demigrationum oppugnantium ciuitates λ muni-
tas. Et inhabitantes in eis infirmati sunt manu: contremuerunt, & confusi sunt.
Fuerunt fœnum agris, vel virens herba, herba tectorum, & conculcatio coram
stante. Et sessionem tuam, & exitum tuum noui, & furorem tuum super me, eo
quod iratus sis super me. Et strepitus tuus ascendit in aures meas. Et ponam ha-
mos meos in naribus tuis, & frenum in labijs tuis: & redire faciam te via, qua
venisti in ea. Et hoc tibi signum. Comede hoc anno μ sponte nata, & anno se- B
cundo germinantia: & anno tertio satio, et messis, et plantatio vinearum: et co
medetis fructum earũ. Et adijciet quod saluatum est de domo Iuda, ipsum resi
duum radicẽ deorsum, et faciet fructũ sursum. Quoniam de Hierusalem egre-
dietur residuũ, et is qui saluus euadit, de mõte Sion. Zelus Domini virtutũ faciet
hoc. ν Nonne sic? Hæc dicit Dominus ad regẽ Assyriorũ: Non ingredietur in ci
uitatẽ hãc, et non iaculabitur illuc iaculũ: et non præueniet super eã clypeus, et
non effundet ad eã aggerẽ. Via, qua venit in ea, reuertetur, et in ciuitatẽ hãc nõ
ingredietur, dicit Dominus. Et protegã super ciuitatẽ hanc propter me, et pro-
pter Dauid seruũ meũ. Et factũ est nocte, et exiuit angelus Domini, et percussit C
in castris Assyriorũ centũ octuaginta quinque millia. Et surrexerũt mane: et ec-
ce omnes corpora mortua. Et promouit, et iuit, et reuertit Sennacherim rex As-
syriorum, et habitauit in Nineue. Et factum est ipso adorante in domo Mese-
rach Dei sui, et Adramelec, et Sarasar filij eius percusserunt eum in gladio. Et
ipsi euaserunt in terram ξ Ararath: et regnauit Asordan filius eius pro eo.

α Blasphemandum] *Compl.* καὶ ἐλέγχειν, & argueret, *vt vulgata.* β Dicens.] *In alijs additur,* τάδε ἐρεῖτε πρὸς Ἐζεκίαν βασιλέα Ἰούδα. Hæc dicetis ad Ezeciam regem Iuda. γ Et dixit.] *Compl.* καὶ προσηύξατο Ἐζεκίας πρὸς κύριον λέγων, & deprecatus est Esaias ad Dominum, dicens. δ Veritate.] *Compl. & Theodoretus,* ἐν ἀληθείᾳ, in veritate. ε Ascendam.] *Compl.* ἀνέβην, ascendi, *vt vulgata.* ζ Fœmora.] *Propius ad hebraũ, quàm quod in alijs* μέρος, partem, *aut* μέρους, partis, *vt in Compl.* η In medium syluæ.] *Sic quoque in alio codice. Alius* εἰς μέλωνin Melon: *quæ hebraica dictio significat,* diuersorium. *Alii* εἰς μέρος, in partem, *alius* εἰς τέλος δρυμῶν, in finem syluæ. *Et quod sequitur,* & Carmeli, *a nonnullis abest istud,* &c. θ Siccaui.] ἔψυξα, *& fortasse significat,* rigaui, & refrigeraui, *id est rinos duxi, & fodi venas, vt est in hebræo. Alii autem, & Compl.* ἐξερήμωσα, custodiui. ι Clausuræ.] συνοχῆς, *aut* συνοχῶν, *vt Compl. quod vulgata,* aquas clausas. κ Finxi eã, duxi eam.] *Ita fere libri vetustiores. In alijs quibusdam,* μὴ οὐκ ἤκουσας, ὅτι ἀπὸ μακρόθεν αὐτὴν ἐποίησα, ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων ἔπλασα αὐτήν, καὶ ἤγαγον αὐτήν, Nunquid non audistis, a longe eam feci, a diebus antiquitus finxi eam, & adduxi eam? *Nec multo aliter Compl. sed in hac postrema parte habet,* & nunc adduxi eã: *quod quidem,* nunc, *est etiam in vulgata. Videntur autem fœminina posita pro neutris, vsitato hebraismo.* λ Ciuitates munitas.] *In aliquo libro est* ὀχυραί, *vt ita sit vertendum,* Et factæ sunt in tumulos demigrationum pugnantium, ciuitates munitæ, *ac videtur respondere vulgata. Sed multi putant etiã in hebræo esse casum accusandi.* μ Sponte nata.] *Compl.* τὰ συνηγμένα, καὶ ἐν τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ τὰ αὐτόματα, καὶ τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ σπείρατε, καὶ ἀμήσατε, καὶ φυτεύσατε ἀμπελῶνας, Collecta, & in anno secundo sponte nata, & anno tertio seminabitis, & metetis, & plantabitis vineas. ν Nonne sic? Hæc dicit.] *Compl* διὰ τοῦτο τάδε λέγει, *& vulgata,* Quamobrem hæc dicit. ξ Ararath.] *Theodoretus.* Sic vocauit Armeniam. D E

CAP. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezecias α ad mortem. Et intrauit ad eum Esaias fi-
lius Amos propheta, & dixit ad eũ: Hæc dicit Dominus: Præcipe β domui
tuæ: moreris tu, & non viues. Et γ conuertit Ezecias ad murum, & preca-
tus est ad Dominum, dicens: Domine memento nunc, δ quæcumque ambula-
ui corã te in veritate, & corde ζ pleno: & bonum in oculis tuis feci. Et plorauit
Ezecias ploratu magno. Et erat Esaias in atrio medio. Et verbum Domini factũ
est ad

A eſt ad eum, dicens: Reuertere, & dices ad Ezeciam Ducem populi mei: Hæc di-
cit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui deprecationem tuam, vidi lachry-
mas tuas. Ecce ego ſanabo te: die tertia aſcendes in domum Domini. Et adijciā
ad dies tuos quinque & decem annos: & de manu regis Aſſyriorum ſaluabo te,
& ciuitatē hanc: & protegā ſuper ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid
ſeruum meum. Et [a] dixit: Capiant palatham ficorum, & ponant ſuper vlcus: &
ſanabitur. Et dixit Ezecias ad Eſaiam: Quod nam ſignum, quia ſanabit me Do-
minus, & aſcendam in domum Domini die tertia? Et dixit Eſaias: Hoc ſignū à
Domino, quia faciet Dominus verbum, quod locutus eſt: Ibit vmbra decē gra-
B dus, [θ] ſi reuertet decem gradus? Et dixit Ezecias: Leue vmbram declinare decē
gradus. Nequaquam: ſed reuertatur vmbra in [ι] aſcēſionibus decem gradus re-
trorſum. Et clamauit Eſaias propheta ad Dominū: & reuertit vmbra in [κ] aſcen-
ſionibus in poſteriora decē gradus. In tempore illo miſit Merodach [λ] Baladan
filius Baladan rex Babylonis libros, & [μ] Manaa ad Ezeciā: quoniam audiuerat,
quia ægrotauit Ezecias. Et gauiſus eſt ſuper ijs Ezecias: & oſtendit eis totam do
mum ipſius [ν] Nechotha, argentum, & aurum, aromata, & oleum bonum, & do
mum vaſorum, & quæcumque inuenta ſunt in theſauris ſuis. Non fuit verbum,
quod non oſtenderit eis Ezecias in domo ſua, & in omni [ξ] poteſtate ſua. Et in-
C trauit Eſaias propheta ad regem Ezeciam, & dixit ad eum: Quid locuti ſunt vi-
ri iſti? & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezecias: De terra longinqua venerunt ad
ad me, de Babylone. Et dixit: Quid viderūt in domo tua? Et dixit: Omnia, quæ-
cumque in domo mea, viderunt: non fuit in domo mea, quod non oſtenderim
eis, ſed & quæ in theſauris meis. Et dixit Eſaias ad Ezeciam: Audi verbum Do-
mini: Ecce dies veniunt: & tollentur omnia, quæ in domo tua, & quæcumque
theſaurizauerunt patres tui vſque in diem hanc, in Babylonem: & non remane-
bit verbum: [ο] quod dixit Dominus: & filij tui, qui egredientur ex te, quos ge-
nerabis, [π] capientur, & erunt [ρ] eunuchi in domo regis Babylonis. Et dixit
D Ezecias ad Eſaiam: Bonum eſt verbū Domini, quod locutus eſt: ſit [σ] pax in die-
bus meis. Et reliqua verborum Ezeciæ, et omnis potentatus eius, et quæcum-
que fecit, fontem, et aquæductum, et introduxit aquam in ciuitatem, nonne
hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ezecias cum
patribus [τ] ſuis. Et regnauit Manaſſes filius eius pro eo.

α Ad mortem.] *Propius locutioni hebraicæ, quam quod in Compl.* ἕως θανάτου *& in vulgata,* vſque ad mortem. β Domui tuæ.] *Item hoc: & ſic vulgata. Nam Compl.* περὶ τοῦ οἴκου σου, de domo tua. γ Moreris.] *Alij,* ὅτι ἀποθνήσκεις, quoniam moreris. δ Conuertit.] *Poteſt vſitata locutione ſubintelligi ſe. In aliis autem additur,* τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, faciem ſuam. ε Quæcumque.] *Compl.* ὡς, quomodo, *vt vulgata.* ζ Pleno.] *Compl.* πλήρει, perfecto: *& ſic vulgata.* η Dixit.] *Compl. addit* Ἠσαΐας, Eſaias. θ Si.] *Ita hebræus. Valet autem,* an, *ideſt, tua ſit optio, vtrum velis ire vmbrā, an reuerti. Fiet enim quod malueris. Comp. planius,* ἤ, aut. ι In aſcenſionibus.] *Abeſt hoc ab aliis (ſicut etiam à vulgata) qui tamen, vbi in noſtra eſt,* βαθμοῖς, *ipſi habent* ἀναβαθμοῖς. κ In aſcenſionibus.] *Nonnulli habent,* ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, in numeris. *Compl. autem* ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς Ἀχάζ, οἷς κατέβη, in gradibus Achaz, quibus deſcenderat: *quod ſatis reſpondet hebræo, & vulgatæ.* λ Baladan.] *Abeſt à Compl. ſed non ab hebræo, neque à vulgata.* μ Manaa.] *Rurſus Compl.* δῶρα, munera. ν Nechotha.] *Vulgata,* aromatum: *alii,* deſiderabilem. ξ Poteſtate.] *Sic etiam vulgata: Compl. autem* θησαυρῷ αὐτοῦ, theſauro ſuo. ο Quod.] *Abeſt iſtud* ὅ, *à Compl. vt à vulg.* π Capientur.] λήψονται, *ſic enim & alii nonnulli: aut* ληφθήσονται, *quod eſt in multis. Compl.* καὶ ἀπὸ τῶν υἱῶν σου τῶν ἐξελευσομένων ἐκ σοῦ, οὓς ἐγέννησας, λήψονται, & de filiis tuis, qui exierint ex te, quos generaueris, tollent. ρ Eunuchi.] *Theodor. videtur quaſi ex alia interpretatione habuiſſe,* καὶ ἀπὸ τοῦ γένους σου ποιήσουσι σπεύδοντας, & de genere tuo facient celeres, & ſedulos: *vt intelligatur eunuchi nomen, quod habent lxx. non eſſe ſemper vitij nomen, ſed officii, & ſedulitatis.* σ Pax.] *Compl. addit,* καὶ δικαιοσύνη, *quod in vulgata,* & veritas. τ Suis.] *In aliis additur,* καὶ ἐτάφη ἐν πόλει Δαυΐδ, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid, *quæ tamen abſunt ab hebræo, & vulgata.*

CAP. XXI.

FILIVS duodecim annorum erat Manasses in regnando ipsum : & quinquaginta & quinque annos regnauit in Hierusalem : & nomen matri eius Apsiba. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta abominationes gentium, quas sustulit Dominus a facie filiorum Israel. Et reuertit, & ædificauit excelsa, quæ diruerat Ezecias pater eius, & erexit altare Baal: & fecit lucos, sicut fecerat Achaab rex Israel: & adorauit omnem [a] virtutem cæli: & seruiuit eis. Et ædificauit altare in domo Domini, [b] quomodo dixit, in Hierusalem ponam nomẽ meũ. Et ædificauit γ altare omni virtuti cæli in duobus atrijs domus Domini: & traduxit filios suos in igni, & [d] ariolabatur, & augurabatur, & fecit [e] delubra, & ς Gnostas multiplicauit, faciendo malum in oculis Domini ad irritandum eũ. Et posuit sculptile luci in domo, qua dixit Dominus ad Dauid, & ad Salomon filium eius: In domo hac, & in Hierusalem, quam elegi de omnibus tribubus Israel, [a] & ponam nomen meum in seculum: & non adijciam commouere pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorũ: [b] qui modo custodient omnia, quæcũque mandaui iuxta omne mandatũ, quod mandauit eis seruus meus Moyses. Et non audierunt, & decepit eos Manasses ad faciendum malũ in oculis Domini super gentes, quas deleuerat Dominus a facie filiorum Israel. Et locutus est Dominus in manu seruorum suorum prophetarum, dicens: Pro ijs, quæ fecit Manasses rex Iuda abominationes istas malas, ex omnibus, quæ fecerat Amorræus, [f] qui ante, & peccare fecit etiam Iudam in idolis suis; [a] non sic: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego porto mala super Hierusalẽ, & Iudã; ita vt omnis audiẽtis personaturæ sint ambæ aures eius. Et extendã super Hierusalẽ mensuram Samariæ, & pondus domus Achaab. Et extergam Hierusalẽ; sicut extergitur [h] Alabastrum, quod abstergitur, & cõuertitur super faciẽ suam. Et expellam residuum hæreditatis meæ: & tradam eos in manus inimicorum suorum, & erunt in direptionem & in prædam omnibus inimicis suis; pro eo, quod fecerunt malum in oculis meis, & fuerunt irritãtes me à die, qua eduxi patres eorum ex Ægypto, & vsque in diem hanc. Etiam sanguinem innocentem effudit Manasses multum valde; quoadusque impleuit Hierusalem, os ad os, [μ] præter peccata sua, quibus peccare fecit Iudam ad faciendum malum in oculis Domini. Et reliqua verborum Manasse, & omnia quæcumque fecit, & peccatum eius, quod peccauit, nonne hæc scripta in libro verborum dierũ regibus Iuda? Et dormiuit Manasses cum patribus suis: & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza. Et regnauit Amos filius eius pro eo. Filius viginti & duorum annorum Amos in regnando ipsum: & duos annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Mesollam filia Arus de Ieteba. Et fecit malum in oculis Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Et ambulauit in omni via, qua ambulauerat pater eius: & seruiuit Idolis, quibus seruierat pater eius, & adorauit ea. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum: & non ambulauit in via Domini. Et coniurarunt pueri Amos aduersus eum: & interfecerũt regem in domo eius. Et percussit populus terræ omnes, qui coniurauerant super regem Amos: & regẽ fecit populus terræ Iosiam filium eius pro eo. Et reliqua verborũ Amos, quæcũque fecit, nõne ecce hæc scripta in libro verborum dierũ regibus Iuda? Et sepelierunt eũ in sepulchro eius in horto Ozà: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

A α Omnem virtutem cæli.] *Compl.* πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, omnem militiam cæli, *itemque Theodoretus, qui docet hoc modo appellari Solem, & Lunam, & stellas.* β Quomodo dixit.] ὡς εἶπε. *In aliquo libro additur* κύριος, Dominus. *Compl. & Theodoretus,* ἐν ᾧ εἶπεν in qua dixit. *Vulgata supplens præpositionem, quę in hebræo subintelligitur,* de qua dixit Dominus. γ Altare.] *Compl. & Theodoretus,* θυσιαστήρια, altaria. δ Et ariolabatur, & augurabatur.] καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ οἰωνίζετο. *Theodoretus,* κληδὼν, est obseruatio, quæ per verba, οἰωνισμὸς autem, quæ per aues. ε Delubra.] τεμένη. *Alij libri habent partim,* θελητὴν *quod fortasse valet,* Pythonem, *quemadmodum est in vulg. partim* στήλην, titulum, *aut,* statuam. *Theodoretus, & Compl.* ἐγγαστριμύθους ventriloquos. ζ Gnostas.] *Theodoretus.* Ita puto vocatos esse, qui per iecur vaticinantur. *De hoc nomine alibi notatum est.* L*ucum autem, idest* ἄλσος *Theodoretus putauit esse Venerem.* η Et ponam.] *Illud, &, abest à Compl. vt à vulgata.* θ Qui modo custodient.] οἵ τινες φυλάξουσι. *Compl.* πλὴν ἐὰν φυλάξων-τω, tantum si custodierint: *quomodo habet hebræus.* ι Ante.] *Compl. addit,* αὐτοῦ, ante eum, *vt vulgata.* κ Non sic.] *Quasi dicat, non sic abibit, non impune feret: sed Compl. legit per interrogationem,* nonne sic hæc dicit Dominus? *Alibi similibus in locis solet habere* διὰ τοῦτο, propterea, *vt hic vulgata.* λ Alabastrum.] B *Compl.* τὸ πυξίον, pyxis. μ Præter peccata.] πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. *Ab aliquo libro abest illud,* ἀπὸ, *& est locutio vsitatior. Compl.* χωρὶς τῶν ἁμαρτιῶν, *eodem sensu.*

CAP. XXII.

FILIVS octo annorum Iosias in regnando ipsum: & triginta & vnum annum regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Iedia filia Edeia de Basuroth. Et fecit rectum in oculis Domini: & ambulauit in omni via patris sui: non recessit ad dexteram, & sinistram. Et factum est in octauo & decimo anno regis Iosiæ in mense octauo misit rex Sapphan filium Ezeliæ filij Mesollam scribam domus Domini, dicens: Ascende ad Chelciam sacerdotem ma- C gnum: & α signa argentum illatum in domo Domini, quod collegerunt custodes liminis a populo: & dent illud super manum facientium opera, qui præpositi sunt in domo Domini. Et dedit illud facientibus opera, qui in domo Domini ad fulciendum Bedec domus, fabris, & ædificatoribus, & cæmentarijs, & ad emendum ligna, & lapides excisos ad confirmãdum Bedec domus. Verumtamen non supputabant eis argentum, quod dabatur eis: quoniam in fide ipsi faciunt. Et dixit Chelcias sacerdos magnus ad Sapphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini. Et dedit Chelcias librum ad Sapphan: & legit illum. D Et β intrauit in domo Domini ad regem: & retulit regi verbum, & dixit: Conflauerunt serui tui argentum inuentum in domo Domini: & dederunt illud ad manum facientium opera præfectorum in domo Domini. Et dixit Sapphan scriba ad regem, dicens: Librum dedit mihi Chelcias sacerdos. Et legit illum Sapphan coram rege. Et factum est, vt audiuit rex verba libri legis; & discidit vestimenta sua. Et mandauit rex Chelciæ sacerdoti, & Achicam filio Sapphan, & Achobor filio Michææ, & Sapphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicẽs: Ite, exquirite Dominum pro me, & pro omni populo, & pro vniuerso Iuda, & de verbis libri inuenti huius: quoniam magna est ira Domini accensa in nobis, E pro eo, quod non audiuerunt patres nostri verba libri huius ad faciendum iuxta omnia, quæ scripta sunt γ super nos. Et iuit Chelcias sacerdos, & Achicam & Achobor, & Sapphan, & Asaias ad Oldam prophetissam δ matrem Sellem filij Thecuan filij Aras custodis vestium. Et ipsa habitabat in Hierusalem in Masenà. Et locuti sunt ad eam. Et dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: Hæc dicit Dominus: Ecce ego adduco mala super locum hunc, & super inhabitantes eum, omnia verba libri, quæ legit rex Iuda, pro eo quod dereliquerũt me, & adolebãt Dijs alijs: vt irritarẽt me in operibus manuũ suarũ: & succẽdetur indignatio mea in loco isto, & nõ extinguetur. Et ad re-

gem Iu-

gem Iuda, qui misit vos inquirere Dominum, hæc dicetis ad eum: Hæc dicit A
Dominus Deus Israel. ᵋ Verba, quæ audisti, propterea quod perterritum est
cor tuum, & confusus es a facie, ζ vt audisti, quæcumque locutus sum super
locum istum, & super inhabitātes eum, vt sint in perditionem, & in maledictionem,
& discidisti vestimenta tua, & plorasti coram me: etiam ego audiui, dicit
Dominus: ᵑ Non sic: Ecce ego addijcio te ad patres tuos; & colligeris in sepulchrum
tuum in pace: & θ non aspicietur in oculis tuis, in omnibus malis,
quæ ego ipse adduco super locum hunc.

α Signa.] *Compl.* χωνεῦσαι, conflare. β Et intrauit in domo Domini ad regem.] *Alii,* καὶ εἰσήνεγκαν πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωσίαν, & attulit ad regem Iosiam. *In Comp. additur,* Saphan, *sed mēdose habet,* τῷ βασιλεῖ Ἰωσίᾳ. *Illud* εἰσῆλθεν, *quod in nostra, respondet hebræo Illa autem,* in domo Domini, *videri possunt aliunde huc irrepsisse.* γ Super nos.] καθ' ἡμῶν. *Apposite ad hebræum. Vulgata,* nobis. *Compl.* ἐν αὐτῷ, in eo. δ Matrem.] *Nonnulli,* γυναικῶν vxorem, *vt vulgata.* ε Verba, quæ audisti, propterea quod perterritum.] *Sic fere hebræus. Lucifer de non parcendo, &c.* Verba mea, quæ audisti, & reueritus es a facie mea. *Compl. autem & Theodoretus planius.* ἀνθ' ὧν ἤκουσας τῶν λόγων μου, καὶ ἐταλαιπώρησας. Propterea quod audisti verba mea, & perterritum est. ζ A facie.] *iidem addunt,* μου, mea, *hebræus,* Domini. η Non sic.] *Abest istud à Theodoreto. Notatum est superiore capite de locutione hac.* θ Et non aspicietur in oculis tuis, in omnibus malis.] *Theodoretus, & Compl.* καὶ οὐκ ὀφθήσονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακά, & non videbunt oculi tui omnia mala. *Lucifer,* & videbunt oculi tui, *sed manifesto mendo.* B

CAP. XXIII.

C
1 ET retulerunt regi verbum. Et misit rex, & congregauit ad se omnes seniores
Iuda, & Hierusalem. Et ascendit rex in domum Domini, & omnis
vir Iuda, & omnes habitantes in Hierusalem cum eo, & sacerdotes, &
prophetæ, & omnis populus a paruo, & vsque ad magnum. Et legit in auribus
eorum omnia verba libri testamenti inuenti in domo Domini. Et stetit rex ad
columnam: & disposuit testamentum coram Domino, eundi post Dominum,
& custodiendi mandata eius, & testimonia eius, & iustificationes eius in omni
corde, & in omni anima, erigendi verba testamenti huius scripta super librum
hunc. Et stetit omnis populus in testamento. Et mandauit rex Chelciæ sacerdoti
magno, & sacerdotibus ᵅ secundi ordinis, & custodibus liminis, educere e D
templo Domini omnia vasa facta Baal, & ᵅ luci, & omni virtuti cæli: & combussit
ea extra Hierusalem in β Sademoth Cedron: & eiecit puluerem eorum
in Bæthel. Et combussit γ Chomarim, (quos dederant reges Iuda, & adolebant
in excelsis, & in ciuitatibus Iuda, & quæ circa Hierusalem) & eos qui adolebant
Baal & Soli, & Lunæ, & ipsis δ Mazuroth, & vniuersæ virtuti cæli. Et
extraxit lucum e domo Domini extra Hierusalem in torrentem Cedron: & cōbussit
eum in torrente Cedron, & comminuit in puluerem: & proiecit puluerē
eius in sepulchrum filiorum populi. Et diruit domum ipsorum ε Cadesim,
qui in domo Domini, vbi mulieres texebant illic Chettijm luci. Et eduxit E
omnes sacerdotes e ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi adolebant
ibi sacerdotes, à Gæbal, & vsque Bersabee. Et diruit domum portarum, quæ iuxta
ostium portæ Iesu principis ᵑ ciuitatis, ex ijs quæ a sinistris viri in θ porta
ciuitatis: verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini
in Hierusalem: ι quoniam tantum comedebant azyma in medio fratrū
suorum. Et contaminauit ipsum κ Taphet, qui in valle filij Ennom, ad λ traducendum
virum filium suum, & virum filiam suam ipsi Moloch in igni. Et
combussit

A combuſsit equos, quos dederant reges Iuda Soli in introitu domus Domini, in Gazophylacium Nathan [a] regis Eunuchi in [r] Pharurin. Et currum Solis combuſsit igni, & altaria, quæ ſuper ſolarium cænaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda. Et altaria, quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs domus Domini, diruit rex, & demolitus eſt inde: & proiecit puluerem eorum in torrentem Cedron. Et domum, quæ ad faciem Hieruſalem, quæ a dextris montis Moſtath, quam ædificauerat Salomon rex Iſrael Aſtartæ offendiculo Sidoniorum, & Chamos offendiculo Moab, & Moloch abominationi filiorum Ammon, cōtaminauit rex. Et contriuit ſtatuas: & exterminauit lucos, & impleuit loca eo-
B rum oſsibus hominum. Etiam altare, quod in Bæthel, excelſum, quod fecerat Hieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Iſrael, etiam altare illud excelſum demolitus eſt, & contriuit lapides eius, & comminuit in puluerem, & combuſsit lucum. Et vertit ſe Ioſias, & vidit ſepulchra, quæ ibi in [ε] ciuitate, & miſit, & tulit oſſa è ſepulchris, & combuſsit ſuper altare, & contaminauit illud iuxta verbum Domini, quod locutus eſt homo Dei in ſtando Hieroboā in feſtiuitate ad altare. Et conuerſus leuauit oculos ſuos ad ſepulchrum hominis Dei, qui locutus fuerat verba hæc. Et dixit: Quid [•] ſcopulus ille, quem ego video? Et dixerunt ei viri ciuitatis: Homo Dei, qui venit e Iuda, & in-
C uocauit verba hæc, quæ inuocauit ſuper altare Bæthel. Et dixit: Sinite eum. Vir non moueant oſſa eius. Et ſaluata ſunt oſſa eius, cum oſsibus prophetæ, qui venerat e Samaria. Etiam omnes domos excelſorum, quæ in ciuitatibus Samariæ, quas fecerant reges Iſrael, ad irritandum Dominum, amouit Ioſias: & fecit in eis omnia opera, quæ fecerat in Bæthel. Et immolauit omnes ſacerdotes excelſorum, qui erant ibi, ſuper altaria: & combuſsit oſſa hominum ſuper ea. Et reuerſus eſt in Hieruſalem: & mandauit rex omni populo, dicens: Facite Paſcha Domino Deo noſtro: ſicut ſcriptum eſt ſuper librum teſtamenti huius. Quoniam non fuit factum [*] Paſcha hoc a diebus Iudicum, qui iudi-
D cabant Iſrael, & omnibus diebus regum Iſrael, & regum Iuda. Sed tantum octauo & decimo anno regis Ioſiæ factum eſt Paſcha Domino in Hieruſalem. Etiam [†] Theletas, & cognitores, & Theraphin, & idola, & omnia offendicula, quæ fuerunt in terra Iuda, & in Hieruſalem, ſuſtulit Ioſias, vt firmaret verba legis ſcripta ſuper librum, quem inuenit Chelcias ſacerdos in domo Domini. Similis ei non fuit ante eum rex: qui reuertit ad Dominum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in tota fortitudine ſua ſecundum omnem legem Moyſi. Et poſt eum non ſurrexit ſimilis ei. Verumtamen non eſt auerſus Dominus à furore iræ ſuæ magnæ, quo indignatus eſt ira ſua in Iuda ſuper irritationes, quibus irritauit eum Manaſſes. Et dixit Dominus: Etiam Iudam remouebo à
E facie mea, ſicut remoui Iſrael: & abijciam ciuitatem hanc, quam elegeram, ipſam Hieruſalem, & domum, [•] qua dixi: Erit nomen meum ibi. Et reliqua verborum Ioſiæ, & omnia, quæ fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? In diebus autem eius aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti ſuper regem Aſſyriorum ſuper flumen Euphratem. Et iuit Ioſias in occurſum eius. Et interfecit eum Nechao in Mageddo, in videndo eum. Et reportarunt eum pueri eius mortuum in Mageddo, & adduxerunt eum in Hieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro [*] eius. Et ſumpſit populus terræ Ioachaz filium

filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & regem fecerunt eum pro patre eius. Filius vi- A
ginti & trium annorum erat Ioachaz in regnando ipsum, & tres menses regna-
uit in Hierusalem: & nomen matri eius Amital filia Hieremiæ de Lobna. Et
fecit malum in oculis Domini secundum omnia, quæcumque fecerant patres
eius. Et transtulit eum Pharao Nechao in Rablaam in terra Æmath, vt non
regnaret in Hierusalem: & dedit mulctam super terram centum talenta argen-
ti, & ᵘ centum talenta auri. Et regem fecit Pharao Nechao super eos Elia-
cim filium Iosiæ regis Iuda, pro Iosia patre eius: & conuertit nomen eius Ioa-
cim. Et ipsum Ioachaz cepit, & adduxit in Ægyptum: & mortuus est ibi. Et ar-
gentum, & aurum dedit Ioacim Pharaoni. Verumtamen æstimari fecit terram B
ad dandum argentum ᵠ super os Pharaonis. Vir secundum æstimationem suam
dabant argentum, & aurum cum populo terræ, ad dandum Pharaoni Nechao.
Filius viginti & quinque annorum Ioacim in regnando ipsum: & vndecim an-
nos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Iedaph filia Phadail de Rhu-
ma. Et fecit malum in oculis Domini iuxta omnia, quæcumque fecerant pa-
tres eius.

* Secundi ordinis.] τῆς δευτερώσεως. Compl. τοῖς δευτερεύουσι, *& Lucifer*, secũdarijs, & custodientibus Ephod. α Lucum.] *Rursus notat Theodoretus*, τὸ ἄλσος, *esse Astartem, & Venerem, & ab alijs interpretibus dictum* Astaroth. β Sademoth.] *Significat*, campestribus, *aut*, conualle, *vt vulgata*. γ Chomarim.] *Compl.* τοὺς ἱερεῖς, sacerdotes, *quod est interpretatio illius: quamuis proprie significet sacrificulos. Vulgata*, aruspices. C δ Mazuroth.] *Compl. propius ad hebræum*, τοῖς μαζαλώθ, Mazaloth. *Interpretantur*, influentijs, *aut* syderibus. *Vulgata*, duodecim signis. *Theodoretus habuit*, τῷ μαζουρώθ, ipsi Mazuroth, *& ita scribit*. Illud autem, μαζουρώθ, puto esse nomen syderis, & conijcio Luciferum ita nominari. *Sed in hebræo est numerus multitudinis*. ε Cadesim.] *Theodoretus*. Per homonymiam ipsos dæmones vocabant sanctos. Cades enim exponitur sanctum. Aquila autem illud Cadesim ita est interpretatus, οὗ ἐποίουν ἐνδύματα τοῖς ἐκπορνεύουσιν ἀπὸ κυρίου, vbi faciebant indumenta ijs, qui exfornicabantur a Domino. *Vulgata*, effœminatorum. *De hac dictione alibi dictum est. videatur* 2. *Paralip. c.* 35. ζ Chettijm.] *Est vestigium dictionis hebraicæ, in qua similitudo litterarum aliquam mutationem fecit. Significat autem*, domunculas, *vt vulgata. Compl. autẽ, & Theodoretus habent* στολάς, stolas. *Lucifer*, quorum mulieres officiabantur ibi ad stolas. η Ciuitatis ex ijs, quæ a sinistris.] *Alii*, τῆς πύλης τῶν ἐξ ἀριστερῶν porta ex ijs, quæ a sinistris. *Sed Compl.* τῆς πόλεως τοῦ ὄντος ἐξ ἀριστερῶν, ciuitatis, quæ domus erat a sinistris, *& respondet hebræo*. θ In porta.] *Sic hebræus. In Compl. autem planius*, ἀνδρὸς εἰσπορευομένου τὴν πύλην τῆς πόλεως, viri ingredientis portam ciuitatis. ι Quoniam tantum.] *Hoc visum est hoc loco significare*, ὅτι εἰ μή, *& vulgata*, sed tantum. *A Compl. autem, & Theodoreto abest illud* ὅτι, *&* D *interpretantur*, nisi comederent, *aut*, nisi, vt comederent. κ Tapheth.] *Theodoretus*. In hebraicorum nominum interpretatione inueni significare nomen hoc θαφέθ, casum, & ruinam. Locus autem erat hic, in quo traducebant in igni pueros ipsi Moloch. Ammanitarum autem erat hoc idolum. λ Ad traducendum.] τοῦ διαγαγεῖν. *In vno exemplari Theodoreti videtur poni tanquam ex lxx.* τοῦ μὴ διάγειν ἄνδρα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐν πυρὶ τῷ μολόχ, vt non traduceret vir filium suum, & filiam suam in igne ipsi Moloch: *quomodo habet Compl. & satis respondet hebræo. Sed in Scholio*. Septuaginta, καὶ ἐμίανε τὸν ταφὲθ τὸν ἐν φάραγγι υἱοῦ ἐννόμ, τοῦ διάγειν ἄνδρα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ διὰ πυρὸς τῷ μολόχ. Symmachus. καὶ ἐμόλυνε τὸ ταφὲθ τὸ ἐν τῇ φάραγγι υἱοῦ ἐννόμ, ὥστε μὴ διαφέρειν. & quæ sequuntur similiter. *Interpretationes re ipsa parum discrepant. Nam illi vtebantur Tapheth, ad traducendum. Ezecias inquinauit, vt non traducerent*. μ Regis Eunuchi.] *Hoc eodem loco est in hebræo vocabulum* Melech, *quod huic respondet: & in vulgata*, Nathanmelech eunuchi. *Compl. autem transponit*, ναθὰν εὐνούχου βασιλέως, Nathan eunuchi regis. ν Pharurim.] *Theodoretus*: Illud, φαρουρί, Symmachus est interpretatus. τῷ φρουρίῳ, (al. φρουρᾷ) præsidio, munitione. ξ In ciuitate.] *Compl.* ἐν τῷ ὄρει, in monte, *vt vulgata, & Lucifer*. ο Scopulus.] *Hinc vsque ad illud*. Etiam omnes, *eodem modo recitantur in Scholio, & quantum coniici potest, ex lxx. Tantummodo pro* ἄφετε αὐτόν. *habet*, ἄφες αὐτῷ, dimitte ei, *& pro*, κινησάτω, κινησάτω, moueat, *& pro* ἐρρύσθησαν, διερρύσθησαν, inuenta sunt. *Compl. autem hanc insignẽ varietatẽ habet, pro*, ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, &c. ἐστὶν ὁ τάφος τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ ἐληλυθότος ἐκ τοῦ ἰούδα, καὶ λελαληκότος πάντας τοὺς λόγους οὓς ἐποίησας νῦν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν βαιθήλ. *quæ in vulgata*, Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bæthel. *Videntur etiam agnosci à Theodoreto*. π Pascha.] *Compl.* κατὰ τὸ πάσχα τοῦτο, iuxta Pascha hoc. *Vulgata*, Phase tale. ρ Theletas, & cognatores.] τοὺς θελητὰς καὶ τοὺς γνωριστάς. *Sed alii habent*, γνώστας, *itemque* 2. *Paralip.* 35. *de qua dictione dictum est supra. Rursus autem Compl. pro*, θελητάς, *habet*, τοὺς ἐγγαστριμύθους, ventriloquos. σ Qua.] *Vsitatus hebraismus pro*, de qua, *vt vulgata. Compl.* ἐν ᾗ, in qua. τ Eius.] *Compl. & alii addunt*, ἐν πόλει δαυίδ, in ciuitate Dauid, *quæ absunt ab hebræo, & vulgata*. υ Centum.] *In vno exemplari, & in Compl. est* δέκα, decem. φ Super os.] *Sic hebræus, quod vulgata*, iuxta præceptum.

CAP.

A
CAP. XXIV.

IN diebus eius aſcēdit Nabuchodonoſor rex Babylonis. Et factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis. Et reuertit, & rebellauit in eo. Et miſit Dominus ei accinctos Chaldæorũ, & accinctos Syriæ, & accinctos Moab, & accinctos filiorum Ammon: & emiſit eos in terram Iuda [α] ad præualendum iuxta verbum Domini, quod locutus eſt in manu ſeruorum ſuorum prophetarum. Verum [β] ſuper indignationem Domini fuit in Iuda, ad remouendum eum à facie ſua, in [γ] peccatis Manaſſe iuxta omnia, quæcumque fecerat: [δ] etiam ſan-
B guinem innocentem effuderat: & impleuerat Hieruſalem ſanguine innoxio. Et noluit Dominus propitiari. Et reliqua verborum Ioacim, & omnia, quæcumque fecit, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis. Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Et non adiecit vltra rex Ægypti exire de terra ſua; quoniam cepit rex Babylonis a torrente Ægypti vſque ad flumen Euphratem, omnia, quæcumque erant regis Aegypti. Filius octo & decem annorum Ioachim in regnādo ipſum: & tres menſes regnauit in Hieruſalem, & nomen matri eius Neſtha filia Ellanaſtham de Hieruſalem. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia, quæcumque
C fecerat pater eius. In tempore illo aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Hieruſalem: & venit ciuitas in clauſuram. [ε] Et intrauit Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatem, & pueri eius obſidebant ſuper eam. Et egreſſus eſt Ioachim rex Iuda ſuper regem Babylonis, ipſe, & pueri eius, & mater eius, & principes eius, & eunuchi eius. Et cepit eũ rex Babylonis in octauo anno regni ſui: & exportauit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regis: & cōcidit omnia vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in tēplo Domini, iuxta verbum Domini. Et tranſtulit ipſam Hieruſalem, & omnes principes, & potentes fortitudine, [ζ] captiuitatis decem millia captiuans, & omnem fabrum
D & incluſorem: & non remanſit, niſi mendici terræ. Et tranſtulit ipſum Ioachim in Babylonē, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & fortes terræ abduxit in demigrationem e Hieruſalem in Babylonem: & omnes viros virtutis, ſeptem mille, & fabrum, & incluſorem, mille: omnes potentes facientes bellum. Et duxit eos rex Babylonis tranſmigrationem in Babylonem. Et regem fecit rex Babylonis ipſum [η] Batthaniam filium eius pro eo, & impoſuit nomen eius, Sedecia. Filius viginti & vnius annorum Sedecias in regnando ipſum: & vndecim annos regnauit in Hieruſalem: & nomen matri eius Amital filia Hieremiæ. Et fecit malum in cōſpectu Domini, iuxta omnia
E quæ fecerat Ioacim. Quoniam ſuper indignationem Domini erat in Hieruſalem, & in Iuda; quoadusque abiecit eos a facie ſua. Et rebellauit Sedecias in rege Babylonis.

α Ad præualendum.] τοῦ κατισχῦσαι. Compl. τοῦ ἀπολέσαι αὐτόν, quod *vulgata*, vt diſperderent eum. *Conferantur cum his ea, quæ habentur in extremo cap. 2. Paral.* β Super indignationem.] *Locutio respondet hebræo: ſed in illo eſt,* ſuper os. *Vtroque autem modo idem ſignificatur, nimirum eueniſſe hoc per verbum, & per indignationem Domini aduerſus Iudam, vt amoueret eum, &c. Compl. autem* πλὴν θυμὸς κυρίου ἦν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν τοῦ ἀποστῆσαι αὐτ., verum furor Domini fuit ſuper Iudam ad remouendum eum. *In extremo tamen capite habet eodem modo ac noſtra.* γ In peccatis.] *Hoc etiam ex hebræo. Compl. autem planius,* διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας, propter omnia peccata. *Sed illud,* omnia, *abeſt etiam a vulgata.* δ Etiam ſanguinem innocentem effuderat.]

derat.] *Compl.* καὶ ἐν τῷ αἵματι τῷ ἀθῴῳ ὃ ἐξέχεε, & in sanguine innocente, quem effudit. ᵉ Intrauit.] A
εἰσῆλθεν. *Compl.* ἦλθεν, venit, *vt vulgata.* ᶻ Captiuitatis decem millia captiuans.] *Idest, abducens capti-*
uos decem mille. Sed in aliquo libro est, αἰχμαλωσίας δέκα χιλιάδας, *quod in vulgata est,* decem millia in captiui-
tatem. *In Compl. autem* δέκα χιλιάδας αἰχμαλωσίας, decem millia captiuitatis. ᵃ Batthaniam filium eius.]
Compl. τὸν ματθανίαν ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, *quod in vulgata,* Mathathiam patruum eius: *quæ lectio videtur*
agnosci a Theodoreto in cap. 1. huius quarti, vt ibi notatum est.

CAP. XXV.

ET factum est in anno nono regni eius in mense ᵃ decimo, venit Nabu-
chodonosor rex Babylonis, & omnis virtus eius super Hierusalem. Et
castrametatus est super eam, & ædificauit super eã circummurale in cir- B
cuitu. Et venit ciuitas in clausuram vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ
nona mensis. Et inualuit fames in ciuitate: & non erant panes populo terræ. Et
scissa est ciuitas: & omnes viri belli exierunt nocte viam portæ, quæ inter mu-
ros (hæc est horti regis) & Chaldæi super ciuitatem in circuitu. Et iuit viam
ᵝ Araba: & persequuta est virtus Chaldæorum post regem: & cepit eum in Ara
both Hiericho: & omnis virtus eius dispersa est desuper eo. Et ceperũt regem,
& duxerunt eum ad regem Babylonis in ᵞ Rheblatha. Et locutus est cum eo
iudicium: & filios Sedeciæ iugulauit ante oculos eius: & oculos Sedeciæ excæ-
cauit: & ligauit eum in compedibus, & duxit in Babylonem. Et in mense quin- C
to septima mensis (ipse annus nonus & decimus Nabuchodonosor regi Baby-
lonis) venit Nabuzardam ᵟ princeps coquorum stans coram rege Babylo-
nis, in Hierusalem: & incendit domum Domini, & domum regis, & omnes do
mos Hierusalẽ, & omnem ᵉ domum incendit princeps coquorum. Et murum
Hierusalem in circuitu diruit virtus Chaldæorum. Et residuum populi, quod
remanserat in ciuitate, & ᶻ eos, qui procubuerant, qui delapsi erant ad regem
Babylonis, & reliquum ᵑ firmamenti transtulit Nabuzardam princeps co-
quorum. Et de mendicis terræ reliquit princeps coquorum in vinitores, & in
ᶿ Gabin. Et columnas æneas, quæ in domo Domini, & ipsas ᶥ Mechonoth, & D
mare æneum, quod in domo Domini, contriuerunt Chaldæi: & tulerunt æs eo-
rum in Babylonem. Et lebetes, & ᵏ Iamin, & phialas, & mortariola, & omnia
vasa ænea, in quibus ministrant in eis, cepit: & thuribula, & phialas aureas, &
argenteas cepit princeps coquorum, columnas duas, & mare vnum, & Mecho-
noth, quas fecerat Salomon domui Domini. Non erat põdus æris omnium va-
sorum: octo & decem cubitorum altitudo columnæ vnius, & ᶺ Chothar su-
per eam æneum: & altitudo ipsius Chothar trium cubitorum; ᵘ Sabachà, &
mala punica super Chothar in circuitu, omnia ænea: & iuxta hæc columnæ se-
cundæ super Sabachà. Et tulit princeps coquorum Saræam sacerdotem primũ, E
& Sophoniam ᵛ filium secundi ordinis, & tres, qui custodiebant limen. Et de
ciuitate tulerunt eunuchum vnum, qui erat præfectus virorum bellatorum, &
quinque viros ex ijs, qui videbant faciem regis, inuentos in ciuitate, & scribam
principis virtutis, qui ordinabat populum terræ, & sexaginta viros de populo
terræ inuentos in ciuitate. Et cepit eos Nabuzardam princeps coquorum: &
duxit eos ad regem Babylonis in Rheblatha. Et percussit eos rex Babylonis, &
interfecit eos in Rheblatha in terra Aemath. Et translatus est Iudas desuper ter-
ra sua. Et ᶓ populus relictus in terra Iuda, quos reliquit Nabuchodonosor rex
Babylo-

A Babylonis; & constituit super eos Godoliam filium Achicham ο filium Saphan. Et audierunt omnes principes virtutis, ipsi, & viri eorum, quia constituit rex Babylonis Godoliam: & venerunt ad Godoliam in Massephat, & Ismael filius Nathaniæ, & Iona filius Careth, & Saræas filius Thanamuth Netophathites, & Iezonias filius Machuthi, ipsi, & viri eorum. Et iurauit Godolias eis, & viris eorum: & dixit eis: Ne timeatis π transitum Chaldæorum: Sedete in terra, & seruite regi Babylonis: & bene erit vobis. Et factum est, in septimo mense venit Ismael filius Nathaniæ filij Elisama de semine regum, & decem viri cum eo, & percussit Godoliam (& mortuus est) & Iudæos, & Chaldæos, qui erant cum eo
B in Massephà. Et surrexit omnis populus a paruo vsque ad magnum, & principes virtutum, & intrarunt in Aegyptum; quoniam timuerunt a facie Chaldæorum. Et factum est in trigesimo & septimo anno transmigrationis Ioachim regis Iuda in duodecimo mense, septima & vigesima mensis, exaltauit Euialmarodec rex Babylonis in anno regni sui caput Ioachim regis Iuda: & eduxit eum e domo custodiæ eius: & locutus est cum eo bona: & dedit thronum eius super thronos regum, qui cum ipso in Babylone: & mutauit vestiméta custodiæ eius. Et comedebat panem semper in conspectu eius omnibus diebus vitæ suæ. Et demensum eius, demensum perpetuo dabatur ei è domo regis ρ verbum diei
C in die suo, omnibus diebus vitæ eius.

α Decimo.] *In Compl. additur*, ἑνδεκάτῳ τοῦ μηνός, vndecima mensis. *Sed in aliis*, ἐν δεκάτῳ, in decima: *& sic vulgata.* β Araba.] *Compl.* τῆς ἐπὶ δυσμαῖς, quæ ad occasum, *aut*, quæ ad campestrè: *de qua re alibi dictum est. eadem varietas est paulo post in dictione Araboth.* γ Reblatha.] *Sic fere vulgata. Alii* εἰς Δεβλαθά, in Deblathà. *& ita in sequentibus, & 2. Par. 36.* δ Princeps coquorum.] ὁ ἀρχιμάγειρος, *de qua dictione alibi est notatum. Vocabulum hebræum vulgata interpretatur*, princeps exercitus, *alii*, magister laniorũ, *alii*, magister homicidarum. ε Domum.] *In aliis additur* μέγαν, magnam: *quod est in hebræo, sed non in vulgata.* ζ Et eos qui procubuerant, qui delapsi erant.] Sic *hebræus: & vulgata interpretatur*, profugos, qui transfugerant. *Compl.* τοὺς προσκεχωρηκότας τῷ βασιλεῖ, qui cesserant regi. η Firmamenti.] *Compl.* τοῦ λαοῦ, populi. θ Gabin.] *Compl.* γεωργούς, agricolas, *vt vulgata: & est interpretatio illius.* ι Mechonoth.] *Compl.* τὰς βάσεις, bases, *vt vulgata. De hoc vocabulo alibi dictum.* κ Iamin.] *Compl.* τὰς κρεάγρας, fuscinulas. *Dictionem hebræam, cuius nostra vestigium est, alii vertunt*, scopas, *vulgata*, trullas. λ Chothar.] *Compl.* τὰ ἐπιθέματα, additamenta, ornamenta. *Vulgata*, capitellum. μ Sabacha.] *Compl.* καὶ δίκτυον, & retiaculum, *vt vulgata.* ν Filium secundi ordinis.] *Compl.* τὸν ἱερέα τὸν δεύτερον, sacerdotem secundum, *vt vulgata.* ξ Et populus relictus.] *Compl.* καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν τὸν καταλειφθέντα, & super populum, qui remanserat. ο Filium.] *Compl.* υἱοῦ, filij: *quæ varietas alibi notata est.* π Transitum Chaldæorum.] πάροδον. *Compl.* ἀπὸ τῶν χαλδαίων, a Chaldæis. *Sed hebræus*, a seruis Chaldæorum, *& vulg.* seruire Chaldæis. ρ Verbum diei in die suo.] *Sic hebræus, idest portionem quotidianam singulo quoque die. Compl. autem* ἐν ἡμέραις αὐτοῦ in diebus eius.

PARA-

 A

PARALIPOMENON LIBER PRIMVS.

B

CAP. I.

ADAM, Seth, Enos, & Cainan, Maleleel, Iared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noe. [a] Filij Noe, Sem, Cham, Iapheth. Filij Iapheth, Gamer, Magog, Madaim, Ioyam, [b] Elisà, Thobel, Mosoc, & Thiras. Et filij Gamer, Aschanaz, & Riphath, & Thorgama. Et filij Ioyan, [c] Elisà, & Tharsis, Citij, & [d] Rhodij. Et filij Cham, Chus, & Mesraim, C
Phud, & Chanaan. Et filij Chus, Saba, & Euilà, & Sabatha, & Regma, & Sebethacha. Et filij Regma, Saba, & Dadan. Et Chus genuit Nebrod. Hic cœpit esse gigas, [e] venator super terram. [f] Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, Sala, Eber, Phaleg, Ragan, Seruch, Nachor, Tharra, [g] Abraham. Filij autem Abraham, Isaac, & Ismael. Hæ autem generationes eorum. Primogenitus Ismael, Nabæoth, & Cedar, Nabdeel, Massam, Masma, Iduma, Masse, Chondam, Thæman, Iettur, Naphes, Cedma. Hi filij Ismael. Et filij Chetturæ concubinæ Abraham. Et genuit ei Zembram, Iexan, Madiam, Madam, Sobae, Soe. Et filij Iexan, [h] Dædan, & Sabai. Et filij Madiam, Gephar, & D
Opher, & Enoch, & Abidà, & Eldada. Omnes hi filij Chetturæ. Et genuit Abraham Isaac. Filij Isaac, Iacob, & Esau. Et filij Esau, Eliphaz, & Raguel, & Ieul, & Ieglom, & Core. Filij Eliphaz, Thæman, & Omar, Sophar, & Gootham, & Cenez, & Thamna, & Amalec. Et filij Raguel, Naches, Zare, Some, & Mozè. Filij Seir, Lotan, Sobal, Sebegon, Ana, Deson, Osar, & Disan. Et filij Lotan, Chorrì, & Æman: Soror autem Lotan Thamna. Filij Sobal, Alon, Machanath, Tæbel, Sophi, & Onan. Filij autem Sebegon, Æth, & Sonan. Filij autem Dæson, Emeron, & Asebon, & Iethram, & Charran. Et filij Osar, Balaam, & Zucam, & Acan. Filij Disan, Os, & Aran. Et hi [i] reges eorum. Balac filius Beor: & nomen ciuitati eius Dennaba. Et mortuus est Balac: & regnauit pro eo Io- E
bab filius Zara de Bosorra. Et mortuus est Iobab: & regnauit pro eo Asom de terra Thæmanon. Et mortuus est Asom, & regnauit pro eo Adad filius Barad, qui percussit Madiam in campo Moab: & nomen ciuitati eius Gethæm. Et mortuus est Sebla: & regnauit pro eo Saul de Rooboth, quæ trans flumen. Et mortuus est Saul: & regnauit pro eo Balaennor filius Achobor. Et mortuus est Balaennor: & regnauit pro eo [k] Adad filius Barad: & nomen ciuitati eius [l] Phogor. Duces Edom, Dux Thamna, Dux Golada, Dux Iether, Dux Elibamas, Dux

Llas:

A Elas, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Thæman, Dux Babsar, Dux Magediel, Dux μ Zaphoin. Hi duces Edom.

α Filij Noe.] *Abest hoc ab aliis, & a vulgata.* β Elisà.] *Abest a Compl. & vulgata.* γ Elisà.] *Sic etiam vulgata. In aliquo impresso* ἐλισὰ, Helidà. δ Rhodij.] *In aliis,* Ῥόδανιμ, Dodanim, *vt vulgata. Verum tot sunt in huiusmodi nominibus varietates, vt lectori sua sit præstanda diligentia in conferendis codicibus, non omnia a nobis expectanda. Quàm autem codices tempore etiam S. Hieronymi vitiosi fuerint, satis ipse locuples testis est in epist. ad Domnonem, & Rogatianum. In commentariis græcis nomina aliquanto propius accedunt ad hebræum; eosque videntur sequuti* Complutenses. ε Venator.] *Abest a Compl. ac fortasse,* gigas, *&* venator, *sunt duæ interpretationes eiusdem dictionis. Vulgata*, cepit esse potens in terra. *Post quæ in aliis libris hæc sequuntur,* Et Mesraim genuit ipsos Ludijm, & Ænomijm & Labijm, & Nephthoîm, & Phatheroim, & Petrosonijm (*pro his duobus in Compl. est tantum,* τοὺς φετρουσιμ, *& vulgata,* Phetrusim) & Chasloim, vnde exierunt inde Phylistijm, & Caphthorim. Et Chanan genuit Sidona primogenitum suum, & Chettæum, & Iebusæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Euæum, & Arocæum, & Ilennæum, (*Compl. addit,* & Aradi, & Samaræum) & Amathi. Et filij Sem, Ællã, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram (*in aliquo libro additur,* & filij Aram. *quod tamen abest ab aliis, & à vulgata*) Vz, & Vl, & Gether, & Mosoch. Et Arphaxad, & Lud, & Aram, Caina genuit ipsum Cainan. Et genuit Sala (*pro istis,* & Lud, & Aram, Caina, &c. *in vno vetusto, & in Compl est,* genuit ipsum Cainan. Et Cainam genuit Sala. *Vulgata autem habet tantum,* Arphaxat autem genuit Sale.) Et Sala genuit Eber. Et ipsi Eber fuerunt duo filij: nomen vni Phaleg, quoniam in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratri eius Iectam. Genuit (*Compl.* Iectam autem genuit, *vt vulgata*) Elmodad, & Saleph, & Atermoth, & Iader, & Idram, & Vzal, & Decla, & Gamaal, & Abimeel, & Saba, & Vphir, & Eulat, & Ioab. Omnes isti filij Iectam. ζ Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad.] *In Compl. & vulgata tantum est,* Sem, Arphaxad. η Abraam.] *Alii* Abram. Ipse Abrã. θ Dædan, & Saban.] *Compl. & vulgata,* Saba, & Dadan. *In multis autem libris hæc subiunguntur,* Et filij Dædan, Raguel, & Nabdeel, & Assuelim, & Latælid, & Loomim, quinque. ι Reges eorum.] *Alii* reges, qui regnauerunt in Edom (*aut,* in terra Edom) antequam regnauit rex in filijs Israel: *quomodo fere vulgata.* κ Adad filius Barad.] *Alii partim habent,* Adad, Barad, *partim solum,* Adad, *& sic vulgata.* λ Phogor, Duces.] *Alii,* Phogor: & nomen vxori eius Metabel filia Mezaab (*Compl. autem,* filia Matreth filia Mezaab: *vbi,* filia, *secundo loco valet,* filiæ, *vt in vulgata: idque alibi notatum.*) Et mortuus est Adad. Et facti sunt Duces, &c. μ Zaphoin.] *In nonnullis libris est,* Heram, *aut* Eram, *vt Compl. vulg.* Hyrã.

CAP. II.

HÆC α nomina filiorum Israel: Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Issachar, Zabulon, Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad, Aser. Filij Iuda, Er, Aynan, Selom: tres nati sunt ei ex filia Sauæ Chananitide. Et fuit Er primogenitus Iudæ malus ante Dominum: et occidit eum. Et Thamar nurus eius peperit ei Phares, et Zara. Omnes filij Iuda, quinque. Filij Phares, Esrom, et D Iemuel. Et filij Zara, Zambri, et Aetham, & Aemuam, & Calchal, et Darad, omnes quinque. Filij Charmi, Achar β impeditor Israel, qui præuaricatus est in anathema Et filij Aetham, Azarias. Et filij Esrom, qui nati sunt ei, Ieramael, et γ Aram, et Caleb. Et Aram genuit Aminadab: et Aminadab genuit Naasson, principem domus Iuda. Et Naasson genuit Salmon. Et Salmon genuit Booz. Et Booz genuit Obed. Et Obed genuit Iessæ. Et Iessæ genuit primogenitum suum Eliab: Aminadab, secundus: Samaa, tertius: Nathanael, quartus: δ Zabdai, quintus: Asam, sextus: Dauid, septimus. Et soror eorum Saruia, & Abigæa. Et filij Saruiæ Abisa, & Ioab, & Asael tres. Et Abigæa genuit Amessalo, & pater E Amessalo Iothor Ismaelita. Et Chaleb filius Esron accepit Gazubà vxorem, & Ierioth. Et hi filij eius, Iasar, & Subab, & Ardon. Et mortua est Gazubà: & accepit sibi Chaleb ipsam Ephrath: & peperit ei Or. Et Or genuit Vri. Et Vri genuit Beseleel. Et post hæc intrauit Esrom ad filiam Machir patris Galaad: & ipse accepit eam: & ipse sexaginta ε quinque annorum erat. Et peperit ei Seruch. Et Seruch genuit Iair. Et fuerunt ei viginti & tres ciuitates in Galaad. Et accepit Gedsur, & Aram ζ pagos Iair ab eis, ipsum Chanath, & pagos eius, sexaginta ciuitates. Omnes hæ filiorum Machir patris Galaad. Et postquam mortuus est Esrom venit Chaleb in Ephratha. Et vxor Esrom Abia: & peperit ei Aschò pa-

trem Thecoe. Et fuerunt filij Hierameel primogeniti Esrom, primogenitus A
Rham, & Banaa, & Aram, ᵝ & Asan frater eius. Et fuit vxor alia ipsi Hierameel: & nomen ei Atara. Hæc est mater Ozom. Et fuerunt filij Rham primogeniti Hieramoel, Maas, & Iamin, & Achor. Et fuerunt filij Ozom, Samai, & Iadae. Et filij Samai, Nadab, & Abisur: & nomen vxoris Abisur, Abichæa: & peperit ei Achabar, & Moel. Et filij Nadab, Salad, & Apphain. Et mortuus est Salad non habens filios. Et filij Apphain, ' Isemiel. Et filij Isemiel, Sosan. Et filij Sosan, Dadæ. Et filij Dadæ, Achisamas, Iether, Ionathan. Et mortuus est Iether non habens filios. Et filij Ionathan, Phaleth, & Ozam. Hi fuerunt filij Hierameel. Et non fuerunt Sosan filij, sed filiæ. Et ipsi Sosan erat puer Ægyptius: & nomen ei * Iochel. Et Sosan dedit filiam suam Iochel puero suo in vxorem: & B
peperit ei Ethi. Et Ethi genuit Nathan. Et Nathan genuit Zabed. Et Zabed genuit ^λ Aphamel. Et Aphamel genuit Obed. Et Obed genuit Ieù. Et Ieù genuit Azariam. Et Azarias genuit Chelles. Et Chelles genuit Eleasa. Et Eleasa genuit Sosomai. Et Sosomai genuit Salum. Et Salum genuit Iechemiam. Et Iechemias genuit Elisamà. Et Elisamà genuit Ismael. Et filij Chaleb fratris Hierameel, ᵘ Merisà primogenitus eius. Hic pater Ziph. Et filij Merisà patris Chebron. Et filij Chebron, Core, & Tapphus, & Recom, & Samaa. Et Samaa genuit Raē patrem Ieclan. Et Ieclan genuit Samai. Et filius eius Maon. Et Maon pater Bæthsur. Et Gæpha concubina Chaleb genuit Aram, & Mosa, & Gezue. Et filij C
Addai, Rhagem, & Ioatham, & Sagar, & Phalech, & Gæpha, & ᵛ Sagae. Et concubina Chaleb Mochà genuit Saber, & Tharam. Et genuit Sagae patrem Madmena, & Sau patrem Machabena, & patrem Gæbal. Et filia Chaleb, Ascha. Hi fuerunt filij Chaleb. Filii Or primogeniti Ephrathà, Sobal pater Chariathiarim, Salomon pater Bæthà, Lammon pater Bæthalaem, & Arim pater Bethgedor. Et fuerunt filij Sobal patri Cariathiarim, ξ Araa, & Asi, & Ammanith, & ᵒ Vmasphae, ciuitates Iair, Aethalim, & Mephithim, & Samathim, & Masaraim. Ex his exierunt Sarathæi, & ᵖ filij Esthaam. Filij Salomon, Bæthalaem, D
ᵍ Netophathi, Ataroth domus Ioab, ᵉ & dimidium Malathi, Esari. ᵀ Cognationes scribarum habitantes in Iabis, ᵘ Thargathijm, & Samathijm, & Sochatim. Hi sunt Cinæi, qui venerunt ex Hæmath patre domus Rhecab.

α Hæc nomina filiorum.] *Alii*, ὅτι δὲ, (*istud* δὲ, *abest à Compl*,) υἱοί. Isti autem filij. β Impeditor.] ὁ ἐμποδιστής. *Alii* ὁ ταράξας, qui turbauit, *vt vulg.* γ Et Aram, & Chaleb.] *Alii* χαλωβί, Chalobi *Alii*, καὶ ῥάμ, καὶ χαλέβ, καὶ ἀράμ, & Rac, & Chaleb, & Aram. *Verum*, Rac, *&* Aran, *videtur ducta ex eadē dictione hebraea, qua in vulg. vertitur* Ram. δ Zabdai.] *Alii*, ῥεδί, Rhedi. *Compl.* ῥεδαΐ, Redai. *Vulg.* Raddai. ε Quinque.] *Compl.* υἱὸς ἑξήκοντα ἐτῶν, filius sexaginta annorum, *vt hebraeus.* ζ Pagos Iair.] *Vulg.* oppida Iair. *Compl.* καὶ τὴν αὐώθ. *Et illud quidē* αὐώθ, *est dictio hebraica, qua significat villas, pagos, oppida. Sed illud* καὶ τὴν, *mēdosum omnino est.* η Pagos.] *Compl*, θυγατέρας, filias, *vt hebraeus.* θ Et Asan frater eius.] *Alii* Atom. *Alii* ἀχιά, καὶ ἀσώμ, *aut* καὶ ἀσώμ, καὶ ἀχιά. *Vulg.* & Atom, & Achia: *Et illud*, frater eius, *videtur interpretatio illius*, Achia. ι Isemiel.] *Alii* ἰεσσί, Iessi. *Compl.* ἰεσσουί, Iessui. *Vulg* Iesi. κ Iochel.] *In aliis* ἰεραά, *aut* ἰεχήλ. *Vulg.* Ieraa. λ Aphamel.] *Alii* ἰεῦ, Ieu. E
Compl. ὀφαλ, *vulg.* Ophal. μ Merisa.] *In aliis* μασά, *aut* μωσά. *Vulg.* Mesa. *Sed infinitæ sunt huiusmodi varietates.* ν Sagae.] *Alii* σαφ, *aut* σαάφ, *&* *vulg.* Saaph. ξ Araa, & Æli, & Ammanith.] *Sunt vestigia dictionū hebraicarū: pro quibus in vulg. ponuntur interpretationes*, qui videbat dimidiū requietionum. ο Et Vmosphae ciuitates Iair.] *In quibusdā est pro*, ciuitates Iair, *κωμαὶ* ἰαΐρ, *&* *in Compl.* καὶ *πατριαὶ*..., *sed istud* καὶ, *redundat. Nā illud* Vmosphae *est vestigiū dictionis significātis cognationes. Quare vulg.* & de cognatione Cariathiarim. π Et filij Esthaam.] *Alii* καὶ οἱ ἐσθαωλαῖοι, *aut* καὶ οἱ ἐσθαολί. *Vulg.* & Esthaolitæ. ϛ Netophathi.] *Aliqui habent.* καὶ νετωφαθί, *vt hic etiam intelligatur esse filius Salomon*, (*aut Salma, vt alii*) *&* *vtrique fuisse* Ataroth, *idest corona domus Ioab.* σ Et dimidium Malathi, Esari.] *Compl.* καὶ ἡ μανααθὶ καὶ ὁ σαρεί. *Vulg.* & dimidium requietionis Sarai. τ Cognationes scribarum.] πατριαί. *Compl.* καὶ δῆμοι σοφηρείμ, & populi Sopherim, *quod tamen significat*, scribarum. υ Thargathim, & Samathim, & Sochathim.] *Pro his in vulgata ponuntur interpretationes* Canentes, atque resonātes, & in tabernaculis cōmorātes: *sicut etiā paulo post pro*, Hæmath, calore.

C A P.

A

CAP. III.

ET hi fuerunt filij Dauid, qui nati sunt ei in Chebron. Primogenitus Amnon Achinaam Iezraelitidi: secundus Damniel, Abigææ Carmeliæ: tertius Abessalom, filius Mochà filiæ Tholmai regis Gedsur: quartus, Adonia filius Angith: quintus Saphatia ipsius Abital: sextus Iethraam ex Agla vxore eius. Sex nati sunt ei in Chebron: et regnauit ibi septem annos, et sex menses. Et triginta et tres annos regnauit in Hierusalem. Et hi nati sunt ei in Hierusalem: Samaa, Sobab, Nathan: et Salomon: quatuor ipsi Bersabee filiæ Amiel. Et Ebaar, et Elisa, et Eliphaleth, et Nagai, et Naphec, et Iaphie, et Elisama, et Eliada, et Eliphala, nouem. Omnes filii Dauid, præter filios concubi-
B narum. Et Themar soror eorum. Filii Salomon, α Roboam, Abia filius eius, Asa filius eius, Iosaphat filius eius, Ioram filius eius, Ochozias filius eius, Ioas filius eius, Amasias filius eius, Azarias filius eius, Ioathan filius eius, Achaz filius eius, Ezecias filius eius, Manasses filius eius, Amon filius eius, Iosia filius eius. Et filij Iosia, primogenitus Ioanan, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Salum. Et filii Ioacim, Iechonias filius eius, Sedecias filius eius. Et filii Iechoniæ, Asir, Salathiel filius eius, Melchirā, et Phadaias, et Sanesar, et Iecemia, et Osamath, et Nabadia. Et filii Phadaias, Zorobabel, et Semei. Et filii Zorobabel Mosol-
C lam, et Anania, et Salomethi soror eorum et Asube, et Ool, et Barachia, et Asadia, et Asobed, quinque. Et filii Anania, Phalettia, et Iesias filius eius, Raphal filius eius, Orna filius eius, Abdia filius eius, Sechenias filius eius. Et filius Sechenia, Samaia. Et filii Samaia, Chattus, et Ioel, et Berri, et Noadia, et β Saphath, sex. Et filii Noadia, γ Elithenan, et Ezecia, et Ezricam, tres. Et filii Elithenan, Odolia, et Eliasebon, et Phadaia, et Acub, et Ionanan, et Dalaaia, et Anan septem.

α Roboam.] *Sic etiam hebraice. Compl. addit,* [illegible] [illegible]*, filius eius.* β Saphat.] *In vulgata additur,* & Scia: *quod in græcis codicibus, etiam in Complutensi videtur desiderari ad explendum numerum senarium.*
D γ Elithenan.] *Alij* [illegible] *& vulgata,* Elioenai.

CAP. IV.

ET filij Iuda, Phares, Esrom, & Charmi, & Or, Subal, & α Rada filius eius: Et Subal genuit Ieth. Et Ieth genuit Achimai, & Laad. Hæ sunt β generationes ipsius Arathi. Et hi γ filij Aetham, Iezrael, & Ieman, & Iebdas: & nomen sororis eorum δ Eselebbon. Et Phanuel pater Gedor: & Iaser pater Osan. Hi filij Or primogeniti Ephrathà patris Bæthalaen. Et ipsi Assur patri Thecoe fuerunt duæ vxores, ε Aoda, & Thoada. Et Aoda peperit ei Ochæa, &
E Ephal, & Thæman, & Aasther. Omnes hi filij Aodæ. Et filij Thoadæ, Sereth, & Saar, & Esthanam. Et Coe genuit Enob, & Sabathà, & ζ generationes fratris Rechab filij Iarin. Et fuit α Igabes gloriosus super fratres suos: & mater vocabat nomen eius Igabes, dicens: peperi, β sicut Gabes. Et inuocauit Igabes Deū Israel, dicens: Si benedicens benedixeris me, & multiplicaueris fines meos, & fuerit manus tua mecū, & feceris cognitionem ad non humiliādum me. Et adduxit Deus omnia, quæcumque petijt. Et Chaleb pater Ascha genuit Machir. Hic pater Assathon: γ genuit Bathræam, & Bessee, & Thæman patrem ciuitatis

Naas fratris Eſelom Cenezi. Hi viri Rhecab. Et filij Cenez, Gothoniel, A
& Saraia. Et filij Gothoniel, ᵃ Athath. Et Manathi genuit Gopherà. Et
Saraia genuit ᵇ Iobab patrem Ageaddair: quoniam fabri erant. Et filij Cha-
leb filij Iephonne, Er, Adà, & Noom. Et filij Adà, Cenez. Et filij Aleel,
Zib, & Zepha, & Thiria, & Eſerel. Et filij Eſri, Iether, Morad, & Apher,
& Iamon. Et Iether genuit Maron, & Semei, & Iesbà patrem Eſthæmon:
& vxor eius hæc Adià peperit Iared patrem Gedor, & Aber patrem So-
chon, & μ Chetiel patrem Zamon. Et hi filij Betthia filiæ Pharao, quam
accepit Mored. Et filij vxoris Iduiæ ſororis Nachaim patris Ceilà, Gar-
mi, & Eſthæmon Nochathì. Et filij Senon, Amnon, & Ana filius Pha- B
na, & Inon. Et filij Sei, Zoan. Et filij Zoab, filij Selom filij Iuda. Et pa-
ter Lechab, & Laada pater Merisà. Et ᵉ generationes domeſticorum Ephra-
thabac domui Eſoba, & Ioacim, & viri Chozeba, & Ioas, & Saraph, qui
habitabant in Moab. Et reduxit eos ᶠ Abederim, Athuciim. Hi figuli ha-
bitantes in Ataim, & Gadira cum rege: in ᵉ regno eius inualuerunt, & habita-
runt ibi. Filii Symeon, Namuel, & Iamin, Iarib Zares, Saul, Salem filius eius,
Mabaſam filius eius, Maſma filius eius, Amuel filius eius, Sabud filius eius, Zac
chur filius eius, Semei filius eius. Ipſi Semei filii ſex & decem, & filiæ ſex. Et
fratribus earum non fuerunt filij multi. Et omnes patriæ eorum non abunda- C
runt, vt filij Iuda. Et habitauerunt in Berſabee, & Molada, & in Eſerſual, & in Ba-
laa, & in Æſem, & in Tholad, & in Bathuel, & in Herma, & in Secelag, & in Bæ-
thmarimoth, & Hemiſuſeoſim, & domus Baruſeorim. Hæ ciuitates eorum
vſque ad regem Dauid. Et villæ eorum, Ætan, & En, Remmon, & Thoccà, &
Æſar, ciuitates quinque: & omnes villæ earum in circuitu ciuitatum harum
vſque Baal. Hæc poſſeſsio eorum, & diſtributio eorum. Et Meſobab, & Ie-
moloch, & Ioſia filius Amaſia, & Ioel, Ieu filius Aſabia, filius Saray, filius Aſiel,
& Elionai, & Iocabà, & Iaſuia, & Aſaia, & Iediel, & Iſmael, & Banæas, & Zuzà fi-
lius Saphai, filii Alom filii Iedia filii Semri filii Samææ. Hi ſunt qui tranſie-
runt in nominibus principum in generationibus ſuis: & in domibus patriarum D
ſuarum multiplicati ſunt in multitudine: & iuerunt vſque ad veniendum Ge-
rara vſque ad orientem Gai, ad quærendum paſcua pecoribus ſuis. Et inue-
nerunt paſcua plura, & bona: & terra lata coram eis: & pax, & quies, quoniam
ex filiis Cham habitantium ibi antea. Et venerunt hi ſcripti ſuper nomen in die-
bus Ezeciæ regis Iuda: & percuſſerunt domos eorum, & Minæos, quos inuene-
runt ibi, & anathemarunt eos vſque in diem hanc: & habitauerunt pro eis: quo-
niam paſcua pecoribus ſuis ibi. ᵉ Et ex eis de filiis Symeon iuerunt in mon-
tem Seir viri quingēti, & Phalaetthia, & Noadia, et Rhaphaia, et Oziel filii Ie-
ſi principes eorum. Et percuſſerunt reſiduos, qui remanſerant de Amalec E
ᵉ vſque in diem hanc.

ᵃ Et Rada filius eius. Et Subal.] *Diſcrepant codices. Compl.* καὶ ῥαιὰ υἱὸς σωβάλ, *quod vulgata*, Rahia vero filius Subal. ᵝ Generationes ipſius Arathi.] *Compl.* αὗται δυνάμεις τοῦ σαραθί. *Vulgata*. Hæ generationes Sarathi. ᵞ Filij Ætham.] *Compl.* πατέρες ἠτάμ, patres Etam. *Hebraeus*, patris, *quaſi dicas*, paterna ſucceſſio: *quomodo ſæpe in ſequentibus vſurpatur. Quare vulgata*, ſtirps. ᵟ Eielebbon.] *Nonnulli*, ἐσελελφών, Eſcadelphon. *Compl*, ἀσηλαφωνί, *vulgata*, Aielaphum. ᵋ Aoda, & Theodà.] *Alii*, χαλλὰ, καὶ ναααρά, Challa, & Naara. *Complutenſis*, ἀλαὰ καὶ νααρά. *Vulgata*, Alaa, & Naara. *Et incipiunt à commemoratione filiorum Norrà.* ᶻ Et generationes.] καὶ γενέσεις, *& videtur accuſandi caſus. Nam ſic vulgata*, & cognationem Aharel filij

A filij Amor. *Compl.* αὗται αἱ πατριαὶ ἀδελφοῦ ῥηχὰβ υἱοῦ αἰρὶμ. Hæ sunt familiæ fratris Rechal filij Harim. ε Igabes.] *Alii* ἰαβὴς Iabes, *vt vulgata.* θ Sicut Gabes.] *Est aliquod vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat,* in dolore, *vt habet vulgata. Quare alii libri,* ἐν ὀδυνῶ. ι Genuit Bathræam.] *In aliis,* Et Asathon (*aut* Esthathon) genuit Satrepha, & Phesse, & Thanà patrem ciuitatis Naas. *Et in Compl. quæ habet,* Einaas, *continuo sequitur* Hi viri Rechà. κ Athath. Et Manathi genuit.] *Non habet plura hebræus: quamuis fortasse subintelligenda sint, quæ supplet Compl. quæ habet,* Atheth, & Maonathi. Et Maonathi genuit, *& sic vulgata.* λ Iobab patrem Ageaddair.] *Alii,* Ioram patrem Gesafarim. *Compl.* Ioab patrem Gecharasim, *quod significat,* vallis artificum, *vt vulgata.* μ Chetiel.] *Alii,* Iechethiel patrem Zanoi, *nec multo aliter Compl. aut vulgata.* ν Et generationes domesticorum Ephrathabat.] *Discrepant codices mirabiliter. Quidam,* Ebdomatharbus. *Compl.* καὶ δῆμοι οἴκου αὐτοῦ ἀβοῦς & populi domus Obeth Abus. *Vulgata,* & cognationes domus operantium byssum: *& ita in sequentibus pro nominibus hebraicis ponit interpretationes nominum.* ξ Abederim, Athucijm.] *Sunt vestigia dictionum hebraicarum significantium,* verba antiqua. *Quare Compl.* καὶ ἀνέστρεψαν εἰς λεέμ. οἱ δὲ λόγοι παλαιοί εἰσιν, & reuerterunt in Leem. Verba autem vetera

B sunt: *& sic fere vulgata.* ο In regno eius.] *Compl.* ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, in operibus eius, *vt vulgata. In hebræo valde affines sunt voces, quæ significant,* regnum, & opus: *vt alibi dictum est.* π Et ex eis de filijs.] [illegible] *illud,* ἐκ *abest à Compl.* Et ex ipsis filijs Symeon: *quod respondet vulgata: sed nostra locutioni hebraicæ; licet idem sit sensus.* ρ Vsque in diem hanc.] *Alii,* καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. *Vulgata addit,* pro eis.

CAP. V.

ET filij Ruben primogeniti Israel. Quoniam hic primogenitus: & in ascendendo super cubile patris sui, dedit benedictionẽ eius filio, α suo Ioseph filio Israel: & non est in genealogia computatus in primogenituram:

C quoniam Iudas potens fortitudine, & in fratribus suis, & in ducem ex ipso, & benedictio ipsius Ioseph. Filij Ruben primogeniti Israel, Enoch, & Phallus, Asrom, & Charmi. Filij Ioel, β Semei, & Banæa filius eius. Et filij Gug filij Semei, filius eius, Micha filius eius, Recha filius eius Ioel, filius eius Beel; quem transtulit Thaglaphallasar rex Assur. Hic princeps eorum, qui ipsius Ruben. Et fratres eius patria sua in genealogijs suis secundum generationes suas, princeps Ioel, & Zacharia, & Balec filius Azuz, filius Sama, filius Ioel. Hic habitauit in Aroer, & super Nabay, & Beelmasson: & ad Orientem habitauit vsque ad contigua deserti a flumine Euphrate, quoniam pecora eorum multa in terra Ga-

D laad. Et in diebus Saul fecerunt bellum aduersus γ incolas, & ceciderunt in manus eorum ij, qui habitabant in tabernaculis suis, omnes ad Orientem ipsius Galaad. Filij Gad e regione eorum habitarunt in terra Basan vsque Sela. Ioel primogenitus, et Saphan secundus: et Ianin scriba in Basan: et fratres eorum secundum domos patriarum suarum, Michael, Mosollam, et Sebee, et Iorei, et Ioachan, et Zue, et Obed, septem. Hi filij Abichæa filij Vri filij Idai filij Galaad filij Michael filij Iesai filij Ieddai filij Buz fratris filij Abdiel filij Guni, princeps domus patriarum, habitabant in Galaad, in Basan, et in pagis earum, δ et omnia adiacentia Saron vsque ad exitum. ε Omnium computatio in diebus Ioatham regis Iuda, et in diebus Hieroboam regis Israel. Filij Ruben, et Gad, et dimi-

E dium tribus Manasse ex filijs virtutis, viri leuantes clypeos, et gladium, et tendentes arcum, et docti bellum, quadraginta et quatuor mille, et septingenti et sexaginta egredientes in aciem. Et faciebant bellũ cum Agarenis, et Ithuræis, et Naphisæis; et Nadabæis, et inualuerunt super eos. Et dati sunt in manus eorum Agaræi, et omnia tabernacula eorum: quoniam ad Deum clamauerunt in prælio: et exaudiuit eos: quoniam sperauerunt in eum: et captiuarunt ζ apparatum eorum, camelos quinquies mille, et ouium ducẽta quinquaginta millia, asinos bis mille, et animas virorum η centum millia: θ et habitarunt pro eis

vſque ad tranſmigrationem. Et dimidij tribus Manaſſe, habitarunt a Baſan vſ- A
que Baal, Ermon, et Sauir, et montem Aermon. ι Et in Libano ipſi abunda-
runt. Et hi principes domus patriarum eorum, Opher, et Sei, et Eliel, et Hiere-
mia, & Oduia, & Iediel, viri fortes virtute, viri nominati, principes domorum
patriarum ſuarum. Et præuaricati ſunt in Deum patrum ſuorum, & fornicati
ſunt poſt Deos populorum terræ, quos ſuſtulerat Deus a facie eorum. Et ſuſci-
tauit Deus Iſrael ſpiritum Phaloch regis Aſſur & ſpiritum Thaglaphallaſar re-
gis Aſſur: & tranſtulit Ruben, & Gaddi, & dimidium tribus Manaſſe: & duxit
eos in Chaach, & Chabor, & ſuper flumen Gozan vſque in diem hanc.

B

α Filio ſuo Ioſeph.] *In aliquot codicibus eſt,* τῷ υἱῷ ἰωσὴφ, filio Ioſeph. *Verum totus hic locus ita apud Theodoretum habet,* υἱοὶ ῥουβὶμ πρωτοτόκου ἰσραήλ, ὅτι αὐτὸς ὁ πρωτότοκος, ἐν δὲ τῷ βεβηλῶσαι τὴν στρωμνὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔδωκε τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς ἰωσήφ. καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη εἰς πρωτοτόκια ῥουβίμ, ὅτι ἰούδας δυνατὸς ἐν ἰσχύϊ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ εἰς ἡγούμενον ἐξ αὐτοῦ. καὶ τὰ πρωτοτόκια τοῦ ἰωσήφ. Filij Ruben primogeniti Iſrael. Nam ipſe primogenitus: ſed in polluendo lectum patris ſui, dedit primogenita eius filijs Ioſeph. Et non eſt in genealogia computatus in primogenita Ruben: quoniam Iudas potens in fortitudine in fratribus ſuis, & in ducem ex ipſo: & primogenita ipſi Ioſeph. *Eodem fere modo Compl. niſi, quod pro* ἔδωκε, *babet* ἐδόθη, data ſunt. *Addit Theodoretus (quamuis interpres mutilato codice ſit vſus) ex hac narratione conſtare Ioſeph quidem reportaſſe iura primogenituræ, ſed principatum ad Iudam deueniſſe ob Dominum, qui ex eo natus eſt ſecundum carnem.* Nam hoc, *inquit,* ſignificat illud, in ducem ex ipſo. Non enim ſolos reges qui ex eo, ſignificat oratio, ſed & regem æternum, &c. *Illud autem* in ducem, *eſt hebraiſmus, & valet,* Dux, *aut* ij, qui futuri erant in Ducem. β Semei, & Banæa filius eius. Et filij Gug.] *Variant nonnihil codices. Sed Compl. ſatis prope ad vulgatam,* Semei filius eius, Gog filius eius, Samec filius eius, Micha filius eius, Rhaia filius eius, Baal filius eius, Barà filius eius, quem tranſtulit, &c. γ Aduerſus incolas: & ceciderunt.] *Compl.* cum Agarenis, & ceciderunt in manu eorum. Et habitauerunt in tabernaculis eorum ſuper omnem faciem Orientis Galaad. δ Et omnia adiacentia Saron vſque ad exitum.] *Compl.* καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀφωρισμένοις σαρὼν ἐπὶ τῶν διεξόδων αὐτῶν, & in omnibus ſegregatis (*ideſt,* ſuburbanis, *vt vulgata*) Saron ſuper exitus eorum: *quamuis illud,* ſuper, *more hebraico valeat,* vſque ad exitus, & terminos, *vt vulgata.* ε Omnium computatio.] *Compl.* πάντες ἐγενεαλογήθησαν, omnes genealogizati ſunt. ζ Apparatum.] *Compl.* τὰς κτήσεις, poſſeſſiones. η Centum.] *Theodoretus,* ſeptuaginta. θ Et habitarunt.] *In aliis, & apud Theodoretum,* τραυματίαι γὰρ πολλοὶ ἔπεσον (*Theodoretus* ἦσαν) ὅτι παρὰ τοῦ θεοῦ ὁ πόλεμος, καὶ κατῴκησαν. Cæſi enim multi ceciderunt (*al.* fuerunt) quoniam à Deo bellum: & habitarunt: *nec multo aliter vulgata.* ι Et in Libano ipſi abundarunt.] *Compl. babet tantum* αὐτοὶ ἐπληθύνθησαν, ipſi multiplicati fuerant, *quod reſpondet hebræo, & vulgata,* ingens quippe numerus erat.

C

D

CAP. VI.

FILII Leui, Gedſon, Caath, & Merari. Et filij Caath, Ambram, & Iſſaar, Chebron, & Oziel. Et filij Ambram, Aaron, & Moyſes, & Maria. Et filij Aaron, Nadab, & Abiud, Eleazar, & Ithamar. Eleazar genuit Phinees: Phinees genuit Abiſù: Abiſù genuit Boccì: & Boccì genuit Ozì. Ozì genuit Zaræa: Zaræa genuit α Mariel: & Mariel genuit Amaria: & Amaria genuit Achitob: et Achitob genuit Sadoc: et Sadoc genuit Achimaas: et Achimaas genuit Azariam: et Azarias genuit Ioanan: et Ioanan genuit Azariam. Hic ſacerdotio functus eſt in domo, quã ædificauit Salomon in Hieruſalẽ. Et Azarias E
genuit Amaria: et Amaria genuit Achitob: et Achitob genuit Sadoc: et Sadoc genuit Salom: et Salom genuit Chelciam: et Chelcias genuit Azariam: et Azarias genuit Sarea: et Sareas genuit Ioſadac. Et β Ioſadac iuit in tranſmigratione cum Iuda, et Hieruſalem in manum Nabuchodonoſor. Filij Leui, Gedſon, Caath, et Merari. Et hæc nomina filiorum Gedſon, Lobeni, et Semei. Filij Caath, Ambram, et Iſſaar, Chebron, et Oziel. Filij Merari, Mooli, et Muſì. Et hæ γ patriæ Leui ſecundum patrias eorum. Ipſi Gedſon, δ ipſi Lobeni filio eius,

A eius, Ieth filius eius, Tāmath filius eius, Ioab filius eius, Addì filius eius, Zara filius eius, Iethrì filius eius. Filij Caath, * Aminadab filius eius, Core filius eius, Aser filius eius, Thaath filius eius, Vriel filius eius, Ozia filius eius, Saul filius eius. Et filij Elcana, Amesì, et * Achimoth, Helcana filius eius, Suphi filius eius, Cænaath filius eius, Eliab filius eius, Hieroboam filius eius, Elcana filius eius. * Filij Samuel, primogenitus Sani, et Abia Filij Merari, Mooli, Lobeni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Samaa filius eius, Angia filius eius, Asaias filius eius. Et isti, quos constituit Dauid super manus canentium in domo Domini in requietione arcæ. Et fuerunt ministrantes coram tabernaculo

B testimonij in organis; quoadusque ædificauit Salomon domum Domini in Hierusalem. Et steterunt iuxta iudicium suum super ministeria sua. Et hi assistentes, et filij eorum de filijs Caath, Æman cantor psalmorum filius Ioel filij Samuel filij Elcana filij Hieroboam filij Eliel filij Thoù filij Suph filij Elcana filij Maath filij Amathì filij Elcana filij Ioel filij Azaria filij Saphania filij Thaath filij Aser filij Abiasaph filij Core filij Isaar filij Leui filij Israel. Et frater eius Asaph stans in dextera eius, Asaph filius Barachia filij Samaa filij Michael filij Baasia filij Melchia filij Athani filij Zaarai filij Adai filij Aetham filij Zammā filij Semei filij Ieeth filij Gerson filij Leui. Et filij Merari fratres eorū a sinistris.

C Aetham filius Cisà filij Abai filii Maloch filii Alebì filii Amesia filii Bani filii Semer filii Moolì filii Musi filii Merari filii Leui. Et fratres eorum secundum domos patriarum suarū. Leuitæ dati in * omnē operationē ministerii tabernaculi domus Domini. Et Aaron, et filii eius adolētes super altare holocaustomatum, et super altare thymiamatum in omnem operationem, * sancta sanctorum, et ad propitiandum pro Israel iuxta omnia, quæcumque mandauit Moyses puer Dei. Et hi filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisù filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Saraia filius eius, Mariel filius eius, Amaria filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæ

D habitationes eorum in pagis eorum, in terminis eorum, filiis Aaron, patriæ eorum, ipsis Caathi: quoniam ipsis facta est sors. Et dederunt eis Chebron in terra Iuda, et * adiacentia eius in circuitu eius. Et campos ciuitatis, et pagos eius dederunt Chaleb filio Iephonnè. Et filiis Aaron dederunt ciuitates refugiorū, Chebron, & Lobna, et adiacentia eius, et * Selna, et adiacentia eius, et Esthamò, et adiacentia eius, & Iethar, & adiacentia eius, & Dabir, & adiacentia eius, & Asan, & adiacentia eius, & Bæthsamys, & adiacentia eius, & de tribu Beniamin Gabai, & adiacentia eius, & Galemath, & adiacentia eius, & Anathoth, & adiacentia eius. Omnes ciuitates eorum, tres & decem ciuitates secundum patrias eorum. Et filijs Chaath reliquis, * ex patrijs, ex tribu, ex dimidio tribus

E Manasse sorte ciuitates decem. Et filiis Gedson secundum patrias eorum de tribu Issachar, de tribu Aser, de tribu Nephthali, de tribu Manasse in Basan ciuitates tres & decem. Et filiis Merari secundum patrias eorum de tribu Ruben, de tribu Gad, de tribu Zabulon, sorte ciuitates duodecim. Et dederunt filii Israel Leuitis ciuitates, & adiacentia earum. Et dederunt in sorte de tribu filiorum Iuda, & de tribu filiorum Symeon, & de tribu filiorum Beniamin ciuitates has: quas vocauerunt eas in nomine. Et de familiis filiorum Caath, & fuerunt ciuitates finium eorum de tribu Ephræm. Et dederunt eis ciuitates refugiorum,

Sychem,

Sychem,& adiacentia eius in monte Ephræm, & Gazer, & adiacentia eius, & A
Iecmaan,& adiacentia eius,& Bæthoron,& adiacentia eius,& Alon,& adiacen
tia eius,& Gethremmon,& adiacẽtia eius: & de dimidio tribus Manaſſe Anar,
& adiacentia eius,& Iemblaan, & adiacẽtia eius,ſecundũ patriam filiis Caath
reliquis. Filiis Gedſon de familiis dimidiæ tribus Manaſſe Golan e Baſan, &
ſuburbana eius,& Aſeroth,& ſuburbana eius: & de tribu Iſſachar Cedes, & ad-
iacentia eius,& Deberi,& adiacentia eius, & Dabor,& adiacentia eius, & Ra-
moth,& Ænan,& adiacentia eius:& de tribu Aſer Maſaal,& adiacentia eius:&
Abdon,& adiacentia eius,&Arac,& adiacentia eius,& Roob,& adiacẽtia eius:
& de tribu Nephthali Cedes in Galilæa, & adiacentia eius, & Chamoth,& ad- B
iacẽtia eius,et Cariathiarin,& adiacẽtia eius. Filiis Merari reliquis de tribu Za-
bulon,Remmon,& adiacentia eius,& Thabor,& adiacentia eius,de trans Ior-
danem Hiericho ad occidentem ν Iordanis: de tribu Ruben Boſor in deſerto,
& adiacentia eius,& Iasà,& adiacentia eius, & Cadmoth,& adiacentia eius, et
Maephla, et adiacentia eius: de tribu Gad Rhammoth Galaad, et adiacentia
eius, et Manaim, et adiacentia eius,et Eſebon, et adiacentia eius, et Iazer, et
adiacentia eius.

α Mariel.] *In nonnullis eſt* μαριώθ, *vulgata,* Meraioth. β Et Ioſadac iuit in tranſmigratione cum Iuda] *Aliquot codices,* ἐν τῇ μετοικίᾳ κυρίου, in tranſmigratione Domini. *Alij,* καὶ Ἰωσεδὲκ ἐπορεύθη ἐν τῷ ἀποικίζειν κύριον τὸν Ἰούδαν, καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. Et Ioſedec iuit, quando tranſtulit Dominus Iudam, & Hieruſalem, *quomodo fere vulgata.* γ Patriæ.] *In aliis,* αἱ συγγένειαι, cognationes. δ Ipſi Lobeni.] *Alii,* Lobeni filius eius. ε Aminadab.] *Ita etiam vulgata. In aliis & Compl.* Iſaar filius eius, Aminadab, &c. ζ Achimoth. Helcana filius eius.] *Compl* Achimoth, Elcana. Elcana filius eius: *ſed vulgata,* Achimoth,& Hælcana. Filij Helcana Sophai,&c. η Filij Samuel.] *Ita etiam vulgata. Sunt enim cogitatione ſupplenda, quæ in aliis libris, & Compl. adiiciuntur,* Samuel filius eius: & filii Samuel. θ In omnem operationem miniſterij.] *In aliis, & apud Theodoretum,* εἰς πᾶσαν δουλείαν τῆς σκηνῆς, *quod vulgata,* in cunctum miniſterium tabernaculi. *Aliqui addunt* δουλείαν λειτουργίας, ſeruitutem miniſterij. ι Sancta.] *Alii* ἁγίαν, ſanctam. *Theodoretus,* καὶ εἰς πάντα τὰ ἔργα τῶν ἁγίων, & ad omnia opera ſanctorum. *Compl.* εἰς πάντα τὰ ἔργα τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, *quod vulgata,* in omne opus ſancti ſanctorum. κ Adiacentia.] περισπόρια. *Alii,* περιπόλια, ſuburbana: *quam dictionem etiam noſtra habet interdum.* λ Et Selna,& adiacentia eius.] *Alii,* & Alom, & ſuburbana eius. *Compl. habet tantum,* & Iather, *quomodo fere vulgata: & paulo poſt pro,* Iethar, Chelon: *quo loco in multis etiam eſt,* Ἐλών, *& vulgata,* Helon. μ Ex patriis, ex tribu.] *Alii,* ἀπὸ τῆς συγγενείας τῆς φυλῆς, de cognatione tribus. ν Ad Occidentem.] *Plerique,* κατ' ἀνατολάς, *& vulgata,* contra Orientem.

C

D

CAP. VII.

ET filiis Iſſachar, Thola, et Phua, et Iaſub, et Semeron, quatuor. Et hi filij
Thola, Ozi, Raphaia, et Ieriel, et Iamai, et Iemaſan, et Samueli principes
domorum patriarum ſuarum. α Ipſi Thola, fortes virtute ſecundum ge-
generationes ſuas, numerus eorum in diebus Dauid viginti & duo millia, &
ſexcenti. Et filij Ozì, Iezraia. Et filij Iezraia, Michael, Abdiù, & Ioel,
& Ieſia, quinque principes omnes. Et ſuper eos, ſecundum generationes E
ſuas, ſecundum domos patriarum ſuarum, fortes ad pugnandum in prælio,
triginta & ſex millia: quoniam multiplicauerunt vxores, & filios. Et fra-
tres eorum in omnes β patrias Iſſachar, & fortes virtute, octuaginta & ſep-
tem millia, γ numerus eorum omnium. Filij Beniamin, δ Bale, & Ba-
chir, & Iediel, tres. Et filij Bale, Eſebon, & Ozì, & Oziel, & Ieremuth, &
Vrì, quinque: principes domorum patriarum, fortes virtute: & numerus
eorum, viginti & duo millia, & triginta quatuor. Et filij Bachir, Zemirà, &
Ioas

A Ioas, & Eliezer, & Elithenan, & Amaria, & Ierimuth, & Abiud, & Ana-
thot, & Eleemeth : omnes hi filij Bachir : & numerus eorum secundum ge-
nerationes eorum, principes domorum patriarum eorum, fortes virtute,
viginti millia, & ducenti. Et filij Iediel, Balaan. Et filij Balaan, Iaus, &
Beniamin, & Aoth, & Chananà, & Zæthan, & Tharsi, & Achisaar : om-
nes hi filij Iediel, principes patriarum, fortes virtute, septem & decem mil-
lia, & ducenti, egredientes virtute ad bellandum. Et Sapphin, & Apphin,
& filij Or, [δ] Asom filius ipsius Aor. Filii Nephthali, Iasiel, Gonì, &
Aser, & Sellum, filij [ε] eius, Balaam filius eius. Filij Manasse, Esriel,
B quem peperit concubina eius Syra : [ζ] peperit autem ei & Machir pa-
trem Galaad. Et Machir accepit vxorem ipsi Apphin, & Sapphin : & no-
men sororis [η] eius Moocha : & nomen secundo Sapphaad. Natæ autem sunt
ipsi Saphaad, filiæ. Et peperit Moocha vxor Machir filium : & vocauit no-
men eius Phares : & nomen fratris eius Suros. Filii eius, Vlam, & Rocom.
Et filii Vlam, Badam. Hi filii Galaad filii Machir filii Manasse. Et soror
eius Malechet peperit Isud, & Abiezer, & Maelà. Et fuerunt filii Semirà,
Aim, & Sychem, & Lacim, & Anian. Et filii Ephraim, Sothalath, & Barad
filius eius, & Thaat filius eius, Eladà filius eius, Saath filius eius, & Zabad
C filius eius, Sotheli filius eius, & Azer, & Elead. Et occiderunt eos viri Geth,
qui nati erant in terra : quoniam descenderant ad capiendum pecora eorum.
Et luxit Ephræm pater eorum dies multos : & venerunt fratres eius ad conso-
landum eum. Et intrauit ad vxorem suam : & concepit in vtero, & peperit
filium : & vocauit nomen eius Beria ; quoniam in malis factus est in domo
[θ] mea. Et filia eius Saraa et in illis residuis. Et ædificauit Bæthoron inferiorem,
& superiorem. [ι] Et filii Ozan, Seera, & Raphe filius eius, Saraph, & Tha-
lees filii eius, Thaen filius eius. Ipsi Laadan filio eius, filius Amiud, filius Eli-
samai, filius Noun, filius Iesue ; filii eius. Et possessio eorum, & habitatio
D eorum Bæthel, et pagi eius ad Orientem Noaran : ad Occidentem, Gazer,
et pagi eius, et Sychem, et pagi eius [κ] vsque Gazan, et pagi eius, et vsque ad
fines filiorum Manasse, Bæthsaan, et pagi eius, Tanach, et pagi eius, Maged-
do, et pagi eius, Dor, et pagi eius. In [λ] hac habitarunt filii Ioseph, filii Israel.
Filii Aser, Iemna, & Suia, et Isui, et Beria, et Sore soror eorum. Et filij Beria
Chaber, et Melchiel. Hic pater Berthaith. Et Chaber genuit Iaphleth, et
Samer, et Chothan, et Solà sororem eorum. Et filii Iaphlet, Phasec, et Ba-
mael, & Asith. Hi filii Iaphleth. Et filii Semmer, Achi, et Rooga, et Iaba,
et Aram, et [μ] Bane Elam fratris eius, Sopha, et Imana, et Selles, et Amal. Fi-
E lii Sophas, Suè, et Arnaphar, et Sudà, et Barin, et Imran, et Basan, et Oa, et
Samà, et Salisà, et Iethrà, et Beerà. Et filii Iether, Iephina, et Phaspha, et
Ara. Et filii Olà, Orech, Aniel, et Rasià. Omnes hi filii Aser, omnes prin-
cipes patriarum, electi, fortes virtute, [ν] principes duces, Numerus eorum in
aciem ad pugnandum, numerus eorum viri viginti sex millia.

[α] Ipsi Thola.] *Sic vulgata. Compl. initio habuit,* Thala, *& hic,* Tholam. *Iste autem dandi casus,* τοῦ ἀνὰ *valet*, de stirpe Thola, *vt habet vulgata.* [ζ] Patrias.] *Alii,* συγγενείας, cognationes. [γ] Nun eius.] *Alii,* ἡ γενεαλογία, genealogia, *& sic sæpe.* [δ] Asam filius ipsius Aor.] *Magna hic in codicibus varietas. Compl. prope ad vulgatam,* καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, & Asim filij Acher. [ε] Filij eius, Balaam filius eius.] *Etiam hic.*

hic Compl. [illegible] *& vulgata*, filij Bala. ζ Peperit autem ei & Machir.] *Compl. habet tantum*, [illegible] ipsum Machir. *Verbum*, peperit, *repetitur etiam hic in hebræo: in quo etiam locus hic anceps est.* η Eius.] *Sic etiam hebræus. Alij autem* [illegible], eorum. θ Me.] *Alij* [illegible], eius. ι Et filij Ozan, Seera.] *Alij* [illegible], & ipsam Sade: *pendet enim ab illo*, ædificauit *Compl. propius ad vulgatã*, [illegible], & Ezenlaara. *Et in ipsis, ac magna ex parte in alijs sequitur*, Et Rapha filius eius, & Raceph filius eius, & Thabi filius eius, & Thaan filius eius, & Ladan filius eius, Amiud filius eius, Elisama filius eius, Num filius eius, Iosue filius eius. Et possessio, &c. κ Vsque Gazam, & pagi] *Compl.* [illegible] *Cai* [illegible], & Adia, & pagi eius, & iuxta filios Manasse, Bethsan, & filiæ eius. *Atque illud*, [illegible], *est etiam in alijs.* λ Hac.] *Alij* [illegible], his. μ Et Bane Helam.] *Illud*, Bane, *videtur ductum ex dictione hebræa, quæ significat*. filij: *quare alij habent*, [illegible]. & filij Afud fratris eius, *Compl. autem propius ad vulgatam*, [illegible], & filij Helem. ν Principes duces, numerus eorum in aciem ad pugnandum] *Alij* [illegible] *(aut* [illegible]*)* [illegible], *aut* [illegible], duces principum, eorum, qui in genealogia computati sunt in statione belli, *aut*, ad bellum. A

B

CAP. VIII.

ET Beniamin genuit Bale primogenitum suum, & Asbel secundum, Aara tertium, Noà quartum, & Rapha quintum. Et fuerunt filij Bale, Adir, & Gerà, & Abiud. Et Abessue, & Noama, ᵃ & Achia: & Gera, & Sephuphan, & Vram, hi filij Aod. hi sunt principes patriarum habitantibus Gabee. Et transtulerunt eos in Machanathi. Et Nooma, & Achia, & Gera: hic ᵇ Ieglaam: & genuit Aza, & Iachicho. Et Saaringenuit in campo Moab, postquam ipse dimisit Osin, & Baada γ vxorem suam: & genuit ex Ada vxore sua Iolab, & Sebia, & Misa, & Melchas, & Iebus, & Zabia, & Maima. Hi principes patriarum. C Et ᵈ de Osin genuit Abitol, et Alphaal. Et filij Alphaal Obed, Misaal, Semmer. Hic ædificauit Onan, et Lod, et pagos eius. Et Beria, et Sama, hi principes patriarum, habitantibus Ælam: et hi persequuti sunt eos, qui habitabant Geth. Et ᵉ frater eius Sosec, et Arimoth, et Zabadia, et Ored, et Eder, et Michael, et Iespha, et Ioda filij Beria. Et Zabadia, et Mosollam, et Azaci, et Abar, et Ismarai, et Iezlias, et Iobab filij Eliphaal. Et Iacim, et Zachri, et Zabdi, et Elionai, et Salathi, et Elieli, et Adaia, et Baraia, et Samarath filij Samaith. Et Iesphan, et Obed, et Eleel, et Abdon, et Zechri, et Anan, et Anania, et Ambri, et Ælam, et Anathoth, et Iathia, et Iephadias, et Phanuel, filij Sosec. Et Samsari, et Saarias, et Gotholia, et Iarasia, et Eria, et Zechri ζ filius Ioram. Hi principes patriarum secundum generationes suas: principes hi habitarunt in Hierusalem. D Et in Gabaon habitauit ᵉ pater Gabaon: et nomen vxori eius Moacha. Et filius eius primogenitus Abdon, et Sur, et Cis, et Baal, et Nadab, et Ner, et Gedur, et ᶿ frater eius, et Zachur et Maceloth. Et Maceloth genuit Samaa: et quidem hi e regione fratrum suorum habitarunt in Hierusalem cum fratribus suis. Et Ner genuit Cis: et Cis genuit Saul: et Saul genuit Ionathan, et Melchisue, et Aminadab, et Asibal. Et filius Ionathan Meribaal: et Meribaal genuit Micha. Et filij Micha, Phithon, et Melach, et Tharach, et Achaz. Et Achaz genuit Iada. Et Iada genuit Salaimath, et Asmoth, et Zambri. Et Zambri genuit Mæsa. Et Mæsa genuit Baana: Raphæa filius eius, Elasa filius eius, Esel filius eius. Et Esel sex filij: et hæc nomina eorum: Ezricam primogenitus eius, et Ismael, et Saraia, et Abdia, et Anan, et Asa: omnes hi filij Esel. Et filij Asel fratris eius, Ælam primogenitus eius, et Ias secundus, et Eliphalet tertius. Et fuerunt filij Ælam viri fortes potentia, tendentes arcum, et multiplicantes filios, et filios filiorum, centum quinquaginta. Omnes hi ex filijs Beniamin. E

a Et Achia

A α Et Achia, & Gera.] *Eodem ordine in hebræo, & vulgata. Compl. autem,* & Aod. Et hi filij Aod, Gera, &c. β Ieglaam.] *Dictio hebræa significat, transtulit eos: quare Compl.* αὐτὸς ἀπῴκισεν αὐτούς, *& vulgata,* ipse transtulit eos. γ Vxor [illegible]] *Hebræus, & vulgata,* vxores suas: *reliqua optime conueniunt, In Compl. autem hic locus mendosus est* δ De Olin.] *Compl.* [illegible] *Sed illud* [illegible] *est particula, quæ in hebræo significat* de. ε Et frater eius] *Pro quo in vulgata,* Ahio. *Alij autem* καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, & fratres eorum. ζ Filius Ioram.] *In alijs,* [illegible] filij Hiream. η Pater Gabaon.] *In aliquo libro est,* [illegible] πατὴρ γαβαών, Iiel pater Gabaon, *vt cap. sequente. Sed vulgata facit vnicum nomen proprium,* Abigabaon. θ Frater eius.] *rursus in vulgata,* Ahio, *& in alijs,* οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ fratres eius.

CAP. IX.

B ET omnis Israel α computatio eorum: et hi descripti in libro regum Israel, et Iuda, cum ijs, qui translati sunt in Babylonem in suis iniquitatibus, et qui habitabant antea in possessionibus eorum β in ciuitatibus Israel, sacerdotes, Leuitæ, et dediti. Et in Hierusalem habitauerunt de filijs Iuda, et de filijs Beniamin, et de filijs Ephraim, et Manasse. γ Et Gnothi, et filius Samiud filij Amri filij Ambraim filij Buni δ filij filiorum Phares filij Iuda. Et de ijs, qui Seloni, Asaia primogenitus eius, et filij eius. De filijs Zara, Ieel, et fratres ε eorum sexcenti & nonaginta. Et de filijs Beniamin, Salom filius Mosollam filij Oduia filij Asinù. Et Iemnaa filius Hieroboam, & Elo. Hi filij Ozì filij Machir. Et Mosollam filius Saphatia filii Raguel filij Iemnai, et fratres eorum
C secundum generationes suas nongenti quinquaginta sex, omnes ζ viri principes patriarum secundum domos patriarum suarum. Et de sacerdotibus, Iodae, & Ioarim, & Iachin, & Azaria filius Chelciæ filii Mosollam filij Sadoc filii Maraioth filij Achitob η ducis domus Dei. Et Adaia filius Iraam filij Phaschor filij Melchiæ: & Maasæa filius Adiel filij Ezirà filij Mosollam filij Maselmoth filii Emmer: & fratres eorum principes domorum patriarum suarum, mille & septingenti & sexaginta, fortes virtute ad operationem ministerij domus Dei. Et de Leuitis Samæa filius Asob filii Ezricam filii Asabia de filiis Merari. Et
D Bacbacar, & Ares, & Galaal, & Matthanias filius Micha filii Zechri filii Asaph. Et Abdia filius Samia filii Galaal filii Idithun. Et Barachia filius Ossa filii Elcana habitans in θ pagis Notephati. Ianitores, Salom, Acum, Telmon, & Diman, & fratres eorum, Salom princeps & vsque huc in porta regis ad Orientem. ι Hæ portæ castrorum filiorum Leui. Et Sellum filius Core filii Abisaph filii Core: & fratres eius ad κ domum patris eius, λ Coritæ super opera ministerii, custodientes μ custodias tabernaculi. Et ν patres eorum super castra Domini, custodientes introitum. Et Phinees filius Eleazari Dux fuit super eos ante Dominum. Et hi cum eo: Zacharias filius Mosollami ianitor portæ tabernaculi testimonii. Omnes electi ξ super portam in portis, ducenti & duodecim: hi in vil-
E lis suis ο computatio eorum. Hos statuit Dauid, & Samuel videns, fide ipsorum. Et hi, & filii eorum super portas in domo Domini, & in domo tabernaculi ad π custodiendum. Ad quatuor ventos erant portæ, ad Orientem, mare, Aquilonem, Austrum. Et fratres eorum in villis suis ad ingrediendum secundum septem dies a tempore in tempus cum his: quoniam in fide sunt quatuor potentes ρ portarum. Et Leuitæ erant super pastophoria, & super thesauros domus Dei σ castrametantur; quoniam super eos custodia: & hi super claues, mane mane ad aperiendum portas templi. Et ex eis super vasa ministerii: quoniam

niam in numero inferent, & in numero efferent. Et ex eis præfecti super vasa, & A
super omnia vasa sancta, & super similam, vinum, oleum, thus, & aromata. Et
de filiis sacerdotum erant vnguentarii vngueti, et in [τ] aromata. Et Matthathias
ex Leuitis (hic primogenitus Salom Coritæ) in fide super opera sacrificii sartaginis [υ] magni sacerdotis. Et Banaias Caathita ex fratribus eorum super panes propositionis, ad præparandum, sabbatum per sabbatum. Et hi cantores principes patriarum Leuitarum [φ] ordinatæ vices, quoniam dies, ac nox super eos in operibus. Hi principes patriarum Leuitarum secundum generationes suas, principes hi habitarunt in Hierusalem. Et in Gabaon habitauit pater Gabaon Ieel: et nomen vxoris eius Moochà. Et filius eius primogenitus Abdon, et Sur, B
& Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, & Gedur, & [χ] frater, & Zachur, & Maceloth. Et Maceloth genuit Samaa Et in medio fratrum suorum habitarunt in Hierusalem [ψ] in medio fratrum suorum. Et Ner genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Aminadab, & Asabal. Et filius Ionathan Meribaal. Et Meribaal genuit Micha: & filii Micha, Phithon, & Malach, & Tharach. [ω] Et Achaz genuit Iada: & Iada genuit Galemeth, & Gasmoth, & Zambrj. Et Zambri genuit Massa: & Massa genuit Baanà, & Raphæa filius eius, Elasa filius eius, Esel filius eius. Et Esel sex filij: & hæc nomina eorum, Ezricam primogenitus eius, & Ismael, & Saraia, & Abdias, & Aman, & Asa: hi filij Esiel. C

[α] Computatio.] *Apud Theodoretum, & in Compl. & magna ex parte in aliis libris hic locus sic habet,* καὶ πᾶς ἰσραὴλ ἐγενεαλογήθησαν, καὶ ἰδοὺ εἰσὶ γεγραμμένοι ἐπὶ βιβλίῳ βασιλέων ἰσραὴλ, καὶ ἰούδα. καὶ ἀπῳκίσθησαν εἰς βαβυλῶνα διὰ τὰς ἀσυνθεσίας αὐτῶν, ἃς ἠσύνθησαν. Omnis Israel relati sunt in genealogiam: & ecce sunt scripti super librum regum Israel, & Iuda. Et translati sunt in Babylonem propter præuaricationem suam, quam iniuste commiserunt: *quomodo fere hebræus, nisi quod non habet hæc postrema,* quam iniuste commiserunt. [β] In ciuitatibus Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & dediti.] οἱ δεδομένοι, *quasi dicati, & addicti certo cuidam ministerio. Sed Theodoretus, & Compl. & magna ex parte alii,* ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, ἰσραὴλ, καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ λευῖται, καὶ οἱ ναθιναῖοι *aut* ναθινὶμ, in ciuitatibus eorum, Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. *Ac Theodoretus quidem eos qui habitabant in possessionibus & ciuitatibus eorum, intelligit Chananæos, & Chettæos, & Iebusæos, quorum multi adhuc habitabant cum Israelitis, & participes fuerunt calamitatis. Nathinæos autem putat appellari,* τοὺς ἱεροδούλους, *quasi seruos sacro ministerio addictos: multos enim dicasse se ad sacerdotum, & Leuitarum ministeria.* [γ] Et Gnotin, & filius Samiud.] *Alii,* οὐθὶ υἱὸς ἀμιοὺδ, *quod vulgata,* Othei filius Amiud. *Sed etiam Compl. habet,* Samiud. [δ] Filij filiorum.] *Compl.* ἀπὸ τῶν υἱῶν, de filijs, *vt vulgata.* [ε] Eorum.] *Sic etiam vulgata. Compl.* αὐτοῦ, eius. [ζ] Omnes viri principes patriarum secundum domos patriarum suarum.] *Compl.* πάντες οὗτοι πατριάρχαι κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, omnes hi patriarchæ per domum patriarum suarum: *Et in aliquo libro vtraque lectio miscetur.* [η] Ducis.] *Melius, quàm quod in Compl.* ἡγούμενοι, duces. [θ] Pagis.] *Alii* ταῖς αὐλαῖς, *eodem tamen sensu, vt etiam paulo post in nostra: quamuis Compl. vertant,* atrijs, *vt vulgata.* [ι] Hæ portæ castrorum.] *Alii* αὐτοὶ οἱ πυλωροὶ εἰς τὰς παρεμβολάς, ipsi ianitores in castris. [κ] Ad domum patris eius.] *Ita fere hebræus, & vulgata,* & domo patris sui. *Alii* κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, per domum patriarum suarum: *quod tamen idem videtur valere.* [λ] Coritæ.] *Sic etiam vulgata. Compl.* κορεὶ, *Theodoretus* κορηνοὶ, Coreni. *Et addit hos esse oriundos e Core.* [μ] Custodias.] *In aliquot libris est,* τὰς πύλας, portas. *Compl.* τὰ πρόθυρα, vestibula, *& vulgata.* [ν] Patres.] *Idem significat,* ac patriæ, & familiæ (*quod habet vulgata*) *vt alibi sæpe.* [ξ] Super portam in portis.] *Alii* εἰς πυλωροὺς ἐν ταῖς πύλαις, in ostiarios in liminibus. [ο] Computatio eorum. Hos statuit.] *Alii* ὁ γενεαλογισμὸς, (*Compl.* γενεαλογία) αὐτῶν, καὶ ὁ καταλοχισμὸς αὐτῶν. τούτους ἠρίθμησε, καὶ ἔστησε. Genealogia, & computatio eorum: hos numerauit, & statuit. *Atque istud quidē,* numerauit, & statuit, *est etiam apud Theodoretum.* [π] Custodiendum.] *Alii addunt,* εἰς ἐφημερίας, *quod vulgata,* vicibus suis. [ρ] Portarum. Et Leuitæ erant.] *In aliis,* portarum ipsi Leuitæ. Et erant, &c. [σ] Castrametantur.] *Alii,* καὶ περικύκλῳ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ αὐλισθήσονται, & in circuitu domus Dei morabuntur: *quod respondet vulgatæ.* [τ] Et in aromata.] *Alii & Theodoretus,* ἐν τοῖς ἀρώμασιν, in aromatibus. [υ] Magni sacerdotis.] *Compl.* τῶν τηγανιστῶν, eorum, quæ frigebantur Sartagine. *In aliquo libro miscetur vtrumque.* [φ] Ordinatæ vices.] *Alii,* ἐν τῷ παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας, in pastophorio ordinati in vices. [χ] Frater.] *Alii* οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, *aut* αὐτοῦ, fratres eorum, *aut* eius. *Vulgata rursus,* Achio, *quod potest valere,* frater eius. [ψ] In medio.] *In aliis* μετὰ, cum fratribus suis. [ω] Et Achaz.] *Ita hebræus. Est enim subintelligendum, vt alibi sæpe, quod exponitur in Compl.* & Achaz. Et Achaz genuit: *itemque in vulgata.*

C A P.

A
CAP. X.

ET alienigenæ pugnauerunt aduersus Israel. Et [a] fugerunt a facie alie-
nigenarum : & ceciderunt vulnerati in monte Gelbuè. Et persequuti
sunt alienigenæ post Saul, & post filios eius : & percusserunt alienige-
næ Ionathan, & Aminadab, & Melchisuè filios Saul. Et ingrauatum est
prælium super Saul : & inuenerunt eum sagittarij in arcubus : & [β] laboraue-
runt ab arcubus. Et dixit Saul ei, qui portabat vasa eius : Educ gladium tuum,
& interfice me in eo ; ne veniant incircuncisi isti, & illudant mihi. Et non
B voluit portans vasa eius, quoniam timebat valde. Et cepit Saul gladium, &
incubuit super eum. Et vidit portans vasa eius, quia mortuus est Saul : & ce-
cidit etiam ipse super gladium suum. Et mortuus est Saul : & tres filij eius in
die illa : & vniuersa domus eius in idipsum mortua est. Et vidit omnis vir
Israel, qui in valle, quia fugit Israel, & quia mortuus est Saul, & filij eius : &
dereliquerunt ciuitates suas, & fugerunt. Et venerunt alienigenæ, & habitaue-
runt in eis. Et factum est sequenti die, & venerunt alienigenæ ad spoliandum
cæsos : & inuenerunt Saul, & omnes filios eius iacentes in monte Gelbuè : &
exuerunt eum : & tulerunt caput eius, & vasa eius : & miserunt in terram alie-
C nigenarum in circuitu ad euangelizandum [γ] idolis suis, & populo. Et po-
suerunt vasa eorum in domo Dei sui : & caput eius posuerunt in domo Dagon.
Et audierunt omnes habitantes [δ] Galaad omnia, quæ fecerant alienigenæ
ipsi Saul, & Israel, & suscitati sunt in Galaad omnis vir potens, & tulerunt
corpus Saul, & corpus filiorum eius : & attulerunt ea in Iabis : & sepelierunt
ossa eorum sub quercu in Iabis : & ieiunarunt septem dies. Et mortuus est
Saul in suis iniquitatibus, quibus inique egit Deo, [ε] super verbum Domini :
quoniam non obseruauit : quia interrogauit Saul in ventriloquo ad quærendū,
& respondit ei Samuel propheta. Et non quæsiuit Dominum : & interfecit eum,
D & conuertit regnum ad Dauid filium Iessæ.

[a] Et fugerunt.] *Alii*, καὶ ἔφυγεν ἀνὴρ ἰσραήλ. & fugit vir Israel. [β] Laborauerunt.] *Alii*, ἐπόνεσε, laborauit, fractus est. *Compl.* ἐτραυματίσθη, vulneratus est. [γ] Idolis suis.] *Eadem locutio in hebræo. Alii autem*, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν εἰδώλων αὐτῶν, in domibus idolorum suorum. [δ] Galaad.] *In aliis*, ἰαβὶς τῆς γαλαάδ, *& vulgata*, Iabes Galaad. [ε] Super verbum Domini, quoniam non obseruauit.] κατὰ τὸν λόγον κυρίου, διότι οὐκ ἐφύλαξεν, *& alij codices, ac Theodoretus addunt* αὐτόν, illud. *Visum est autem hoc loco illud* κατὰ, *valere* super, *vt etiam alibi: quoniam sic hebræus habet, & significat*, contra.

CAP. XI.

E ET venit omnis Israel ad Dauid in Chebron, dicentes : Ecce ossa tua, &
carnes tuæ nos : & heri, & nudiustertius, cum esset Saul rex, tu fuisti edu-
cens, & introducens Israel. Et dixit [a] Israel Dominus tibi : tu pasces
populum meum Israel : & tu eris in ducem super Israel. Et venerunt omnes se-
niores Israel ad regem in Chebron. Et disposuit eis rex Dauid testamentum
in Chebron ante Dominum. Et vnxerunt Dauid in regem super Israel iuxta
verbum Domini per manum Samuel. Et iuit rex, & [β] viri eius in Hierusa-
lem (hæc Iebus :) & ibi Iebusæi habitantes terram [γ] dixerunt Dauid : Non
ingredieris huc. Et cepit arcem Sion : hæc est ciuitas Dauid. Et dixit Dauid :

Omnis percutiens Iebusæum in primis, & erit in principem, & in ducem. Et A
ascendit super eam in primis Ioab filius Saruiæ: & factus est in principem. Et
ædificauit ciuitatem in circuitu. Et procedebat procedens, & crescens: &
Dominus omnipotens cum eo. Et hi principes potentium, qui fuerunt ipsi
Dauid, qui inualescebant cum eo in regno eius cum omni Israel ad faciendum
regnare eum iuxta verbum Domini super Israel. Et hic numerus potentium
Dauid: Iesebadà filius Achaman primus ipsorum triginta. Hic eduxit gladium suum semel super trecentos vulneratos in tempore vno. Et post eum
Eleazar filius Dodai, Achochì. Hic fuit in tribus potentibus: hic fuit cum
Dauid in Phasodamin: & alienigenæ congregati sunt ibi ad prælium: & erat B
pars agri plena ordeorũ: & populus fugit a facie alienigenarum: & stetit in medio partis, & saluauit eam, & percussit alienigenas: et fecit Dominus salutem
magnam. Et descenderunt tres de triginta principibus in petram ad Dauid in
speluncam Odollam: et castra alienigenarum in valle gigantum: et Dauid tunc
in munitione: et statio alienigenarum tunc in Bethleem. Et concupiuit Dauid
et dixit: Quis potabit me aqua de cisterna Bethleem, quæ in porta? Et perruperunt illi tres castra alienigenarum, et aquati sunt aquam de cisterna, quæ
in Bethleẽ, quæ erat in porta. Et tulerunt, et venerũt ad Dauid. Et noluit Dauid
bibere illam, et libauit illam Domino, et dixit: Propitius mihi Deus a faciẽdo C
verbũ hoc. Si sanguinẽ virorũ horum bibã in animabus eorũ? quoniã in animabus suis attulerunt. Et noluit bibere illã. Hæc fecerũt tres potentes. Et Abisa frater Ioab hic fuit princeps triũ: hic eduxit gladiũ suũ super trecentos vulneratos
in tempore vno: et hic fuit nominatus in tribus: de tribus super duos gloriosus,
et fuit eis in principẽ: et vsque ad tres non peruenit. Et Banæa filius Iodae filius
viri potentis: multa opera eius de Cabasael. Hic percussit duos Ariel Moab: et
hic descẽdit, et percussit leonẽ in cisterna in die niuis: et hic percussit virũ Ægyptiũ hominẽ conspicuũ quinque cubitorũ: et in manu Ægyptij lancea tanquã
liciatorium texentiũ: et descendit super eũ Banæa in virga: et abstulit de manu
eius lanceam, et interfecit eum in lancea eius. Hæc fecit Banæa filius Iodae, et D
huic nomẽ in tribus potentibus; super triginta fuit honoratus hic: et ad tres non
peruenit. Et constituit eum Dauid super patriam suam. Et potentes virtutum,
Asael frater Ioab, Eleanan filius Dodoe de Bethleem, Samaoth Arorì, Chelles
Pheloni, Orà filius Eccis Thecoì, Abiezer Anathothì, Sobochæ Vsathi, Eli
Achoni, Marai Netophathi, Ethaod filius Nooza Netophathi, Ari filius
Rebeè de colle Beniamin, Banæas Pharathonì, Vrì de Nachali, Gaas Abiel
Garabethi, Asbon Baromi, Eliaba Salaboni, filius Asam Gizonitæ, Ionathan
filius Sola Ararì, Achiu filius Achar Ararì, Elphath filius Tyrophar Mechorathrì, Achia Phelloni, Esere Charmadai, Naaræ filius Azobæ, Ioel filius Nathan, E
Mebaal filius Agari, Sele Ammoni, Nachor Berothi, portans vasa filio Saruiæ, Ira Iethrì, Gaber Iethre, Vria Chetti, Zabet filius Achaià, Adina filius Sæzà ipsius Ruben princeps, et super eum triginta, Anan filius Moocha, et Iosaphat Matthanì, Ozia Astarothi, Samathà, et Ieiel filij Chotham Ararì, Iediel
filius Semeri, et Iosae frater eius Thosai, Eliel Maoì, et Iaribì, et Iosia filius eius,
Ellaam, & Iethamà Moabites, Daliel, et Obeth, et Iesiel Mesobia.

Israel

A α Iſrael Dominus tibi.] *Alii σοι κύριος ὁ θεός σου*, tibi Dominus Deus tuus, *vt vulgata.* β Et viri eius.] *In aliis, καὶ πᾶς ἰσραὴλ, quod vulgata*, & omnis Iſrael. γ Dixerunt Dauid.] *In plериſque libris eſt, εἶπον δὲ οἱ κατοικοῦντες τὴν ἰεβοὺς τῷ δαυίδ.* Dixerunt autem inhabitantes Iebus ad Dauid. δ Circuitu.] *In cæteris hæc adduntur, ἀπὸ τῆς μααλὼ (al. ἄκρας) καὶ ἕως τοῦ κύκλου, καὶ ἰωὰβ περιεποιήσατο τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως*, à Maalo. (*al.* arce) & vſque ad gyrum. Et Ioab reparauit reliquum ciuitatis. *In multis adduntur præterea hæc, καὶ ἐπολέμησε, καὶ ἔλαβε τὴν πόλιν*, & oppugnauit, & cepit ciuitatem: *quæ tamen abſunt à Compl. & vulgata,* ε Ieſebada.] *Alii* Ieſebaal, *Compl.* Ieſbaan, *vt vulgata.* ζ Semel.] *Abeſt hoc loco à Compl. ſed paulo poſt pro*, in tempore vno, *habet εἰσάπαξ.* η Dodai Achochi.] *Compl. Δωδαὶ πατραδέλφου αὐτοῦ*, Dodai patrui eius. *Sed* Dodai, *factum eſt ex dictione hebræa, quæ ſignificat*, patrui eius. *Quare alterutrum eſt ex alia interpretatione : & illud*, Achochi, *in vulgata eſt*, Achites. θ Conſpicuum.] *Compl. μέγαν*, grandem. ι Colle.] *Compl.* Gabaath, *vt vulgata.* κ Filio Saruiæ.] *Alii ἰωὰβ υἱοῦ σαρουίας*, Ioab filij Saruiæ. λ Ipſius Ruben princeps.] *Compl. ὁ ῥουβηνὶ, ἄρχων τοῦ ῥουβὴν*, Rubenites princeps ipſi Ruben.

B

CAP. XII.

ET hi, qui venerunt ad Dauid in Sicelag; cum adhuc comprimeretur à facie Saul filij Cis. Et hi in potentibus, adiuuantes in bello, α et arcu à dextris, & à ſiniſtris, & funditores in lapidibus, & arcubus: De fratribus Saul de Beniamin princeps Achiezer, & Ioas filius Aſma Gabathitæ, & Ioel, & Iophaleth filij Aſmoth, & Berechia, & Ieul Anathothi, & Samaias Gabaonites potens in triginta, & ſuper triginta, Hieremia, & Ieziel, & Ioanan, & Ioazabath
C Gadarathijm, Azai, & Arimuth, & Baalia, & Samaraia, et Saphatias, Charæphiel, Elcana, et Ieſuni, et Ozriel, et Ioazara, et Sobocam, et β Coritæ, et Ielia, et Zabadia filii Iroam, γ et qui ipſius Gedor. Et de Gaddi diſceſſerunt ad Dauid à δ deſerto fortes, potentes, viri aciei belli, leuantes clypeos, et lanceas, et facies leonis facies eorum, & leues, ſicut capreæ ſuper montes, velocitate, Aza princeps, Abdia ſecundus, Eliab tertius, Maſmaria quartus, Hieremias quintus, Iethi ſextus, Eliab ſeptimus, Ioanan octauus, Eliazer nonus, Hieremia decimus, Melchabanai vndecimus. Hi ex filijs Gad principes militiæ, vnus ipſis centum paruus, & magnus ipſis mille: hi, qui tranſierunt Iordanem in menſe
D primo (& hic repletus ſuper omnem crepidinem ſuam) & perſequuti ſunt omnes habitantes vallium ab oriente vſque ad occidentem. Et venerunt de filijs Beniamin, & Iuda in auxilium Dauid. Et Dauid exiuit in obuiam eorum, & dixit eis: Si ad pacem veniſtis ad me; ε ſit mihi cor per ſe ſuper vos: & ſi ad tradendum me inimicis meis non in veritate manus; videat Deus patrum ζ veſtrorum, & arguat. Et ſpiritus induit ipſum Amaſæ principem triginta, & dixit: Vade, η & populus tuus Dauid filius Ieſſæ, pax, pax tibi, & pax auxiliatoribus tuis: quoniam auxiliatus eſt tibi Deus tuus. Et ſuſcepit eos Dauid, & conſtituit eos principes virtutũ. Et de Manaſſe acceſſerunt ad Dauid, θ in veniendo alienigenas ſuper Saul ad bellum. Et non audiuit eos; quoniam in conſilio
E ι factum eſt à Ducibus alienigenarum dicentium. In capitibus virorum iſtorum reuertet ad Dominum ſuum κ Saul. In eundo Dauid in Sicelag, acceſſerunt ei de Manaſſe Ednà, & Iozabath, & Rodiel, & Michael, & Ioſabæth, & Eli muth & Semathi, principes millium ſunt ipſius Manaſſe. Et ipſi pugnarunt vnà cum Dauid ſuper λ Geddur: quoniam potentes fortitudinis omnes. Et fuerunt duces μ in exercitu, in virtute: quoniam ν diem ex die veniebant ad Dauid, ad virtutem magnam, ſicut virtus Dei. Et hæc nomina principum militiæ, qui venerunt ad Dauid in Chebron ad conuertendum regnũ Saul ad eum,

iuxta verbum Domini. Filij Iuda scutiferi, & hastiferi, sex mille, & octingent, A
potentes aciei. De filijs Symeon potentes fortitudinis in aciem septem millia,
& centum. De filijs Leui quatuor mille, & sexcenti. Et Ioadas Dux ipsi Aaron,
& cum eo tria millia, & septingenti. Et Sadoc iuuenis potens fortitudine, & de
paterna domo eius principes viginti duo. Et de filijs Beniamin fratribus Saul
tria millia: & adhuc ξ plurima pars eorum intendebat in custodiam domus
Saul. Et de filijs Ephræm viginti millia, & octingenti, potentes fortitudine, viri
nominati per domos patriarum suarum. Et de dimidio tribus Manasse, decem
octo millia, qui nominati fuerunt in nomine ad faciendum regnare ipsum Da-
uid. Et de filijs Issachar, cognoscentes intelligentiam in ο tempora, cognoscen- B
tes, quid faciat Israel, π ducenti, & omnes fratres eorum cum eis. Et de Zabu-
lon procedentes in aciem belli in omnibus vasis bellicis quinquaginta millia
ad auxiliandum Dauid ρ non manibus vacuis. Et de Nephthali principes mil-
le, & cum eis in scutis, & lanceis triginta septem millia. Et de Danitis instructi
ad bellum, viginti octo millia, & octingenti. Et de Aser ingredientes auxiliari
in bello, quadraginta millia. Et de trans Iordanem de Ruben, & Gaddi, & de di
midio tribus Manasse in omnibus vasis bellicis, centum viginti millia. Omnes
hi viri bellatores instruentes aciem in animo pacifico. Et venerunt in Chebron
ad faciendum regnare Dauid super omnem Israel. Et residuus Israel anima vna C
ad faciendum regnare Dauid. Et fuerunt ibi diebus tribus comedentes, & bi-
bentes: quoniam præpararant fratres eorum. Et confines eis vsque ad Issachar,
& Zabulon, & Nephthali afferebant eis super camelos, & asinos, & mulos, & su
per vitulos cibaria, farinas, palathas, vuas passas, vinum, & oleum, vitulos, &
oues in multitudine: quoniam lætitia in Israel.

α Et arcu.] *Compl. ἐντείνοντες τόξον δεξιάζοντες, καὶ ἀριστερίζοντες, καὶ σφενδονῆται ἐν λίθοις, καὶ ἐν βολίσι, καὶ τόξῳ*, tendentes arcum, vtentes dextra, & sinistra, & funditores in lapidibus, & in iaculis, & arcu. β Et contra.] *Ab aliis abest illud, & : & vulgata*, Iesbaan de Careim. γ Et qui ipsius Gedor.] *In aliis, υἱοὶ τοῦ γεδδώρ*, filij Geddor. δ A deserto.] *Alii, ἐπὶ τῆς ἐρήμου* super desertum: *quod vulgata* cum lateret in deserto, ε Sit mihi cor per se.] *Compl. τοῦ βοηθῆσαί μοι, εἴη μοι καρδία ἐφ' ὑμᾶς εἰς ἕνωσιν*, ad auxiliandum mihi, sit mihi cor super vos in vnionem. ζ Vestrorum.] *Alii*, nostrorum. η Vade & populus tuus Dauid filius Ies- D
sæ pax, pax tibi.] *Compl. & magna ex parte alii*, Vade Dauid filius Iessæ, tu, & populus tuus in pace: pax tibi, &c. θ In veniendo alienigenas] *Compl. ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν μετὰ ἀλλοφύλων τῶν ἐλθόντων*, veniente eo cum alienigenis venientibus, &c. ι Factum est.] *Compl. ὅτι ἐν βουλῇ ἐγένοντο οἱ σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων, λέγοντες, ἐν ταῖς κεφαλαῖς ἡμῶν*, quoniam in consilio fuerunt satrapæ alienigenarum dicentes: In capitibus nostris, &c. κ Saul.] *In aliis additur, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτόν*, & dimiserunt eum: *quæ tamen non sunt hoc loco in hebræo*. λ Geddur] *Theodoretus, γεδοὺρ* autem vocauit cateruam Amalecitarum, *de hoc nomine alibi notatum est*. μ In exercitu, in virtute] *Prius, in, abest à Compl. sed videri possunt duæ interpretationes*. ν Diem ex die.] *Compl. κατὰ καιρὸν ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἤρχοντο πρὸς δαυὶδ τοῦ βοηθῆσαι αὐτῷ ὡς εἰς παρεμβολὴν μεγάλην, ὡς παρεμβολὴν θεοῦ*, secundum tempus diei in diem veniebant ad Dauid ad auxiliãdum ei tanquã ad castrametationem magnam tanquam castrametationem Dei. ξ Plurima pars eorum intendebat in custodiam.] *Compl. οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἐφύλασσον τὴν φυλακήν*, plerique eorum custodiebant custodiam. ο In tempora.] *Theodoretus, εἰς τοὺς καιροὺς αὐτῶν*, in temporibus suis. π Ducenti.] *Nonnulli εἰς ἀρχὰς διακόσιοι*, in principes ducenti, *quod vulgata*, principes ducenti. *Compl. εἰς τὰς ἀρχὰς αὐτῶν διακόσιοι*, in principatibus suis ducẽti. *Alii, ὀκτακόσιοι*, octin- E
genti. *Theodoretus, εἰς τὰς ἀρχὰς αὐτοῦ, διακόσιοι*, in principatu suo, ducenti. ρ Non manibus vacuis.] *Id visum est posse valere, οὐ χεροκενῶς. In aliquos libris sequitur, οὐ τὸ μετὰ καρδίας, καὶ καρδίας*, neque cum corde, & corde. *In Compl. hoc tantum est, non illud.*

CAP. XIII.

ET consultauit Dauid cũ Chiliarchis, & cẽturionibus, omni duce. Et dixit Dauid vniuersæ Ecclesiæ Israel: Si super vos bonũ, & à Domino Deo nostro prosperabitur; mittamus ad fratres nostros reliquos in omni terra Israel:

A Israel:& cũ eis sacerdotes Leuitæ in ciuitatibus possessionis suæ:& cõgregabuntur ad nos:& transferamus arcã Dei nostri ad nos: quoniã non α quæsierut eã a diebus Saul. Et dixit vniuersa Ecclesia facere sic; quoniam rectũ fuit verbum in oculis vniuersi populi. Et conuocauit Dauid omnem Israel a finibus Ægypti, & vsque ad introitũ Hemath ad inferendum arcã Dei è ciuitate Iarin. Et β adduxit eam Dauid: & omnis Israel ascendit in ciuitatem Dauid, quæ erat ipsius Iuda, ad educendum inde arcam Dei Domini sedentis super Cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum è domo Aminadab. Et Oza, & fratres eius ducebant plaustrum. Et Dauid, & omnis Israel ludentes ante Deum in omni virtute, & in γ cantoribus, & in cithа-
B ris, & in Nablis, in tympanis, & in cymbalis, & in tubis. Et venerunt vsque ad δ aream: & extendit Oza manum suam ad sustentandam arcam, quoniam inclinauerat eam vitulus. Et indignatus est Dominus ira super Oza, & percussit eum ibi, propterea quod extendisset manum suam super arcam: & mortuus est ibi ante Deum. Et tristatus est Dauid, quia discidit Dominus scissuram in Oza, & vocauit locum illum scissura Oza, vsque in diem hanc. Et timuit Dauid Deũ in die illa, dicens: Quomodo introducam arcam Dei ad me? Et non fecit diuertere Dauid arcam ad se in ciuitatem Dauid, & fecit eam declinare in domum ε Abeddarà Gethæi. Et sedit arca Dei in domo Abeddarà tres menses. Et bene-
C dixit Deus Abeddarà, & omnia eius.

α Quæsierant.] *Compl.* ἐζητήσαμεν, *& vulgata*, requisiuimus. β Et adduxit eam Dauid: & omnis Israel ascendit in ciuitatem Dauid.] *Compl.* καὶ ἀνέβη δαυίδ, καὶ πᾶς ἀνὴρ ἰσραὴλ εἰς καριαθιαρὶμ *quod in vulgata*, Et ascendit Dauid, & omnis vir Israel, ad collem Cariathiarim. γ Cantoribus.] *Compl.* ᾠδαῖς, canticis. δ Aream.] *Compl. addit*, χειδών, *& vulgata*, Chidon. ε Abeddarà.] *Theodoretus per simplex* δ. *licet aliter interpres. Compl.* ἀβεδδαδὰμ *& vulgata*, Obed Edom *In cap.* 15. *appellatur*, ἀβδεδόμ, Abdedom.

CAP. XIV.

D ET misit Chiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & ædificatores, & fabros lignorum ad ædificandam ei domum. Et nouit Dauid, quia parauit eum Dominus in regem super Israel: quoniam auctũ est in altitudinem regnum suũ propter populum eius Israel. Et accepit Dauid adhuc vxores in Hierusalem, & nati sunt Dauid adhuc filij, & filiæ. Et hæc nomina eorum, qui nati sunt, α qui fuerunt ei in Hierusalem: Samaa, Sobab, Nathan, & Salomõ, & Baar, & Elisà, & Eliphaleth, & Nageth, & Naphath, & Iaphiè, & Elisamae, & Eliade, & Eliphalà. Et audierunt alienigenæ, quia vnctus est Dauid rex super omnem Israel. Et ascenderunt omnes alienigenæ ad quærendum Dauid. Et audiuit Dauid, & egressus est in occursum eis. Et alienigenæ venerunt, &
E β consederunt in valle gigantum. Et interrogauit Dauid per Deum, dicens: Si ascendero super alienigenas, & dabis eos in manus meas? Et dixit ei Dominus: Ascende: & dabo eos in manus tuas. Et ascẽdit in Baal Pharasin: & percussit eos ibi Dauid. Et dixit Dauid: Conscidit Deus inimicos meos in manu mea, tanquam scissuram aquæ. Propterea vocauit nomen loci illius, scissura Pharasin. Et dereliquerunt ibi Deos suos alienigenæ. Et dixit Dauid comburere in igne. Et adiecerunt adhuc alienigenæ, & consederunt adhuc in valle gigantum. Et interrogauit Dauid adhuc in Deo. Et dixit ei Deus: Non ibis post eos: auertere

ab eis: & aderis eis prope pyros. Et erit in audiẽdo te vocem concussionis ipsarum summitatum pyrorum; tunc ingredieris in prælium: quoniam egressus est Deus ante te ad percutiendum castra alienigenarum. Et fecit, sicut mandauit ei Deus: & percussit castra alienigenarum a Gabaon vsque Gazerà. Et factum est nomen Dauid in vniuersa terra: & Dominus dedit timorem eius super omnes gentes. A

α Qui fuerunt.] *Abest à Compl. sed non ab hebræo.* β Consederunt.] *Hoc visum est hoc loco significare, συνέπεσον, itemque paulo inferius. Compl. vtroque loco ἐξεχύθησαν, & vulgata, diffusi sunt.*

CAP. XV.

B

ET fecit sibi domos in ciuitate Dauid; & parauit locum arcæ Dei: & fecit ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid: Non est tollere arcam Dei, nisi Leuitas: quoniam eos elegit Dominus tollere arcam Domini, & ministrare sibi vsque in seculum. Et conuocauit Dauid omnem Israel in Hierusalem ad adducendum arcam Domini in locum, quem parauerat ei. Et congregauit Dauid filios Aaron α Leuitas: De filijs Caath Vriel princeps, & fratres eius, centum viginti: De filijs Merari Asaia princeps, & fratres eius ducenti β viginti: De filiis Gedson, Ioel princeps, & fratres eius, centum viginti: De filijs Elisaphath, Semei princeps, & fratres eius, ducẽti: De filijs Chebron, Eliel princeps, & fratres eius, octuaginta: De filijs Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius, centum duodecim. Et vocauit Dauid Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiam, & Ioel, & Semæam, & Eliel, & Aminadab: & dixit eis: Vos principes patriarum Leuitarum. Purificamini vos, & fratres vestri, & efferetis arcam Dei Israel, vbi paraui ei: quoniam eo quod antea vos non γ fuistis, discidit Deus noster in nobis: quoniam non exquisiuimus in iudicio. Et purificati sunt sacerdotes, & Leuitæ ad efferendam arcam Dei Israel. Et tulerunt filij Leuitarum, arcam Dei, sicut mandauerat Moyses in verbo Dei secundum scripturam in supportatorijs δ super se. Et dixit Dauid principibus Leuitarum: Constituite fratres vestros cantores in organis, nablis, citharis, & cymbalis ad resonandum in sublime in voce lætitiæ. Et constituerunt Leuitæ Æman ε filium Ioel, de fratribus eius Asaph filius Barachia: & de filijs Merari fratribus eius Æthan filius Cisæi, & cum eis fratres eorum, ζ secundi, Zacharias, & Oziel, & Semiramoth, & Ieiel, & Elioel, & Eliab, & Banæa, & Naasia, & Matthathia, & Eliphenà, & Macellia, & Abdedom, et Ieiel, & Ozias, iantiores. Et psalmorum cantores, Aeman, Asaph, & Aethan in cymbalis æneis ad faciendum audiri: Zacharias, & Oziel, Semiramoth, Ieiel, Onì, Eliab, Maasæas, Banæas in nablis super η Alæmoth. Et Matthathias, & Eliphalù, & Macenia, & Abdedom, & Ieiel, & Ozias in citharis θ Amasenith ad vincendum. Et Chonenia princeps Leuitarum ι princeps cantorum; quoniam intelligens erat. Et Barachia, & Elcana ianitores arcæ. Et Somnia, & Iosaphat, & Nathanael, et Amasai, et Zacharia, & Banaia, & Eliezer sacerdotes clangentes tubis ante arcam Dei. Et Abdedom, & Ihia ianitores arcæ Dei. Et erat Dauid, & seniores Israel, & Chiliarchi procedentes ad educendam arcam testamenti e domo Abdedom in lætitia. Et factum est in confortando Deum Leuitas leuantes arcam testa-

C D E

A teſtamenti Domini,& immolauerunt ſeptem vitulos,& ſeptem arietes Et Dauid indutus in ſtola byſsina, & omnes Leuitæ leuantes arcã teſtamẽti Domini, & pſalmorum cantores,& Chonenias princeps cantorum canentium. Et ſuper Dauid ᵅ ſtola byſsina. Et omnis Iſrael educentes arcam teſtamenti Domini in ſignificatione,et in voce ᵏ Sopher,et in tubis,et in cymbalis,reſonantes in nablis, et in citharis. μ Et factum eſt,arca teſtamenti Domini,et venit vſque ad ciuitatem Dauid. Et Melchol filia Saul proſpexit per feneſtram,et vidit regem Dauid ſaltantem,et ludentem: et ſpreuit eum in anima ſua.

B α Leuitas.] *Compl. ac vulgata*, & Leuitas. β Viginti.] *Nonnulli alii* πεντήκοντα, quinquaginta. γ Non fuiſtis.] *Sic hebræus,ideſt,qui ferretis arcam,ſed ſuper plauſtrum impoſuramus. Alii,& Compl. addunt* ἑτοίμους,parati. δ Super ſe] *Compl.* ἐν ὤμοις αὐτῶν,in humeris ſuis. *hebræus hoc loco habet, vt noſtra.Sed paulo ante pro,*ſecundum ſcripturam,*habet,*in humero ſuo. ε Filium.] *Sic etiam vulgata,ſed habet,*Leuitas: *atque etiam in ſequentibus*, Aſaph filium,Ethan filium.*Compl.hic etiam,* filius: *vt ita vertendum ſit,*Et ſteterunt Leuitæ,Hæman filius Ioel,&c. ζ Secundi.] *Compl.*οἱ δευτερεύοντες,*quaſi* agentes ſecundas partes.*Quidam vero hoc coniungunt cum antecedentibus: vulgata autem cum ſequentibus*: in ſecundo ordine Zachariam,&c. η Super Alemoth.] *Compl.* ὑπὲρ τῶν κρυφίων, pro occultis, *quod eſt interpretatio illius: & vulgata,*arcana cantabant. θ Amaſenith.] *Videtur & hic ſupplendum,*ſuper,*quod eſt in hebræo. Compl.* ὑπὲρ τῆς ὀγδόης,pro octauo: *quod item eſt interpretatio illius. Vulgata,*pro octaua canebant Epinicion. ι Princeps cantorum.] *Aut* canticorum.*Compl.addit,*ἐν ᾠδαῖς,in eleuatione: *dictionem hebræam, quæ bis etiam ponitur,alii iſto modo interpretantur alii prophetiam. Vulgata primo loco,*prophetiæ præerat,*ſecundo,*& ad præcinendam melodiam. κ Stola.] *Compl.* ἐν στολῇ βυσσίνῃ, Ephud byſſinum: *quomodo habuit*
C *Theodoretus,qui hæc addit,*Sæpe diximus τὸ ἐφοὺδ,Aquilam dixiſſe ἐπένδυμα, ſuperindumentum,Symmachũ vero ἐπωμίδα,ſuperhumerale.Sed erant ſuperindumenta ſacerdotalia,erant autem & communia. Manifeſtum eſt autem magnum Dauid,& pium & Dei amicum non violaſſe legem, neque auſum eſſe ſacerdotalem ſtolam induere: ſed docet ratio eam fuiſſe,quam nunc vocant ἀμφίασιν.*Vulgata,*Ephod lineo. λ Sopher.] *Compl.*Sophar.*Vulgata,*buccinæ. μ Et factum eſt,arca teſtamenti Domini & venit.] *Alii,*Et venit arca teſtamenti Domini.*Compl.*Et factum eſt,& venit arca teſtamenti Domini.

CAP. XVI.

ET attulerunt arcam Dei,& conſtituerunt eam in medio tabernaculi,quod fixerat ei Dauid:& obtulerunt holocauſtomata,& ᵅ ſalutaris ante Deũ. Et conſummauit Dauid offerens holocauſtomata,& ᵝ ſalutaris:& be-
D nedixit populum in nomine Domini. Et diſtribuit omni viro Iſrael a viro, & vſque ad mulierem,viro γ panem vnum piſtum, & ᵟ amoritem. Et conſtituit ad faciem arcæ teſtamenti Domini de Leuitis miniſtrantes,reſonantes, & ad confitendum,& laudandum Dominum Deum Iſrael: Aſaph dux,& ſecundus ei Zacharias,Ieiel, Semiramoth,& Ieiel, Matthathias,Eliab,et Banæas,et Abdedom,et Liel in organis,nablis, citharis: et Aſaph in cymbalis reſonans. Et Banæas, et Oziel ſacerdotes in tubis perpetuo ante arcam teſtamenti Dei. In die illa tunc conſtituit Dauid in principio ad laudandum Dominum in manu Aſaph,et fratrum eius. CANTICVM. Confitemini Domino: inuoca-
E te eum in nomine eius: notas facite in populis adinuentiones eius. Cantate ei, et hymnum dicite ei: narrate omnibus mirabilia eius,quæ fecit Dominus. Laudate in nomine ſancto eius: lætabitur cor quærens beneplacitum eius. Quærite Dominum,et confortamini: quærite faciem eius ſemper. Mementote mirabilium eius,quæ fecit. prodigiorum,et iudiciorum oris eius. Semen Iſrael,pueri eius,filij Iacob,electi eius. Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius. ᵋ Memores ſimus in ſeculum teſtamenti eius, verbi eius, quod mandauit in mille generationes. Quod diſpoſuit ad Abraham,et iuramentum ſuum Iſaac. Statuit illud Iacob in præceptum,Iſrael ζ teſtamentum æternum, dicens:

cens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent ip- A
si pauci numero, ᵃ quasi parui facti sunt, et incoluerunt in ea: et iuerunt de
gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Non permisit virum oppri-
mere eos: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos: et in pro-
phetis meis nolite malignari. Cantate Domino omnis terra: annunciate de die
in diem ᶿ salutem eius. Narrate in gentibus gloriã eius in omnibus populis mi-
rabilia eius. Quoniam magnus Dominus, et laudabilis valde, terribilis est super
omnes Deos. Quoniam omnes Dij gentium Idola: et Deus noster cælos fecit.
Gloria, et laus ad faciem eius, fortitudo, et gloriatio in ι loco eius. Date
Domino patriæ gentium: date Domino gloriam, et fortitudinem: date Domi- B
no gloriam nomini eius. κ Sumite dona, et afferte ad faciem eius: et adorate
Dominum in λ atrijs sanctis eius. Timeat a facie eius omnis terra: μ diriga-
tur terra, et non commoueatur. Lætetur cælum, et exultet terra: et dicant in gẽ-
tibus, Dominus regnans. Tonabit mare ν cum plenitudine, et lignum agri, et
omnia, quæ in eo. Tunc lætabuntur ligna syluæ a facie Domini: quoniam ve-
nit iudicare terram. Confitemini Domino, quoniam bonum: quoniam in secu-
lum misericordia eius. Et dicite, salua nos Deus salutis nostræ, et collige nos, et
erue nos de gentibus, ad laudandum nomen sanctum tuum, et gloriandũ in lau-
dationibus tuis. Benedictus Dominus Deus Israel a seculo, et vsque in seculum: C
et dicet omnis populus, Amen.

Et laudem dederunt Domino: et ξ reliquerunt ibi ante arcam testamenti
Domini Asaph, et fratres eius ad ministrandum ante arcam semper, quod diei
in diem. (Et Abdedom et fratres eius, sexaginta et octo. Et Abdedom filius
Idithun, et Osà in ianitores) et Sadoc sacerdotem, et fratres eius sacerdotes an-
te tabernaculum Domini in Bamà, quæ in Gabaon, ad offerendum holocau-
stomata Domino super altare holocaustomatum semper mane, & vesperi, &
secundum omnia scripta in lege Domini, quæcumque mandauit super filios
Israel in manu Moysi serui Dei. Et cum eo Æman, & Idithun, & reliqui electi D
in nomine ad laudandum Dominum; quoniam in seculum misericordia eius.
Et cum eis tubæ, & cymbala ad resonandum, & organa cantorum Dei. Filij au-
tem Idithun ad portam. Et iuit omnis populus, vnusquisque ad domum suam.
Et reuertit Dauid ad benedicendum domum suam.

α Salutaris.] *Alii* σωτήρια, salutaria. *Compl.* εἰρηνικάς, pacificas. *Vulgata*, pacifica. β Et salutaris.] καὶ σωτηρίου. *Alii*, καὶ τὰ τοῦ σωτηρίου, *&* *Compl.* καὶ τὰς εἰρηνικάς, *vt proxime dictum est.* γ Panem vnum pistum.] ἀρτοκοπικὸν, *aut* ἀρτοκοπαικὸν, *vt alii. Sed Compl.* χέχαρ ἄρτου. *Theodoretus in manuscriptis (nam ab Interprete omittitur)* Illud autem, χέχαρ ἄρτου, in regnis dixit Collyridam. *Vulgata*, tortam panis. δ Et amoritem.] τὴν ἀμορίτην, *interpretantur similam coctam cum melle, aut oleo. Compl.* καὶ λάγανον τηγάνου καὶ κολλυρίδα, & laganũ sartaginis, & Collyridam. *Vulgata*, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam. ε Memores simus.] *Compl*, μνημονεύετε, memores sitis. *In psalmo 104. (in quo, & in 95. continetur fere hoc canticum: quare nonnulla eo reseruabuntur notanda)* ἐμνήσθη, memor fuit. ζ Testamentum.] *Alii*, εἰς διαθήκην, in testamentum. η Quasi parui facti sunt, & incoluerunt in ea.] *Compl.* ὡς μικροὶ, καὶ παροικοῦσιν ἐν αὐτῇ, quasi parui, & incolæ in ea. *Psal. 104.* ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὶ καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, numero breues, paucissimi, & incolæ in ea. θ Salutem.] *Alii*, τὸ σωτήριον, salutare. ι Loco.] *Sic etiam hebraus, & vulgata. Alii addunt* ἁγίῳ, sancto. κ Sumite dona, & afferte ad faciem eius.] *Compl.* ἄρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, Tollite hostias, & introite in conspectu eius. *Psal. 95.* in atria eius. λ Atrijs sanctis.] *Psal. eod.* atrio sancto. *Compl.* κατοικητηρίῳ ἁγίῳ, habitaculo sancto. *Vulgata*, decore sancto, μ Dirigatur terra, & non commoueatur.] *Compl.* καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται, etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur. ν Cum plenitudine, & lignum agri.] *Compl.* σὺν πληρώματι. (*sed videtur legendum*, σὺν τῷ πληρώματι) αὐτῆς ἀγαλλιάσθω ὁ ἀγρὸς, cum plenitudine sua: exultet ager. ξ Reliquerunt.] *Compl.* κατέλιπε *& vulgata*, dereliquit. E

CAP.

A CAP. XVII.

ET factum eſt, vt habitauit Dauid in domo ſua; & dixit Dauid ad Nathan
prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina: & arca teſtamenti Domi-
ni ſub pellibus. Et dixit Nathã ad Dauid: Omne, quod in anima tua, fac:
quoniam Deus tecum. Et factum eſt in nocte illa, & factum eſt verbum Domi-
ni ad Nathan: Vade, & dic ad Dauid ſeruum meum: Sic dixit Dominus. Non
tu ædificabis mihi domum, ad habitandum me in ea: quoniam non habitaui in
domo, a die, qua eduxi Iſrael, vſque in diem hanc, & fui in * tabernaculo, &
B in tegmine in omnibus, quæ tranſiui in omni Iſrael. Si loquens locutus ſum
ad vnam tribum Iſrael, quibus mandaueram paſcere populum meum, dicens:
Quia non ædificaſtis mihi domum cedrinam? Et nunc ita dices ſeruo meo Da-
uid: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ego aſſumpſi te de mandra de poſt
greges, vt eſſes in ducem ſuper populum meum Iſrael: & fui tecum in omni-
bus, quibus iuiſti: & exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua: & feci
tibi nomen iuxta nomen magnorum, qui ſuper terram. Et ponam locũ populo
meo Iſrael; & plantabo eũ, & habitabit apud ſe: & non * ſollicitabitur vltra: &
non adijciet filius iniquitatis humiliare eum, ſicut * principio, & a diebus,
C quibus conſtitui iudices ſuper populum meum Iſrael. Et humiliaui omnes ini-
micos tuos: & augebo te: & domum ædificabit tibi Dominus. Et erit, quando
impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis; & ſuſcitabo ſemen tuũ
poſt te, qui erit de ventre tuo: & parabo regnum eius. Ipſe ædificabit mihi do-
mum: & erigam thronum eius vſque in ſeculum. Ego ero ei in patrem: & ipſe
erit mihi in filium. Et miſericordiam meam non remouebo ab eo, ſicut remo-
ui ab ijs, qui erant ante eum. Et * fideliter ſtatuam eum in domo mea, & in
regno ſuo vſque in ſeculum: & thronus eius erit erectus vſque in ſeculum. Se-
cundum omnia verba hæc, & ſecundum omnem viſionem hanc, ſic locutus eſt
Nathan ad Dauid. Et venit rex Dauid, & ſedit e regione Domini, & dixit: Quis
D ſum ego Domine Deus? & quæ domus mea; quia dilexiſti me vſque in ſeculum?
Et facta ſunt parua hæc coram te Deus: & locutus es ſuper domum pueri tui
* à longinquis, & inſpexiſti me, tanquam viſio hominis: & exaltaſti me Domi-
ne Deus. Quid adijciet vltra Dauid ad te, ad * glorificandum? Et tu ſeruum
tuum noſti: & * iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam. Domine, non
eſt ſimilis tibi: & non eſt Deus præter te, iuxta omnia, quæcumque audiuimus
in auribus noſtris: & non eſt, ſicut populus tuus Iſrael, gens vltra ſuper terram,
quomodo * deduxit ſe Deus ad redimendum populum ſibi, ad ponendum
ſibi nomen magnum, & illuſtre, ad eijciendum a facie populi tui quos redemi-
E ſti ex Ægypto, gentes. Et dediſti populum tuum Iſrael tibi ipſi populum vſque
in ſeculum: & tu Dominus factus es eis in Deum. Et nunc Domine verbum
tuum, quod locutus es ad puerum tuum, & ſuper domum eius, fidele ſit vſque
in ſeculum. Et fac, ſicut locutus es: & fidele ſit, & magnificetur nomen tuum
vſque in ſeculum, dicentibus: Domine, Domine omnipotẽs Deus Iſrael, & do
mus Dauid pueri tui erecta coram te. Quoniã tu Dominus Deus meus * ape-
ruiſti aurem pueri tui ad ædificandum ei domum; propter hoc inuenit puer
tuus deprecari ad faciem tuam. Et nunc Domine tu es ipſe Deus: & locutus es
ſuper

ſuper ſeruum tuum bona hæc. Et nunc incipe benedicere domum pueri tui, vt A
ſit in ſeculum coram te. Quoniam tu Domine benedixiſti;& * & benedic in ſeculum.

a Tabernaculo,& in tegmine.] *Plerique libri,* ἐν σκηνῇ εἰς σκέπην, καὶ ἐν καταλύματι, in tabernaculo in tegmen, & in diuerſorio. *Elocutionem hebræam ſic explanauit vulgata,* ſemper mutãs loca tabernaculi, & in tentorio. β Solicitabitur.] μεριμνήσει. *Compl.* ταραχθήσεται, turbabitur. γ Principio.] ἀρχῆς, *Alii* ἀπ' ἀρχῆς, à principio. δ Fideliter ſtatuam.] πιστόν. *Alibi notatum eſt,* Fidele, *ſignificare firmum, & ſtabile: qua notione in hoc præcipue capite accipiendum eſt. Compl.* στήσω, ſtatuam. ε A longinquis.] εἰς μακρόν. *& ſignificat,* in futurum, *quod habet vulgata: & boni auctores latinæ linguæ dixerunt,* in longitudinem. ζ Ad glorificandum.] *Compl. addit,* σε τὸν δοῦλόν σου, te ſeruum tuum? *hebræus non habet illud,* te. η Et iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam.] *In Complutenſi, & magna ex parte in aliis hic locus ſic habet,* κύριε διὰ τὸν δοῦλόν σου, καὶ κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας τὴν πᾶσαν μεγαλωσύνην ταύτην, τοῦ γνωρίσαι πάντα τὰ μεγάλα (*al.* μεγαλεῖα) σου, *quæ in vulg.* Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiã hanc, & nota eſſe voluiſti omnia magnalia. θ Deduxit ſe Deus.] *Hæc locutio alibi etiam notata eſt. Compl.* ὡς ἐπορεύθη θεός, quomodo perrexit Deus: *nec multo aliter vulgata.* ι Aperuiſti.] *Compl.* ἀπεκάλυψας, reuelaſti. κ Benedic.] *Eadem* εὐλόγηται, benedicta eſt. B

CAP. XVIII.

ET factum eſt poſt hæc, & percuſſit Dauid alienigenas, & fugauit eos,& cepit Geth,& pagos eius de manu alienigenarum. Et percuſſit Moab,& fuerunt a Moab pueri Dauid, ferentes munera. Et percuſſit Dauid Adraazar regem Suba β Emath, eunte illo ſtatuere manum ſuam ſuper flumen Euphratem. Et cepit Dauid de eis mille currus, & ſeptem millia equorum,& C
viginti millia virorum peditum. Et diſſoluit Dauid omnes currus: & reliquit ex eis centum currus. Et venit Syrus e Damaſco ad auxiliandum Adraazar regi Subà. Et percuſſit Dauid in Syro viginti & duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidium in Syria, quæ ad Damaſcum: & fuerunt Dauid in pueros ferentes munera. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæ iuit. Et cepit Dauid torques aureos, qui fuerant ſuper pueros Adraazar,& attulit eos in Hieruſalem. Et de Mathabeth,& de electis ciuitatibus, quæ Adraazar, cepit Dauid æs multum valde. Ex eo fecit Salomon mare æneum,& columnas,& vaſa ænea. Et audiuit Thoa rex Emath, quia percuſſit Dauid omnem virtutem Adraazar D
regis Suba: & miſit Adduram filium ſuum ad regem Dauid ad interrogandum eum, quæ ad pacem, & ad benedicendũ eum pro eo, quod impugnauit Adraazar,& percuſſit eum: quoniam vir γ hoſtilis Thoa erat ipſi Adraazar. Et omnia vaſa aurea,& argẽtea,& ænea, & hæc ſanctificauit rex Dauid Domino cum argento,& auro, quod ceperat ex omnibus gentibus, ex Idumæa, et Moab, et ex filijs Ammon, et ex alienigenis,& ex Amalec. Et Abeſà filius Saruiæ percuſſit Idumæam in valle ſalinarum octo et decem millia. Et poſuit in valle præſidia: et fuerunt omnes Idumæi pueri Dauid. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus ad quæ ibat. Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael: et erat faciens iudicium, E
et iuſtitiam omni populo ſuo. Et Ioab filius Saruiæ ſuper militiam: et Ioſaphat filius Achilud à commentarijs: et Sadoc filius Achitob, et Achimelech filius Abiathar ſacerdotes: et Suſà ſcriba: et Banæas filius Iodae ſuper Cherethi, et ſuper Phelethi. Et filij Dauid primi δ vicarij regis.

a Moab.] *Sic hebræus. Alii* μωαβῖται, Moabitæ. *Compl.* καὶ ἐγένετο μωὰβ δοῦλος, & factus eſt Moab ſeruus. β Emath.] *Ita hebræus: multi autem ſupplent,* in, *quemadmodum Compl.* ἐν αἰμάθ. *Vulgata interpretatur,* regionis Emath. γ Hoſtilis.] πολέμιος. *Compl.* πολεμιστής, bellator. *Vulgata,* aduerſarius. δ Vicarij.] διάδοχοι. *Vulgata,* ad manum: *lib. 2. Paralip. cap. 28.* τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως, *in vulgata eſt,* ſecundus à rege.

CAP.

A CAP. XIX.

ET factum est post hæc, mortuus est Naas rex filiorum Ammon: & regnauit Aran filius eius pro eo. Et dixit Dauid: Faciam misericordiam cum Aran filio Naas; sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Et misit nuncios Dauid ad consolandum eum de patre eius. Et venerunt pueri Dauid in terram filiorum Ammon ad Anan ad consolandum eum. Et dixerunt principes filiorum Ammon ad Anan: Nunquid glorificans Dauid patrem tuum misit tibi, qui consolentur? Nonne, vt explorent ciuitatem, & ad speculandam
B terram venerunt pueri eius ad te? Et cepit Anan pueros Dauid, & rasit eos, & abstulit de mantellis eorum dimidium vsque ad [a] tunicam: & dimisit eos. Et venerunt annunciare Dauid de viris: & misit in obuiam eis; quia erant inhonorati valde, & dixit rex: Sedete in Hiericho, donec exoriantur barbæ vestræ: & reuertite. Et viderunt filij Ammon, quia confusus est populus Dauid: & misit Anan, & filij Ammon mille talenta argenti, ad conducendum mercede sibi è Syria Mesopotamiæ, & e Syria Maachà, & a Sobal currus, & equites: & mercede conduxerunt sibi duo & triginta millia curruum, & regem Maachà, & populum eius. Et venerunt, & castrametati sunt è regione Medabà. Et filij Ammon
C congregati sunt ex ciuitatibus suis: & venerunt ad bellandum. Et audiuit Dauid, & misit Ioab, & omnem militiam potentium. Et exierunt filij Amon: & aciem instruunt in prælium apud portam ciuitatis. Et reges, qui venerant, castrametati sunt per se in campo. Et vidit Ioab, quia facti sunt aduersis faciebus ad præliãdum aduersus se ad faciem, & à tergo: & elegit ex omni iuuene Israel: & [b] aciem struxerunt aduersus Syrum: & residuum populi dedit in manu Abisai fratris sui: & [c] struxerunt aciem ex aduerso filiorum Ammon. Et dixit: Si inualuerit super me Syrus; & eris mihi in salutem: &, si filij Ammon inualuerint super te; & saluabo te. Viriliter age: & confortemur pro populo nostro, & pro
D ciuitatibus Dei nostri: & Dominus, quod bonum in oculis suis, faciet. Et aciem struxit Ioab, & populus, qui cum eo, contra Syros in prælium: & fugerunt ab eis. Et filij Ammon viderunt, quia fugerunt Syri: & fugerunt etiam ipsi à facie Abesai, [d] & à facie Ioab fratris eius: & venerunt in ciuitatẽ. Et venit Ioab in Hierusalem. Et vidit Syrus, quia fugauit eum Israel: & misit nuncios, & eduxerunt Syrum de trans flumine: & Sophath princeps militiæ virtutis Adraazar ante eos. Et annunciatum est Dauid: & congregauit omnem Israel: & transiuit Iordanem, & venit super eos: & instruxit aciem super eos. Et struit aciem Dauid ex aduerso Syri in prælium. [e] Et impugnauerunt eum. Et fugit Syrus à facie Israel:
E & occidit Dauid de Syro septem millia curruum, & quadraginta millia peditum: & Sophath principem militiæ virtutis interfecit. Et viderunt pueri Adraazar, quia ceciderunt a facie Israel: & disposuerunt cum Dauid, & seruierunt ei. Et noluit Syrus auxiliari filijs Ammon vltra.

[a] Vsque ad tunicam.] *Ita vertunt Compl. istud,* ἕως τῶν ἀναβολῶν. *Sed fortasse significat*, donec semi nudi essent, *quasi, vsque ad expoliationem.* [b] Aciem struxerunt.] *Alii* παρετάξαντο, struxit. [c] Struxerunt.] *Etiam hic Complutensis,* παρετάξαντο. *Sed hebræus, vt nostra.* [d] Et à facie Ioab.] *Absunt à Complutensi, & vulgata.* [e] Et impugnauerunt eum.] *Alii,* ἐπολέμησαν, impugnauit. *Sed hebræus, vt nostra.* *Vulgata* illis contra pugnantibus.

CAP. XX. A

ET factum est in sequenti anno in exitu regum, & duxit Ioab omnem virtutem militiæ: & corruperunt regionem filiorum Ammon. Et venit, & obsedit Rabbà. Et Dauid sedit in Hierusalem. Et percussit Ioab Rabbà, & diruit eam. Et cepit Dauid coronam [a] Molchom regis eorũ de capite eius: & inuentum est pondus eius talentum auri: & in ea lapis preciosus: et fuit super caput Dauid. Et spolia ciuitatis extulit multa valde: et populum, qui in ea, eduxit, et dissecuit serris, et in ascijs ferreis, et in [b] tribulis. Et sic fecit Dauid omnibus filijs Ammon. Et reuertit Dauid, et omnis populus eius in Hierusalem. B
Et factum est post hæc, et factum est adhuc bellum in Gazer cum alienigenis. Tunc percussit Sobochai Sosathi ipsum Saphut de filijs gigantibus: et humiliauit eum. Et factum est adhuc prælium cum alienigenis: & percussit Eleanam filius Iair ipsum Lachmi fratrem Goliath Getthæi, & lignum lanceæ eius, tanquam liciatorium texentium. Et factum est adhuc prælium in Geth: & fuit vir supra modum magnus, & digiti eius sex, & sex, viginti quatuor: & hic erat prognatus ex gigantibus: & exprobrauit Israel. Et percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi fuerunt ipsi Raphà in Geth: omnes erant quatuor gigantes: & ceciderunt in manu Dauid, & in manu puerorum eius. C

[a] Molchom.] *Abest a Compl. Est enim factum ex dictione hebraica: cuius interpretatio est quod sequitur,* regis eorum. *Id hac eadem in re notatum est euenisse 2. reg. 12.* [b] Tribulis.] *διαχίζων, quod valde commune est: sed ita vertimus, quoniam Compl. habet, ἐν τοῖς τριβόλοις, & etiam nostra 2. reg. c. 12. nisi fortasse hoc illud est, quod ibi dicitur, ἐν τομεῦσι.*

CAP. XXI.

ET [a] stetit diabolus in Israel: & incitauit Dauid ad numerandum Israel. Et dixit rex Dauid ad Ioab, & ad principes virtutis: Ite, numerate Israel à Bersabee, & vsque Dan: & afferte ad me: & cognoscam numerum eorum. Et D
dixit Ioab: Adijciat Dominus ad populum suum, sicut ipsi, centupliciter: & oculi domini mei regis videntes: [b] omnes domino meo pueri. Vt quid quærit dominus meus hoc, vt non fiat in peccatum ipsi Israel? Verbum autem regis valuit super Ioab. Et exiuit Ioab, & transijt in omni Israel, & venit in Hierusalem. Et dedit Ioab numerum visitationis populi ipsi Dauid. Et fuit omnis Israel mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. Et filij Iuda, quadringenta & septuaginta millia virorum educẽtium gladium. Et ipsum Leui, & Beniamin non numerauit in medio eorum: quia [c] oppresserat verbum regis ipsum Ioab. Et malum [d] coram Deo de re hac: & percussit Israel. Et dixit Dauid ad Deum: Peccaui valde, quia feci rem hanc: & nunc aufer, quæso, malum E
pueri tui; quoniam desipui valde. Et locutus est Dominus ad Gad videntem, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, dicens: Sic dicit Dominus: Tria feram ego super te: elige tibi vnum ex eis, & faciam tibi. Et venit Gad ad Dauid, & dixit ei: Sic dicit Dominus: Elige tibi vel tres annos famis, vel tres menses fugere te à facie inimicorum tuorum (& [e] gladius inimicorum tuorum ad exterminandum) vel tres dies gladium Domini, & mortem in terra: & angelus Domini exterminans in omni hæreditate Israel. Et nunc vide, quod respondeam ei, qui me misit,

A misit verbum. Et dixit Dauid ad Gad: Angusta mihi ζ etiam tria ista valde. Incidam nunc in manus Domini, quoniam multæ miserationes eius valde: & in manus hominum non incidam. Et dedit Dominus mortem in Israel: & ceciderunt ex Israel septuaginta millia virorum. Et misit Deus angelum in Hierusalem ad exterminandam eam: & vt exterminabat; vidit Dominus, & pœnituit super malo: & dixit angelo exterminanti: Sufficiat tibi: remitte manum tuam. Et angelus Domini stans in area Ornà Iebusæi. Et eleuauit Dauid oculos suos, & vidit angelum Domini stantem inter terrã, & cælum: & gladius eius eductus in manu eius, extentus super Hierusalem. Et cecidit Dauid, & seniores induti in

B saccis super faciem suam. Et dixit Dauid ad Deũ: Nonne ego dixi ad numerandũ in populo? Et ego sum qui peccaui: malefaciens malefeci: & hæ oues quid fecerunt? Domine Deus fiat manus tua in me, & in domo patris mei, & non in populo tuo ad perditionem η Domine. Et angelus Domini dixit ipsi Gad, vt diceret ad Dauid, vt ascenderet ad statuendum altare Domino in area Ornà Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad, quod locutus est in nomine Domini. Et conuertit se Ornà, & vidit regem, & quatuor filios eius cum eo θ cum Hachabin: & Ornà erat triturans frumenta: Et venit Dauid ad Ornà: & ι Ornà exijt ex area, & adorauit Dauid facie super terram. Et dixit Dauid ad Ornà: Da

C mihi locum tuum areæ: & ædificabo super illum altare Domino. in argento digno da mihi illum: & cessabit plaga de populo. Et dixit Ornà ad Dauid: Accipe tibi: & faciat dominus meus rex, quod bonum coram se. Vide, dedi iuuẽcos in holocaustosim, & κ aratrum in ligna, & frumentum in sacrificium: omnia dedi. Et dixit rex Dauid ad Ornà. Nequaquam: quoniam emens emam in argẽto digno: quoniam non sumam, quæ sunt tibi, Domino, ad offerendũ holocaustosim gratis Domino. Et dedit Dauid Ornà λ in loco eius siclos auri ponderis sexcentos: & ædificauit ibi Dauid altare Domino: & obtulit holocaustomata, & salutaris. Et clamauit ad Dominũ: & exaudiuit eũ in igne de cælo super altare holocaustosis: μ & consumpsit holocaustosim. Et dixit Dominus ad angelũ:

D & deposuit gladium in vaginã eius. In tẽpore illo in vidẽdo Dauid, quia exaudiuit eũ Dominus in area Ornà Iebusæi, & immolauit ibi. Et tabernaculũ Domini quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustomatum in tempore illo in Bamà in Gabaon. Et non potuit Dauid ire ante illud ad exquirendum Deum; quoniam ν non festinasset a facie gladij angeli Domini.

α Stetit.] *Sic fere hebræus. Alii* ἀνέστη insurrexit. β Omnes domino meo pueri.] *Compl.* οὐχὶ κύριέ μου βασιλεῦ, πάντες τῷ κυρίῳ μου εἰς δούλους, nonne domine mi rex omnes domino meo in seruos? *quomodo etiam hebræus, a quo tamen absunt proxime antecedentia,* & oculi domini mei regis videntes. γ Oppresserat.] κατίσχυσε. *Plerique libri habẽt,* προσώχθισεν *&* τ̃ ἰωάβ, offenderat sermo regis ipsum Ioab. *Compl.* κατήχθισε *...* ἰωάβ, t..rpis visus erat coram Ioab. δ Coram Deo.] *In aliis,* ἐφάνη ἐναντίον τ̃ θεοῦ, visum est coram Deo. *Compl* ἐναντίον τ̃ θεοῦ περὶ τ̃ λόγου τούτου, in conspectu Dei de verbo hoc. ε Et gladius inimicorum tuorum

E ad exterminandum.] *Alii,* καὶ μάχαιραν ἐχθρῶν σου καταλαμβάνειν σε, & gladium inimicorum tuorum apprehendere te: *quod respondet hebræo. Compl.* καταδιώκειν persequi. ζ Etiam tria ista.] *Absunt à Compl. & hebræo.* η Domine.] *Etiam istud.* θ Cum Hachabin.] *Alii,* κρυβόμενοι, occultantes se: *quod est interpretatio illius dictionis hebraicæ. Sed hebræus habet, Ornam vidisse angelum, ideoque abscondisse se vnà cum filiis suis.* ι Et Orna exijt.] *Alii,* καὶ ἐπέστρεψε (*Compl.* ἐπέβλεψεν) ὀρνὰ, καὶ εἶδε τ̃ δαυίδ, καὶ ἐξῆλθεν, & conuertit se (*al.* respexit) Orna, & vidit Dauid, & exijt: *quomodo fere hebræus.* κ Aratrum.] *Compl.* τὰς ἁμάξας, plaustra. *Vulgata,* tribulas. λ In loco eius.] *Sic hebræus: sed valet,* pro loco: *quod est in aliis,* ἀντὶ τ̃ τόπου. μ Et consumpsit holocaustosim.] *Absunt a Compl. & a vulgata.* ν Non festinasset.] *Hoc videtur posse valere,* .i. κατέσπευδεν. *Sicut initio capitis in verbis Ioab ad Dauid*, vt non fiat in peccatum (*cum tamen in hebræo, & vulgata sit sine nota negationis*) *videtur subintelligendum,* vide, ne forte fiat in peccatum: *ita nunc,*

quoniam si iuisset illuc, non festinasset, quemadmodum festinandum ei erat. *Complutensis tamen habet*, ὅτι κατεσπούδασεν. quoniam trepidarat timore, perterritus fuerat, *vt vulgata. Alii codices, & Theodoretus (licet aliter interpres)* οὐ κατέπαυσεν, non habuit spatium requiescendi. A

CAP. XXII.

ET dixit Dauid: Hæc est domus Domini Dei: & hoc altare in holocaustosim ipsi Israel. Et dixit Dauid congregare omnes proselytos, qui in terra Israel: & constituit lapicidas ad cædendum lapides politos ad ædificandã domũ Deo. Et ferrum multũ ad clauos ostiorũ, & portarũ, & [α] iuncturas parauit Dauid: & æs in multitudine: non erat pondus: & ligna cedrina: non erat numerus: quoniã afferebãt Sidonij, & Tyrij ligna cedrina in multitudine ipsi Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus, puerulus tener est: & domus ædificãda Domino ad magnificẽtiã sursum, ad nomẽ, & ad gloriã in omnẽ terrã: parabo ei. Et parauit Dauid in multitudine ante finẽ suũ. Et vocauit Salomõ filiũ suũ: & mandauit ei ædificare domũ Domino Deo Israel. Et dixit Dauid ad Salomõ: Fili, mihi fuit in animo ædificare domũ nomini Domini Dei. Et factũ est mihi verbũ Domini, dicẽs: Sanguinẽ in multitudine effudisti, & bella magna fecisti: nõ ædificabis domũ nomini meo: quoniã sanguines multos effudisti super terrã corã me. Ecce filius nascitur tibi: hic erit vir quietis: & quiescere eũ faciã ab omnibus inimicis suis in circuitu: quoniã Salomon nomẽ ei, & pacem, & quietẽ dabo super Israel in diebus eius. Hic ædificabit domũ nomini meo: & hic erit mihi in filiũ: & ego ei in patrẽ: & erigã thronũ regni eius in Israel vsque in seculũ. Et nũc fili mi [β] erit tecũ Dominus, & [γ] prosperabit; & ædificabis domũ Domino Deo tuo; quomodo locutus est de te. Sed det tibi sapientiã, & intellectũ Dominus, & consortet te super Israel, & ad custodiendũ, & faciendũ legẽ Domini Dei tui. Tunc [δ] prosperabit, si obseruaueris facere præcepta, & iudicia quæ mãdauit Dominus Moysi super Israel. Viriliter age, & confortare: ne timeas, neque paueas. Et ecce ego secundũ inopiã meã paraui in domũ Domini, auri talentorũ cẽtũ millia, & argẽti talẽtorũ mille millia, & æs, & ferrũ, cuius non est põdus, quoniã in multitudine est: & ligna, & lapides paraui, [ε] & ad hæc adde: & tecũ adde, in multitudine de faciẽtibus opera, artifices, & ædificatores lapidum, & fabri lignorum, & omnis sapiens in omni opere, in auro, & argento, ære, & in ferro, [ζ] non est numerus. Surge, & fac: & Dominus tecum. Et mandauit Dauid omnibus principibus Israel adiuuare Salomon filium [η] suum: Nonne Dominus vobiscum? & requiescere fecit vos in circuitu: quia dedit in manus [θ] vestras habitãtes terrã: & subiecta est terra ante Dominum, & ante populum eius. Nunc date corda vestra, & animas vestras ad quærendum Domino Deo vestro: & suscitamini, & ædificate sanctificationem Deo vestro, ad inferendum arcam testamenti Domini, & vasa sancta Dei in domum ædificatam nomini Domini.

B C D E

α Et iuncturas.] *Compl.* καὶ εἰς τὰς συμβολὰς καὶ εἰς τὰς στροφάς, *& vulgata*, & ad commissuras, atque iuncturas. *Sed in hebræo vnum est vocabulum. quod alii*, iuncturas, *alii* commissuras, *interpretantur.* β Erit.] *Sic hebræus, quamuis valeat*, sit, *vt habet vulgata, & Compl.* ἔσται. γ Prosperabit.] *Compl.* εὐοδῶσαι, *vulgata*, prosperare. δ Prosperabit.] *Alii* δυνήσῃ, *& vulgata*, proficere poteris. ε Et ad hæc adde, & tecum adde in multitudine de facientibus opera.] *Alii*, καὶ πρὸς ταῦτα πρόσθες, καὶ μετὰ σοῦ κύριος, πρόσθες εἰς πλῆθος ποιούντων, & ad hæc adde: & tecum Dominus: adde ad multitudinem facientium, &c. *Compl habet tantum*, καὶ πρόσθες ἐπ' αὐτοῖς. καὶ μετὰ σοῦ εἰς πλῆθος ποιούντων, & adde super ea: & tecum in multitudine de facientibus, &c. *quod respondet hebræo.* ζ Non est numerus.] *Propius ad hebræum, quàm quod in Complutensi*, οἷς οὐκ ἔστιν ἀριθμός, quibus non est numerus. η Suum: Nonne.] *Sic etiam hebræus. In aliis additur*, αὐτοῦ, λέγων, suum, dicens: *Compl. autem* καὶ εἶπεν, & dixit. θ Vestras.] *Sic vulgata. Compl.* ἐν χειρί μου, in manu mea: *quod videtur respondere hebræo.*

CAP.

A CAP. XXIII.

ET David ſenex, & plenus dierum: & regnare fecit Salomon filium ſuum
pro ſe ſuper Iſrael. Et congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes
& Leuitas. Et [a] numerauerunt Leuitæ a trigeſimo anno, & ſupra: & fa-
ctus eſt numerus eorum per caput eorum in viros triginta, & octo mille. De
[b] ijs, qui vrgerent opera, ſuper opera domus Domini, viginti quatuor mille: &
ſcribæ, & iudices ſex mille: & quatuor mille ianitores: & quatuor mille laudan-
tes Dominum in organis, quæ fecerat ad laudem dicendam Domino. Et diſtri-
buit eos David, diurnas [c] vices filijs Leui, Gedſon, Caath, & Merari. Ipſi Ged-
B ſon Edan, & Semei. Filij Edam princeps Iiel, & Zethan, & Ioel, tres. Filij Semei
Salomith, Iiel, & Dan, tres. Hi principes patriarum Edan. Et [d] filijs Semei, Ieth,
& Zizà, & Ioas, & Beria; hi filij Semei quatuor. Et fuit Ieth princeps, & Zizà ſe-
cundus. Et Ioas, & Beria non multiplicauerunt filios: & facti ſunt in domum
patriæ in computationem vnam. Filij Caath, Ambram, Iſaar, Chebron, Oziel,
quatuor. Filij Ambram, Aaron, & Moyſes. Et ſeparatus eſt Aaron ad ſanctifi-
candum ſancta ſanctorũ, ipſe, & filij eius vſque in ſeculũ ad adolendũ ante Do-
minũ, miniſtrandũ, & deprecãdũ in nomine eius vſque in ſeculũ. Et Moyſes ho
mo Dei: filij eius vocati ſunt in tribũ Leui. Filij Moyſi, Gerſam, & Eliezer. Filij
C Gerſam, Subael princeps. Et fuerunt filij Eliezer, Rabia princeps. Et nõ fuerunt
Eliezer filii alij. Et filij Rabia aucti ſunt in ſublime. Filij Iſaar, Salomoth prin-
ceps. Filij Chebron Hieria princeps, Amaria ſecundus, Iezielter tius, Iecemias
quartus. Filij Oziel Michà princeps, & Iſia ſecũdus. Filij Merari, Mooli & Mu-
ſi. Filij Mooli, Eleazar, & Cis. Et mortuus eſt Eleazar: & nõ fuerunt ei filij, ſed fi
liæ. Et acceperũt eas filij Cis fratres earũ. Filij Muſi, Mooli, & Eder, & Ierimoth
tres. Hi filij Leui ſecundum domos patriarum ſuarum, principes patriarum
ſuarum ſecundum recognitionem ſuam, iuxta numerum nominum ſuorum,
iuxta caput ipſorum, facientes opera miniſterij domus Domini, a vigeſimo
D anno, & ſupra. Quoniam dixit David: Requiem dedit Dominus Deus Iſrael po
pulo ſuo: & habitauit in Hieruſalem vſque in ſeculum. Et Leuitæ non erant le-
uantes tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſterium eius, quoniam in ſer-
monibus David nouiſsimis eſt numerus filiorum Leui a vigeſimo anno, & ſu-
pra: quoniam ſtatuit eos in manu Aaron ad miniſtrandum in domo Domini
in atrijs, & in paſtophorijs, & in purgatione omnium ſanctorum, & in operibus
miniſterij domus Dei, & in panibus propoſitionis, & in ſimila ſacrificij, & in
laganis azymis, & in ſartagine, & in conſperſa, [e] & in omni menſura, & ad ſtan-
dum mane ad laudandum, & confitendum Domino, & ſic veſperi, & ſuper om-
nia, quæ offeruntur holocauſta Domino in ſabbathis, & in Neomenijs, & in fe-
E ſtiuitatibus, iuxta numerum, iuxta iudicium ſuper eis ſemper Domino. Et cu-
ſtodient cuſtodias tabernaculi teſtimonij, & cuſtodiam ſancti, & cuſtodias fi-
liorum Aaron fratrum ſuorum, ad miniſtrandum in domo Domini.

[a] Numerarunt.] *Ac videtur tamen accipiendum pro eo, quod eſt, in Compl.* ἠριθμήθησαν, numerati ſunt. *Ita enim interdum ſolet.* [b] De ijs, qui vrgerent opera.] ἐπὶ τῶν ἐργοδιωκτῶν. *Alii* ἐπὶ τούτων ἐργοδιῶκται. De his] vrgentes opera: *quod vulgata*, Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini, &c. [c] Diurnas vices.] ἐφημερίας, *ac videtur propius hebræo, quàm quod in Compl.* ἐφ' ἡμέρας, per dies. [d] Filijs. *Compl.* υἱοὶ, filij. [e] Et in omni menſura.] *Compl.* καὶ εἰς πᾶν ὑπόστασιν, καὶ μέτρον, *quod vulgata*, & ſuper omne pondus atque menſuram.

CAP. XXIV. A

ET filios *a* Aaron distributione, Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Et mortuus est Nadab, & Abiud, ante patrem suum: & filij non fuerunt eis. Et sacerdotio functus est Eleazar, & Ithamar filij Aaron. Et distribuit eos Dauid, & Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar, secundum recognitionem eorum, secundum ministerium eorum, secundum domos patriarum suarum. Et inuenti sunt filij Eleazar plures in principes potentum prę filijs Ithamar. Et distribuit eos, filijs Eleazar principes in domibus patriarum sex & decem, filijs Ithamar secundum domos patriarum, octo. Et distribuit eos per sortes hos ad hos: quoniam fuerunt principes B sanctorum, & principes Domini in filijs Eleazar, & in filijs Ithamar. Et scripsit eos Samaias filius Nathanael scriba de Leui coram rege, & principibus: & *b* Sadoc sacerdos, & Achimelech filius Abiathar, & principes patriarum sacerdotum, & Leuitarum: de *c* domo patriæ, vna vna Eleazaro, & vna vna Ithamar. Et exijt sors prima Ioarim, Iedià secunda, Charib tertia, Seorin quarta, Melchiæ quinta, Meciamin sexta, Cos septima, Abiæ octaua, Iesu nona, Secheniæ decima, Eliabi vndecima, Iacim duodecima, Osphà tertia decima, Iesbaal quarta decima, Belgà quintadecima, Emmer sexta decima, Chezin septima decima, Aphese octaua decima, Phetthææ C decima nona, Ezecel vigesima, Achim vna & vigesima, Gamul secunda & vigesima, Adallai tertia & vigesima, Maasæ quarta & vigesima. Hæc recognitio eorum iuxta ministerium eorum ad ingrediendum in domum Domini iuxta iudicium eorum per manum Aaron patris eorum, sicut mandauit Dominus Deus Israel. Et filijs Leui residuis, filijs Ambram, Sobael: filijs Sobael Iedia, *d* ipsi Raabia princeps. Et ipsi Isaari, Salamoth: filijs Salamoth, Iath, filij Ediù, Amadia secundus, Iaziel tertius, Iecmoam quartus. Filijs Oziel, Michà: filij Michà, Samer: frater Michà Isia: filius Isia Zacharia. Filij Merari Mooli, & Musi. *e* Filij Ozia ipsius Merari ipsi Ozia. Filii eius Isoâ, D & Sacchur, & Abai. Ipsi Mooli Eleazar, & Ithamar. Et mortuus est Eleazar: et non fuerũt ei filij. Ipsi Cis, Filij Cis, Hierameel. Et filij Musi, et Mooli, et Eder, et Ierimoth. Hi filij Leuitarum secundum domos patriarum suarum. Et acceperunt etiam ipsi sortes, sicut fratres eorum filii Aaron coram rege, et Sadoc, et Achimelech, et principes patriarum sacerdotum, et Leuitarum, *f* patriarchæ Araab, sicut fratres eius iuniores.

a Et filios Aaron.] *Aliqui libri habent,* καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν. καὶ αἱ διαιρέσεις υἱῶν ἀαρὼν. Et filijs (*subintelligendū autē*, de, *more hebraico*) Aaron, & diuisiones filiorum Aaron. *Nonnulli*, καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν, ναδὰβ, & filijs Aaron, Nadab, &c. *Sed Compl.* καὶ τῶν υἱῶν ἀαρὼν διαιρέσεις, υἱοὶ ἀαρὼν ναδὰβ, Et filiorum Aaron distributiones. Filij Aaron Nadab, &c. *b* Sacerdos.] *Compl* τῷ ἱερεῖ, sacerdote, *& sic deinceps*, υἱῷ, τῶν ἀρχόντων, filio, principibus. *c* De domo.] οἴκου. *Compl.* οἶκος, domus. *d* Ipsi Raabia princeps.] *Complutensis*, τῷ ῥαβία, τοῖς υἱοῖς ῥαβία, ὁ ἄρχων ἰσσία. Ipsi Rabia, filius Rabia, princeps Iosia. *Et illa quidem repetitio*, Rabia, filijs Rabia, *est etiam in hebræo: quamuis vulgata omittendam iudicauerit, quasi idem significetur, vt etiam in cap. sequenti, & alibi.* *e* Filij Ozia ipsius Merari ipsi Ozia, filij eius Isoam.] *Alii*, υἱοὶ ὀζία, υἱοὶ βονὶ, υἱοὶ μεραρὶ τοῦ ὀζία, filij Ozia, filij Buni, filij Merari ipsi Oziæ. *Compl.* ἰοζίας υἱὸς αὐτοῦ, υἱοὶ μεραρὶ ἰοζίας υἱὸς αὐτοῦ, σοάμ. Iozias filius eius, filij Merari Iozias filius eius, Soam, &c. *Difficultatem facit, ac varietatem dictio* Beno (*cuius vestigium est illud,* Buni) *in hebræo, quæ potest & nomen esse proprium, & significare,* filius eius. *f* Patriarchæ Araab, sicut fratres eius iuniores.] *Plerique*, patriarchæ Aaron. *Sed Complutensis*, παρεστῶτες. πατριαὶ τοῦ πρώτου κατέναντι τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ νεωτέρου, astantes: patria primi e regione fratris sui iunioris. *hebræus non habet illud,* astantes: *nam in præcedentibus pro,* principes patriarum, *habet,* principibus patriarum. E

CAP.

A

CAP. XXV.

ET statuit Dauid rex, & principes virtutis ad opera filios Asaph, & Æmã, & Idithum α prophetantes in citharis, & in nablis, & in cymbalis. Et fuit numerus eorum iuxta caput eorum, qui operabantur in operibus suis: Filij Asaph, Saccur, Ioseph, & Nathanias, & Erael: filij Asaph β adhærentes regi. Ipsi Idithum, filij Idithum, Godolias, & Suri, & Isæas, & Asabias, & Matthathias, sex γ post patrem suum Idithum, in cithara pulsantes confessionem, et laudem Domino. Ipsi Æman, filij Æman, Bucias, & Matthanias, &
B Oziel, & Subael, & Ierimoth, & Ananias, & Anan, & Heliathà, & Godollathi, & Romethiezer. & Iesbasaca, & Mallithi, & Otheri, & Meazoth. Omnes hi filij Æman δ psallenti ad regem in verbis Dei ad exaltandum cornu. Et dedit Deus ipsi Æman filios quatuordecim, & filias tres. Omnes hi cum patre suo cantantes hymnos in domo Dei, in cymbalis, & in nablis, & in citharis, ad seruitutem domus Dei, iuxta regem, & Asaph, & Idithum, & Aeman. Et fuit numerus eorum ε post fratres suos, docti cantare Domino, omnis intelligens, ducenti octuaginta & octo. Et iecerũt & ipsi sortes vicium diurnarum iuxta paruum, & iuxta magnum, perfectorum, & discentium. Et exijt sors prima filio-
C rum eius, & fratrum eius ipsi Asaph ipsius Ioseph, Godolias: secundus Henia; filij eius, & fratres eius duodecim: tertius Zacchur, filij eius, & fratres eius duodecim: quartus Iesri, filij eius, & fratres eius duodecim: quintus Nathan, filij eius, & fratres eius duodecim: sextus Bucias, filij eius, et fratres eius duodecim: septimus Isreel, filij eius, et fratres eius, duodecim: octauus Iosia, filij eius, et fratres eius duodecim: nonus Matthanias filij eius, et fratres eius duodecim: decimus Semeia, filij eius, et fratres eius duodecim: vndecimus Asriel, filij eius, et fratres eius duodecim: duodecimus Asabia, filij eius, et fratres eius duodecim: tertiusdecimus Subael, filij eius, et fratres eius, duodecim: quartusde-
D cimus Matthathias, filij eius, et fratres eius duodecim: quintusdecimus Ierimoth, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus sextus Anania, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus septimus Iesbasaca, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus octauus Ananias, filius eius, et fratres eius duodecim: decimus nonus Mallithi, filij eius, et fratres eius duodecim: vigesimus Heliatha, filij eius, et fratres eius duodecim: vigesimus primus Otheri, filij eius, et fratres eius duodecim: vigesimus secundus Godollathi, filij eius, et fratres eius duodecim: vigesimus tertius Meazoth, filij eius, et fratres eius duodecim: vigesimus quartus Romethiezer, filij eius, et fratres eius duodecim.

E

α Prophetantes.] *Sic vertimus illud, τοὺς ἀποφθεγγομένους, quamuis hoc communius quiddam videatur, quoniam Theodoretus habet, τοὺς προφητεύοντας & vulgata,* qui prophetarent. β Adhærentes regi.] *Alii ἐχόμενοι Ἀσὰφ τοῦ προφήτου ἐχόμενα τοῦ βασιλέως,* adhærentes Asaph prophetæ iuxta regem. *Et ita Theodoretus, & Complutensis, nisi quod pro, ἐχόμενα (quod magis videtur respondere vulgata) habent ἐχόμενοι.* γ Post patrem suum Idithum in cithara pulsantes.] *Theodoretus, & Complutensis, ἐχόμενοι τοῦ πατρὸς αὐτῶν (Complutensis mendose, αὐτοῦ) Ἰδιθοὺμ ἐν κινύραις τοῦ προφητεύοντος ἐξομολόγησιν,* adhærentes patri suo Idithum in citharis prophetantis confessionem, &c. δ Psallenti ad regem.] *τῷ ἀνακρουομένῳ τῷ βασιλεῖ. Alii τῶν ἀνακρουομένων,* psallentis. *Sed Compl. & Theodoretus, Αἰμὰν τῷ ὁρῶντι τῷ βασιλεῖ,* Æman videntis regi. ε Post fratres suos.] *Alii, μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ,* cum fratribus suis.

CAP. XXVI.

A

ET ad distributiones portarū, filij * Coreim Mosellamia de filijs Asaph. Et Mosellamiæ filius Zacharias primogenitus, Iadiel secundus, Zabadia tertius, Iemuel quartus, Iolam quintus, Ionathan sextus, Elionai septimus, Abdedom octauus. Et ipsi Abdedom filij, Samæas primogenitus, Iosabath secundus, Ioath tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Issachar septimus, Phelathi octauus: quoniam benedixit eum Deus. Et Samææ filio eius nati sunt filij ᵝ ipsius primogeniti Rhosæ in domum paternam eius: quoniam potentes fuerūt. Filij Samai, Othni & Raphael, & Obed, & Elzabath, B & Achiud, filij potentes, Eliu, & Sabachia, & Isbaçom. Omnes de filijs Abdedom, ipsi, & filij eorum, & fratres eorum facientes potenter in operatione, omnes sexaginta duo ipsi Abdedom. Et Mosellemiæ filij, & fratres decem & octo potentes. Et ipsi Osà de filijs Merarì filij custodientes principatum, quoniam non fuit primogenitus. Et fecit eum pater eius ᵞ principem distributionis secūdæ, Chelhcias secundus, Tablai tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filij, & fratres Osa tredecim: his distributiones portarum principibus potentū ᵟ diurnæ vices, sicut fratres eorum ad ministrandum in domo Domini. Et miserunt sortes iuxta paruum, & iuxta magnum secundum domos patriarum eorum C ad portam, & portam. Et cecidit sors earum, quæ ad orientem, Selemiæ: ᵋ & Zachariæ, filij Ioas ipsi Melchiæ iecerunt sortes, & exijt sors ad Aquilonem: ipsi Abdedom Austrum e regione domus ᵍ Esephim, in secundo, ipsi Osa ad occidentem * post portam pastophorij ᶿ ascensionis, custodia e regione custodiæ: ad orientem · sex die, Aquiloni die quatuor, Austrum die quatuor: & ad Esephim * duo in excipientibus: & ipsi Osa ad occidentem post portam pastophorij tres: custodia e regione custodiæ ascensionis, ad orientem die sex, & Aquiloni quatuor, & Austro quatuor, & Esephim duo ᴧ in excipientibus, & ad Occidentem quatuor & ad semitam duo excipientes. Hæ distributiones ianitorum filijs Core, & filijs Merarì. Et Leuitæ fratres eorum super thesauros domus Domini, & super thesauros sanctificatorum. Filij Ladan hi: filij ipsi Gersoni, ipsi Ladan principes patriarum Ladan ipsi Gersoni Iiel. Filij Iiel Iethom, & Ioel, fratres super thesauros domus Domini. Ipsi Ambram, & Isaar, Chebron, & Oziel. Et Sabael, qui Gersan, qui Moysi super thesauros. Et fratri eius Eliezer Rabias filius, & Iosias, & Ioram, & Zechri, & Salamoth: ipse Salamoth, & fratres eius super omnes thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes patriarum, Chiliarchi & centuriones, & Duces virtutis: quæ ᴹ cepit ex ciuitatibus, & de spolijs, & sanctificauit de ipsis, vt non deficeret ædificatio domus Dei: & super omnia sancta Dei ᵛ Samuel prophetæ, & Saul filij Cis, & Abenner filij Ner, & Ioab filij Saruiæ, omne quod sanctificauerant per manum Salomoth, & fratrum ᶓ eius. Ipsi Isaari Chonenia, & * filij operationis, quæ extra, super Israel, ad scribendum, & dijudicandum. Ipsi Chebroni Asabias, & fratres eius, filij potentes, mille & septingenti super recognitionem Israel, trans Iordanem ad occidentem, in omne ministerium Domini, & operationem regis. Ipsius Chebroni Vrias princeps eorum, qui Chebroni secundum generationes eorū, secundum patrias, in quadragesimo anno regni eius ᵀ recogniti sunt, & inuen-

A & inuentus est vir potens in eis in Iazer Galaaditidis, & fratres eius filij potentes bis mille septingenti, principes patriarum: & constituit eos Dauid rex super Rubeni, & Gaddi, & dimidium tribus Manasse ad omne præceptum Domini, & verbum regis.

α Filij Coreim Mosellamia de filijs Asaph] *Compl. & magna ex parte alii,* τοῖς κορείοις (*sed hoc loco nostra propior hebræo*) μασελλεμίας υἱὸς κορὲ ἐκ τῶν υἱῶν ἀσάφ. Coritis (*id est,* de coritis, *vt vulgata*) Meselemias filius Core de filijs Asaph. β Ipsius primogeniti Rhosæ.] *Compl.* καθεσταμένοι, præfecti: *& vulgata,* præfecti familiarum suarum. γ Principem distributionis secundæ.] *Compl. habet tantum,* εἰς ἄρχοντα, in principem, *vt vulgata.* δ Diurnæ vices, sicut fratres eorum.] *Eadem* ἐφημερίας κατέναντι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, in diurnis vicibus e regione fratrum suorum. ε Et Zachariæ, Filij Ioas ipsi Melchiæ.] *Eadem,* καὶ ζαχαρίᾳ υἱῷ αὐτοῦ, βουλευτὴς ἐν συνέσει, & Zachariæ filio eius, consiliarius (*magis responderet hebræo,* consiliario) in intellectu.
B ζ Esephim.] *Aut,* Asaphim, *vt alii: significat autem,* collectionum, *&* conciliorum: *vulgata,* in qua parte domus erat seniorum concilium *Quod autem sequitur,* in secundo, *Compl. habet,* εἰς δεύτερον τοῖς προθύροις, in secundis vestibulis. *Sed vulgata,* Sepphima, *& videtur nomen proprium in dandi casu.* η Post portam.] *Eadem,* μετὰ τῆς πύλης, cum porta. θ Ascensionis.] *Eadem,* ἐν τῇ τρίβῳ τῆς ἀναβάσεως, in semita ascensionis. ι Sex.] *Eadem,* οἱ λευῖται ἕξ, Leuitæ sex. κ Duo.] *Compl.* δύο, δύο, *& vulgata,* bini, bini, *itemque paulo post. Quæ autem sequuntur,* in excipientibus, *vsque ad alterum* In excipientibus, *absunt à Compl. & vulgata.* λ In excipientibus, & ad occidentem.] *Scimus,* εἰς διαδεχομένους, *solere verti,* in succedentes, *aut,* per successionem. *Sed hebræus. & vulgata habet,* in cellulis: *idque putamus ista dictione nunc significari.* μ Cepit ex ciuitatibus.] *Alii, & Theodoretus* ἔλαβον ἐκ τῶν πολέμων, ceperunt ex bellis. ν Samuel.] *Compl. & Theodoretus,* ὅσα (*al.* ὃ) ἡγίασε σαμουὴλ ὁ ὁρῶν, καὶ σαοὺλ ὁ τοῦ κίς, καὶ ἀβεννὴρ ὁ τοῦ νὴρ, καὶ ἰωὰβ ὁ τοῦ σαρουία, καὶ πᾶς ὁ ἁγιάζων, διὰ χειρὸς, quæcumque (*al.* quod) sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abenner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ, & omnis sanctificans, per manum, &c. ξ Eius.] *Ita etiam Theodoretus, & vulgata. Compl. autem,* αὐτῶν, eorum. *Item in eo quod sequitur in ipsa,* ἰσσααρὶ, καὶ χωνενίας, *illud* καὶ *officit sententiæ.* ο Filij.]
C *In aliis additur* αὐτοῦ, eius, *& in Compl. præterea,* εἰς τὸ ἔργον τῆς ἐργασίας, ad opus operationis. π Eius.] *Complutensis,* Dauid.

CAP. XXVII.

ET filij Israel iuxta numerum suum principes patriarum, Chiliarchi, & centuriones, & scribæ ministrantes regi, & ad omne verbum regis secundum distributiones, α omne verbum, ingredientis, & egredientis, mensem ex mense, in omnes menses anni, distributio vna viginti & quatuor millia. Et super distributionem primam mensis primi, Isboaz filius Zabdiel, super
D distributionem eius, viginti & quatuor millia: de filijs Phares, princeps omnium principum virtutis, mensis primi. Et super distributionem mensis secundi Dodia, qui de Choc: & β super distributionem eius, & Macceloth præfectus, & super distributionem eius viginti & quatuor millia, principes virtutis. Tertius mense tertio Banaias filius Iodae γ sacerdos princeps: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Ipse Banaias potentior triginta, & super triginta: & super distributionem eius Zabad filius eius. Quartus in mensem quartum Azael frater Ioab, & Zabadias filius eius, & fratres: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Quintus mensi quinto præfectus Samaoth filius
E Iesrae: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Sextus mensi sexto Oduias filius Ecces Thecoita: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Septimus mensi septimo Chelles, qui de Phallus, de filijs Ephræm: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Octauus mensi octauo Sobochai Vsathi ipsi Zarai: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Nonus mensi nono Abiezer, qui ex Anathoth, qui de terra Beniamin: & super distributionem eius quatuor, & viginti millia. Decimus mēsi decimo Meera, qui ex Netophati, ipsi Zarai, & super distributionem eius viginti & quatuor

quatuor millia: Vndecimus mensi vndecimo Banaias, qui ex Pharathon, de filijs Ephræm: & super distributionem eius, viginti & quatuor millia: Duodecimus in mensem duodecimum, Choldia, qui ex Netophathi, ipsi Gothoniel: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Et super tribus Israel, ipsi Ruben præfectus Eliezer, qui ipsius Zechri: Ipsi Symeon, Saphatias, qui ipsius Maacha: Ipsi Leui, Asabias, qui ipsius Chamuel: Ipsi Aaron, Sadoc: Ipsi Iuda Eliab de fratribus Dauid: Ipsi Issachar, Ambri, qui ipsius Michael: Ipsi Zabulon Samaias, qui Abdiæ: Ipsi Nephthali, Ierimoth, qui ipsius Oziel: Ipsi Ephræm, Ose, qui Oziæ: Dimidio tribus Manasse, Ioel filius Phadaia: Dimidio tribus Manasse, quod in terra Galaad, Iadai, qui Zadæi: Filijs Beniamin, Iasiel, qui ipsius Abenner: Ipsi Dan, Azariel, qui ipsius Iroab. Hi patriarchæ tribuum Israel. Et non cepit Dauid numerum eorum a viginti annis, & infra: quoniam dixerat Dominus multiplicare Israel, sicut astra cæli. Et Ioab Saruiæ cepit numerare in populo, & non consummauit: & facta est in his ira super Israel: & non est relatus numerus in librum verborum dierum regis Dauid. Et super thesauros regis, Asmoth, qui ipsius Odiel: & super thesauros, qui in agro, & in pagis, & in villis, & in turribus, Ionathan, qui Oziæ: & super agricolas terram operantes, Esdri, qui ipsius Chelub. Et super δ cellas, Semei, qui de Rael: & super thesauros, qui in cellis vini, Zabdi, qui ipsius Sephui. Et super oliueta, & super sycomoros, quæ in campestri, Ballanan Gedorita: super thesauros autem olei, Ioas. Et super boues pascuales, qui in Saron, Satrai Saronita: & super boues, qui in vallibus, Sophat, qui ipsius Adli. Super camelos autem, Abias Ismaelita. Super asinos autem Iadlias, qui de Merathon. Et super oues, Iaziz Agarita. Omnes hi præfecti substantiæ Dauid regis. Et Ionathan patruus Dauid consiliarius, homo intelligens. Et Iecl, qui ipsius Achami, cum filijs regis. Achitophel consiliarius regis: & Chusi ε primus amicus regis: & ζ post hunc Achitophel, sequens Iodae, qui Banææ, & Abiathar, & Ioab princeps militiæ regis.

α Omne verbum.] *Alii* καὶ εἰς πάντα λόγον, & ad omne verbum: *à Compl. abest illud* καὶ. *Ad verbum fere respondebit hebræo, si hoc modo coniungamus cũ præcedentibus,* secundũ distributionum omne verbum, *idest,* secundum omnem rationem distributionum ingredientis, &c. β Et super distributionem eius.] *Compl.* καὶ ἡ διαίρεσις αὐτοῦ, & distributio eius. γ Sacerdos.] *Sic etiam Compl. & Theodoretus, qui putat non eundem esse, atque eum, qui in libris regum dictus sit,* αὐλάρχης, præfectus aulæ. *Sed vulgata habet,* sacerdotis: *neque inusitatum est apud lxx. rectum pro casibus obliquis accipi, vt in dictione,* filius, *notatum est.* δ Cellas.] *In vno codice antiquo, & in Compl. est,* καὶ ἐπὶ τῶν ἀμπελώνων, & super vineas. ε Primus amicus.] πρῶτος φίλος. *Compl.* ὁ ἀρχιεταῖρος, *responderet hebræo, si esset,* ὁ ἀρχι, ἑταῖρος. *Nam vulgata,* Arachites amicus. ζ Post hunc.] μετ' τοῦτον, *alii,* μετ' αὐτὸν ἀχιτόφελ, post ipsum Achitophel. *Compl* μετ' ἀχιτόφελ, *vt intelligamus, non Achitophel fuisse post Chusi, sed post ipsum Achitophel fuisse proximum ipsum Iodaa filium Banæa, quod exprimit vulgata.*

CAP. XXVIII.

ET euocauit Dauid omnes principes Israel, principes α iudicum, & omnes principes diurnarum vicium, quæ circa corpus regis, & principes millium, & centuriarum, & β custodes thesauri, & eos, qui super substantiam ipsius, & omnem possessionem regis, & filiorũ eius, cum eunuchis, & potentes, & bellatores militiæ in Hierusalem. Et stetit Dauid in medio Ecclesiæ, & dixit: Audite me fratres mei, & populus meus. Mihi factum est super cor ædificare domum requietis arcæ testamenti Domini, & γ stationem pedum Domini

A Domini nostri:& paraui, quæ ad habitationem apta. Et Deus dixit: Non ædificabis mihi domum, ad cognominandum nomen meum in ea: quoniam homo bellator es tu, & sanguinem effudisti. Et elegit Dominus Deus Israel in me, de omni domo patris mei, esse regem super Israel in seculum: & in Iuda elegit [δ] regnum, & de domo Iuda domum patris mei. Et in filijs patris mei, in me voluit: vt essem ego in regem super omnem Israel. Et de omnibus filijs meis (quia multos filios dedit mihi Dominus) elegit in Salomon filio meo, sedere ipsum super thronum regni Domini super Israel. Et dixit mihi Deus: Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atrium meum: quoniam elegi in eo, esse meum filium, & ego ero ei in patrem: & dirigam regnum eius vsque in seculum; si inualuerit ad custodiendum mandata mea, & iudicia mea, sicut dies hæc. Et nunc [•] ad faciem vniuersæ Ecclesiæ Domini, & in auribus Dei nostri, obseruate, et quærite omnia mandata Domini Dei nostri, vt hæreditetis terram bonam, & in hæreditatem tradatis filijs vestris post vos vsque in seculum. Et nunc Salomon fili nosce Deum patrum tuorum, & serui ei in corde perfecto, & anima volente: quoniam omnia corda scrutatur Dominus, & omnem [ζ] cogitationem cognoscit. Si quæsiueris eum; inuenietur tibi: & si dereliqueris eum; derelinquet te in finem. Vide nunc, quia Dominus elegit te ædificare sibi domum in sanctificationem. Confortare, & fac. Et dedit Dauid Salomon filio suo exemplar [η] templi, & domorum eius, & [θ] Zacchon eius, & cænaculorum, & apothecarum interiorum, & domus [ι] propitiationis: & exemplar, quod habuit in spiritu suo, atriorum domus Domini, & omnium pastophoriorum, quæ in circuitu, quæ ad apothecas domus Domini, & apothecarum sanctorum, [κ] & diuersoriorum, & vicium sacerdotum, & Leuitarum; ad omnem operationem ministerij domus Domini, & apothecarum ministerialium vasorum cultus domus Domini: [λ] & mensuram ponderis eorum, & aureorum, & argenteorum: candelabrorum pondus dedit ei: & lucernarum dedit ei. Similiter pondus mensarum propositionis, cuiusque mensæ aureæ, & similiter argentearum: & fuscinularum, & libatoriorum, & phialarum aurearum: & [μ] pondus aureorum, & argenteorum, & thuribulorum Cephurè, cuiusque ponderis, & [ν] altaris thymiamatum ex auro probato, pondus ostendit ei, & exemplar currus ipsorum Cherubim expansorum alis, & obumbrantium super arcam testamenti Domini. Omnia in scriptura [ξ] manus Domini dedit Dauid Salomon, secundum assistentem sibi intelligentiã [•] confectionis exemplaris. Et dixit Dauid Salomon filio suo: Confortare, & viriliter age, & fac: ne timeas, neque paueas: quoniam Dominus Deus meus tecum: non dimittet te, & non derelinquet, quoadusque tu consummes omnem operationem ministerij domus Domini. [π] Et ecce exemplar templi, & domus eius, & Zacchò eius, & cænacula, & apothecas interiores, & domum propitiationis, & exemplar domus Domini. Et ecce vices sacerdotum, & Leuitarum ad omne ministerium domus Domini; & tecum in [ρ] omni tractatione & omnis promptus in sapientia secundum omnem artem, & principes, & populus ad omnia verba tua.

(The marginal section letters B, C, D, E stand beside the lines beginning "lium, & ego ero", "ædificare sibi domum", "ei. Similiter pondus", and "mus Domini. Et ecce exemplar" respectively.)

α Iudicum.] *In aliquo libro additur,* καὶ φυλῶν, & tribuum. *In Compl. hoc tantum est, & sequitur,* καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς διαιρέσεως τῆς ἐφημεριῶν, & principes distributionum diurnarum vicium. β Custodes thesauri.] γαζοφύλακες. *Compl.* ἄρχοντες τῶν θησαυρῶν, principes thesaurorum. γ Stationem pedum.] *Compl.* στάσιν τοῦ ὑποποδίου τῶν ποδῶν, stationem scabello pedum: *vulgata ex hebræo habet tantum,* scabellum pedum. δ Regnum.]

gnum.] τὸ βασίλειον, faſtigium regium. *Compl.* ἡγούμενον, Ducem. ꝑ Ad faciem vniuerſæ eccleſiæ Domini.] A
Compl κατ' ὀφθαλμοὺς παντὸς ἰσραὴλ, πάσης ἐκκλησίας κυρίου, ad oculos omnis Iſrael, vniuerſæ eccleſiæ Domini.
ζ Cogitationum.] *Compl. & Theodoretus addunt* διανοιῶν, mentium, *vt vulgata.* η Templi.] *Ita etiam Compl. & Theodoretus. In aliquo libro eſt,* τοῦ αἰλὰμ, *quod vulgata,* porticus. θ Et Zacchon eius, & cœnaculorum, & apothecarum.] *Compl.* καὶ τῶν ἀποθηκῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπερῴων, καὶ τῶν ταμιείων αὐτοῦ, & apothecarum eius, & cœnaculorum, & cubiculorum eius: *quomodo fere vulgata. A Theodoreto abſunt illa,* καὶ τῶν ἀποθηκῶν αὐτοῦ. *Illud,* ζακχῶν, *& paulo poſt* ζακχῶ, *videtur factum ex dictione hebræa, quæ ſignificat,* apothecarum, & cellariorum eius. ι Propitiationis.] ἐξιλασμοῦ. *Compl. & Theodoretus,* τοῦ ἱλαστηρίου, propitiatorij. κ Et diuerſoriorum, & vicium.] *Ab aliquo libro abeſt ſecundum, &. Compl. autem,* καὶ εἰς τὰς διαιρέσεις τῶν ἐφημεριῶν, & ad diuiſiones vicium. λ Et menſuram.] *Pro his vſque ad,* ſimiliter pondus menſarum, *habentur iſta in Compl.* In auro, & pondus menſuræ eius omnibus vaſis ſeruitutis, & ſeruitutis, & omnibus vaſis argenti in pondere omni vaſi ſeruitutis, & ſeruitutis: & pondus candelabris aureis, & lucernis eorum, aurum in pondere candelabri, & candelabri. Et lucernis eius, & candelabris, & aureorum, & argenteorum candelabrorum pondus dedit ei: & candelabrorum dedit ei pondus: *quæ tamen neque ipſa vſquequaque reſpondent hebræo.* μ Et pondus aureorum, & argenteorum, & thuribulorum Cephure, cuiuſque ponderis.] *Pro his in Compl.* καὶ τὰ κεφφουρὲ τὰ χρυσᾶ ἐν σταθμῷ εἰς κεφφοὺρ, καὶ κεφφοὺρ, καὶ τὸν σταθμὸν τῶν χρυσῶν, καὶ τῶν ἀργυρῶν ἑκάστου σταθμοῦ, & ipſa Cepphurè aurea in pondere in Cepphor, & Cepphor, & pōdus aureorum, & argēteorum cuiuſque ponderis. *Theodoretus* κεφφουρὴ autem vocat vaſa quædam aurea & argentea, in quibus conſpergebant ſimilam oleo. *De his dicetur in libris Eſdræ.* ν Et altaris.] *Compl.* καὶ τὸν τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων σταθμὸν ἐκ χρυσίου δοκίμου, καὶ ἐπέδειξεν αὐτῷ τὸ παράδειγμα. & altaris thymiamatum pondus ex auro probato. Et oſtendit ei exemplar, &c. ξ Manus.] *Compl. & Theodoretus,* ἐκ χειρὸς, de manu. ο Confectionis exemplaris.] *Item,* τοῦ συνιέναι τὴν κατεργασίαν τοῦ παραδείγματος, ad intelligendam confectionem exemplaris. π Et ecce.] *Hinc vſque ad ſequens.* Et ecce, *abſunt à Compl. & vulgata.* ρ In omni tractatione, & omnis promptus in ſapientia. *Compl.* ἐν παντὶ ἔργῳ πᾶς πρόθυμος ἐν παντὶ ἑκουσίῳ ἐν σοφίᾳ. in omni opere, omnis paratus in omni voluntario, in ſapientia, &c.

C

CAP. XXIX.

ET dixit Dauid omni Eccleſiæ: Salomon filius meus, in quem elegit in eo Dominus, iuuenis, & tener: et opus magnum: quoniam non ᵃ homini, ſed Domino Deo. Iuxta omnem potentiam paraui in domum Dei mei ᵇ aurum, argentum, æs, ferrum, ligna, lapides ᵞ Soam, et plenitudinis, lapides precioſos, et varios, et omnem lapidem precioſum, ᵟ & Parium multū. Et vltra in bene ſentiendo me in domo Dei mei, eſt mihi quod reſeruaui aurum, et argentum, et ecce dedi in domum Dei mei in altitudinem, præter ea, quæ paraui in domum ſanctorum, ter mille talenta auri è Suphir, et ſeptem mille talenta argenti probati, ad liniendum in eis parietes templi in aurum auro, et in argentum argento: et in omne opus per manum artificum. Et quis ᵋ promptus implere manus ſuas hodie Domino? Et prompti fuerunt principes patriarum, et principes filiorum Iſrael, et Chiliarchi, et centuriones, et præſides operum, et ᶎ ædificatores regis. Et dederunt in opera domus Domini talenta auri quinque mille, et aureos decem mille, et argenti talentorum decem millia, et æris talenta decem et octo mille, et ferri talentorum millia centum: et quibus inuentus eſt apud eos lapis, dederunt in apothecas domus Domini per manum Iiel Gedſoni. Et lætatus eſt populus pro promptitudine: quoniam in corde pleno prompti fuerunt Domino. Et Dauid rex lætatus eſt magnopere: et benedixit rex Dauid Dominum in conſpectu Eccleſiæ, dicens: Benedictus es Domine Deus Iſrael pater noſter a ſeculo, et vſque in ſeculum. Tibi Domine magnificentia, et virtus, et gloriatio, ᵑ et victoria, et fortitudo: quoniam tu omnium, quæ in cælo, et quæ ſuper terram, dominaris. ᶿ A facie tua turbatur omnis rex, & gens: a te diuitiæ, et ᶦ gloria: tu omnium principaris Domine, princeps omnis principatus: et in manu tua, fortitudo, et potentatus: et in manu tua ᵏ omnipotens, magnificare, et confortare omnia. Et nunc Domine

confite-

A confitemur tibi,& laudamus nomen gloriationis tuæ. Et quis ſum ego, & quis populus meus, quia valuimus prompti eſſe tibi iuxta hæc? Quoniã tua ſunt omnia: & de tuis dedimus tibi: quoniam incolæ ſumus ante te,& peregrinantes, ſicut omnes patres noſtri. Tanquam vmbra, dies noſtri ſuper terram: & nõ eſt dilatio. Domine Deus noſter ᵘ ad omnem multitudinem hanc, quam paraui ad ædificandum nomini ſancto tuo, de manu tua eſt,& tibi omnia. Et noui Domine, quia tu es ſcrutans corda,& iuſtitiã diligis. In ſimplicitate cordis mei prompte obtuli omnia hæc: & nunc populum tuum inuentum hic vidi in lætitia prõpte offerentem tibi. Domine Deus Abraam,& Iſaac,& Iſrael patrum noſtrorum
B cuſtodi ᵛ hæc in cogitatione cordis populi huius in ſeculum: & dirige corda eorum ad te. Et Salomon filio meo da cor bonũ ad faciendũ mandata tua,& teſtimonia tua,& præcepta tua,& ad perducendum ad finem ξ apparatum domus tuæ. Et dixit Dauid omni eccleſiæ. Benedicite Dominum Deum noſtrum. Et benedixit vniuerſa Eccleſia Dominum Deúm patrum ſuorum. Et flectentes genua adorauerũt Dominum,& regem. Et ſacrificauit Dauid Domino ſacrificia, & obtulit holocauſtomata Deo craſtina primæ diei vitulos mille, arietes mille, agnos mille,& libamina eorum, & ſacrificia in multitudine vniuerſo Iſrael. Et comederunt, & biberunt ante Dominum in illa die cum gaudio: & regem
C fecerunt ſecundo Salomon filium Dauid: & vnxerunt eum Domino in regem,& Sadoc in ſacerdotium. ° Et ſedit Salomon ſuper thronum Dauid patris ſui,& π beneplacuit: & obedierunt ei omnis Iſrael. Principes,& potentes, & omnes filij Dauid regis patris ſui ſubiecti fuerunt ei. Et magnificauit Dominus Salomon ρ deſuper omni Iſrael: & dedit ei gloriam σ regis, quod non fuit ſuper omnem regem ante eum. Et Dauid filius Ieſſæ regnauit ſuper Iſrael annos quadraginta, in Chebron annos ſeptem,& in Hieruſalẽ annos triginta tres. Et obijt in ſenectute bona, plenus diebus, diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Reliqua autem verba regis Dauid priora, & poſteriora ſcripta ſunt
D in verbis Samuel videntis, & ſuper verba Nathan prophetæ,& ſuper verba Gad videntis de omni regno eius,& potentatu eius, & τ tempora, quæ fuerunt ſuper eum, & ſuper Iſrael, & ſuper omnia regna terræ.

α Homini.] *In aliquot libris additur,* ἡ οἰκοδομὴ, *in alijs* ἡ οἴκησις, ædificatio: *in nonnullis etiam* ἀλλ' ἢ κυρίῳ τῷ θεῷ οἰκοδομεῖς, καὶ ἐγὼ κατὰ πᾶσαν, ſed Domino Deo ædificas: & ego ſecundum omnem, &c. β Aurum] *Comp.* aurum ad aurũ, & argentũ ad argentum & æs ad æs,& ferrum ad ferrum,& ligna ad ligna: *quæ reſpondent hebræo,& vulgatæ.* γ Soam.] *Compl. & Theodoretus* ὄνυχος, onychis: *quod eſt interpretatio illius.* δ Et Parium multum.] *Iidem,* καὶ λίθους παρίους εἰς πλῆθος, & lapides Parios in multitudine. ε Promptus.] ὁ προθυμούμενος. *Ita etiam Compl. Theodoretus autem* τίς ἑκουσιάζεται, quis ſponte veniat: *quod verbum habuit etiam in ſequentibus, itemque ſæpe Compl.* ζ Ædificatores.] *Plerique,* οἰκόνομοι, œconomi. η Victoria.] *In nonnullis additur,* καὶ ἡ ἐξομολόγησις, & confeſſio. *In Compl. præterea pro,* καὶ τὸ καύχημα, *eſt* ἡ μεγαλοπρέπεια, decor. θ A facie tua turbatur omnis rex & gens.] *Pro his in Compl. eſt,* σοὶ κύριε ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐπαρσις εἰς πάντα, καὶ εἰς πᾶσαν ἀρχὴν, tibi Domine regnum,& exaltatio in omnia, & in omnem principatum. *in nonnullis autem libris vtrumque coniungitur.* ι Gloria.] *In Compl. additur,* ἐκ προσώπου σου, à facie tua: *quomodo etiam hebræus ſed ipſe non habet illud, quod etiam in Compl. præcedit,* a te. κ Omnipotens.] *Abeſt à Compl. & hebræo.* λ Peregrinantes.] παροικοῦντες *Compl. repetit* πάροικοι. *Theodoretus* ἐπίδημοι, aduenæ. μ Ad omnem multitudinem hanc.] πρὸς πᾶν τὸ πλῆθος τοῦτο. *Videtur dictum pro,* omnis copia hæc. ν Hæc in cogitatione cordis populi tui] *Compl* αὐτῶν τὸ πλάσμα διανοιῶν καρδίας λαοῦ σου, eorum plaſma cogitationum cordis populi tui. ξ Apparatum.] *Eadem,* πάντα, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι τὴν κατασκευὴν, omnia,& ad ædificandum apparatum,&c. ο Et ſedit.] *Alij & Theodoretus,* καὶ ἐκάθισε σαλωμὼν ἐπὶ θρόνου κυρίου εἰς βασιλέα ἀντὶ δαυὶδ πατρὸς αὐτοῦ, Et ſedit Salomon ſuper thronum Domini in regem pro Dauid patre ſuo. π Beneplacuit.] εὐδοκήθη. *Compl.* εὐωδώθη, proſpere egit. ρ Deſuper.] *Alij* ἐναντίον, coram. σ Regis, quod.] *Compl.* βασιλείας, ὡς, regni, ſicut. τ Tempora, quæ fuerunt.] *Eadem,* τῶν καιρῶν τῶν διελθόντων, temporibus, quæ tranſierunt

E

PARA-

 A

PARALIPOMENON LIBER SECVNDVS.

B

CAP. I.

ET confortatus est Salomon filius Dauid super regnum suũ: & Dominus Deus eius cum eo: & magnificauit eum in altitudinem. Et * dixit Salomon ad omnem Israel, Chiliarchis, & centurionibus, & iudicibus, & omnibus principibus coram Israel, principibus patriarum. Et iuit Salomon, & vniuersa Ecclesia, ad * excelsam, quæ in Gabaon, vbi erat C
ibi tabernaculum testamenti Dei, quod fecit Moyses puer Domini in deserto. Sed arcam Dei eduxerat Dauid de ciuitate Cariathiarim, quoniam parauit ei Dauid: quoniam fixit ei tabernaculum in Hierusalem. Et altare æneum, quod fecit Beseleel filius Vriæ filij Or, ibi erat ante tabernaculũ Domini. Et exquisiuit illud Salomon, & Ecclesia: & obtulit Salomon ibi super altare æneum coram Domino, quod in tabernaculo: & obtulit super illud holocaustosim millenariam. In nocte illa apparuit Deus Salomoni, & dixit ei: Postula, quid tibi dem. Et dixit Salomon ad Deum: Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam: & regnare fecisti me pro eo. Et nunc Domine
Deus, fidele sit, quæso, * nomen tuum super Dauid patre meo: quoniam tu re- D
gnare fecisti me super populum multum, tanquam puluis terræ. Nunc sapientiam, & intellectum da mihi: & egrediar coram populo hoc, & ingrediar: quoniam, quis iudicabit populum tuum magnum hũc? Et dixit Deus ad Salomon: Pro eo, quod factum est hoc in corde tuo, & non postulasti diuitias * pecuniarum, neque gloriam, neque animam aduersariorum, & dies multos non postulasti, & postulasti tibi sapientiam, & intellectum, vt iudices populum meum, super quem regnare feci te super eum; sapientiam, & intellectum do tibi: & diuitias, & pecunias, & gloriam dabo tibi, quomodo non fuit similis tibi in regibus,
qui ante te, & post te non erit ita. Et venit Salomon de Bamà, quæ in Gabaon, in E
Hierusalem * ante faciem tabernaculi testimonij: & regnauit super Israel. Et congregauit Salomon currus, & equites: & fuerunt ei mille, & quadringẽti currus, & duodecim millia equitum. Et reliquit ea in ciuitatibus curruum, & * populus cum rege in Hierusalem. Et posuit rex argentum, & aurum in Hierusalẽ, tanquam lapides, & cedros in Iudæa, tanquam sycomoros, quæ in campestri, in multitudine. Et exitus equorum Salomon ex Ægypto: & precium mercatorum regis * ad eundum, & emebant. Et ascendebant, & educebant ex Ægypto, currum

A rum vnum ſexcentis argenti,& equum quinquaginta & centum. Et ſic omnibus regibus Chettæorum,& regibus Syriæ in manibus ſuis afferebant.

α Dixit.] *Pro,* indixit,& præcepit. β Excelſam.] *More hebraico pro excelſum: ac præterea ſolet etiam dici,* τὴν βαμά, *vt paulo poſt.* γ Nomen tuum.] *Compl.* τὸ ῥῆμά σου μετὰ δαυὶδ τοῦ πατρός μου, verbum tuum cum Dauid patre meo. δ Pecuniarum.] *Compl.* ὑπαρχόντων, ſubſtantiarum, *& paulo poſt pro,* pecunias, ὕπαρξιν, ſubſtantiam. ε Ante faciem.] *Eadem,* ἀπὸ προσώπου, à facie: *quod reſpondet quidem hebræo: ſed nihilominus ſignificare putant,* ante faciem, *&* coram, *vt vulgata.* ζ Populus.] *Abeſt dictio iſta à Compl. & vulgata.* η Ad eundum,& emebant.] *Nonnulli,* τοῦ ἐκπορεύεσθαι ad egrediendum. *Sed Compl. pro iſtis habet,* τιμὴν ἣν ἐλάμβανον, καὶ ἠγόραζον ἐν ἀλλάγματι, precium, quod accipiebant, & emebant in permutatione. *Locus anceps etiam in hebræo.*

B

CAP. II.

ET dixit Salomon ædificare domum nomini Domini, & domum regno ſuo. Et congregauit Salomon ſeptuaginta millia virorum portantium humeris,& octuaginta millia lapicidarum in monte: & præſides ſuper eos ter mille ſexcenti. Et miſit Salomon ad Chyram regem Tyri, dicens: Sicut feciſti cum Dauid patre meo, & miſiſti ei cedros ad ædificãdum ſibi domum ad habitandum in ea; & ecce ego filius eius ædifico domum nomini Domini Dei mei, ad ſanctificandum illam ei, ad adolẽdum coram eo α thymiama,& pro-
C poſitionem perpetuo,& ad offerendũ holocauſtomata ſemper mane,& veſperi,& in ſabbatis,& in Neomenijs, & in feſtiuitatibus Domini Dei noſtri: in ſeculum hoc ſuper Iſrael: & domus, quam ego ædifico, magna: quoniam magnus Dominus Deus noſter ſupra omnes Deos. Et quis valebit ædificare ei domum? quoniam cælum,& cælum cæli non ferunt gloriam eius. Et quis ego ædificans ei domum? ſed tantum ad adolendum coram eo. Et nunc mitte mihi virum ſapientem,& ſcientem facere in auro,& in argento,& in ære,& in ferro,& in purpura,& in coccini,& in hyacintho,& ſcientem ſculpere ſculpturã cum ſapientibus, qui mecum in Iuda,& in Hieruſalem, β quæ parauit Dauid pater meus. Et mitte mihi ligna cedrina, & arceuthina, & pinea de Libano: quoniam ego
D noui, quia ſerui tui norunt cædere ligna de Libano. Et ecce pueri tui cum pueris meis ibunt parare mihi ligna in multitudine: quoniam domus, quam ego ædifico, magna,& glorioſa. Et ecce operantibus, cædẽtibus ligna, in cibaria dedi frumentum, in data pueris tuis, cororum tritici viginti millia,& ordeorum, cororum viginti millia,& vini menſurarum viginti millia,& olei menſurarum viginti millia. Et dixit Chirã rex Tyri in ſcriptura,& miſit ad Salomon, dicens: In diligendo Dominum populum ſuum, dedit te ſuper eos regem. Et dixit Chiram: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit cælum,& terrã, qui dedit Dauid regi filium γ ſapientem,& ſcientem, ſcientiam,& intellectum, qui ædifica-
E bit domũ Domino,& domum regno ſuo. Et nunc miſi tibi virum ſapientem,& ſciẽtem intellectum, Chiram δ patrem meũ (mater eius de filiabus Dan,& pater eius vir Tyrius) ſcientẽ facere in auro,& in argento,& in ære, & in ferro,& in lapidibus,& lignis,& texere in purpura & in hyacintho,& in byſſo,& in coccino, & ſculpere ſculpturas,& excogitare omnem excogitationem, quæcũque dederis ei cum ſapientibus tuis, et ſapientibus Dauid domini mei patris tui. Et nunc frumentum, et ordeum, et oleum, et vinum, quæ dixit Dominus meus, mittat pueris ſuis. Et nos cædemus ligna de Libano iuxta omnem vſum tuũ, et addu-

cemus earatibus ad mare Ioppes:et tu adduces ea in Hierusalem. Et congrega- A
uit Salomon omnes viros proselytos,qui in terra Israel post numerum, quo nu
merauit eos Dauid pater eius:et inuenti sunt centũ quinquaginta millia,et ter-
mille sexcenti. Et fecit ex eis septuaginta millia portantiũ humeris,et octuagin
ta millia lapicidarum,et ter mille sexcentos exactores operum super populum.

α Thymiama,& propositionem.] *Compl.* θυμίαμα ἀρωμάτων, καὶ ποιεῖν πρόθεσιν, thymiama aromatum, & faciendum propositionem: *sed illud*, faciendum, *non est in hebræo.* β Quæ.] *Alii*, ὧν, *& potest verti*, quos, *vt vulgata.* γ Scientem scientiam,& intellectum.] *Compl. & Theodoretus*, εἰδότα φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, scientem prudentiam,& scientiam. δ Patrem.] *Sic etiam vulgata. Et videtur positus casus pro casu, vt alibi, idest, pro*, patris mei: *quomodo multi vertunt ex hebræo. In cæteris libris, & ad marginem Vaticani, & in Compl.* παῖδα, puerum. B

C A P. III.

ET cepit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem in monte α ipsius Amoria; vbi apparuerat Dominus Dauid patri eius, in loco, quem parauit Dauid, in area Ornà Iebusæi. Et cepit ædificare in mense secundo,in anno quarto regni sui. Et hæc incepit Salomon ad ædificandam domum Dei: β longitudo cubitorum, mensura prima cubitorum sexaginta: et latitudo cubitorũ viginti. Et Aelam ad faciem domus: longitudo super faciem latitudinis domus cubitorum viginti:et altitudo cubitorum centum viginti:et deaurauit eam ab intus auro mundo. Et domum magnam texit lignis cedrinis,et deaurauit auro mundo:et sculpsit super eã palmas,et γ catenas dependentes. Et ornauit domum lapidibus preciosis ad gloriam, et deaurauit auro, de auro,quod de Pharuim. Et deaurauit domum,et parietes eius, et postes, et tecta,et ostia auro: et sculpsit Cherubim super parietes. Et fecit domum sancti sanctorum: longitudo eius ad faciem δ latitudinem domus,cubitorum viginti:et longitudo cubitorum viginti:et deaurauit eam auro mundo in Cherubim ad talenta sexcenta:et pondus clauorum,pondus vnius, quinquaginta sicli auri. Et ε cænaculũ deaurauit auro. Et fecit in domo,sancto sanctorũ Cherubim duo,opus ex lignis:et deaurauit ea auro: et alæ ipsorum Cherubim, longitudo cubitorum viginti;et ala vna cubitorum quinque,tangens parietem domus:et ala altera cubitorũ quinque tangens alam Cherubim alterius:et alæ Cherubim horum expansæ, cubitorum viginti: et ipsa stantia super pedes suos: et facies eorum ad domum. Et fecit velum de hyacintho,et purpura,et coccino,et bysso:et texuit in eo Cherubim. Et fecit ante domum columnas duas: cubitorum triginta quinque altitudo, et capita earum,cubitorum quinque. Et fecit ζ Serseroth in Dabir: et dedit super capita columnarum. Et fecit malogranata centum: et posuit super catenas dependentes. Et statuit columnas ad faciem templi, vnam à dextris,et vnam à sinistris:et vocauit nomen eius,quæ à dextris, Directio,et nomen eius,quæ à sinistris, Fortitudo.

α Ipsius Amoria.] τοῦ ἀμωρία, *Videtur de industria retentus etiam articulus hebraicus. Compl.* ἐν ὄρει τοῦ ἀμωρία, in monte Amoria, *quod vulgata*, in monte Moria. β Longitudo cubitorum.] *Sic etiam hebræus. In aliis omittitur vox*, cubitorum, *& Compl.* μῆκος τῆς διαμετρήσεως τῆς πρώτης πηχῶν ἑξήκοντα, longitudo mensurationis primæ,cubitorum sexaginta. γ Catenas dependentes.] *Hoc videtur significare*, χαλασά. *Compl.* ἁλύσεις, catenas. δ Latitudinem domus cubitorum viginti,& longitudo.] *Compl.* τὸ πλάτος τοῦ οἴκου πηχῶν εἴκοσι, καὶ τὸ ὕψος, latitudinis domus cubitorum viginti,& latitudo,&c. *quod respondet vulgatæ.* ε Cænaculum.] *Eadem*, τὰ ὑπερῷα, cænacula,& tabulata: *magnamque hac in re vim facit Theodoretus ad conciliandam discordiam, quæ videtur esse inter hunc locum, & libros regnorum, de altitudine templi.* ζ Serseroth.] *Compl.* ἁλυσιδωτά, catenulas: *quod est interpretatio illius.*

F

C A P.

A

CAP. IV.

ET fecit altare æneum: viginti cubitorum lõgitudo, & viginti cubitorum latitudo, & decẽ cubitorum altitudo. Et fecit mare fusile, decẽ cubitorũ [a] diametrum, rotundum in circuitu, & quinque cubitorum altitudinẽ: & ambitus triginta [b] cubitorũ. Et similitudo vitulorum subter illud in circuitu circundant illud, decẽ cubiti ambiunt luterẽ in circuitu: duo [c] genera fuderũt vitulos in fusura ipsorum, qua fecerunt eos duodecim vitulos: tres spectantes Aquilonem, & tres Occidentem, & tres Austrum, & tres ad Orientem: & mare

B super eos sursum: erant posteriora eorum intus. Et crassities eius palmaris, & labium eius, tanquam labium calicis, [d] sculpta geminibus lilij, capiens metretas ter mille. Et [e] consummauit. Et fecit luteres decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, ad lauãdum in eis opera holocaustomatum, & abstergendum in eis: & mare ad lauandum se sacerdotes in eo. Et fecit candelabra aurea decẽ iuxta iudicium suum, & posuit in tẽplo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Et fecit mensas decem, & posuit in templo, decem a dextris, & decem a sinistris. Et fecit phialas aureas centum. Et fecit atrium sacerdotum, & atrium magnum, & portas atrio, & postes earum inæratas ære. Et mare posuit ab angu-

C lo domus a dextris [f] tanquam ad Orientem e regione. Et fecit Chiram [g] fuscinulas, & thuribula, & focum altaris, & omnia vasa eius. Et consummauit Chiram facere omne opificium, quod fecit Salomoni [h] regi in domo Dei, columnas duas, & [i] super eas Golath ipsi Chothareth super capita columnarũ duo, & retiacula duo ad cooperiendum [k] capita ipsarum Chothareth, quæ sunt super capita columnarũ, & [l] tintinnabula aurea quadringenta ad duo retiacula: & duo genera malogranatorum in retiaculo vno ad cooperiendum ambas Golath ipsarum Chothareth, quæ sunt desuper columnas. Et fecit Mechonoth decem: & luteres fecit super Mechonoth: & mare vnum, & vitulos duodecim sub-

D ter illud: & [m] podisteras, & analempteras, & lebetes, & fuscinulas, & omnia vasa eorũ, quæ fecit Chiram, & obtulit regi Salomon in domo Domini de ære puro. In adiacente Iordanis fudit ea rex in crassitie terræ in domo Sacchoth, & inter Saredatha. Et fecit Salomon omnia vasa hæc in multitudine valde: quoniam non [n] defecit pondus æris. Et fecit Salomon omnia vasa domus Domini, & altare aureum, & mensas (& super eas panes propositionis) & candelabra, & lucernas luminis iuxta iudicium, & ad faciem Dabir de auro mundo; & ansulæ earum, & lucernæ eorum: & phialas, & mortariola, & thuribula de auro mũdo: & ostium domus interius in sancta sanctorum, & ianuas domus templi au-

E reas. Et consummatũ est omne opificiũ, quod fecit Salomon in domo Domini.

α Diametrum] *In Compl additur,* ἀπὸ τοῦ χείλους αὐτοῦ εἰς τὸ χεῖλος αὐτοῦ, a labio eius vsque ad labium eius. β Cubitorum.] *In aliis adnectitur,* κυκλοῦν αὐτὴν κυκλόθεν, circundabât illud in circuitu. *Compl. autem* ἐκύκλου, *ambiebat, vt vulgata,* γ Duo genera.] *Compl* δύο στίχοι, βόες χωνευτοί, ἐν τῇ χωνεύσει αὐτῶν ἐχώνευσαν αὐτούς, ἑστῶτα ἐπὶ δώδεκα μόσχους ἡ θάλασσα, καὶ τρεῖς βλέποντες, duo ordines, boues fusiles, in fusura eorum fecerunt eos, stans super duodecim vitulos mare, & tres spectantes, &c. δ Sculpta.] διαγεγλυμμένα. *Compl* διαγεγλυμμένα, sculpta. ε Consummauit.] *Compl. addit,* αὐτήν, illud. *Nostra propius ad hebræum, in quo coniungitur cum antecedentibus, id est* ter mille metretas complebat. ζ Tanquam ad Orientem e regione. [*Compl.* κατὰ ἀνατολὰς τοῦ μέρους τοῦ πρὸς νότον: *quod vulgata,* contra Orientem ad meridiem. η Fuscinulas, & thuribula, & focum altaris.] *Eadem,* τοὺς λέβητας, καὶ τὰς κρεάγρας, καὶ τὰ πυρεῖα, lebetes, & fuscinulas, & thuribula. θ Regis.] *Sic hebræus. Compl.* ὁ βασιλεύς, rex. ι Et super eas Golath ipsi Chothareth.] *Pro Golath, dictione hebraica,*

hebraica, sed paululum immutata, quæ significat, orbes, *aut* funiculos, *Compl. habet* τὰς βάσεις, bases: *quod non satis conuenit. Et pro* τοῦ χωθαρὲθ *habet,* καὶ τὰς χωθαρὼθ, *quod significat,* & coronas. *Vulgata nomine epistyliorum videtur vtrumque comprehendisse.* κ Capita ipsarum Chothareth.] *Rursus pro,* capita, *in hebræo est eadem dictio, quæ paulo ante dicta est,* Golath, *& rursus in Compl.* τὰς δύο βάσεις τοῦ χωθαρὼθ, *itemque paulo post.* λ Tintinnabula.] *Compl.* ῥοαὶ malogranata, *vt vulgata.* μ Et podisteras, & analempteras.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata, & videntur idem posse significare atque illud, quod sequitur, vt sint duæ interpretationes,* & lebetes, & fuscinulas. ν Non defecit.] *Compl.* οὐκ ὑπερβάλλον, non examinabatur.

CAP. V.

ET intulit Salomon sancta Dauid patris sui, argentum, & aurum, & vasa, α quæ dederat in thesaurum domus Domini. Tunc conuocauit Salomon omnes seniores Israel, & omnes principes tribuum, duces patriarũ filiorum Israel in Hierusalem ad educendam arcam testamenti Domini e ciuitate Dauid: hæc est Sion. Et conuenerunt ad regem vniuersus Israel in festiuitate: hic est mensis septimus. Et venerunt omnes seniores Israel: & tulerunt β omnes Leuitæ arcam, γ & tabernaculum testimonij, & omnia vasa sancta, quæ in tabernaculo: & eduxerunt eam sacerdotes, & Leuitæ. Et rex Salomon, & omnis synagoga Israel, & δ qui timebant, & qui adhæserant eis, ante arcam immolantes vitulos, & oues, ε qui non numerabuntur, & qui non computabuntur præ multitudine. Et introduxerunt sacerdotes arcam testamenti Domini in locum suum, in Dabir domus, in sancta sanctorum, subter alas Cherubim. Et erant Cherubim expandentia alas suas super locum arcæ: & cooperiebant Cherubim super ζ arcam, & super gestatoria eius desuper; & eminebant gestatoria: & aspiciebantur capita gestatoriorum e sanctis in faciem Dabir: non aspiciebantur extra: & fuerunt ibi vsque in diem hanc. Non erat in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuit Moyses in Choreb, quæ disposuit Dominus cum filijs Israel, in exeundo eos de terra Ægypti. Et factum est in exeundo sacerdotes e sanctis (quoniam omnes sacerdotes, qui inuenti sunt, erant sanctificati, non erant dispositi per vicem) & Leuitæ psalmorum cantores omnes η filijs Asaph, ipsi Æman, ipsi Idithum, & filijs eius, & fratribus eius, qui induti erant stolas byssinas, in cymbalis, & in nablis, & in citharis, stantes e regione altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti clangentes tubis. Et facta est vna vox in clangendo, & canendo, & in resonando, voce vna ad confitendum, & laudandum Dominum. Et dum eleuarent vocem in tubis, & cymbalis, & in organis canticorum; & dicebant: Confitemini Domino, quoniam bonum; quoniam in seculum misericordia eius. Et domus impleta est nube θ gloriæ Domini. Et non poterant sacerdotes stare ad ministrandum à facie nubis: quoniam impleuerat gloria Domini domum Dei.

α Quæ dederat.] *Alii,* καὶ ἔδωκε, & dedit, *idest,* posuit, *vt vulgata.* β Omnes.] *Abest à Complutensi, & vulgata.* γ Et tabernaculum.] *Alii,* καὶ ἀνήνεγκαν τὴν κιβωτὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, & eduxerunt arcam, & tabernaculum. δ Et qui timebant.] *Abest à Complutensi, & vulgata.* ε Qui.] *Imitatio hebraismi. Complutensis,* ἃ, quæ. ζ Arcam.] *Complutensis addit,* καὶ συνήγγιζε τὰ χερουβὶμ ἐπὶ τὴν κιβωτὸν, & appropinquabant Cherubim super arcam: *quæ redundant: ac fortasse sunt altera interpretatio præcedentis sententiæ.* η Filijs.] *Iste dandi casus, more hebraico valet,* de filijs, &c. *Complutensis autem minus proprie,* σὺν τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἀσὰφ, cum filijs Asaph. *Illud autem in ea recte habet, quod sequitur,* & filijs eorum, & fratribus eorum. θ Gloriæ.] *Abest ab aliquo libro. In hebræo repetitur,* domus. *Complutensis,* καὶ δόξης, & gloria.

CAP.

A CAP. VI.

TVNC dixit Salomon: Dominus dixit habitare in caligine: & ego ædificaui domum nomini tuo sanctam tibi, & paratam ad habitandum in secula. Et cõuertit rex faciem suam, & benedixit omnem Ecclesiam Israel, (& omnis Ecclesia Israel adstabat) & dixit: Benedictus Dominus Deus Israel, quomodo locutus est in ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus suis impleuit, dicens: A die, qua eduxi populum meum e terra Ægypti; non elegi in ciuitate de omnibus tribubus Israel, ad ædificandam domum, vt esset nomen
B meum ibi: & non elegi in viro, vt esset in ducem super populum meum Israel. Et elegi Hierusalem, vt fieret nomen meum ibi: & elegi in Dauid, vt esset super populum meum Israel. Et factum est super cor Dauid patris mei, ædificare domum nomini Domini Dei Israel. Et dixit Dominus ad Dauid patrem meum: Quoniam factum est super cor tuum ædificare domũ nomini meo; recte fecisti, quoniam factum est super cor tuum. Verumtamen tu non ædificabis domum: quoniam filius tuus, qui egredietur de lumbo tuo, hic ædificabit domum nomini meo. Et suscitauit Dominus verbum hoc, quod locutus est. Et factus sum pro Dauid patre meo: & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: &
C ædificaui domum nomini Domini Dei Israel: & posui ibi arcam; in qua ibi testamentum Domini, quod disposuit ipsi Israel. Et stetit e regione altaris Domini ante omnem Ecclesiam Israel, & expandit manus suas: quoniam fecerat Salomon basim æneam: & posuerat eam in medio atrij ipsius templi, quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, & * trium cubitorum altitudo eius: & stetit super eam: & cecidit super genua coram omni Ecclesia Israel. Et expãdit manus suas ad cælum, & dixit: Domine Deus Israel non est similis tibi Deus in cælo, & super terram, custodiens testamentum, & misericordiam pueris tuis ambulantibus ante te in toto corde: quæ custodisti puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei dicens: Et locutus es in ore tuo: & in
D manu tua impleuisti, sicut dies hæc. Et nunc Domine Deus Israel custodi puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei, dicens: Non deficiet tibi vir a facie mea sedens super thronum Israel, tantum si custodierint filij tui viam suam, ambulando in lege mea, sicut ambulasti coram me. Et nunc Domine Deus Israel, fidele sit, quæso, verbum tuum, quod locutus es puero tuo Dauid. Quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cælum cæli nõ sufficient tibi; & quæ domus hæc, quam ædificaui? Et inspicies super deprecationem pueri tui, & super orationem meam Domine Deus, ad exaudiendum orationem, & deprecationem, quam puer tuus deprecatur ante te ho-
E die; vt sint oculi tui aperti super domum hanc die, ac nocte ad locum hunc, quem dixisti inuocari nomen tuum ibi, ad audiendum deprecationem, quam deprecatur puer tuus in loco hoc. Et audies orationem pueri tui, & populi tui Israel, quæcumque deprecati fuerint in loco hoc. Et tu exaudies * in loco habitationis tuæ e cælo: & audies, & propitius eris. Si peccauerit vir proximo suo, & sumpserit super eum maledictionem ad maledicendum ei, & venerit, & maledixerit coram altari in loco hoc; & tu exaudies de cælo, & facies, & iudicabis seruos tuos ad retribuendum iniquo, & retribuendum vias

eius in caput eius, & ad iustificandum iustum, ad retribuendum ei secun dum A
iustitiam eius. Et, si percussus fuerit populus tuus Israel coram inimico (si pec-
cauerint tibi,) & reuerterint, & confessi fuerint nomini tuo, & deprecati fue-
rint, & orauerint ante te in domo hac; & tu exaudies de cælo, & propitius eris
peccatis populi tui Israel: & reduces eos in terram, quam dedisti eis, & patribus
eorum. Cum cohibitum fuerit cælum, & non fuerit pluuia (quoniam pecca-
bunt tibi) & deprecabuntur in loco hoc, & laudabunt nomen tuum, & a pecca-
tis suis reuertent, quoniam humiliabis eos; & tu exaudies de cælo, & propitius
eris peccatis [γ] puerorum, & populi tui Israel: quia manifestabis eis viam bo-
nam, in qua ibunt in ea: & dabis pluuiam super terram tuam, quam dedisti po- B
pulo tuo in hæreditatem. Fames si facta fuerit super terram, mors si facta fuerit
aeris corruptio, icteritia, locusta, & bruchus si fuerit, & si tribulauerit eum ini-
micus coram ciuitatibus ipsorum, secundum omnem plagam, & omnem labo-
rem, & [δ] omnis deprecatio, & omnis oratio, quæcumque facta fuerit omni
homini, & omni populo tuo Israel, si nouerit homo factum suum, & languorem
suum, & expanderit manus suas ad locum hunc; & tu exaudies de cælo, de pa-
rato habitaculo tuo, & propitiaberis, & dabis viro iuxta vias eius, sicut cogno-
ueris cor eius (quoniam solus cognoscis cor filiorum hominum) vt [a] timeant
omnes vias tuas omnibus diebus, quibus ipsi vixerint super faciem terræ, quã C
dedisti patribus nostris. Et omnis alienus, qui non de populo tuo Israel est ipse,
& venerit de terra longe propter nomen tuum magnum, & manum tuam vali-
dam, & brachium tuum excelsum, & venerint, & deprecati fuerint in loco hoc;
& tu exaudies de cælo, de parato habitaculo tuo: et facies iuxta omnia quæcũ-
que inuocauerit te alienus: vt cognoscant omnes populi terræ nomen tuum, et
[ζ] ad timendum te, sicut populus tuus Israel, et ad cognoscendum, quia nomen
tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui. Si autem exiuerit po-
pulus in bellum super inimicos suos in via, qua miseris eos, et deprecati fuerint
ad te ad viam ciuitatis huius, quam elegisti in ea, et domus, quam ædificaui no-
mini tuo; et audies de cælo deprecationem eorum, et orationem eorum: et fa- D
cies iustificationem eorum. Quoniam peccabunt tibi (quia non erit homo,
qui non peccabit) et [a] percuties eos, et trades eos ad faciem inimicorum, et
captiuabunt eos, captiuos abducentes eos in terram inimicorum, in terram
longinquam, vel prope, et conuerterint cor suum in terra eorum, quo translati
fuerint illuc, et conuerterint se, et orauerint te in captiuitate sua, dicentes, pec-
cauimus, inique egimus, iniuste fecimus, & reuerterint ad te in toto corde, et
in tota anima sua in terra captiuantium eos, quo captiuos abduxerũt eos, et de-
precati fuerint viam terræ suæ, quam dedisti patribus ipsorum, et ciuitatis, quã
elegisti, et domus, quam ædificaui nomini tuo; et audies de cælo, de parato ha- E
bitaculo tuo deprecationem eorum, et orationem eorum: et facies iudicia: et
propitius eris populo tuo peccanti tibi. Et nunc Domine sint, quæso, oculi tui
aperti, et aures tuæ exaudientes ad orationem loci huius. Et nunc exurge Domi
ne Deus in requiem tuam, tu, et arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui Domine
Deus induantur salutem: et [a] filij tui lætentur in bonis Domine Deus, ne auer
tas faciem Christi tui: recordare misericordias Dauid serui tui.

A α Trium.] *Ita etiam vulgata.Compl.* πέντε, quinque. β In loco.] *Alii*, ἐν τῷ τόπῳ, de loco. γ Puerorum.] *Compl.* τῶν δούλων σου, seruorum tuorum. δ Et omnis deprecatio, & omnis oratio.] *Compl.* καὶ κατὰ πᾶσαν ἀφὴν, *(quod non est in hebræo)* καὶ πᾶσαν προσευχὴν, καὶ πᾶσαν δέησιν, & iuxta omnem tactum & omnem deprecationem, & omnem orationem. *Notatum autē est alibi*, omnem deprecationem, & orationem, *hoc locis similibus valere*, omnem occasionem deprecandi, & orandi. ε Timeant omnes vias tuas.] *Compl.* ὅπως φοβῶνταί σε τοῦ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου, vt timeant te, eundo in omnibus vijs tuis. ζ Et ad timendum te.] *Sic etiam hebræus.Compl.* καὶ ἵνα φοβῶνταί σε, & vt timeant te. η Et percuties eos.] *Eadem*, καὶ ἐὰν θυμωθῇς ἐπ' αὐτοῖς, & si indignatus fueris super eos. θ Filij.] *Plerique habent*, οἱ ὅσιοί σου, sancti tui.

CAP. VII.

ET vt consummauit Salomon deprecans; et ignis descendit de cælo: et
B deuorauit holocaustomata, et sacrificia: et gloria Domini impleuit domum: et non poterant sacerdotes intrare in domum Domini in tempore illo: quoniam impleuerat gloria Domini domum. Et omnes filij Israel videbant descendentem ignem: (et gloria Domini super domum) et ceciderunt in faciē super terram, super pauimentum stratū lapide, et adorauerūt, et laudauerunt Dominū, quoniā bonum, quoniā in seculū misericordia eius. Et rex, et omnis populus immolātes victimas ante Dominū. Et sacrificauit rex Salomō sacrificium vitulorum viginti et duo millia, pecorum cētum et viginti millia. Et dedicauit domum Dei rex, et omnis populus. Et sacerdotes stantes super custo-
C dias suas, et Leuitæ in organis canticorū Domini, α ipsius Dauid regis, ad confitēdum ante Dominum, quoniā in seculum misericordia eius, in hymnis Dauid per manum ipsorum. Et sacerdotes clangentes tubis ante eos, & omnis Israel stans. Et sanctificauit Salomon medium atrij, quod in domo Domini: quoniam fecit ibi holocaustomata, & adipes salutarium: quoniam altare æneum, quod fecerat Salomon, non sufficiebat capere holocaustomata, & β Manaa, & adipes. Et fecit Salomon festiuitatem in tempore illo septem dies: & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valde ab introitu Æmath, & vsque ad torrentem Ægypti. Et fecit in die octaua Exodion: quoniam dedicationem altaris fecit septem
D diebus γ festiuitatem: & in tertia & vigesima mensis septimi misit populum ad tabernacula eorum lætantes, & bono corde super bonis, quæ fecerat Dominus ipsi Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo. Et consummauit Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia, quæcunque voluit in animo Salomon facere in domo Domini, & in domo sua, prosperatus est. Et apparuit Dominus ipsi Salomon nocte, & dixit ei: Audiui deprecationem tuā, & elegi in loco hoc mihi in domum sacrificij. Si cohibuero cælum, & non fuerit facta pluuia, et si mādauero locustæ deuorare lignum, & si misero mortem in populo meo, & δ si confusus fuerit populus meus, super quos inuocatum est nomen meum super eos, & deprecati fuerint, & quæsierint faciem meam, et auerterint se à vijs suis
E malis; et ego exaudiam de cælo, et propitius ero peccatis eorum, et sanabo terram eorum. Et nunc oculi mei erunt aperti, et aures meæ exaudientes ad deprecationem loci huius. Et nunc elegi, et sanctificaui domum hāc, vt sit ibi nomen meum vsque in seculum: et erunt oculi mei, et cor meum ibi omnibus diebus. Et tu, si ambulaueris corā me, sicut Dauid pater tuus, et feceris secundum omnia, quæ mandaui tibi, et præcepta mea, et iudicia mea custodieris; et suscitabo thronum regni tui, sicut disposui Dauid patri tuo, dicens: nō auferetur tibi Dux vir in Israel. Et, si auerteritis vos, et dereliqueritis præcepta mea, et mandata mea,

mea, quæ dedi ante vos, et iueritis, et seruieritis Dijs alijs, et adoraueritis eos; A
et auferam vos, de terra, quam dedi ᵉ eis: et domum hanc, quam sanctificaui nomini meo, auertam à facie mea, et dabo eam in parabolã, et in narrationem in omnibus gentibus. Et domus hæc excelsa, omnis transiens eam stupebit, et dicet: cuius gratia fecit Dominus terræ huic, et domui huic? Et dicent: quoniã dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos e terra Ægypti: et susceperunt Deos alios, et adorauerunt eos, et seruierunt eis: et propter hoc induxit super eos omne malum hoc.

α Ipsius Dauid.] *Compl. & Theodoretus,* ἃ ἐποίησεν Δαυίδ, quæ fecit Dauid. *Ex quo colligit Theodoretus psalmum esse ipsius Dauid.* β Manaa.] *Compl.* τὰς θυσίας, sacrificia: *quod est interpretatio illius.* γ Festiuitatem.] *Eadem,* καὶ τὴν ἑορτὴν ἑπτὰ ἡμέρας, & festiuitatem septem diebus. δ Si confusus fuerit.] *Idest humiliauerit se præ verecundia: quod satis respondet hebræo. Compl.* ἐντραπῇ με, reueritus fuerit me, *aut, vt ipsi interpretantur,* conuertatur ad me. ε Eis.] *Ita hebræus. Compl.* ὑμῶν, vobis, *vt vulgata.* B

CAP. VIII.

ET factum est post viginti annos, in quibus ædificauit Salomon domum Domini, & domum suã; & ciuitates, quas dedit Chiram Salomoni, ædificauit eas Salomon, & habitare fecit ibi filios Israel. Et venit Salomon in ᵅ Bæsoba, & obtinuit eam. Et ædificauit Thoedmor in deserto, & omnes C
ciuitates munitas, quas ædificauit in Hemath. Et ædificauit Bæthoron superiorem, & Bæthoron inferiorem, ciuitates munitas, ᵝ mœnia, portæ, & vectes, & ipsam Balaath, & omnes ciuitates munitas, quæ erant Salomoni: & omnes ciuitates curruum, & ciuitates equitum: & quæcumque concupiuit Salomon secundum ᵞ desiderium ædificare in Hierusalem, & in Libano, & in omni regno suo. Omnis populus residuus de Chettæo, & Amorræo, & Pherezæo, & Euæo, & Iebusæo, qui non sunt de Israel, sed erant de filijs eorum, qui remanserant post eos in terra, quos non exterminauerant filij Israel; & adduxit eos Salomon in tributum vsque in diem hanc. Et de filijs Israel non dedit Salomon in pueros D
ᵟ regno suo: quoniam ecce viri bellatores, & ᵉ principes, & potentes, & principes curruum, & equitum. Et hi principes ex ijs, qui adstabant regi Salomon, quinquaginta & ducenti exactores operum in populo. Et filiam Pharaonis adduxit Salomon de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei: quoniam dixit: Non habitabit vxor mea in ciuitate Dauid regis Israel, quoniam ᶻ sancta est, quo intrauit illuc arca Domini. Tunc obtulit Salomon holocaustomata Domino super altare, quod ædificauit Domino e regione templi iuxta verbũ diei in die, ad offerendum iuxta mandata Moysi in sabbatis, & in mensibus, & in festiuitatibus, tribus tẽporibus anni, in festiuitate azymorũ, & in festiuitate hebdomadarũ, & in festiuitate tabernaculorum. Et statuit iuxta indiciũ Dauid patris sui distributiones sacerdotum, ᵑ & secundum ministeria eorum. E
Et Leuitæ super custodias suas, ad laudandum, et ministrandum coram sacerdotibus iuxta verbum diei in die. Et ianitores secundum distributionem ad portam, et portam: quoniam ita mandata Dauid hominis Dei. Non transgressi sunt mandata regis de sacerdotibus, et Leuitis in omni verbo, et in thesauris. Et paratum fuerat omne opificium, a qua die fundata est, ᶿ quoadusque perfecit Salomon domum Domini. Tunc abijt Salomon in Casion Gaber, et in

Ælath

A Ælath maritimam in terra Idumæa. Et misit Chiram in manu puerorum suorum nauigia, & pueros scientes mare: & abierunt cum pueris Salomon in Sophira: & tulerunt inde quadringenta & quinquaginta talenta auri: & ι venerunt ad regem Salomon.

α In Bæsoba.] *Alii, εἰς αἰμὰθ σωβὰ al. συβὰ, quod vulgata,* in Emath Suba: *& in Compl. sequitur,* καὶ κατίσχυσεν ἐπ᾽ αὐτήν, & præualuit super eam. β Mœnia, portæ, & vectes.] *Eadem,* τείχεσι πύλαις, καὶ μοχλοῖς, mœnibus, portis, & vectibus. γ Desiderium.] *Eadem addit* αὐτοῦ, suum: *quod non est in hebræo: sed in eo alius verborum ordo.* δ Regno suo.] *Eadem,* εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ad omnia opera sua in regno suo: *ac fortasse sunt duæ interpretationes ortæ ex ambiguitate vocis hebraicæ, quæ paruo discrimine potest significare opus, & regnum.* ε Et principes, & potentes.] *Alii,* καὶ ἄρχοντες δυνατοὶ ἁρμάτων, & principes potentes curruum. *Compl.* καὶ ἄρχοντες τριστατῶν αὐτοῦ δυνατοί, καὶ ἄρχοντες ἁρμάτων αὐτοῦ καὶ ἱππέων αὐτοῦ, & principes tristarum eius potentes, & principes curruum eius, & equitum eius. ζ Sancta est.] *Græce est,* ἅγιος, *& ita apud Theodoretum: sed apud illum in proxime præcedentibus pro,* ciuitate, *est* οἴκῳ, domo, *vt vulgata: & cum ea dictione optime conuenit* ἅγιος, *quare in nostra erit subintelligenda. Compl. habet* πόλει *&* ἁγία.

B η Et secundum ministeria.] *Hebræus non babet illud,* &. *Compl. autem,* καὶ τὰς λειτουργίας αὐτῶν, καὶ τοὺς λευίτας, & ministeria eorum, & Leuitas. θ Quoadusque perfecit.] *Compl.* καὶ ἕως οὗ ἐτελειώθη, ἕως οὗ ἐτελείωσε, & quoadusque perfecta est, quoadusque perfecit. ι Venerunt.] *Eadem,* ἤνεγκαν, attulerunt.

CAP. IX.

ET regina Saba audiuit nomen Salomon, & venit ad tentandum Salomõ
C in ænigmatibus in Hierusalem in virtute graui: & cameli portantes aromata in multitudine, & aurum, & lapidem preciosum. Et venit ad Salomon, & locuta est ad eum omnia, quæcumque erant in anima sua. Et annunciauit ei Salomon omnia verba eius: & non præterijt verbum a Salomon, quod nõ annunciarit ei. Et vidit regina Saba sapientiã Salomon, & domũ quã ædificauit, & cibaria mensarũ, & sessionem puerorum eius, & stationem ministrorum eius, & vestem eorum, & pincernas eius, & ornatũ eorum, & holocaustomata, quæ offerebat in domo Domini, α & extra se facta est. Et dixit ad regem: Verus est sermo, quem audiui in terra β mea de verbis tuis, & de sapientia tua. Et nõ
D credidi sermonibus, quoadusque veni, & viderunt oculi mei: & ecce non est annunciatum mihi dimidium multitudinis sapientiæ tuæ: adiecisti super auditionẽ, quam audiueram. γ Beati viri tui, beati pueri tui, qui assistunt tibi semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus; qui voluit in te, ad dandum te super thronum suum in regem Domino Deo tuo. In diligendo Dominum Deum tuum, ipsum Israel, ad statuendum eum in seculum, & dedit te super eos in regem, ad faciendum iudicium, & iustitiam. Et dedit regi cẽtum viginti talenta auri, & aromata in multitudine plurima, & lapidem pretiosum. Et non fuit iuxta aromata illa, quæ dedit regina Saba regi Salomon.
E Et pueri Salomon, & pueri Chiram afferebant aurum Salomoni de Suphir, & ligna δ pinea, & lapidem pretiosum. Et fecit rex ligna pinea, ascensiones domui Domini, & domui regis, & citharas, & nablas cantoribus. Et non apparuerant talia antea in terra Iuda. Et rex Salomon dedit reginæ Sabà omnia desideria eius, quæ postulauit, præter omnia, quæ attulerat regi Salomon. Et reuertit in terram suam. Et fuit pondus auri allati ad Salomon in anno vno, sexcenta sexaginta talenta auri præter subiectos, & mercatorum, ε quæ afferebant. Et de omnibus regibus Arabiæ, et satraparum terræ, omnes afferebant aurum, et argentum regi Salomon. Et fecit rex Salomon ducenta scuta aurea ductilia: sexcenti

centi aurei puri inerant in vno scuto: et trecentos clypeos ductiles aureos; A
ζ trecentorum aureorum ascendebat super clypeum vnumquemque. Et dedit eos rex in domo syluæ Libani. Et fecit rex thronum de elephantinis dentibus magnum: et deaurauit eum auro probato: et sex gradus throno η illigati auro, et brachiola hinc, et hinc super thronum sessionis: et duo leones stantes apud brachiola: et duodecim leones stantes ibi super sex gradus hinc, et hinc. Non factum est sic in omni regno. Et omnia vasa regis Salomon ex auro, et omnia vasa domus syluæ Libani auro inclusa. Non fuit argentum reputatum in diebus Salomon ad quicquam. Quoniam nauis regi ibat in Tharsis cum pueris Chiram: semel per tres annos veniebant nauigia e Tharsis referta auro, et argē- B
to, et dentibus elephantinis, & θ simijs. Et magnificatus est Salomon super omnes reges & diuitijs, & sapientia. Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomon ad audiendum sapientiam eius, quam dederat Dominus in corde eius. Et ipsi afferebant, vnusquisque dona sua, vasa argentea, & vasa ι aurea, & vestem stactem, & suauitates, equos, & mulos, quod per annum annum. Et fuerunt Salomoni quatuor mille fœminæ equæ ad currus, & duodecim millia equitum: & posuit eos in ciuitatibus curruum, & cum rege in Hierusalem. Et fuit Dux omnium regum a flumine, & vsque ad terram alienigenarum, & vsque ad fines Ægypti. Et dedit rex κ aurum, & argentum in Hierusalem, tanquam lapides C
& cedros, tanquam sycomoros, quæ in campestri, in multitudine. Et exitus equorum ex Ægypto ipsi Salomon, & ex omni terra. Et reliqua verba Salomon prima, & nouissima, ecce hæc scripta in sermonibus Nathan prophetæ, & in sermonibus Achia Selonitæ, & in visionibus Ioel videntis contra Hieroboam filium Nabath. Et regnauit Salomon super omnem Israel quadraginta annos. Et dormiuit λ Salomon: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid patris eius. Et regnauit Roboam filius eius pro eo.

α Et extra se facta est.] *Compl.* καὶ ἐκ ἦν ἐν αὐτῇ ἔτι πνεῦμα, & non fuit in ea vltra spiritus. β Mea.] *In Compl additur,* περὶ σοῦ, καὶ de te, &: *sed non in hebræo.* γ Beati viri tui.] *Sic etiam vulgata. Compl. autem* μακάριαι αἱ γυναῖκές σου, beatæ vxores tuæ. δ Pinea.] πεύκινα, *quod ex Iosepho videtur agnoscere Theodoretus. Inquit enim ligna* ἀρχεύθινα *ipsum dixisse* πεύκινα *Vulg.* thyina. *Alii ex hebræo,* coralliorum. ε Quæ afferebant Et de omnibus regibus.] *Compl.* οἱ ἔμποροι, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς Ἀραβίας, καὶ σατράπαι τῆς γῆς ἔφερον, qui afferebant. Et omnes reges Arabiæ, & satrapæ terræ afferebant, &c. ζ Trecentorum aureorum ascendebat.] *Videtur subintelligendum,* pondus, *aut quiddam eiusmodi, Compl.* τριακόσιοι χρυσοῖ ἀναβαίνοντες, trecenti aurei ascendentes. η Illigati.] ἐνδεδεμένοι. *In aliis* ἐνδεδυμένοι χρυσίῳ, induti auro, *hebræus non habet: sed in ipso sequitur, quod est in Compl.* καὶ ὑποπόδιον ἐνδεδεμένον ἐν χρυσῷ τῷ θρόνῳ, & scabellum suppositum in auro throno. θ Simijs.] *In Compl. additur,* καὶ ὀδόντων, *quod in vulgata,* & pauos. ι Aurea.] *Compl. addit* ὅπλα arma, *vt vulgata.* κ Aurum, &c.] *Abest à Compl. & vulgata.* λ Salomon.] *Eadem addunt,* μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, cum patribus suis. D

CAP. X.

ET venit Roboam in Sychem: quoniam in Sychem veniebat vniuersus Israel ad regem faciendum eum. Et factum est, vt audiuit Hieroboam filius Nabat (& ipse in Ægypto, sicut fugerat a facie Salomon regis, & habitauerat Hieroboam in Aegypto,) & reuertit Hieroboam ex Aegypto. Et miserunt, & vocauerunt eum. Et venit Hieroboam, & omnis Ecclesia ad Roboam, dicentes: Pater tuus indurauit iugum nostrum: & nunc remitte de seruitute patris tui dura, & de iugo eius graui, quod dedit super nos: & seruiemus tibi. Et E

A dixit eis: Ite vſque ad tres dies, & venite ad me. Et abijt populus. Et congregauit rex Roboam ſeniores, qui ſtabant corã Salomon patre eius, in viuẽdo eum, dicens: Quomodo vos conſulitis reſpondere populo huic verbum? Et locuti ſunt ei dicentes: Si hodie fueris ad bonum populo huic, & bene placueris, & locutus fueris eis verba bona; & erunt tibi pueri omnibus diebus. Et reliquit conſilium ſeniorum, qui conſuluerant ei: & conſuluit cum pueris, qui nutriti fuerant cum eo, qui ſtabant coram eo. Et dixit eis: Quid vos conſulitis, & reſpondebo verbum populo huic, qui locuti ſunt ad me, dicentes, Remitte de iugo, quod dedit pater tuus ſuper nos? Et locuti ſunt ei pueri enutriti cum eo, dicen-

B tes: Sic loqueris populo, qui locutus eſt ad te, dicens, Pater tuus aggrauauit iugum noſtrum, & tu remitte a nobis: Sic dices: Paruus digitus meus craſsior lumbo patris mei. Et nunc pater meus caſtigauit vos iugo graui: & ego adijciam ſuper iugum veſtrum. Pater meus caſtigauit vos flagellis: & ego caſtigabo vos in ſcorpionibus. Et venit Hieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat rex, dicens: Reuertite ad me in die tertia. Et reſpondit rex dura: & dereliquit rex Roboam conſilium ſeniorum: & locutus eſt ad eos iuxta conſilium iuniorum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum veſtrum: & ego adijciam ſuper illud. Pater meus caſtigauit vos in flagellis: & ego caſtigabo vos in

C ſcorpionibus. Et non audiuit rex populum: quoniam erat euerſio a Deo, [α] dicens: Suſcitauit Dominus verbum ſuum, quod locutus eſt in manu Achiæ Selonitæ de Hieroboam filio Nabat, & [β] omni Iſrael: quoniã non audiuit rex eos. Et reſpondit populus ad regem, dicens: Quæ noſtra pars in Dauid, & hæreditas in filio Ieſſæ? Ad tabernacula tua Iſrael. Nunc vide domum tuam Dauid. Et iuit omnis populus ad tabernacula ſua. Et uiri Iſrael [γ] & habitantes in ciuitatibus Iuda, & [δ] regem fecerunt ſuper ſe Roboam. Et miſit ſuper eos Roboam rex Adoniram, qui ſuper tributum: & lapidauerunt eum filij Iſrael lapidibus: & mortuus eſt. Et rex Roboam feſtinauit aſcendere in currum, ad fugiendum in

D Hieruſalem. Et præuaricatus eſt Iſrael in domo Dauid vſque in diem hanc.

[α] Dicens ſuſcitauit.] *Compl.* ἵνα ἀναστήσῃ. *Theodoretus,* ἵνα στήσῃ, vt ſuſcitaret, *vel* firmaret. [β] Et omni Iſrael: quoniam.] *Compl.* καὶ πᾶς Ἰσραὴλ εἶδεν, ὅτι, Et omnis Iſrael vidit, quoniam. [γ] Et habitantes.] *Iſtud, &, abeſt à Compl. & vulgata.* [δ] Et regem.] *Item iſtud, &: ſed hoc loco hebræus habet, licet paululum diuerſa conſtructione. In aliis autem libris eſt,* ἐβασίλευσαν ἐφ' αὐτῶν τὸν Ἱεροβοάμ, regem fecerunt ſuper ſe Hieroboam.

CAP. XI.

E ET venit Roboam in Hieruſalem, & conuocauit Iudam, & Beniamin centum octuaginta millia iuuenum facientium bellum: [α] Et bellabat aduerſus Iſrael ad reſtituendum regnum ipſi Roboam. Et factum eſt verbum Domini ad Samæam hominem Dei, dicens: Dic ad Roboam filium Salomon, & omnem Iudam, & Beniamin, dicens: Hæc dicit Dominus: Non aſcendetis, & non bellabitis aduerſus fratres veſtros. Reuertite vnuſquiſque in domũ ſuam: quoniam à me factum eſt verbum hoc. Et obedierunt verbo Domini, & conuerſi ſunt à non eundo ſuper Hieroboam. Et habitauit Roboam in Hieruſalem: & ædificauit ciuitates munitas in Iudæa: & ædificauit Bethleem, & Atan, et Thecoe, et Bæthſurà, et Socchoth, et Odollam, et Geth, et Meriſan, et Ziph,

et Adoræ,

et Adoræ, et Lachis, et Azeca, et Saraa, et Aelom, et Chebron, quæ est Iuda, et A
Beniamin, ciuitates muratas. Et muniuit ipsas muratas, et dedit in eis duces, et cellaria cibariorum, oleum, et vinum, ad ciuitatem, et ad ciuitatem scuta, et lanceas. Et confortauit eas in multitudine valde. Et fuerunt ei Iuda, et Beniamin. Et sacerdotes, et Leuitæ, qui erant in omni Israel, conuenerunt ad eum ex omnibus finibus: quoniam dereliquerunt Leuitæ tabernacula possessionis suæ, et iuerunt ad Iuda in Hierusalem: quoniam eiecit eos Hieroboam, et filii eius, ad non ministrandum Domino. Et constituit sibi sacerdotes excelsorum, et idolis, & vanis, & β vitulis, quæ fecit Hieroboam. Et eiecit γ eos, de tribubus Israel, qui dederant cor suum ad quærendum Dominum Deum Israel. Et ve- B
nerunt in Hierusalem sacrificare Domino Deo patrum suorum: & confortauerunt regnum Iuda. Et confortauit Roboam δ filiũ Salomon ad annos tres: quoniam iuit in vijs Dauid, & Salomon annos tres. Et accepit sibi Roboam vxorem Moolath filiam Hierimuth filij Dauid, & Abigæam filiam Heliab, qui ipsius Iessæ. Et peperit ei filios, Ieus, & Samoria, & Zaã. Et post hæc accepit sibi Maachà filiam Abessalom: & peperit ei Abià, & Ietthì, & Zezà, & Salemoth. Et dilexit Roboam Maachà filiam Abessalom super omnes vxores suas, & concubinas suas: quoniam vxores decem octo habuit, & concubinas sexaginta. Et genuit filios viginti & octo, et filias sexaginta. Et constituit in principem Abià filium C
Maachà, in ducem in fratribus eius: quoniam regem facere cogitabat eum. Et creuit supra omnes filios eius ε in omnibus finibus Iuda, et Beniamin, et in ciuitatibus munitis: et dedit ζ eis alimenta, multitudinem plurimam: et petiuit multitudinem vxorum.

α Et bellabat.] *Compl.* τοῦ πολεμῆσαι, ad bellandum. β Vitulis, quæ fecit.] *Theodoretus,* καὶ ταῖς δαμάλεσιν, αἷς (*Compl.* ἃς) ἐποίησεν Ἱεροβοάμ, & iuuencis, quas fecerat Hieroboam. γ Et eiecit eos.] *Compl.* & eiecit Leuitas. *Sed hæc absunt ab hebræo: & Theodoretus ita scribit.* Secuti autem sunt sacerdotes ipsos, & Leuitas, etiam ex alijs tribubus. Inquit enim, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτῶν ζητοῦσαι κύριον τὸν θεὸν Ἰσραήλ. καὶ ἦλθον εἰς Ἱερουσαλὴμ θῦσαι τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ κατισχῦσαι τὴν βασιλείαν Ἰούδα. Abierunt post eos ad quærendum Dominum Deum Israel: & venerunt in Hierosolyma sacrificare Domino Deo patrum suorum, & con- D
fortare regnum Iuda. *Lucifer lib. 1. pro S. Athanasio,* & proiecit eos à filijs Israel, & à tribubus Israel, qui dederunt cor suum quærere Dominum Deum Israel. δ Et confortauit Roboam filium.] *Vulgata ex hebræo,* & confirmauerunt. *Alij autem,* ὁ τοῦ Σαλωμών, *aut* υἱὸς Σαλωμῶντος, & inualuit filius Salomonis. ε In omnibus.] *Fortasse subintelligendum est,* qui filij dispersi erant in omnibus, &c. *Compl.* καὶ ἐν πᾶσι, Et in omnibus, &c. ζ Eis.] αὐταῖς, *quasi referatur ad ciuitates. Alij,* ἐν αὐταῖς, in eis. *Compl.* ἐν αὐτοῖς, *ac fortasse vera lectio est,* αὐτοῖς, *idest,* filijs.

CAP. XII.

ET factum est, vt paratum fuit regnum Roboam, & ut inualuit; dereliquit mãdata Domini, & omnis Israel cum eo. Et factum est in anno quinto regni Roboam, ascẽdit Susacim rex Ægypti super Hierusalem (quoniam peccauerunt coram Domino) in mille et sexcentis currubus, et sexaginta millibus equorum. Et non erat numerus multitudinis, quæ venit cum eo de E
Aegypto, Libes, α Trogoditæ, et Aethiopes. Et obtinuerunt ciuitates munitas, quæ erant in Iuda, et venerunt in Hierusalem. Et Samæas propheta venit ad Roboam, et ad principes Iuda, qui congregati fuerant in Hierusalem a facie Susacim: et dixit eis: Sic dixit Dominus: Vos dereliquistis me: et ego dereliquã vos in manu Susacim. Et confusi sunt principes Israel, et rex, et dixerunt: Iustus est Do-

A est Dominus. Et cum videret Dominus, quia confusi sunt; & factum est verbum Domini ad Samæam, dicens: Confusi sunt; non disperdam eos: & dabo β eos, quasi paululum ad salutem: & non stillabit furor meus in γ Hierusalem: quoniam erunt in δ pueros: & cognoscent seruitutem meam, & seruitutem regni terræ. Et ascendit Susacim rex Ægypti super Hierusalem: & cepit thesauros qui in domo Domini, & thesauros qui in domo regis, omnia cepit. Et cepit scuta aurea, quæ fecerat Salomon. Et fecit rex Roboam scuta ænea pro eis: & constituit super eum. ε Susacim principes cursorum, custodientes portam regis. Et fiebat, in ingrediendo regem in domum Domini ingrediebãtur custodes, &
B cursores, & qui reuertebant in obuiam cursorum. Et cũ ipse confusus esset; auersus est ab eo furor Domini, & non ad perditionem in finem. Nam & in Iuda fuerunt verba bona. Et inualuit rex Roboam in Hierusalem, & regnauit. Et quadraginta & vnus annorum Roboam, cum ipse regnauit: & septem & decem annos regnauit in Hierusalem, in ciuitate, quam elegit Dominus ad cognominãdum nomen suum ibi de omnibus tribubus filiorum Israel. Et nomen matris eius Noomma Ammanites Et fecit malum; quoniam non direxit cor suum ad exquirendum Dominum. Et verba Roboam prima, & nouissima, nonne ecce scripta in verbis Samææ prophetæ, & Addò ζ videntis, & actiones eius? Et
C Roboã impugnauit Hieroboã omnibus diebus. Et mortuus est Roboã cũ patribus suis. & sepultus est in ciuitate Dauid. Et regnauit Abià filius eius pro eo.

α Trogodytæ.] *Plerique alii*, τρωγλοδύται, *&* *vulgata*, Troglodytæ. β Eos, quasi paululum.] *Compl.* αὐτοὺς ὡσεὶ μικρὸν eis quasi paululum. *Theodoretus*, αὐτοὺς ὡς εἰς μικρὸν, eos quasi ad pusillum quid. *Et addit, pro eo quod est*, scintillam benedictionis orbis in eis conseruabo. γ Hierusalem.] *Theodoretus, & Compl. addunt*, ἐν χειρὶ Σουσακεὶμ, *aut* Σουσὰκ, *quod vulgata*, per manum Sesac. δ Pueros.] *Iidem*, δούλους, seruos. ε Et constituit super eum Susacim.] *In quibusdam additur*, rex Ægypti. *Sed Compl. respondens hebræo, et vulgatæ longe aliter habet*, καὶ κατέστησεν ἐπὶ χεῖρας ἀρχόντων τῶν παρατρεχόντων τῶν φυλασσόντων τὰς θύρας οἴκου τοῦ βασιλέως. καὶ ἐγένετο ἀπὸ ἱκανοῦ ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι τὸν βασιλέα εἰς οἶκον κυρίου, εἰσεπορεύοντο καὶ οἱ παρατρέχοντες, καὶ ἐλάμβανον τοὺς θυρεούς, καὶ ἀπεκαθίστων εἰς τὴν τάξιν τῶν παρατρεχόντων. καὶ ἐν τῷ ἐντραπῆναι τὸν βασιλέα. Et constituit ad manus principũ cursorum custodientium portas domus regis. Et fiebat ex multo tempore (*aut* vsu, *hebræus habet*, à tempore) in ingrediendo regem in domum Domini, ingrediebantur & cursores, & sumebant clypeos, & refe-
D rebant ad locum cursorum. Et cum rex esset confusus, &c. ζ Videntis.] *Theodoretus & Compl. addunt*, τοῦ γενεαλογῆσαι, in genealogia describenda: *quod in vulgata videtur esse*, & diligenter exposita.

CAP. XIII.

IN octauo & decimo anno regni Hieroboam regnauit Abia super Iudam: tres annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Maacha filia Vriel de Gabaon. Et bellum fuit inter Abia, & inter Hieroboam. Et instruxit α Abia in virtute, bellatoribus virtutis, quadringentis millibus virorum potentium. Et Hieroboam instruxit aduersus eum prælium in octingentis millibus: potentes bellatores virtutis. Et surrexit Abia a monte Somoron, qui est in monte Ephræm, & dixit: Audite Hieroboam, & omnis Israel: Nonne vobis nos-
E se, quia Dominus Deus Israel dedit regem super Israel in seculum ipsi Dauid, & filijs eius, β testamento salis? Et surrexit Hieroboam filius Nabat, puer Salomonis ipsius Dauid: et recessit à domino suo. Et congregati sunt ad eum viri pestilentes, filij iniqui, et γ surrexit aduersus Roboã, qui Salomonis: et Roboã erat iunior, & timidus corde: & non restitit ad faciẽ eius. Et nunc vos dicitis resistere ad faciem regni Domini per manum filiorum Dauid. Et vos multitudo plurima: & vobiscum δ vituli aurei, quos fecit vobis Hieroboam in Deos. An non eiecistis sacerdotes Domini filios Aaron, et Leuitas, & fecistis vobis sacer-

dotes de populo terræ [a] vniuersæ? Qui accedit implere manus in vitulo de bo A
bus, & arietibus septem; et factus est in sacerdotem ei, qui non est Deus. Et nos
Dominum Deum nostrum non dereliquimus: et sacerdotes eius ministrant Do
mino, filij Aaron, et Leuitæ: et in vicibus suis adolent Domino holocaustoma
[ζ] mane, et vesperi, et thymiama compositionis, et propositiones panum super
mensam mundam: et candelabrum aureũ, et lucernæ [η] accensionis ad accen-
dendum vesperi: quoniam custodimus nos custodias Domini Dei patrum no-
strorum. Et vos dereliquistis eum. Et ecce nobiscum in principio Dominus, et
sacerdotes eius, et tubæ significationis ad significandum super [θ] nos. Filij Israel
nolite bellare aduersus Dominum Deum patrum nostrorum, quia non prospe- B
re succedet vobis. Et Hieroboam [ι] conuertit insidias ad veniendũ ei à poste-
rioribus: et factus est ante Iuda, et insidiæ à posterioribus. Et conuertit se Iudas,
et ecce eis prælium ab anterioribus, et à posterioribus, et clamauerunt ad Do
minum: et sacerdotes clarexerunt tubis. Et [κ] clamauerunt viri Iuda. Et factum
est in clamando viros Iuda, et Dominus percussit Hieroboã, et Israel corã Abià,
et Iuda. Et fugerunt filij Israel à facie Iuda: et tradidit eos Dominus in manus eo-
rum: et percussit in eis Abià, et populus eius plagam magnam, et ceciderũt vul
nerati de Israel quingenta millia viri potentes. Et humiliati sunt filij Israel in
die illa: et inualuerunt filij Iuda, quoniam sperauerunt super Dominum Deum C
patrum suorum. Et persecutus est Abià post Hieroboam: et cepit ab eo ciuita-
tes, Bæthel, et pagos eius, et Iesyna, et pagos eius, et Ephron, et pagos eius. Et
non habuit fortitudinem Hieroboam vltra omnibus diebus Abià, et percussit
eum Dominus, et mortuus est. Et inualuit Abià, et accepit sibi vxores quatuor-
decim: et genuit filios viginti duos, et sexdecim filias. Et reliqua verba Abià, et
actiones eius, et verba eius scripta [λ] in libro prophetæ Addò.

[α] Abià] *In aliis additur* τὸν πόλεμον, *prælium.* [β] Testamento Salis.] *Sic hebræus. Compl.* εἰς διαθήκην ἁλός, *quod vulgata*, in pactum Salis. *Theodoretus* διαθήκην ἁλὸς αἰωνίαν, testamentum salis sempiternum: *& explanat, quid istud sit.* [γ] Surrexit.] *Alii* ἀντέστη, ex aduerso stetit. *Alii*, καὶ ἐνίσχυσεν ἐπὶ Ῥοβοάμ, & inualuit super Roboam. *Compl.* καὶ ἐνίσχυσαν, *quod vulg.* & præualuerunt. [δ] Vituli.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. autem,* δαμάλεις, iuuencæ. [ε] Vniuersæ. Qui accedit.] *Compl.* πᾶς ὁ προσπορευόμενος, omnis qui accedit. [ζ] Mane, & vesperi.] *Eadem*, mane mane, & vesperi vesperi: *quemadmodum etiam interdum in sequentibus.* [η] Accensionis.] *Eadem* αὐτῆς, eius, *vt vulgata.* [θ] Nos.] *Eadem* ὑμᾶς, vos. [ι] Conuertit.] *Compl.* περιεκύκλωσε τὸ ἔνεδρον ἐλθεῖν κατὰ νώτου αὐτῶν, καὶ ἦσαν ἔμπροσθεν ἰούδα, circumdedit insidias ad veniendum à tergo eorum. Et fuerunt ante Iudam, &c. [κ] Clamauerunt.] *Etiam hebræus habet in numero multitudinis. Compl.* ἠλάλαξεν ἀνὴρ ἰούδας, vociferatus est vir Iudas. *Verbum quidem istud videtur agnoscere etiã Theodoretus.* [λ] In libro.] *Compl.* ἐπὶ βιβλίῳ ἐν τῇ ἐκζητήσει, super librum in exquisitione, *quod vulgata*, diligentissime. D

CAP. XIV.

ET [a] mortuus est Abià cum patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate
Dauid. Et regnauit Asà filius eius pro eo. In diebus Asà quieuit terra Iu-
da decem annos: & fecit bonum, & rectum coram Domino Deo suo. Et E
remouit altaria alienorum, & excelsa, & contriuit statuas, & excidit lucos, &
dixit ipsi Iuda exquirere Dominum Deum patrum suorum, & facere legem, &
mandata. Et remouit de omnibus ciuitatibus Iuda altaria, & idola. Et pacem
habuit [β] ciuitates munitas in terra Iuda, [γ] quoniam pacem habuit terra: & non
fuit ipsi prælium in annis his: quoniam quietem dedit Dominus ei. Et dixit
ad Iudã: Ædificemus ciuitates has, & faciamus mœnia, & turres, & portas, & se
ras [δ] corã terra dominabimur: quoniã sicut exquisiuimus Dominũ Deũ nostrũ,
exquisi-

A exquisiuit nos: et quiescere fecit nos in circuitu, et ε prospere fecit nobis. Et fuit
virtus ipsi Asà armigerorum leuantium clypeos, et lanceas in terra Iuda trecē-
ta millia, et in terra Benamin peltati, et sagittarij, ducenta, et octuaginta millia:
omnes hi bellatores virtutis. Et egressus est super eos Zarè Æthiops in virtute
in mille millibus, et currubus trecentis: et venit vsque Maresà. Et exiuit Asà
in occursum ei: et instruxit prælium in valle ad Aquilonem Maresà. Et clama-
uit Asà ad Dominum Deum suum, et dixit: Domine non est imposibile apud
te saluare in multis, et in paucis. ζ Conforta nos Domine Deus noster, quoniã
in te confidimus: et in nomine tuo venimus super multitudinem plurimã hanc.
B η Domine Deus noster non præualeat aduersus te homo. Et percusit Domi-
nus Æthiopes coram Iuda: et fugerunt Æthiopes: et persequutus est eos
Asà, et populus eius vsque θ Gedor. Et ceciderũt Aethiopes, ita vt non esset in
eis residuum: quoniam contriti sunt coram Domino, et coram virtute eius. Et
depredati sunt spolia multa: et exciderunt pagos eorũ in circuitu Gedor: quo-
niam factus est pauor Domini super eos. Et depredati sunt omnes ciuitates
eorum, quoniam multa spolia fuerunt eis. Etiam tabernacula ι possessionum,
& ipsos Alimazones exciderunt, et ceperunt oues multas, et camelos: et reuer-
terunt in Hierusalem.

C α Mortuus est.] *Compl.* ἐκοιμήθη, dormiuit, *vt vulgata,* β Pacem habuit. Ciuitates munitas.] *Locus mutilatus in collatis manuscriptis codicibus, in Compl. sic expletur,* καὶ εἰρήνευσεν ἡ βασιλεία ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ᾠκοδόμησεν πόλεις τειχήρεις, & pacem habuit regnũ coram eo. Et ædificauit ciuitates munitas: *quæ optime respondent hebræo.* γ Quoniam pacem habuit terra.] *Hoc abest à Compl. sed non ab hebræo.* δ Coram terra dominabimur.] ἐνώπιον τῆς γῆς κυριεύσομεν. *Alii,* ἐν ᾧ κυριεύομεν τῆς γῆς, dum dominamur terræ. *Ad verbum responderet hebræo, si esset,* ἐν ᾧ ἡ γῆ ἐνώπιον ἡμῶν, dum terra est coram nobis. ε Et prospere fecit nobis.] *Pro his in Compl. est,* καὶ ᾠκοδόμησαν, καὶ εὐωδώθησαν, & ædificauerunt, & prosperati sunt. ζ Conforta nos.] *Eadem,* οἷς οὐκ ἔστιν ἰσχύς. βοήθησον ἡμῖν, quibus non est fortitudo. Adiuua nos. η Domine Deus noster.] *Eadem addit,* σὺ εἶ ὁ θεὸς, tu es Deus. *Alii,* κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν σὺ εἶ, Dominus Deus noster tu es: *quod optime respondet hebræo.* θ Gedor.] *Theodoretus, & Compl* γέραρα, *& vulgata,* Gerara. ι Possessionum.] κτήσεων. *Aliqui* κτηνῶν, pecorum. *A Theodoreto abest vtrumque: qui etiam pro eo, quod sequitur* ἀλιμαζονεῖς *aut* ἀμαζονεῖς *vt in aliis, ipse habet* ἀμαζονίμ, *& suspicatur fuisse populos quosdam nimirum Lybes. Sed fortasse est vestigium duarum dictionum hebraicarum, quæ significant,* tabernacula pecorum. *Quare in Compl. est tantum,*
D καί γε σκηνὰς κτηνῶν ἐξέκοψαν, etiam tabernacula pecorum exciderunt.

CAP. V.

ET Azarias filius α Oded: factus est super eum spiritus Domini: & egres-
sus est in obuiam Asà, & omni Iuda, & Beniamin, & dixit: Audite
me Asà, & omnis Iuda, & Beniamin: Dominus vobiscum, dum vos
estis cum eo. Et si exquisieritis eum; inuenietur vobis: ac, si dereliqueritis eum,
derelinquet vos. Et dies multi ipsi Israel β in non Deo vero, & non sacerdote
monstrante, & non lege. γ Et conuertet eos ad Dominum Deum Israel; & in-
E uenietur eis. Et in illo δ tempore non est pax egredienti, & ingredienti: quo-
niã pauor ε Domini super omnes, qui habitãt regiones. Et bellabit gẽs aduersus
gentẽ, & ciuitas aduersus ciuitatẽ: quoniã Deus cõturbauit eos in omni tribula
tione. Et vos cõfortamini, & nõ dissoluãtur ζ manus vestræ: quoniã est merces
operationi vestræ. Et in audiẽdo verba hæc, & prophetiã η Adad prophetæ, & cõ
fortatus est, & eiecit abominationes ab omni terra Iuda, & Beniamin, & a ciuita
tibus, quas θ tenuerat Hieroboã in mõte Ephræm: & dedicauit altare Domini,
quod erat ante tẽplum Domini. Et conuocauit Iudam, & Beniamin, & prose-

 lytos

lytos habitantes cum eo de Ephræm, & de Manasse, & de Symeon: quoniã ap- A
positi fuerant ad eũ multi de Israel, in videndo ipsos, quia Dominus Deus eius cũ eo. Et congregati sunt in Hierusalẽ in mense tertio in anno quinto & decimo regni Asà. Et sacrificauit Domino in die illa de spolijs, quæ tulerãt, vitulos septingẽtos, & oues septẽ millia. Et ι transiuit in testamentũ quærere Dominũ Deũ patrum suorum, ex toto corde, & ex tota anima sua: & omnis, quicumque non exquisierit Dominum Deum Israel, morietur, a iuniore vsque ad seniorem, a viro vsque ad mulierem. Et iurauerunt in Domino in voce κ magna, & in tubis, & in corneis. Et lætati sunt omnis Iuda de iuramento: quoniam ex tota anima iurarunt: & in omni voluntate quæsierunt eum, & inuentus est eis: & dedit B
quietem Dominus eis in circuitu. Et Maacha matrem suam remouit, vt non esset ministrans ipsi Astartæ, & concidit idolum, & cõbussit in torrente Cedron. Tantummodo excelsa non remouerunt: adhuc subsistebant in Israel. Sed cor Asà fuit λ plenum omnibus diebus eius. Et intulit sancta μ Dauid patris sui, et sancta domus Dei, argentum, & aurum, & vasa. Et bellum non fuit cum eo vsque ad quintum, & trigesimum annum regni Asà.

α Oded.] *Sic etiam Theodoretus. Alii libri,* Adad. *Vulgata,* Obed. β In non Deo.] ἐν οὐ θεῷ. *Ita etiam Theodoretus. Compl.* ἄνευ θεοῦ absque Deo. γ Conuertet eos.] *Compl. addit,* ἐν θλίψει, in tribulatione. *Sed Theodoretus hunc locum sic refert,* καὶ καθίσονται ἐν στενώσει, καὶ ἐπιστρέψουσιν ἐν θλίψει ἐπὶ κύριον. Et sederunt in angustia, & conuertentur in tribulatione ad Dominum. δ Illo tempore.] *Theodoretus, & Compl.* ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, in temporibus illis. ε Domini] *Apud eosdem additur,* πολλὰ, multus. ζ Manus.] *Sic etiam in aliquo codice Theodoreti. In alio est,* αἱ ὀσφύες ὑμῶν, lumbi vestri. η Adad.] *In vno codice est,* Addo. *In plerisque* ἀζαρίου Azariæ *Compl.* ὠδήδ, Oded *Initio capitis est,* Azarias filius Oded. *& nunc in vulgata,* Azariæ filij Oded. θ Tenuerat Hieroboam in monte.] *Compl.* ὧν κατέσχεν ἀπὸ ἱεροβοὰμ ἐξ ὄρους, quas ceperat à Hieroboam de monte. *hebraus, & vulgata non habent,* à Hieroboam. ι Transiuit.] *Alii,* διῆλθον, transierunt, venerunt. *Vulgata tamen.* Et intrauit. κ Magna.] *In Compl. additur,* καὶ ἐν ἀλαλαγμῷ, *& vulgata,* in iubilo. λ Plenum.] *Eadem,* τελεία, perfectum, *vt vulgata.* μ Dauid patris sui, & sancta domus Dei.] *Eadem,* τῶ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἅγια αὐτοῦ, patris sui, & sancta sua. *Vulgata,* quæ vouerat pater suus, & ipse. C

CAP. XVI.

ET in octauo & trigesimo anno regni Asà ascendit rex Israel super Iudam: D
& ædificauit Ramà ad non dandum exitum, & introitum Asà regi Iuda. Et cepit Asà argentum, & aurum de thesauris domus Domini, & domus regis, & misit ad filium Ader α regis Syriæ habitantem in Damasco, dicens: Dispone testamentum inter me & te, & inter patrem meum & inter patrem tuũ. Ecce misi tibi aurum, & argẽtum: Veni, & β dissipa Baasa regem Israel, & abeat à me. Et audiuit filius Ader regem Asà: & misit principes virtutis suæ super ciuitates Israel: & percussit Aion, & Dan, & Abelmain, & omnia adiacentia Nephthali. Et factum est in audiendo Baasa, destitit ab ædificando amplius Rhama,
& omisit opus suum. Et Asà rex accepit omnem Iudam, & cepit lapides Rhama, E
& ligna eius, quæ ædificarat Baasa, & ædificauit in eis Gabae, & Maspha. Et in tempore illo venit Anani propheta ad Asà regem Iuda, & dixit ei: In eo, quod confidisti tu super regem Syriæ, & non confidisti tu super Dominum Deũ tuum; propterea saluata est virtus Syriæ a manu tua. Nonne Æthiopes, & Lybes erant in virtute multa, γ in confidẽtia, in equitibus in multitudine plurima? Et in confidẽdo te super Dominũ tradidit eos in manus tuas? Quoniã oculi Domini respiciũt in omnẽ terrã ad cõfortandũ in δ omni corde pleno erga eũ: Ignorasti in

A ra:ti in hoc: a modo erit tecum bellum. Et Asà indignatus est prophetæ: & deposuit eum in custodiam: quoniam iratus est in hoc. Et vastauit Asà in populo in tempore illo. Et ecce verba Asà prima, & nouissima, scripta in libro regum Iuda, & Israel. Et languit Asà in anno nono & trigesimo regni sui pedibus ε vsque valde languit: & in languore suo non quæsiuit Dominum, sed medicos. Et dormiuit Asà cum patribus suis: & obijt in quadragesimo anno regni sui: & sepelierunt eum in monumento, quod foderat sibi in ciuitate Dauid: & accumbere fecerunt eum super lectum, & impleuerunt aromatibus, & genera vnguentorum vnguentariorum: & fecerunt ei funus magnum ζ vsque valde.

B

α Regis.] *Theodoretus videtur habuisse, βασιλέα, regem.* β Dissipa à me Baasa regem.] *Compl. διασκέδασον τὴν διαθήκην σου τὴν μετὰ Βαασὰ βασιλέως,* dissipa testamentum tuum, quod cum Baasa rege, *quomodo fere 3. reg. 15.* γ In confidentia, in equitibus.] *Eadem, καὶ θάρσος εἰς ἅρματα, καὶ ἵπποις,* & confidentia in curribus & equitibus. δ In omni corde pleno.] *Ita etiam Theodoretus. Compl. μετὰ πάσης καρδίας τελείας,* cum omni corde perfecto. ε Vsque valde languit.] *Eadem, ἕως ἄνω ἡ ἀῤῥωστία αὐτοῦ,* vsque supra infirmitas eius. ζ Vsque valde.] *Eadem, καὶ ἔκαυσαν αὐτῷ καῦσιν μεγάλην ἕως σφόδρα,* & combusserunt eum combustione magna vsque valde.

CAP. XVII.

ET regnauit Iosaphat filius eius pro eo: & inualuit Iosaphat super Israel:
C & dedit virtutem in omnibus ciuitatibus Iuda munitis: & constituit duces in omnibus ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus Ephræm, quas ceperat Asà pater eius. Et fuit Dominus cum Iosaphat: & ambulauit in α vijs patris sui primis: & non exquisiuit idola: sed Dominum Deum patris sui quæsiuit: & in mandatis patris sui ambulauit, & non β sicut opera Israel. Et direxit Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera ipsi Iosaphat: & factæ sunt ei diuitiæ, & gloria multa. Et exaltatū est cor eius in via Domini: & sustulit excelsa, & lucos de terra Iuda. Et in anno tertio anno regni sui, misit duces suos, & filios potentum, Abdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam ad docendū in ciuitatibus Iuda. Et cum eius Leuitæ, Samæas,
D & Nathanias, & Zabdias, & Asiel, & Semiramoth, & Ionathan, & Adonias, & Tobias, & Tobadonias Leuitæ, & γ qui cum eis, Elisamà, & Ioram sacerdotes. Et docuerunt in Iuda: & cum eis liber legis Domini: & transierunt in ciuitates Iuda: & docebant populum. Et factus est pauor Domini super omnia regna terræ in circuitu Iuda: & non bellabant aduersus Iosaphat. Et ab alienigenis afferebant ad Iosaphat munera, & δ argentum, & dona. Et Arabes afferebant ei arietes ouium septem millia ε septingentos. Et fuit Iosaphat procedens ζ maior vsque in sublime: et ædificauit in Iudæa habitationes, et ciuitates munitas: et
E opera multa facta sunt ei in Iudæa. Et viri bellatores, potentes, fortes in Hierusalem: et hic numerus eorum secundum domos patriarum suarum. Et ipsi Iuda Chiliarchi, Ednas princeps, et cum eo filij potentes virtutis, trecenta millia. Et post η eum Ioanan dux: et cum eo ducenta octuaginta millia. Et post eum Amasias, qui ipsius Zari, θ prompte se offerens Domino: et cum eo ducenta millia, potentes virtutis. Et de Beniamin potens virtutis et ι Eliadà, et cum eo sagittarij, et peltati, ducenta millia. Et post eum Iozabad, et cum eo centum octuaginta millia, potentes belli. Hi ministrantes regi, absque ijs, quos dedit rex in ciuitatibus munitis in omni Iudæa.

α Vijs patris sui primis.] *Ita etiam Lucifer lib. 1. pro S. Athan. Alii addunt,* ὁδοῖς Δαυὶδ, vijs Dauid. *Ac Theodoretus quidem videtur legisse,* ἐν ταῖς πρώταις, *& interpretatur,* κατ' ἀρχάς, ab ipso initio. β Sicut opera Israel.] *Lucifer,* & non sic opera Israel. *Compl. & Theodoretus,* καὶ οὐ κατὰ τὰ ἔργα Ἰσραήλ, & non secundum opera Israel. γ Qui.] *Istud, ei, abest à Compl. & Lucifer,* & cum illis. δ Argentum, & dona.] *Ita etiam Lucifer. A Compl. abest istud,* καὶ δόματα. *Vulgata ex hebræo,* argenti vectigal. ε Septingentos.] *Nec plura Lucifer. In aliis codicibus sequitur,* τράγους (*al.* καὶ τράγους) ἑπτακισχιλίους ἑπτακοσίους, *al.* πεντακοσίους, hircos septem mille septingentos, *al.* quingentos. ζ Maior.] *Lucifer,* ambulans magnificatus. *Compl.* προπορευόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, procedens, & magnificatus. η Post eum.] *Ita etiam fere vulgata. Compl.* ἐχόμενοι αὐτοῦ, adhærentes eis: *& sic deinceps.* θ Prompte se offerens.] ὁ προθυμούμενος. *Theodoretus videtur habuisse* ὁ ἑκουσιαζόμενος, *& interpretatur pro eo, qui non pro peccato offert, sed affert munera Deo: de qua varietate alibi dictum est.* ι Potens virtutis, & Eliada.] *Ab hebræo abest illud, &c: nam etiam vulgata,* robustus ad prælia Eliada. *Alii codices,* δυνατοὶ δυνάμει, Ἠλιαδά, potentes virtute, Eliada, &c. A

CAP. XVIII. B

ET factæ sunt ipsi Iosaphat adhuc diuitiæ, & gloria multa: & contraxit affinitatem in domo Achaab. Et descendit in fine annorum ad Achaab in Samariam. Et immolauit ei Achaab oues, & vitulos multos, & populo, qui cum eo: & α diligebat eum, vt simul ascenderet secum in Rhamoth Galaaditidis. Et dixit Achaab rex Israel, ad Iosaphat regem Iuda: Si ibis mecum in Rhamoth Galaaditidis? Et dixit ei: β Sicut ego; ita & tu: sicut populus tuus; & populus meus tecum ad bellum. Et dixit Iosaphat ad regem Israel: Quære nũc hodie Dominum. Et congregauit rex Israel prophetas quadringentos viros: & C
dixit eis: Si ibo in Rhamoth Galaad ad bellum, an cessabo? Et dixerunt: Ascende: & dabit Deus in manus regis: Et dixit Iosaphat: Non est hic propheta Domini adhuc, & inquiremus ab eo? Et dixit rex Israel ad Iosaphat: Adhuc vir vnus ad quærendum Dominum per eum, & ego odi illum: quoniam non est prophetans de me in bona: quoniã omnes dies eius in mala. Hic Michæas filius Iembla. Et dixit Iosaphat: Ne loquatur rex ita. Et vocauit rex eunuchum vnum, & dixit: γ Cito Michæam filium Iembla. Et rex Israel, & Iosaphat rex Iuda sedentes vnusquisque super thronum suum, & induti stolas, sedentes in platea ostij portæ Samariæ. Et omnes prophetæ prophetabant coram eis. Et fecit sibi D
Sedecias filius Chanaan cornua ferrea, & dixit: Hæc dicit Dominus: In his cornupetes Syriam, quoadusque consummata fuerit. Et omnes prophetæ prophetabant sic dicentes: Ascende in Rhamoth Galaad, & prosperaberis, & dabit Dominus in manus regis. Et nuncius, qui fuerat ad vocandum Michæam, locutus est ei, dicens: Ecce locuti sunt prophetæ in ore vno bona de rege. Et sint nunc verba tua, sicut vnius eorum, & loqueris bona. Et dixit Michæas: Viuit Dominus, quoniam quicquid dixerit Dominus ad me, id loquar. Et venit ad regem: & dixit ei rex: Michæa, si vadam in Rhamoth Galaad ad bellum, an cessem? Et dixit: Ascende, & prosperabis, & dabuntur in manus vestras. Et dixit ei rex: E
Quoties adiuro te, vt non loquaris ad me, nisi veritatem in nomine Domini? Et dixit: Vidi Israel dispersos in montibus, tanquam oues, quibus non est pastor. Et dixit Dominus: Non habent ducem isti: reuertantur vnusquisque in domum suam in pace. Et dixit rex Israel ad Iosaphat: Non dixi tibi, quia non prophetat de me bona, sed mala? Et dixit: Non sic: Audite verbum Domini: Vidi Dominum sedentem super thronum suum: & omnis virtus cæli assistebat a dextris eius, & a sinistris eius. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achaab regem Israel, & ascendet, & cadet in Rhamoth Galaad? Et hic dixit sic, & iste dixit sic. Et egressus est

A sus est spiritus, & stetit in conspectu Domini, & dixit: Ego decipiam eum. Et dixit Dominus: In quo? Et dixit: Exibo, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & poteris: egredere, & fac ita. Et nunc ecce dedit Dominus spiritum mendacem in ore prophetarum tuorum horum: & Dominus locutus est super te mala. Et appropinquauit Sedecias filius Chanaan, & percussit Michæam super maxillam, & dixit ei: Quali via transiuit spiritus Domini a me ad loquendum ad te? Et dixit Michæas: Ecce videbis in die illa, in qua ingredieris cubiculum è cubiculo ad latendum. Et dixit rex Israel: Capite Michæam: & reducite ad Emer principem ciuitatis, & ad Ioas
B principem filium regis: & dicetis: Sic dixit rex: Deponite hunc in domum custodiæ: & comedat panem tribulationis; quoadusque reuertam ego in pace. Et dixit Michæas: Si reuertens reuerteris in pace; non est locutus Dominus in me. Et dixit: Audite populi omnes. Et ascendit rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Rhamoth Galaad. Et dixit rex Israel ad Iosaphat: δ Cooperi me, & ingrediar in prælium: & tu induere vestimentum ε meum. Et ζ cooperuit se rex Israel, & intrauit in prælium. Et rex Syriæ mandauit principibus curruum, qui secum, dicens: Ne impugnetis paruum, & magnum, sed regem Israel solum. Et factum est, vt viderunt principes curruum Iosaphat; & ipsi dixerunt: Rex Israel est. Et
C circundederunt eum ad impugnandum. Et clamauit Iosaphat: & Dominus saluauit eum: & auertit eos Deus ab eo. Et factum est, vt viderũt principes curruũ, quia non erat rex Israel; & auerterunt se ab eo. Et vir tetendit arcum bene collimans, & percussit regem Israel inter pulmonem, & inter thoracem. Et dixit aurigæ: Conuerte manum tuam: educ me de prælio, quoniam η laboraui. Et profligatum est prælium in die illa: & rex Israel erat stans super currum ex aduerso Syriæ vsque ad vesperam: & mortuus est occidente Sole.

α Diligebat eum.] *Idest omnibus eum officiis prosequebatur, magnaque beneuolentiæ signa præbebat. Compl.* ἔπεισε τὸν Ἰωσαφάτ, persuasit Iosaphat. β Sicut ego.] *Compl.* ὡς σὺ, οὕτω καὶ ἐγώ, sicut tu, ita & ego. *Simi-*
D *lis varietas notata est. 3. reg. 22.* γ Cito Michæam.] *Aptius hebraicæ locutioni, & imperiis regiis, quam quod in Compl.* τάχεως κάλεσον, cito voca. δ Cooperi me.] κατακάλυψόν με. *Compl.* κατακαλύψομαι, cooperiar, *& nostra etiam 3 reg.* συγκαλύψομαι. ε Meum.] *Compl.* tuum, *quæ varietas etiam 3. reg. notata est.* ζ Cooperuit.] *Eadem* ἠλλοιώθη, mutatus est, mutauit habitum, *vt vulgata.* η Laboraui.] *Eadem* τετραυμάτισμαι, vulneratus sum.

CAP. XIX.

ET reuertit Iosaphat rex Iuda ad domum suam in Hierusalem. Et exiuit in occursum eius Iehù, qui ipsius Anani, propheta. Et dixit ei: α Rex Iosaphat, si peccatori tu auxiliaris, vel ei, qui odio habetur a
E Domino, amicitiam iungis? Propter hoc facta est super te ira Domini. Verumtamen verba bona inuenta sunt in te, quoniam sustulisti lucos a facie Iuda, & direxisti cor tuum ad exquirendum Dominum. Et habitauit Iosaphat in Hierusalem: & rursus exijt ad populum a Bersabee vsque ad montem Ephræm: & redire fecit eos ad Dominum Deum patrum eorum. Et constituit iudices in omnibus ciuitatibus Iuda munitis, in ciuitate, & ciuitate. Et dixit iudicibus: Videte, quid vos facitis: quoniam non homini vos iudicatis, sed Domino: & vobiscum verba iudicij. Et nunc fiat timor Domini super vos, & obseruate, &

uate,& facite: quia non est cum Domino Deo nostro iniustitia, neque admirari personam, neque accipere dona. Et etiam in Hierusalem constituit Iosaphat de sacerdotibus, & de Leuitis, & de patriarchis Israel ad iudicium Domini, & ad iudicandum habitantes in Hierusalem. Et mandauit ad eos, dicens: Sic facietis in timore Domini, in veritate, & in pleno corde, omnis vir, iudiciũ quod venit super vos fratrum vestrorum habitantium in ciuitatibus suis, inter [β] sanguinem sanguinis, & inter præceptum, & mandatum, & iustificationes, & iudicia: & distinguetis eos: & non peccabunt Domino: & non erit ira super vos & super fratres vestros. Sic facietis, & non peccabitis. Et ecce Amarias sacerdos Dux super vos in omne verbum Domini: & Zabdias filius Ismael Dux in domum Iuda ad omne verbum regis: & [γ] scribæ, & Leuitæ ante faciem vestram. [δ] Confortamini, & facite: & erit Dominus cum bono. A B

[α] Rex Iosaphat.] *Sic etiam Theodoretus. Complutensis.* καὶ εἶπεν πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωσαφάτ, & dixit ad regem Iosaphat. [β] Sanguinem sanguinis.] *Aut contra* αἵματος αἷμα, sanguinis sanguinem, *vt nonnulli. Sed Complutensis* αἵματος καὶ αἵματος, sanguinem, & sanguinem. *Lucifer,* inter medium sanguinis, & sanguinis. [γ] Scribæ] *Theodoretus,* γραμματεῖς, vocauit, οἱ διδάσκαλοι, doctores. [δ] Confortamini.] *Theodoretus, & Compl.* ἀνδρίζεσθε, viriliter agite.

CAP. XX.

ET post hæc venerunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de [α] Minæis aduersus Iosaphath ad bellum. Et venerunt, & indicarunt ipsi Iosaphat, dicẽtes. Venit super te multitudo plurima de trans mare a Syria: & ecce sunt in Asasan Thamar, hæc est Engadì. Et timuit, & dedit Iosaphat faciem suã ad exquirendum Dominum: & prædicauit ieiunium in omni Iuda. Et congregatus est Iuda ad exquirendum Dominum: & de omnibus ciuitatibus Iuda venerunt quærere Dominum. Et surrexit Iosaphat in Ecclesia Iuda in Hierusalem in domo Domini ad faciem atrij noui, & dixit: Domine Deus patrum meorum nonne tu es Deus in cælo sursum, & tu dominaris omnium regnorum gentium, & in manu tua fortitudo potentatus, & non est aduersus te resistere? Nonne tu Dominus, qui exterminasti habitantes terram hanc a facie populi tui Israel, & dedisti eam semini Abraham [β] dilecto tuo in seculum? Et habitarunt in ea, & ædificarunt in ea sanctificium nomini tuo, dicentes: Si superuenerint super nos mala, gladius, iudicium, mors, fames; stabimus coram domo hac, & coram te, quia nomẽ tuum in domo hac, & clamabimus ad te de tribulatione, & audies, & saluabis. Et nunc ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir (in quos nõ dedisti ipsi Israel transire per eos, exeuntibus ipsis de terra Ægypti, quoniã declinauerunt ab eis, & non exterminauerũt eos) & nunc ecce ipsi aggrediũtur super nos exire ad ejciendũ nos ab hæreditate nostra, quam dedisti nobis. Domine Deus noster non iudicabis in eis? Quoniã non est nobis fortitudo resistendi aduersus multitudinem plurimam hãc venientẽ super nos: & non nouimus, quid faciamus eis, sed super te oculi nostri. Et omnis Iuda stans ante Dominum, & pueri eorum, & vxores [γ] eorum. Et [δ] ipsi Oziel filio Zachariæ, de filijs Banææ de filijs Eliel Mathaniæ Leuitæ de filijs Asaph factus est super eum spiritus Domini in Ecclesia, & dixit: Audite omnis Iuda, & habitantes in Hierusalẽ, & rex Iosaphat: Hæc dicit Dominus vobis ipsis: Ne timeatis, neque paueatis a facie C D E

turbæ

A turbæ multæ huius: quoniam non vobis est prælium, sed Deo. Cras descendite super eos. Ecce ascendunt secundum ascensionem Asis: & inuenietis eos super extremum fluuij deserti Ieriel. Non vobis est * bellare. Hæc intelligite, & videte salutem Domini vobiscum, Iuda, & Hierusalem. Ne timeatis, ꝣ neque paueatis cras exire in occursum eis: & Dominus vobiscum. Et procumbens Iosaphat in faciem suam, & omnis Iuda, & habitantes Hierusalem, ceciderunt ante Dominum adorare Dominum. Et surrexerunt Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core, laudem dicere Domino Deo Israel in voce magna in sublime: & euigilarunt mane, & exierunt in desertum Thecoe. Et in exeundo ipsos, stetit Iosa-
B phat, & clamauit, & dixit: Audite me Iuda, & habitãtes in Hierusalẽ: Confidite in Domino Deo nostro, & fideles eritis: confidite in * propheta eius, & prosperabimini. Et consuluit cum populo: & statuit psalmorũ cãtores, & laudantes ad confitendum, & laudandum sancta in exeundo ante virtutem, & dicebant: Confitemini Domino, quoniam in seculum misericordia eius. Et in incipiẽdo eos laudationem, & confessionem, dedit Dominus * pugnare filios Ammon super Moab, & montem Seir, qui egressi fuerant super Iudam: & in fugam versi sunt Et surrexerũt filij Ammon, & Moab super habitantes montẽ Seir, ad exterminãdum, et atterendum eos. Et, vt consummauerunt habitantes Seir; surrexe-
C runt in se mutuo* ad exterminãdum. Et Iudas venit super speculã deserti, & inspexit, & vidit multitudinẽ: & ecce omnes mortui iacentes super terrã: nõ erat saluus. Et exijt Iosaphat, & populus eius prædari spolia eorum: & inuenerunt pecora multa, & apparatum, & spolia, & vasa desiderabilia: & prædati sunt in eis. Et facti sunt dies tres, prædantibus ipsis spolia; quoniam multa fuerunt. Et factum est die quarta, coadunati sunt in vallẽ benedictionis: ibi enim benedixerunt Dominum. Propter hoc vocauerunt nomen loci illius, vallis benedictionis vsque in diem hanc. Et reuertit omnis vir Iuda in Hierusalem, & Iosaphat dux eorum in lætitia magna; quoniã lætificauit eos Dominus de inimicis eo-
D rum. Et ingressi sunt in Hierusalem in nablis, & citharis, & in tubis in ꝣ domum Domini. Et factus est pauor Domini super omnia regna terræ in audiendo eos, quia Dominus pugnauit in aduersarios Israel. Et pacem habuit regnum Iosaphat: & quietem dedit ei Deus in circuitu. Et regnauit Iosaphat super Iudam, cum esset annorum triginta quinque in regnando ipsum: & viginti & quinque annos regnauit in Hierusalem: & nomẽ matri eius Azuba filia Salì. Et ambulauit in vijs patris sui Asà: & non declinauit a faciendo rectum coram Domino. Sed & excelsa adhuc subsistebant: & adhuc populus nõ direxit cor suum ad Dominum Deum patrum suorum. Et reliqua verba Iosaphat prima, & vltima ecce scripta in sermonibus Iehù filij Ananì, * qui conscripsit librum regum
E Israel. Et post hæc communicauit Iosaphat rex Iuda erga Ochoziam regem Israel: et * hic inique fecit in faciendo, et * eundo ad eum, ad faciendum nauigia ad eundum in Tharsis. Et fecit nauigia in Gasion Gaber. Et prophetauit Eliezer filius Dodia de Marisa super Iosaphat, dicens: Sicut amicitiam iunxisti Ochoziæ; * quassauit Dominus opus tuum, et contrita sunt nauigia tua: et non potuerunt ire in Tharsis.

* Minæ.]

α Minæis.] *Alii, ἐκ τῶν ἀμμανιτῶν*, de Ammanitis. β Dilecto tuo.] *Compl.* τῷ φίλῳ σου, amico tuo. *Theodoretus*, τοῦ φίλου σου, amici tui, *vt vulgata.* γ Eorum.] *In Compl. sequitur*, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, & filij eorum. δ Ipsi Oziel.] *Theodoretus* ἰεζιὴλ, Iezoel. *Compl.* καὶ ἰεζιὴλ ὁ τοῦ ζαχαρίου υἱοῦ βαναίου υἱοῦ ἰειὴλ υἱοῦ ματθανίου ὁ λευίτης ἀπὸ τῶν υἱῶν ἀσάφ, & Iezíel filius Zachariæ filij Baneæ filij Ieiel filij Matthaniæ Leuita de filijs Asaph. ε Bellare. Hæc intelligite.] *Compl.* πολεμῆσαι ἐν ταύτῃ. στῆτε, καὶ συνίετε. pugnare in hac. State, & intelligite. *Et ita etiam Theodoretus, nisi quod habet*, οὐχ ὑμεῖς πολεμήσετε, non vos pugnabitis, &c. ζ Paueatis.] *Compl.* δυνιᾶτε. *Theodoretus* δυνιάσατε. *eodem sensu.* η Propheta.] *Compl. & Theodoretus* προφήταις, propheus. θ Pugnare filios Ammon super Moab.] *Compl.* ἀνέστησαν τοῦ πολεμεῖν τοὺς υἱοὺς ἀμμὼν, καὶ μωάβ. institerunt impugnare filios Ammon, & Moab, &c. ι Ad exterminandum.] *Eadem*, καὶ ἐλάβετο ἀνὴρ τοῦ πλησίον αὐτοῦ εἰς διαφθοράν, & aggressus est vir proximum suum ad perditionem. κ Qui conscripsit librum.] *Theodoretus* ὃς κατέγραψαν. (*Compl* κατέγραψεν) ἐπὶ βιβλίον, quos conscripserunt super librum. λ Hic.] *Idem* αὐτὸς, ipse. μ Et eundo ad eum.] *Hæc à Theodoreto non referuntur. Compl.* καὶ ἐκοινώνησε μετ' αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι πλοῖα, & communicauit cum eo ad faciendum nauigia, &c. ν Quassauit Dominus opus tuum.] *Compl.* διέκοψε κύριος τὰ ἔργα σου, καὶ συνετρίβησαν αἱ νῆες, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν τοῦ πορευθῆναι εἰς θαρσεῖς. discidit Dominus opera tua: & contritæ sunt naues, & non habuerunt vires ad eundum in Tharsis. *Atque ita etiá Theodoretus, nisi, quod habet* αἱ νῆές σου, naues tuæ. A B

CAP. XXI.

ET dormiuit Iosaphat cum patribus suis, et sepultus est in ciuitate Dauid. Et regnauit Ioram filius eius pro eo. Et ei fratres, filij Iosaphat α sex: Azarias, et Ieiel, et Zacharias, et β Azarias, et Michael, et Zaphatias. Omnes hi filij Iosaphat regis Iuda. Et dedit eis pater eorum dona multa, argentum, & aurum, & arma cum ciuitatibus muratis in Iuda: & regnum dedit ipsi Ioram, quoniam hic primogenitus. Et surrexit Ioram super regnum γ suum: & inualuit, & occidit omnes fratres suos in gladio, & de principibus Israel. Cũ esset ipse triginta & duorum annorum, constitutus est Ioram super regnum suũ: & octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit in via regum Israel, sicut fecerat domus Achaab: quoniam filia Achaab erat eius vxor. Et fecit malum coram Domino. Et noluit Dominus exterminare domum Dauid, propter testamentum, quod disposuerat ipsi Dauid, & δ sicut dixerat ei, dare ei lucernam, & filijs eius omnes dies. In diebus illis recessit Edom a Iuda: & regnare fecerũt super se regem. Et abijt Ioram cum ε principibus, & omnis equitatus cum eo. Et factum est, & surrexit nocte, & percussit Edom, qui circumdederat eum, & principes curruũ: & fugit populus ad tabernacula sua. Et recessit a Iuda Edom vsque in diem hanc. Tunc recessit Lomna in tempore illo de manu eius: quoniam dereliquit Dominum Deum patrum suorum. Nam & ipse fecit excelsa in ciuitatibus Iuda: & fornicari fecit habitantes in Hierusalem: & errare fecit Iudam. Et venit ei ζ in scriptura ab Eliù propheta, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Pro eo, quod non ambulasti in via Iosaphat patris tui, & in viis Asà regis Iuda, & ambulasti in vijs regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitantes in Hierusalem, sicut exfornicata est domus Achaab, & fratres tuos filios patris tui bonos super te occidisti; ecce Dominus percutiet te plaga magna in populo tuo, & in filijs tuis, & in vxoribus tuis, & in omni apparatu tuo: η & tu in languore malo, in morbo ventris: quoadusque; egrediatur venter tuus cum languore ex diebus in dies. Et suscitauit Dominus super Ioram alienigenas, & Arabas, & confines Æthiopum. Et ascenderunt super Iudã, & θ oppresserunt: & auerterunt omnem apparatum, quem inuenerunt in domo regis, & filios eius, & filias eius, & non remansit ei filius nisi ι Ochozias minimus filiorum eius. Et post hæc omnia percussit eũ Dominus in ven- C D E

A in ventrem languore, cui non est curatio. Et factum est ex diebus in dies, & quando venit tempus ^κ dierum, duos dies, exiuit ^λ venter eius cum morbo; & mortuus est in languore malo. Et non fecit populus eius ^μ funus, sicut funus patrum eius. Fuit triginta & duorum annorum, quando regnauit: & octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit non in laude: & ^ν sepultus est in ciuitate Dauid, & non in sepulchris regum.

α Sex.] *Abest à Compl. & vulgata.* β Et Azarias.] *Etiam hoc à Compl. sed non à vulgata, & hebræo.* γ Sui ei.] *Compl.* τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, patris sui, *vt vulgata.* δ Sicut dixerat ei, dare ei.] *Compl.* ὃν τρόπον εἶπεν αὐτῷ δοῦναι αὐτόν, quemadmodum dixit ei dare eum. *Melius Theodor.* ὃν τρόπον εἶπε δοῦναι αὐτῷ, quemadmodum dixit dare ei. ε Principibus.] *In Compl. additur,* καὶ πάντα τὰ ἅρματα αὐτοῦ, & omnes currus eius. *Sed*
B *hoc, & illud, quod sequitur,* & omnis equitatus cum eo, *videri possunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ in hebræo. Vulgata quidem tantum equitatus mentionem facit.* ζ In scriptura.] ἐν γραφῇ. *Sic etiam Theodoretus, & putat subintelligendum* ἄνθρωπος, homo. *Compl. autem* ἐγγραφῇ, scriptura, litteræ, *vt vulgata.* η Et tu in languore malo.] *Compl.* καὶ σὺ ἔσῃ ἐν ἀρρωστίαις πονηραῖς, ἐν ἀρρωστίαις κοιλίας σου, ἕως οὗ ἐξέλθῃ τὰ ἔντερά σου ἀπὸ τῆς ἀρρωστίας ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, & tu eris in infirmitatibus malis, in infirmitatibus ventris tui, quoadusque exeant intestina tua præ infirmitate ex diebus in dies: *eodemque modo Theodoretus, nisi quod in principio habet tantum,* καὶ σὺ ἐν ἀρρωστίᾳ κοιλίας σου. θ Oppresserunt, & auerterunt omnem apparatum, quem.] *Compl.* κατεδυνάστευσαν αὐτόν, καὶ ᾐχμαλώτευσαν πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν ἣν, oppresserunt eum, & captiuarunt omnem substantiam, quam. ι Ochozias.] *Ita etiam Theodoretus, & videtur idem, qui cap. sequenti rex constituitur. Sed plerique tamen libri habent,* Ἰωαχάζ, *& vulgata*, Ioachaz. κ Dierum duos dies.] *Compl.* τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ εἰς ἡμέρας δύο, dierum eius ad dies duos. *Verum illud* αὐτοῦ, *redundat: & præpositio* εἰς, *potest subintelligi: hoc enim significatur,* cum tempus dierum, *id est* spatium temporum peruenit ad duos annos. λ Ven-
C ter eius cum morbo.] *Ita fere hebræus. Compl.* ἐξῆλθε τὰ ἔντερα αὐτοῦ μετὰ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἐν ἀρρωστίᾳ αὐτοῦ, exierunt intestina eius cum ventre eius in infirmitate eius. μ Funus.] *Compl. & Theodoretus* ἐκφορὰν καὶ καῦσιν κατὰ τὴν καῦσιν τῶν πατέρων αὐτοῦ, funus, & combustionem secundum combustionem patrum eius. ν Sepultus est.] *Theodoretus videtur legisse,* ἔθαψαν αὐτόν, sepelierunt eum, *vt vulgata.*

CAP. XXII.

ET regem fecerunt habitantes in Hierusalem Ochoziam filium eius paruum pro eo: quoniam omnes seniores occiderat superueniens super eos agmen latronum, Arabes, & ^α Alimazones. Et regnauit Ochozias filius Ioram regis Iuda: cum esset annorum ^β viginti Ochozias, regnauit & an-
D num vnum regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Gotholia filia Ambri. Et hic ambulauit in via domus Achaab: quoniam mater eius erat consiliaria peccandi. Et fecit malum coram Domino, sicut domus Achaab: quoniam ipsi erant ei consiliarij, postquam pater eius mortuus fuerat, ad exterminandum eum. Et in consilijs eorum ambulauit. Et iuit cũ Ioram filio Achaab rege Israel ad bellum super Azael regem Syriæ in Rhamoth Galaad. Et percusserunt sagittarij Ioram: & reuertit Ioram, vt curaretur in Iezrael a plagis, quibus percusserunt eum Syri in Rhamoth, in pugnando ipsum aduersus Azael regem Syriæ.
E Et Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit ad visendũ Ioram filium Achaab in Iezrael, quoniam ægrotabat. Et a Deo facta est subuersio Ochoziæ, vt veniret ad Ioram. Et in veniendo ipsum, exijt cum eo Ioram ad Iehù filium Namessi ^γ vnctum Domini in domum Achaab. Et factum est, quando vltus est Iehù domum Achaab; & inuenit principes Iuda, & fratres Ochoziæ ministrantes Ochoziæ, & interfecit eos. Et dixit quærere Ochoziam: & ceperunt eum curantem se in Samaria: & duxerunt eum ad Iehù: & interfecit eum: & sepelierũt eũ, quoniam ^δ dixerunt: filius Iosaphat est, qui exquisiuit Dominum in toto corde suo. Et non erat in domo Ochoziæ ad obtinendã virtutem pro regno. Et Gotholia

tholia mater Ochoziæ vidit, quia mortuus eſt filius ſuus, & ſurrexit, & perdidit A
omne ſemẽ regni in domo Iuda. Et tulit Ioſabeeth filia regis ipſum Ioas filium
Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & dedit eum, & nutricem eius in cubiculum lectorum: & occultauit eum Ioſabeeth
filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, vxor Iodae ſacerdotis: & occultauit eum a facie Gotholiæ: & non interfecit eum. Et fuit ε cum eo in domo Dei abſconditus ſex annos: & Gotholia regnauit ſuper terram.

α Et Alimazonis.] *Nonnulli* ἀμαζονεὶμ. *Videtur præſertim in noſtra eſſe veſtigium quoddam dictionis hebraicæ, quæ ſignificat*, ad caſtra, *quare Compl. pro iſta habet*, καὶ ἐν τῇ παρεμβολῇ, & in caſtris: *quamuis illud* καὶ *redundet. Simile quiddam de iſta eadem dictione notatum eſt cap. 14. Theodoretus vtrumque coniungit, hunc locum hoc modo referens*, ὅτι πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἀπέκτεινε τὸ λῃστήριον τὸ ἐπελθὸν ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀράβων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀμαζονεὶμ ἐν τῇ παρεμβολῇ, quoniam omnes ſeniores interfecerat agmen latronum ſuperueniens ſuper eos ab Arabibus, & ab Amazonim in caſtra. *Repetit autem & hic ipſos Amazonim fuiſſe accolas Aethiopum.* B
β Viginti.] *Alii libri addunt.* καὶ δύο, & duorum, *quemadmodum etiam in noſtra. 4. reg. 8. & ibi etiam vulgata. Alii, & Compl.* υἱὸς ὢν τεσσαράκοντα, καὶ δύο ἐτῶν, filius cum eſſet quadraginta & duorum annorum: *quod reſpondet hebræo, & vulgatæ hic.* γ Vnctum Domini.] *In Compl ſequitur*, ὃν ἔχρισεν αὐτὸν κύριος τοῦ ἐξολοθρεῦσαι τὸν οἶκον ἀχαάβ, quem vnxit eum Dominus ad exterminandum domum Achaab. *Verum illa*, Chriſtũ Domini, *&* quem vnxit eum Dominus, *videri poſſunt duæ interpretationes eiuſdem ſententiæ: nam in hebræo non eſt huiuſmodi repetitio, quemadmodum neque in vulgata.* δ Dixerunt.] *Sic hebræus. Compl. & Theodoretus*, εἶπεν, dixit. ε Cum eo.] *Aliqui libri* μετ' αὐτῆς, cum ea. *Vulgata ex hebræo*, cum eis.

C A P. XXIII.

ET in anno α octauo confortatus eſt Iodae, & aſſumpſit cẽturiones, Azariam filium Ioram, & Iſmael filium Ioanan, & Azariam filium Obed, & C
Maaſæam filium Adia, & Eliſaphan filium Zachariæ ſecum in domum
β Domini: & circumierunt Iudam, & congregauerunt Leuitas de omnibus ciuitatibus Iuda, & principes patriarum Iſrael, & venerunt in Hieruſalem. Et diſpoſuerunt omnis Eccleſia Iuda teſtamentum in domo Dei cũ rege. Et γ oſtendit eis filium regis, & dixit eis: Ecce filius regis regnet, ſicut locutus eſt Dominus, ſuper domum Dauid. Nunc verbum hoc eſt, quod facietis. Tertia pars ex vobis ingrediantur ſabbatum ſacerdotum, & Leuitarum, δ & ad portas introituum: & tertia pars in domo regis: & tertia in porta media: & omnis populus D
in atrijs domus Domini. Et non ingrediatur in domum Domini, niſi ſacerdotes, & Leuitæ, & miniſtrantes ε Leuitarum. Hi ingredientur, quoniam ſancti ſunt: & omnis populus cuſtodiat cuſtodias Domini. Et circundabunt Leuitæ regem, ζ viri vas, vas in manu eius: Et ingrediens in domum morietur: & erunt cum rege, egrediente, & ingrediente eo. Et fecerunt Leuitæ, & omnis Iuda iuxta omnia, quæcumque mandauit eis Iodae ſacerdos. Et aſſumpſerunt vnuſquiſque viros ſuos, a principio ſabbati vſque ad exitum ſabbati: quoniam non dimiſerat Iodae vices. Et dedit Iodae α gladios, & clypeos, & arma, quæ E
erant regis Dauid in domo β Domini: & ſtatuit populum omnem, vnumquẽque in armis ſuis ab humero domus dextro vſque ad humerum γ ſiniſtrum altaris, & domus ſuper regem in circuitu. Et eduxit filium regis, & dedit ſuper eum inſigne regale, & α teſtimonia: & regem fecerunt, & vnxerunt eum Iodae ſacerdos, & filij eius. Et dixerunt: Viuat rex. Et audiuit Gotholia vocẽ populi, currentium, & confitentium, & laudantium regem. Et intrauit ad regem in domum Domini; & vidit: & ecce rex ſuper ſtationem ſuam, & ſuper introitum principes, & tubæ, & principes circa regẽ: & omnis populus terræ lætatus eſt, &

A est,& clanxerunt tubis:& canentes in organis cantores, & celebrantes laudem. Et discidit Gotholia stolam suã,& clamauit: λ coniurantes coniuratis. Et exiuit Iodae sacerdos:& mandauit Iodae sacerdos cẽturionibus,& ducibus virtutis,& dixit eis: Eijcite eam extra domũ, et intrate post eã,& moriatur gladio: quoniã dixit sacerdos, non moriatur in domo Domini. Et μ dederunt ei spatium: & transiuit per portam equitum domus regis: & interfecerunt eam ibi. Et disposuit Iodae testamentum inter se,& populum,& regem, vt sit populus Domino. Et intrauit omnis populus terræ in domum Baal, & diruerunt eam, & altaria eius,& ν idola eius comminuerunt,& Matthan sacerdotem Baal interfecerunt ante altaria eius. Et aggressus est Iodae sacerdos ξ opera domus
B Domini per manum sacerdotum,& Leuitarum:& suscitauit vices sacerdotum,& Leuitarum, quas distinxit Dauid super domum Domini, ο & ad offerendum holocaustomata Domino, sicut scriptum est in lege Moysi in lætitia,& in canticis per manum Dauid. Et steterunt ianitores super portas domus Domini: & non ingredietur immundus ad omnem rem. Et assumpsit patriarchas,& potentes, & principes populi,& omnem populum terræ: & ascendere fecerunt regem in domum Domini:& intrauit per portam interiorem in domum regis: & sedere fecerunt regem super thronum regni. Et lætatus est omnis populus terræ:& ci-
C uitas quieuit:& Gotholiam π interfecerunt.

α Octauo.] *Plerique libri,* ἑβδόμῳ, septimo, *vt vulgata.* β Domini.] *Compl. addit* ἐν διαθήκῃ, in testamento,& fœdere. γ Et ostendit ei filium regis.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* δ Et ad portas introituum.] *Eadem,* καὶ τῶν πυλωρῶν ἐν ταῖς πύλαις τῶν εἰσόδων,& ianitorum in portis introituum. *Phrasis hebraica hoc significat, parti isti tertiæ venienti ad sabbatum standum esse vna cum sacerdotibus, & Leuitis, & ianitoribus liminum, aut in liminibus.* ε Leuitarum.] *Idest,* de Leuitis, *vt vulgata. Alii,* υἱοὶ τῶν λευιτῶν, filij Leuitarum. *Compl.* τοῖς λευίταις, Leuitis. ζ Viri vas vas in manu eius.] *Alii,* ἄνδρες, καὶ σκεῦος αὐτῶν ἐν χειρὶ αὐτῶν, viri,& vas eorum in manu eorum, *Compl. satis prope ad hebræũ,* ἀνὴρ, καὶ τὸ σκεῦος αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, vir,& vas eius in manu eius. η Gladios.] *Compl. & magna ex parte etiam alii,* ὁ ἱερεὺς τοῖς ἑκατοντάρχοις τεταγμένοις, καὶ τὰς μαχαίρας, καὶ τοὺς θυρεοὺς, [καὶ τὰ δόρατα καὶ τὰς ἀσπίδας (*ista absunt ab aliis*) καὶ τὰ ὅπλα. *Vulgata ex hebræo habet,* sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque,& peltas. θ Domini.] *Compl repetit,* ἔδωκεν αὐτοῖς, dedit eis, *quæ absunt etiam ab hebræo, & vulgata.* ι Sinistrum altaris.] *Alii* τοῦ οἴκου τῆς
D ἀριστερᾶς, τοῦ θυσιαστηρίου, *Compl. autem* ἕως τοῦ θυσιαστηρίου. *Vulgata,* ad partẽ templi sinistram coram altari, &c. κ Testimonia.] *Compl.* testimonium. *Videantur, quæ notata sunt 4. reg. 11.* λ Coniurantes coniuratis.] *Compl.* σύνδεσμος, σύνδεσμος, coniuratio, coniuratio. *Eodem 4. reg. 11.* μ Dederunt ei spatium.] *Compl.* ἐπέβαλον αὐτῇ χεῖρας, iniecerunt ei manus. ν Idola.] *Eadem* τὰς εἰκόνας, simulachra, *vt vulgata, quam dictionem videtur etiam habuisse Theodoretus.* ξ Opera.] *Eadem* τὴν ἐπισκοπὴν, visitationem. ο Et ad offerendum.] καὶ ἀνενέγκαι. *& Compl.* τοῦ ἀναφέρειν, *quod vulgata,* vt offerrent. *Alii* καὶ αὐτὸς ἀνήνεγκεν,& ipse obtulit. π Interfecerunt.] *In aliis additur* μαχαίρᾳ, gladio, *vt vulgata.*

CAP. XXIV.

ERAT α septem annorum Ioas in regnando ipsum:& quadraginta annos regnauit in Hierusalem:& nomen matri eius Sabià de Bersabee. Et fe-
E cit Ioas rectum corã Domino omnibus diebus Iodae sacerdotis. Et accepit Iodae duas vxores sibi:& genuerunt filios,& filias. Et factum est post hæc,& factum est super cor Ioas instaurare domum Domini:& congregauit sacerdotes & Leuitas,& dixit eis: Exite in ciuitates Iuda,& congregate ab omni Israel argentum ad confirmandam domum Domini, β annum per annum: & festinate loqui. Et non festinauerunt Leuitæ. Et vocauit rex Ioas ipsum Iodae principem,& dixit ei: Cur non visitasti de Leuitis, ad inferendum a Iuda,& Hierusalem, quod γ decretum fuit a Moyse homine Dei, δ quia conuocauit ipsum

Iſrael in tabernaculum teſtimonij? Quoniā Gotholia erat iniqua, & filij eius di- A
ruerant domum Dei. Nam & ſancta domus Domini fecerunt ipſis Baalim. Et di
xit rex: Fiat capſula, & ponatur in porta domus Domini forinſecus: & prædicēt
in Iuda, & in Hieruſalem, inferre Domino, ſicut dixit Moyſes puer Dei ſuper
Iſrael in deſerto. Et [α] dederunt omnes principes, & omnis populus, & intule-
runt, & immiſerunt in capſulam, quoadusque impleta eſt. Et factum eſt, [β] vt
inferebant capſulam ad præſides regis per manum Leuitarum, & vt viderunt,
quia abundauit argentū; & venit ſcriba regis, & præſes ſacerdotis magni, & eua-
cuauerunt [γ] capſulam, & reſtituerunt in loco eius. Sic faciebāt diem ex die: et
congregauerunt argentum multum. Et dedit illud rex, & Iodae ſacerdos faciē- B
tibus opera ad operationem domus Domini. Et mercede conducebant lapici-
das, & fabros ad inſtaurandam domū Domini, et fabros ferri, et æris ad inſtau-
randam domum Domini. Et faciebant facientes opera: et aſcēdebat longitudo
operum in manibus eorum: & ſuſcitauerunt domum Domini ſuper ſtationem
eius, et confirmarunt. Et, vt conſummauerunt; attulerunt ad regem, et ad Iodae
reſiduum argenti: & fecerunt vaſa ad domum Domini, vaſa miniſtratoria holo
cauſtomatum, & mortariola aurea, & argentea: & obtulerunt holocauſtoſes in
domo Domini perpetuo omnibus diebus Iodae. Et ſenuit Iodae plenus dierū:
& obijt, cum eſſet centū & triginta annorū in obeundo ipſum. Et ſepelierunt eū C
in ciuitate Dauid cum regibus: quoniam fecerat bonitatem cum Iſrael, & cum
Deo, & domo eius. Et factum eſt poſt obitum Iodae, intrarūt principes Iuda, &
adorauerunt regem. Tunc exaudiuit eos rex: & dereliquerunt domum Domini
Dei patrum ſuorum: & ſeruiebant Aſtartibus, & Idolis. Et facta eſt ira ſuper Iu-
dam, & ſuper Hieruſalem in [δ] die iſta. Et miſit ad eos prophetas ad reducendū
ad Dominū: & non audierunt. Et cōteſtatus eſt eis. & non obedierunt. Et ſpiritus
Dei induit [ε] Azariā filiū Iodae ſacerdotē: & ſurrexit ſupra populū, & dixit: Hæc
dicit Dominus: Quid tranſgredimini mandata Domini? & non proſperabimini;
quoniā dereliquiſtis Dominū, & derelinquet vos. Et irruerūt in eū, & lapidaue- D
rūt eū per mandatū Ioas regis in atrio domus Domini. Et Ioas non eſt recorda-
tus miſericordiæ, quā fecerat Iodae pater eius ſecū: & interfecit filiū eius. Et, dū
moriebatur, dixit: Videat Dominus, & iudicet. Et factū eſt poſt conſummationē
anni, aſcēdit ſuper eū virtus Syriæ, et venit ſuper Iudā, et ſuper Hieruſalē: et cor-
ruperunt omnes principes populi in populo: et omnia ſpolia eorū miſerūt regi
Damaſci: quoniā in paucis viris aduenit virtus Syriæ: et Deus tradidit in manus
eorū virtutē multā valde: quoniā dereliquerunt Dominū Deū patrum ſuorum:
Et cum Ioas [ζ] fecit iudiciū. Et poſtquā ipſi abierunt ab eo, in relinquendo eū in
languoribus magnis; et coniurauerunt in eum pueri eius in ſanguinibus filij Io-
dae ſacerdotis: et interfecerunt eū ſuper lectū eius: et mortuus eſt: et ſepelierūt E
eum in ciuitate Dauid: et non ſepelierunt eum in ſepulchro regum. Et coniuran
tes ſuper eū, Zabed [λ] ipſius Samaath Ammanites, et Iozabed ipſius Samareth
Moabites. Et filij eius omnes, et acceſſerunt ei [μ] quinque. Et reliqua ecce ſcri-
pta ſuper ſcripturam regum. Et regnauit Amaſias filius eius pro eo.

α Erat.] *ὤν. Videtur poſitum more hebraico participium pro verbo, vt alibi ſæpe. Compl* υἱὸς ὤν, filius erat. *atque ita etiam in ſequentibus.* β Annum.] *ἀπ᾽ ἱκανοῦ ἐνιαυτῶν. hebræus*, a tempore anni. γ Quod decretum fuit.] *Compl.* τὸ κεχωρισμένον λῆμμα. *Vulgata*, pecuniam, quæ conſtituta eſt. *hebræus*, munus, *aut* onus.
δ Quia.]

A δ Quia.] *ἐν Compl.* ὅτε, quando. *Verum vulgata, & hebraus paulo diuersum sensum videntur præ se ferre. Et quod in Compl. in fine huius periodi additur,* ἐν τῇ ἐρήμῳ, in deserto, *omnino redundat.* ε Dederunt.] *Eadem,* καὶ εὐφράνθησαν, *quod vulgata,* lætatique sunt. ζ Vt inferebant.] *Eadem,* ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἐνεγκεῖν, in tempore afferendi. η Capsulam.] *Eadem addit* καὶ ἦραν, & tulerunt. θ Die ista.] *Eadem* ἐν τῇ πλημμελείᾳ αὐτῶν, in delicto eorum. ι Azariam.] *Alii nonnulli, & Theodoretus* Ζαχαρίαν, Zachariam, *vt vulgata & hic, &* Matth. 23. *quemadmodum putat S. Hieronymus. Solent autem interdum hæc nomina Azariæ, & Zacharia inter se vicissim commutari, vt intra cap. 26.* κ Fecit.] *Sic etiam Theodoretus. Compl.* ἐποίησαν, fecerunt. λ Ipsius Samaath Ammanites.] *Compl.* υἱὸς σαμαὰθ τῆς ἀμμανίτιδος καὶ ἰωζαβὰδ υἱὸς σαμαρὶθ τῆς μωαβίτιδος, *quod vulgata,* filius Semath Ammanitidis, & Iosabath filius Semarith Moabitidis. μ Quinque.] *In aliquo libro sequitur,* καὶ ἐθανάτωσαν αὐτόν & interfecerunt eum. *Verum in Compl. longe aliter habet hic locus,* καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ πλεῖστα λήμματα κατ' αὐτοῦ, καὶ ἡ θεμελίωσις οἴκου τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ λοιπά, & filij eius, & plurimæ assumptiones super eum, & fundatio domus Dei, & reliqua. *Atque istud quidem* λῆμμα *rursus potest significare onus, aut munus. Vulgata,* summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo.

B

CAP. XV.

CVM esset viginti et quinque annorum, regnauit Amasias: et viginti nouem annos regnauit in Hierusalem: et nomen matri eius Iodaen de Hierusalem. Et fecit rectum in conspectu Domini, sed non in corde pleno. Et factum est, vt constitutum est regnum in manu ipsius; & interfecit pueros suos, qui occiderant regem patrem ipsius: & filios eorum non interfecit iuxta testamentum legis Domini; sicut α scriptum est, quomodo mandauit Dominus, dicēs: Non morientur patres pro filijs: & filij non morientur pro patribus: sed vnusquisque suo ipsius peccato morientur. Et congregauit Amasias domum Iuda, & erexit eos secundum domos patriarum eorum in Chiliarchos, & centuriones in omni Iuda, & β Hierusalem. Et numerauit eos à vigesimo anno, & supra: & inuenit eos trecenta millia ad exeundum in prælium potentes, tenentes hastam, & clypeum. Et mercede conduxit de Israel centum millia, potentes fortitudine, centum talentis argenti. Et homo Dei venit ad eum, dicens: Rex non ibit tecum virtus Israel: quoniam non est Dominus cum Israel, omnibus filijs Ephræm: quoniam si existimaris præualere γ in his; & in fugam vertet te Dominus coram inimicis: quoniam est δ a Domino præualere, & in fugam verti. Et dixit Amasias homini Dei: Et quid faciam centum ε talenta, quæ dedi virtuti Israel? Et dixit homo Dei: Est Domino dare tibi plura his. Et distinxit Amasias ζ virtuti, quæ venerat ad se de Ephræm, abire in locum ipsorum. Et indignati sunt valde super Iudam: & reuerterunt ad locum suum in ira indignationis. Et Amasias confortatus est, & assumpsit populum suum, & iuit in vallem salinarum: & percussit ibi filios Seir, decem millia. Et decem millia ceperunt viuos filij Iuda, & ducebant super summitatem præcipitij, & præcipitabant eos a summitate præcipitij: & omnes disrupti sunt. Et filij virtutis, quos redire fecit Amasias, ne irent secum ad bellum, et impetum fecerunt super ciuitates Iuda a Samaria vsque Bæthoron: et percusserūt in eis tria millia: et prædati sunt spolia multa. Et factum est, postquam venit Amasias percussa Idumæa; et attulit ad se Deos filiorum Seir: et statuit eos sibi in Deos: et coram eis adorabat, et ipse eis adolebat. Et facta est ira Domini super Amasiam; et misit ei prophetam: et dixit ei: Quid quæsiuisti Deos populi, qui non exemerunt populum suum de manu tua? Et factum est, cum is loqueretur ad ipsum; et dixit ei: Nunquid consiliarium regis dedi te? η Attende ne flagelleris. Et tacuit propheta, & dixit: θ Quoniam cognosco, quia voluit super te ad disperdendum

dum te,quia fecisti hoc,& non exaudisti consilium meum. Et consultauit Ama A
sias rex Iuda,& misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehù regem Israel,dicens: Ve-
ni,& conspiciamur faciebus. Et misit Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda,
dicens: ι Anchuch,qui in Libano,misit ad cedrum,quæ in Libano,dicens: Da
filiam tuam filio meo in vxorem: & ecce venient bestiæ agri,quæ in Libano. Et
venerunt bestiæ,& conculcarunt Anchuch. Dixisti,ecce percussi Idumæam,&
extollit te cor tuum graue. Nunc sede in domo tua: & vt quid conijcis in ma-
lum,& cades tu,& Iudas tecum? Et non audiuit Amasias: quoniam a Domino
factum est ad tradendum eum in κ manus: quoniam exquisiuit Deos Idumæo-
rum. Et ascendit Ioas rex Israel: & conspecti sunt sibi inuicem,ipse, & Amasias B
rex Iuda in Bæthsamys,quæ est ipsius Iuda. Et corruit Iudas ad faciem Israel,&
fugit vnusquisque in tabernaculum suum. Et Amasiam regem Iuda filium Ioas
filij Ioachaz cepit Ioas rex Israel in Bæthsamys: & induxit eum in Hierusalem,
& destruxit de muro Hierusalem a porta Ephræm vsque ad portã anguli, qua-
dringentos cubitos: & omne aurum,& argentum, & omnia vasa inuenta in do-
mo Domini,& apud Abdedom,& thesauros domus regis,& filios λ commi-
stionum: & reuertit in Samariam. Et vixit Amasias filius Ioas rex Iuda,postquã
mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, annos decem & quinque. Et reliqua
verba Amasiæ prima,& vltima, nonne ecce scripta super librum regum Iuda, C
& Israel? Et in tempore, quo recessit Amasias a Domino; μ coniurarunt super
eum coniurationem, & fugit è Hierusalem in Lachis: & miserunt post eum in
Lachis,& interfecerunt eum ibi. Et assumpserunt eum super equos, & sepelie-
runt eum cum patribus eius in ciuitate Dauid.

α Scriptum est.] *In Compl. additur* ἐν νόμῳ Μωυσῆ, *& vulgata*, in libro legis Moysi. β Hierusalem.] *Eadem*, Beniamin. γ In his.] *Theodoretus* ἐν τῷ πολέμῳ, in bello. *Compl. vtrumque coniungit.* δ A Domino præualere,& in fugam verti.] *Theodoretus, & Compl* ἰσχὺς τῷ κυρίῳ τοῦ βοηθῆσαι καὶ τροπῶσαι, fortitudo Domino ad auxiliandum,& faciendum corruere. ε Talenta.] *Theodor. & Compl.* τοῖς ἑκατὸν ταλάντοις, centum talentis. *Similis locutionis varietas alibi est obseruata.* ζ Virtuti.] *Item hic Compl.* τὴν δύναμιν τὴν ἐλθοῦσαν, virtutem, quæ venerat. η Attende,ne flagelleris.] *Theodoretus*, πρόσεχε σεαυτῷ, ἵνα μὴ πατάξω σε, attende tibi,ne percutiam te. *Compl*, πατάξωσι, percutiant. θ Quoniam cognosco.] *Illud* ὅτι *abest ab aliis: & quæ sequuntur, in Compl. & apud Theodoretum sic habent*, ὅτι ἐβουλεύσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε, quia deliberauit Dominus corrumpere te. ι Anchuch.] *Dictionem hebræam vulgata interpretatur*, carduus, *alii* paliurus. κ Manus.] *In aliis, & Compl additur*, Ioas, *quod tamen abest ab hebræo.* λ Commistionum.] *Sic videntur appellari*, obsides, *vt alibi notatum est. Quod autem additur in Compl.* ἔλαβε, cepit, *abest etiam ab hebræo, & supplendum e superioribus.* μ Coniurarunt in eum coniurationem, & fugit e Hierusalem.] *Compl.* συνεστράφησαν ἐπ' αὐτὸν σύνδεσμοι ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔφυγεν εἰς Λαχὶς, conglobauit se super eum colligatio in Hierusalem,& fugit in Lachis. D

C A P. XXVI.

ET sumpsit omnis populus terræ Oziam (& ipse filius sexdecim annorum) E
& regnare fecerunt eum pro patre suo Amasia. Ipse ædificauit Ælath: ip-
se restituit eam Iuda; postquam dormiuit rex cum patribus suis. Filius
sexdecim annorum regnauit Ozias: & quinquaginta & duos annos regnauit in
Hierusalem: & nomen matri eius Iechelia de Hierusalem. Et fecit rectum in
conspectu Domini iuxta omnia, quæcumque fecerat Amasias pater eius. Et
fuit exquirens Dominum in diebus Zachariæ α intelligentis in timore Do-
mini: & in diebus eius quæsiuit Dominum: & prosperauit eum Dominus. Et
exijt,& bellauit aduersus alienigenas: & demolitus est mœnia Geth,& mœnia
Iabuer,

A labner,& mœnia Azoti:& ædificauit ciuitates Azoti,& in alienigenis. Et confortauit eum Dominus ſuper alienigenas, & ſuper Arabas habitantes ſuper petram,& ſuper Minæos. Et dederunt Minæi dona Oziæ: & fuit nomẽ eius vſque ad introitum Ægypti: quoniam præualuit vſque ſurſum. Et ædificauit Ozias turres in Hieruſalem,& ſuper portam anguli, & ſuper portã vallis, & ſuper angulos, & β confirmauit. Et ædificauit turres in deſerto:& effodit ciſternas multas: quoniam pecora multa erant ei in Sephelà,& in campeſtri,& γ vinitores in montana,& in Carmelo: quoniam δ agricultor erat. Et fuit Oziæ virtus faciens bellum, & egrediens in aciem ad prælium, & ε ingrediens in aciem ad
B numerum: & fuit numerus eorum per manum Iiel ſcribæ,& Maaſiæ iudicis, per manum Ananiæ vicarij regis. Omnis numerus patriarcharum potentium ad bellum, bis mille ſexcenti, & cum eis virtus bellatrix trecenta millia,& ſeptem mille et quingenti. Hi facientes bellum in virtute fortitudinis ad auxiliandũ regi ſuper aduerſarios. Et parauit eis Ozias, omni virtuti clypeos, & haſtas, & galeas,& thoraces,& arcus,& ad lapides fundas. Et fecit in Hieruſalem machinas fabrefactas ζ excogitantis, vt eſſent ſuper turres, & ſuper angulos, ad iaciendum iaculis, & ſaxis magnis. Et auditus eſt apparatus eorum vſque longe: quoniam mirificatus eſt habendo auxilium, quoaduſque confortatus eſt. Et
C poſtquam confortatus eſt; exaltatum eſt cor eius ad corrumpendum. Et iniuſte fecit in Dominum Deum ſuum:& intrauit in templum Domini ad adolendum ſuper altare thymiamatum. Et intrauit poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octuaginta filij potentes: & η ſteterunt ſuper Oziam regem,& dixerunt ei: Non tibi Ozia adolere Domino, ſed ſacerdotibus filijs Aaron ſanctificatis adolere. Egredere e ſanctuario, quoniam receſsiſti a Domino: & non erit tibi hoc ad gloriam a Domino Deo. Et indignatus eſt Ozias: & in manu eius thuribulum ad adolendum thymiama in templo. Et in iraſcendo eum aduerſus ſacerdotes, et lepra exorta eſt in fronte eius coram ſacerdotibus
D in domo Domini ſuper altare thymiamatum. Et conuertit ſe ad eum Azarias ſacerdos primus, et ſacerdotes, et ecce ipſe leproſus in fronte. Et θ feſtinare fecerunt eum inde: nam et ipſe feſtinauit exire, quoniam arguerat eum Dominus. Et Ozias rex fuit leproſus vſque ad diem obitus ſui: et in domo ι Apphuſoth ſedit leproſus; quoniam abſciſſus fuerat a domo Domini. Et Ioathan filius eius ſuper regnum eius, iudicans populum terræ. Et reliqua verba Oziæ prima, et nouiſsima ſcripta à κ Ieſsia propheta. Et dormiuit Ozias cum patribus ſuis: et ſepelierunt eum cum patribus eius in campo ſepulturæ regum: quoniam dixerunt, quia leproſus eſt. Et regnauit Ioathan filius eius pro eo.

E α Intelligentis in timore Domini.] *τοῦ συνιέντος ἐν φόβῳ κυρίου quod idem valere atque illud quod eſt in multis, συνιέντος patet hoc eodem lib. cap. 30. & 34. Theodoretus autem & Compl. συνιέντος ἐν ὁράσει θεοῦ,* intelligentis in viſione Dei. β Confirmauit.] *Complut. addit αὐτάς,* eas. γ Et vinitores.] *Eadem γεωργοὶ, καὶ ἀμπελουργοὶ,* agricultores,& vinitores. δ Agricultor.] *γεωργός. Ita in aliquot libris. In aliis φιλογεωργός, aut ἀνὴρ φιλογεωργός,* homo agriculturæ deditus. ε Et ingrediens in aciem ad numerum: & fuit numerus eorum.] *Compl. habet tantum, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῆς ἐπισκέψεως αὐτῶν,* & numerus recognitionis eorum. ζ Excogitantis] *λογιστοῦ. Sic fere hebraeus. Compl. λογισμοῖς,* excogitationibus. η Steterunt.] *Complutenſis & Theodoretus, ἐπανέστησαν,* inſurrexerunt. θ Feſtinare fecerunt.] *Propius ad hebraeum, quàm quod in aliis, κατεδίωξαν,* perſecuti ſunt, *aut quod in Compl. κατέσπευσεν,* expulit. ι Apphuſoth.] *Et hoc propius, quàm quod in Compl. ἀχχωσώθ. De dictione iſta notatum 4. reg. 15.* κ Ieſsia.] *Ἰεσσίου. Sic etiam alius codex. Et S. Hilarius cum citat Eſaiam, non aliter eũ nominat, quàm Ieſſe. Alii codices, ὑπὸ Ἡσαΐου υἱοῦ Ἀμὼς τοῦ προφήτου,* ab Eſaia filio Amos propheta.

CAP. XXVII. A

FILIVS viginti & quinque annorum Ioatham in regnando ipsum: & sex & decem annos regnauit in Hierusalem: & nomen matris eius Hierusa filia Sadoc. Et fecit rectum in conspectu Domini iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater eius: sed non intrauit in templum Domini: & adhuc populus corrumpebatur. Hic ædificauit portã domus Domini excelsam: & in muro α Opel ædificauit multa in monte Iuda, & in saltibus, β & habitationes, & turres. Hic pugnauit aduersus regem filiorum Ammon: & præualuit super eum. Et dabant ei filij Ammon γ & per annum centum talenta argenti, & decem millia cororum tritici, & ordeorum decem millia. Hæc afferebat ei rex filiorum Ammon per annum in primo anno, & in secundo, & tertio. Confortatus est Ioatham; quoniam parauit vias suas coram Domino Deo suo. Et reliqua verba Ioatham, & bellum, & actiones eius, ecce scripta in libro regum Iuda, & δ Israel. Et dormiuit Ioatham cum patribus suis: & sepultus est in ciuitate Dauid. Et regnauit Achaz filius eius pro eo. B

α Opel.] *Compl.* τὸ ὀφὲλ ᾠκοδόμησεν εἰς πλῆθος, καὶ πόλεις ᾠκοδόμησεν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἰούδα, ipsius Ophel ædificauit in multitudine: & ciuitates ædificauit in montibus Iuda. *Ophel autem multi interpretantur,* alij loci, *id est* arcis. *Plerique vero codices habent,* καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτῆς ἀπέθετο (*al.* ἀπέθεντο) ὅπλα, καὶ ᾠκοδόμησε πόλεις ἐν ὄρει ἰούδα, & in muro eius reposuit arma, & ædificauit ciuitates in monte Iuda. β Et habitationes.] *Istud &, abest a multis. Compl. vero* ᾠκοδόμησε βάρεις, καὶ πύργους, ædificauit palatia, & turres. γ Et per annum.] *Compl. non habet, &.* δ Israel.] *Hic in aliis repetuntur, quæ dicta sunt initio capitis, quemadmodum & in vulgata.* Filius viginti & quinque annorum erat Ioatham in regnando ipsum: & sexdecim annos regnauit in Hierusalem. C

CAP. XXVIII.

FILIVS viginti α & quinque annorum erat Achaz in regnando ipsum: & sexdecim annos regnauit in Hierusalem: & non fecit rectum in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius: & ambulauit secundum vias regum Israel. Etenim sculptilia fecit, & idolis eorum in β Ge Benennon: & traduxit filios suos per ignem secundum abominationes gentium, quas exterminarat Dominus a facie filiorum Israel. Et adolebat super excelsa, & super solaria, & sub omni ligno frondoso. Et tradidit eum Dominus Deus eius γ per manum regis Syriæ: & percussit in eo, & captiuauit de eis captiuitatem multam, & adduxit in Damascum. Et in manus regis Israel tradidit eum: & percussit in eo plagam magnam. Et interfecit Phacee filius Romeliæ rex Israel in Iuda in vna die centum viginti millia virorum potentium fortitudine, in reliquendo eos Dominum Deum patrum suorum. Et interfecit Zechri potens ex Ephræm Maasiam filium regis, & Ezrican præfectum domus eius, & Elcana δ vicarium regis. Et captiuauerunt filij Israel de fratribus suis ε trecenta millia mulieres, & filios, & filias. Et spolia multa prædati sunt ex eis: & attulerunt spolia in Samariam. Et ibi propheta Domini: Oded nomen ei. Et exijt in occursum virtutis venientium in Samariam, & dixit eis: Ecce ira Domini Dei patrum vestrorum super Iudam: & tradidit eos in manus vestras: & interfecistis in eis in ira: & vsque ad cælos peruenit. Et nunc filios Iuda, & Hierusalem vos dicitis possidere in seruos, & seruas. Nonne ecce ego sum vobiscũ ad cõtestandum Domino Deo ζ vestro? Et nunc audite me; & restituite captiuitatem, D E

quam

A quam captiuastis de fratribus vestris : quoniam ira furoris Domini super vos.
Et surrexerunt principes de filijs Ephræm, [a] Vdias filius Ioanù, & Barachias
filius Mosolamoth, & Ezecias filius Sellem, & Amasias filius Eldai super aduenientes e bello, & dixerunt eis: Non introducite captiuitatem huc ad nos: quoniam ad peccandum Domino super nos, vos dicitis adijcere super peccata nostra, & super ignorantiam nostram : quoniam multum est peccatum nostrum, & ira furoris Domini super Israel. Et dimiserunt bellatores captiuitatem, & spolia ante principes, & omnem Ecclesiam. Et surrexerunt viri inuocati in nomine, & susceperunt captiuitatem, & omnes nudos vestierunt de spolijs : & in-
B duerunt eos, & calceauerunt eos, & dederunt [b] comedere, & vngi : & susceperunt etiam in subiugalibus omnem infirmum : & collocauerunt eos in Hiericho ciuitate palmarum apud fratres eorum: & reuerterunt in Samariam. In tempore illo misit rex Achaz ad regem Assur ad auxiliandum sibi & in [i] hoc: quoniam Idumæi inuaserunt, & percusserunt in Iuda, & captiuarunt captiuitatem. Et alienigenæ inuaserunt super ciuitates campestris, & ab Africo Iuda: & ceperunt Bæthsamys, & ([k] quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principum: & dederunt regi) Ailon, & [λ] Galerò, & Sochò, & pagos eius, & Thamna, & pagos eius, & Gamzò, & pagos eius : Et habitauerunt illic. Quoniam hu-
C miliauit Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda : [μ] quoniam discessit discessione a Domino. Et venit super eum Thalga Phallasar rex Assur, & tribulauit eum. Et cepit Achaz quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principum, & dedit regi Assur : & non ad auxilium ei fuit, sed vt ipse tribularetur. Et adiecit recedere a Domino, & dixit rex Achaz : Exquiram Deos Damasci, qui verberant me. Et dixit: quoniam Dij regis Syriæ ipsi [v] confortant eos. Ipsis igitur sacrificabo, & suscipient me. Et ipsi fuerunt ei in scandalum, et omni Israel. Et remouit Achaz vasa domus Domini: et concidit ea : et clausit ianuas domus Domini: et fecit sibi altaria in omni angulo in Hierusalē: et in omni ciui-
D tate & ciuitate in Iuda fecit excelsa ad adolendū Diis alienis. Et irritauerunt Dominum Deum patrum suorum. Et reliqua verba eius, et actiones eius primæ, et nouissimæ, ecce scripta in libro regum Iuda, et Israel. Et dormiuit Achaz cum patribus suis: et sepultus est in ciuitate Dauid: quoniam non intulerunt eum in sepulchra regum Israel. Et regnauit Ezecias filius eius pro eo.

[α] Et quinque.] *Abest hoc à Compl. & vulgata, & 4. reg. 16. etiam in nostra dicitur fuisse viginti annorum.* [β] Gie.] *Compl.* φάραγγι, valle, *quod est interpretatio illius. Alii codices* ἐν γῇ ἐνὸμ, in terra Ennom. [γ] Per manum.] *Compl.* ἐν χειρὶ, in manu. [δ] Vicarium.] τὸ διάδοχον. *Compl.* τὸ δεύτερον, *quod vulg.* secundum à rege, *de hoc alibi.* [ε] Trecenta.] *Ita & alii nonnulli libri. Aliquot alii,* ὀκτακοσίας, octingenta. *In aliis est,* διακοσίας, ducenta, *vt vulgata.* [ζ] Vestro?] *Sic in collatis codicibus. In Compl sequitur,* πλημμέλειαι μεθ' ὑμῶν κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν, delicta vobiscum Domino Deo vestro, *quæ quidem sunt in hebræo. Apud Theodoretum hic locus ita legitur,* ἰδοὺ οὐκ εἰμὶ μεθ' ὑμῶν, μαρτύρεται κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, πλημμέλειαι μεθ' ὑμῶν τῷ θεῷ ὑμῶν. Ecce non sum vobiscum, testatur Dominus Deus noster, delicta vobiscum Deo nostro. [η] Vdias.] *Alii* ἀζαρίας ὁ τοῦ ἰωανοῦ. *& vulgata,* Azarias filius Iohannan. [θ] Comedere.] *In Compl.* καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τοῦ φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀλείψασθαι, & dederunt eis ad comedendum, & bibendum, & vngendum. [ι] Et in hoc : quoniam.] καὶ ἐν τούτῳ, ὅτι. *Compl.* καὶ ἐν τούτῳ τῷ ἔτει, & in hoc anno. *Hebræus habet,* Et adhuc. [κ] Quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principum; & dederunt regi.] *Hæc habentur in libris vetustis, qui collati sunt. Absunt tamen à Compl. & vulgata: & videri possunt ex loco inferiore, vbi ponūtur, huc etiam irrepsisse.* [λ] Galero.] *Alii* τὴν γαδηρώθ. *Compl.* γαδηρώθ, Gaderoth. [μ] Quoniam discessit.] *Compl. & Theodoretus,* ἀνθ' ὧν ἀπεκάλυψεν ἐν τῷ ἰούδα, καὶ ἀπέστη ἀποστασίᾳ ἀπὸ κυρίου, pro eo quod reuelauit in Iuda, & rebellauit rebellione à Domino. *Et addit Theodoretus explanationem.* Illud ἀπεκάλυψεν significat, docuit eum quæ minime oportebat: exteraos enim induxit mores, &c. *Vulgata,* eo quod nudasset eum auxilio. [ν] Confortant eos.] *Theodoretus,* κατισχύουσιν αὐτῶν, præualent ei.

E

CAP.

CAP. XXIX.

A

ET Ezecias regnauit, cum esset viginti et quinque annorum: et viginti nouem annos regnauit in Hierusalem: et nomen matri eius Abia filia Zachariæ. Et fecit rectum in conspectu Domini secundum omnia, quæ fecit Dauid pater eius. Et factum est, vt stetit super regnum suum, in mense primo aperuit ianuas domus Domini, et instaurauit eas. Et introduxit sacerdotes et Leuitas: et constituit eos in latere, quod ad Orientem, et dixit eis: * Audite Leuitæ: Nunc purificamini, et purificate domum Domini Dei patrum vestrorum: et eijcite immunditiam e sanctis: quoniam rebellarunt patres nostri, B et fecerunt malum ante Dominum Deum nostrum, et dereliquerunt eum, et auerterunt faciem suam a tabernaculo Domini, et dederunt ceruicẽ, et clauserunt ianuas templi, et extinxerunt lucernas: et thymiama non adoluerunt, et holocaustomata non obtulerunt in sancto, Deo Israel. Et iratus est ira Dominus super Iudam & Hierusalem, & dedit eos in ecstasim, & in perditionem, & in sibilum, sicut vos videtis oculis vestris: Et ecce ᵝ percussi sunt patres nostri in gladio. Et filij vestri, & filiæ vestræ, & vxores vestræ in captiuitate in terra non sua: ᵞ quod & nunc est. Pro his nunc est super cor disponere testamentum meum, testamentum Domini Dei Israel: & auertet iram furoris sui à nobis. Et C nunc non omittatis; quoniam in vobis elegit Dominus ad standum ante se ad ministrandum, & vt sint sibi ministrantes, & adolentes. Et surrexerunt Leuitæ, Maath filius Amasi, & Ioel filius Azariæ de filijs Caath: Et de filijs Merarì, Cis filius Abdì, & Azarias filius Ilaelel: Et de filijs Gedsoni, Iodaad filius Iemmath, & ᵟ Ioadã: hi filij Ioachà: Et de filijs Elisaphã, Zambrì, et Ieiel: Et de filijs Asaph Zacharias, & Matthanias: Et de filijs Hæman, Ieiel, & Semei: Et de filijs Idithũ, Samæas, et Oziel. Et congregauerunt fratres suos: et purificati sunt iuxta mandatum regis per præceptum Domini, ad mundandam domum Domini. Et ingressi sunt sacerdotes intus in domum Domini ad purificandam: et eiecerunt D omnem immunditiam inuentam in domo Domini, et ᵃ in atrium domus Domini. Et susceperunt Leuitæ eijcere in torrentem Cedron foras. Et ceperũt die prima, neomenia primi mensis purificare: et die octaua mensis intrauerunt in templum Domini: et purificauerunt domum Domini in diebus octo: et die ᶻ tertiadecima mensis primi consummauerunt. Et ingressi sunt intus ad Ezeciam regem, et dixerunt: Purificauimus omnia, quæ in domo Domini, altare holocaustosis, et vasa eius, et mensam propositionis, et vasa eius: et omnia vasa, quæ polluerat rex Achaz in regno suo in rebellione sua, parauimus, et purificauimus: ecce sunt ante altare Domini. Et surrexit mane Ezecias rex, et congregauit principes ciuitatis, et ascendit in domum Domini, et obtulit vitulos septem, arie- E tes septem, agnos septem, hircos caprarum septem pro peccato, pro regno, et pro sanctis, et pro Israel. Et dixit filijs Aaron sacerdotibus ascendere super altare Domini. Et sacrificauerunt vitulos: et susceperũt sacerdotes sanguinem, et effuderunt super altare. Et immolauerunt vitulos, et effundebant sanguinem super altare. Et immolauerunt agnos, et circumfuderunt sanguinem altari. Et adduxerunt hircos, qui pro peccato, ante regem, et Ecclesiam: et imposuerunt manus suas super eos. Et sacerdotes immolauerunt eos, et expiauerunt sanguinem

A nem eorum ad altare, & expiauerunt pro omni Iſrael: quoniã dixit rex, pro omni Iſrael η holocauſtoſis, & quæ pro peccato. Et ſtatuit Leuitas in domo Domini in cymbalis, & in nablis, & in citharis iuxta mandatũ Dauid regis, & Gad, qui erat videns regi, & Nathan prophetæ: quoniam per mandatũ Domini θ præceptum in manu prophetarum. Et ſteterũt Leuitæ in organis Dauid, & ſacerdotes tubis. Et dixit Ezecias, offerre holocauſtoſim ſuper altare. Et in incipiendo offerre holocauſtoſim, ceperunt cantare Domino, & tubæ ad organa Dauid regis Iſrael. Et vniuerſa eccleſia adorabat, & cantores cantantes, & tubæ clangentes; quoaduſque conſummata eſt holocauſtoſis. Et vt conſummauerunt offerentes;

B flexit ſe rex, & omnes ι inuenti, & adorauerunt. Et dixit Ezecias rex, & principes Leuitis, laudare Dominum in ſermonibus Dauid, & Aſaph prophetæ. Et laudabant in lætitia, & procubuerunt, & adorauerunt. Et reſpondit Ezecias, & dixit: Nunc impleſtis manus veſtras Domino: adducite, & afferte ſacrificia κ laudationis in domum Domini. Et obtulit Eccleſia ſacrificia, & laudationes in domum Domini, & omnis promptus corde holocauſtoſes. Et fuit numerus holocauſtoſis, quam obtulit Eccleſia, vituli ſeptuaginta, arietes centum, agni ducenti: in holocauſtoſim Domino omnia hæc. Et ſanctificati vituli ſexcenti, oues ter mille: Sed ſacerdotes fuerunt pauci, & non potuerunt excoriare holocauſtoſim: & adiuuerunt eos

C fratres eorum Leuitæ: quoaduſque cõſummatum eſt opus, & quoaduſque purificati ſunt ſacerdotes: quoniam Leuitæ prompte λ purificabant præ ſacerdotibus. Et holocauſtoſis multa in adipibus conſummationis ipſius ſalutaris, & libaminum holocauſtoſis. Et directum eſt opus in domo Domini. Et lætatus eſt Ezecias, & omnis populus, quia parauerat Deus populo. Nam ſubito factum eſt verbum.

α Audite.] *Compl addit*, me. β Percuſſi ſunt.] *Eadem* ἔπεσον, corruerunt. γ Quod & nunc eſt. Pro his nunc.] *In aliquot libris eſt*, καὶ νῦν ἐστὶν ἐπὶ ταῖς. νῦν οὖν θέσθε ἐπὶ καρδίας ὑμῶν, τοῦ διαθέσθαι διαθήκην μετὰ κυρίου θεοῦ ἰσραήλ, & nunc ſunt pro his: Nunc igitur ponite ſuper corda veſtra, diſponere teſtamentum cum Domino Deo Iſrael. *Compl. habet tantum*, ἐγένετο ἐπὶ καρδίας μου, τοῦ διαθέσθαι διαθήκην τῷ κυρίῳ θεῷ

D ἰσραήλ. Propter hoc factum eſt ſuper cor meum diſponere teſtamentum Domino Deo Iſrael. δ Et Ioadam, hi filij Ioachà.] *Compl.* καὶ ὠδαὰμ ὁ τοῦ ἰωάχ. & Odaam filius Ioach. ε Et in atrium domus Domini.] *Hæc à Theodoreto non referuntur. A Compl. abeſt illud* & ζ Tertia decima.] *In nonnullis eſt* ἑξκαιδεκάτῃ, ſextadecima, *& ſic vulgata*. η Holocauſtoſis, & pro peccato.] *Propius quodammodo ad phraſim hebræam, quam quod eſt in Compl. & apud Theodoretum*, προσενεχθῆναι τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰ περὶ ἁμαρτίας, vt offerentur holocauſta, & quæ pro peccato. θ Præceptum in manu prophetarum.] *Theodoretus* τὸ πρόσταγμα ἦν ἐν χειρὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ, præceptum erat in manu prophetarum eius. ι Inuenti.] *Compl. addit* σὺν αὐτῷ, cum eo. κ Laudationis.] *Sic pſal. 55.* ἃς ἀποδώσω αἰνέσεως. *& in aliquot latinæ editionis libris.* Quæ reddam laudationis. *In margine libri Vaticani ſcriptum eſt* καὶ αἰνέσεις, & laudationes, *atque ita paulo poſt eſt in Vaticano ipſo, vbi vulg.* καὶ αἰνέσεως, *præter Compl. a qua eo loco abeſt vtrũque.* λ Purificabant præ ſacerdotibus.] παρὰ τοὺς ἱερεῖς, *Theodoretus* ἡγιάσθησαν περὶ, ſanctificati ſunt circa ſacerdotes. *Compl.* ἡγιάσθησαν παρὰ, ſanctificati ſunt præ ſacerdotibus.

E

CAP. XXX.

ET miſit Ezecias ad omnem Iſrael, & Iuda: & epiſtolas ſcripſit ad Ephraim, & Manaſſe, vt venirẽt in domum Domini in Hieruſalem, ad faciendum Phaſec Domino Deo Iſrael. Et conſilium inijt rex, & principes, & omnis Eccleſia in Hieruſalẽ facere Phaſec menſe ſecundo. Non enim potuerant facere illud in tempore illo; quoniam ſacerdotes non erant ſanctificati ſufficientes: & populus non conuenerat in Hieruſalem. Et placuit verbũ corã rege,

& coram

&coram Ecclesia. Et statuerunt verbum ad trāsmittendum preconium in om- A
nem Israel, a Bersabee vsque Dan, vt venientes facerent Phasec Domino Deo
Israel in Hierusalē: quoniā multitudo non fecerat secundū scripturā. Et iuerunt
cursores cū epistolis a rege, & principibus in omnē Israel, & Iudā iuxta præce-
ptum regis, dicentes: Filij Israel reuertite ad Dominū Deum Abraham, & Isaac,
& Israel: & * redire facite eos, qui euaserunt, qui relicti sunt a manu regis As-
sur. Et nolite fieri sicut patres vestri, & fratres vestri, qui recesserunt a Domino
Deo patrum suorum: & tradidit eos in desolationem, sicut vos videtis. Et nunc
nolite obdurare * corda vestra, sicut patres vestri: date gloriā Domino Deo:
& introite in sanctuarium eius, quod sanctificauit in seculum: & seruite Domi- B
no Deo vestro: & auertet a vobis furorem iræ. Quoniam in reuertendo vos ad
Dominum, fratres vestri, & filij vestri erunt in miserationibus coram omni-
bus, qui captiuarunt eos, & redire faciet in terram hanc: quoniam misericors, &
miserator Dominus Deus noster: & non auertet faciem suam * a vobis, si re-
uerterimus ad eum. Et fuerunt cursores transeuntes ciuitatē e ciuitate in mon-
te Ephræm, & Manasse, & vsque Zabulon. Et fuerunt sicut irridētes eos, & sub-
sannantes. Sed viri Aser, & de Manasse, & de Zabulon confusi sunt: & venerunt
in Hierusalem, & in Iuda. Et facta est manus Domini ad dandum eis cor vnum
veniendi, ad faciendum secundum præcepta regis, & principum in verbo Do- C
mini. Et congregati sunt in Hierusalem populus multus ad faciendum festiui-
tatem azymorum in mense secundo, ecclesia multa valde. Et surrexerunt, & di-
ruerunt altaria, quæ in Hierusalem: & omnia, in quibus adolebant falsis, demo-
liti sunt, & proiecerunt in torrentem Cedron. Et immolauerunt Phasec quarta-
decima mensis secundi. Et sacerdotes, & Leuitæ confusi sunt, & * purificaue-
runt, & intulerunt holocaustomata in domum Domini. Et steterunt super sta-
tionem suam, iuxta iudicium suum, iuxta mandatū Moysi hominis Dei. Et sa-
cerdotes accipiebant sanguines de manu Leuitarum. Quoniam multitudo Ec-
clesiæ non erat purificata; & Leuitæ fuerunt ad immolandum Phasec omni, qui
non potuerat purificari Domino. Quoniam plurima pars populi ab Ephræm, & D
Manasse, & Issachar, & Zabulon non purificauerunt, sed manducauerunt Pha-
sec * præter scripturam. * Hoc & deprecatus est Ezecias pro eis, dicens: Do-
minus bonus propitietur pro omni corde dirigente ad exquirendum Dominū
Deum patrum suorum, & non secundum purificationem sanctorum. Et exaudi-
uit Dominus Ezeciam, & sanauit populum. Et fecerunt filij Israel, qui inuenti
sunt in Hierusalem, festiuitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, &
hymnos dicentes Domino, diem per diem: & sacerdotes, & Leuitæ in * orga-
nis Domino. Et locutus est Ezecias ad omne cor Leuitarum, & intelligentium
intellectum bonum Domino. Et consummauerunt festiuitatem azymorum se- E
ptem diebus, sacrificantes sacrificium salutaris, & confitentes Domino Deo pa
trum suorum. Et deliberauit Ecclesia simul facere septem dies alios. Et fece-
runt septem dies in lætitia: Quoniam Ezecias primitias obtulit ipsi Iuda, ipsi
Ecclesiæ mille vitulos, & septem mille oues: & principes obtulerunt primitias
populo vitulos mille, & oues decem mille, & * sancta sacerdotum in multi-
tudine. Et lætata est omnis Ecclesia, sacerdotes, et Leuitæ, et omnis Ecclesia Iu
da, et qui inuenti sunt de * Hierusalem, & proselyti, qui venerant de terra
Israel,

A Iſrael & habitantes Iuda. Et facta eſt lætitia magna in Hieruſalem. A diebus Salomon filij Dauid regis Iſrael non facta eſt talis feſtiuitas in Hieruſalem. Et ſurrexerunt ſacerdotes Leuitæ; & benedixerunt populum: & exaudita eſt vox eorum: & venit deprecatio eorum ad habitaculum ſanctum eius in cælum.

α Redire facite.] *Plerique* καὶ ἐπιστρέψει, & conuertet. β Corda.] *In plerisque* τοὺς τραχήλους ὑμῶν ceruices veſtras. γ Vobis.] *Alij* ἡμῶν, nobis, *hebræus habet* vobis, *ſed ſequitur*, ſi reuerſi fueritis. δ Purificauerunt.] *Alij* ἡγνίσθησαν, purificati ſunt, *aut*. ἡγιάσθησαν. ſanctificati ſunt. ε Præter ſcripturam.] *Compl. non ſine mendo*, ὑπὲρ non præter. ζ Hoc & deprecatus eſt.] τοῦτο καὶ προσηύξατο. *Nonnulli* ὃ καὶ προσηύξατο. quod & deprecatus eſt. *In alijs eſt tantum* καὶ προσηύξατο, Et deprecatus eſt. η Organis.] *Compl. addit* ἰσχύος, fortitudinis. θ Et ſancta ſacerdotum.] *Eadem* καὶ ἡγιάσθησαν τῶν ἱερέων, *quod vulgata*, ſan-
B ctificata eſt ergo ſacerdotum plurima multitudo. ι Hieruſalem.] *Alij* ἰσραήλ, Iſrael, & *Complut.* οἱ ἐλθόντες ἐξ ἰσραήλ, qui venerant ex Iſrael.

CAP. XXXI.

ET poſtquam conſummata ſunt omnia hæc; egreſſus eſt omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in ciuitatibus Iuda: & contriuerunt ſtatuas, & exciderunt lucos, & diruerunt excelſa: & aras de omni Iudæa, & Beniamin, & de Ephræm, & de Manaſſe vſque in finem. Et reuerterunt omnis Iſrael, vnuſquiſque ad hæreditatem ſuam, & ad ciuitates ſuas. Et ordinauit Ezecias vices ſacerdotum, & Le-
C uitarum, & vices cuiuſque iuxta ſuum miniſterium, ſacerdotibus, & Leuitis ad holocauſtoſim, & ad ſacrificium ſalutaris, & ad laudandum, & confitendum, & miniſtrandum in portis in α atrijs domus Domini. Et portio regis de ſubſtantia eius ad holocauſtoſes, matutinam, & veſpertinam, & holocauſtoſes in ſabbata, & in Neomenias, & in feſtiuitates ſcriptas in lege Domini. Et β dixerunt populo, habitantibus in Hieruſalem, dare portionem ſacerdotum, & Leuitarum, vt confortentur in miniſteria domus Domini. Et poſtquam conſtituit γ verbum, abundanter dedit Iſrael primitias frumenti, & vini, & olei, & mellis: & omne genimen agri, & decimas omnes in multitudine attulerunt filij Iſrael, & Iuda. Et habitantes in ciuitatibus Iuda etiam ipſi attulerunt decimas vitulo-
D rum, & ouium, & decimas δ caprarum: & ſanctificauerunt Domino Deo ſuo. Et intulerunt, & poſuerunt aceruos aceruos. In menſe tertio ceperunt acerui fundari: & in menſe ſeptimo conſummati ſunt. Et venit Ezecias, & principes, & viderunt aceruos, et benedixerunt Dominum, et populum eius Iſrael. Et percunctatus eſt Ezecias ſacerdotes, & Leuitas ſuper aceruis. Et dixit ad eum Azarias ſacerdos princeps in domo Sadoc, & dixit: Ex quo cœperunt primitiæ afferri in domum Domini; manducauimus, & bibimus, & reliquimus vſque ad multitudinem: quoniam Dominus benedixit populum ſuum: ε & reliquimus ad multitudinem hanc. Et dixit Ezecias adhuc parare paſtophoria in domo Do-
E mini. Et parauerunt, & attulerunt illuc primitias, & decimas in fide: & ſuper eos præſes Chonenias Leuita, & Semei frater eius ſuccedens, & Ieiel, & Ozias, & Naeth, & Aſael, & Ierimoth, & Iozabad, & Eliel, & Samachia, & Maath, & Banaias, & filij eius conſtituti per Choneniam, & Semei fratrem eius; ſicut ordinauit Ezecias rex, & Azarias Dux domus Domini. Et Core filius Iemna Leuita ianitor ad orientem ſuper dona ad dandum primitias Domini, & ſancta ſanctorum ζ per manum Odom, & Beniamin, & Ieſus, et Semei, et Amarias, et Sechonias η per manum ſacerdotum in fide, ad dandum fratribus ſuis ſecundum vices,

vices, iuxta magnum, et paruum, (præter fœturā masculinorum a triennio, et A
supra) omni ingredienti in domum Domini, in verbo dierum in die ad ministerium vicibus ordinationis suæ. Hæc distributio sacerdotum secundum domos patriarum: et Leuitæ in vicibus suis a vigesimo anno, et supra in ordinatione, θ ad distribuendum in omni fœtura filiorum suorum, et filiarum suarum, in omnem multitudinem: quoniam in fide purificauerant sanctum. Filijs ι Aaron fungentibus sacerdotio, et qui de ciuitatibus eorum in omni ciuitate, et ciuitate, viri, qui nominati sunt in nomine, ad dandum partem omni masculino in sacerdotibus, et omni adnumerato in Leuitis. Et fecit sic Ezecias in omni Iuda, et fecit bonum, et κ rectum coram Domino Deo suo. Et in omni ope- B
re, quod cœpit in opificio in domo Domini, et in lege, et in præceptis exquisiuit Deum suum ex tota anima sua: et fecit, et prosperatus est.

α In atrijs.] *Alii* αὐλῆς, atrij, *quod videtur in vulg esse*, in portis castrorum. *Compl. autem* καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς, & in atrijs. β Dixerunt.] *Complutensis*, καὶ εἶπεν Ἐζεκίας, & dixit Ezecias. *Ab hebræo abest dictio*, Ezecias. γ Verbum.] *Hic etiam addit*, Ezecias. *In hebræo est*, cum multiplicatum esset verbum: *quod vulgata explanauit*, Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis. δ Caprarum, & sanctificauerunt.] αἰγῶν, καὶ ἡγίασαν. *Ita collati codices, & etiam Compl. quamuis hebræo magis responderet*, ἁγίων ἃ ἡγίασαν, sanctorum, quæ sanctificauerunt. ε Ad multitudinem hanc.] ἐπὶ τὸ πλῆθος τοῦτο, *propius quodammodo ad phrasim hebræam, quàm quod est in alijs*, ἔτι τὸ πλῆθος τοῦτο, adhuc multitudinem hanc. ζ Per manum Odom.] *Est aliqua varietas in codicibus. Compl.* ἀδὰν, Adan. *In hebræo est*, & ad manum eius Eden: *quod in vulgata*. Et sub cura eius Eden. η Per manum sacerdotum.] *Compl.* ἐν ταῖς πόλεσι διὰ χειρὸς τῶν ἱερέων, in ciuitatibus per manum sacerdotum. *In hebræo, & vulgata est tantum*, in ciuitatibus sacerdotum. θ Ad distribuendum.] *In aliis*, ἐν καταλοχίαις, *in Compl.* ἐν τοῖς καταλοχισμοῖς, in distributionibus. ι Filijs Aaron.] *Compl.* καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν τοῖς ἱερατεύουσιν ἐν τοῖς ἀγροῖς, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, ἐν πάσῃ πόλει, καὶ πόλει. Et filijs Aaron fungentibus sacerdotio in agris, & in ciuitatibus suis, in omni ciuitate, & ciuitate, &c. *Vulgata*, sed et filiorum Aaron per agros, & suburbana vrbium singulorum dispositi erant, &c. κ Rectum.] *In Compl. additur*, καὶ τὸ ἀληθὲς, & verum, *vt vulgata*. C

CAP. XXXII.

ET post verba hæc, et veritatem hanc venit Sennacherim rex Assyriorum: et venit super Iudam: et castrametatus est super ciuitates muratas: D
et dixit capi eas. Et vidit Ezecias, quia venit Sennacherim, et facies eius ad bellandum super Hierusalem. Et inijt consilium cum senioribus suis, et potentibus, obstruere aquas fontium, quæ erant extra ciuitatem: et simul confortauerunt eum. Et congregauit populum multum, et obstruxit aquas fontium, et fluuium distinguentem per ciuitatem, dicens: Ne veniat rex Assur, et inueniat aquam multam, α et confortetur. Et confortatus est Ezecias, & ædificauit omnem murum dirutum, et turres, et foris antemurale aliud: et firmauit plenitudinem ciuitatis Dauid, et apparauit arma multa. Et posuit principes belli super populum, et congregati sunt ad eum super plateam portæ vallis, et locu- E
tus est ad cor eorum, dicens: Confortamini, et viriliter agite, et ne timeatis, neque paueatis a facie regis Assur, et a facie vniuersæ gentis, quæ cum eo: quoniam nobiscum plures, quam cum eo. Cum eo brachia carnea: nobiscum autem Dominus Deus noster ad saluandum, et præliandum prælium nostrum. Et fiduciam cepit populus super verba Ezeciæ regis Iuda. Et post hæc misit Sennacherim rex Assyriorum pueros suos super Hierusalem: et ipse super Lachis, et omnis exercitus cum eo. Et misit ad Ezeciam regem Iuda, et ad omnem Iuda, qui in Hierusalem, dicens: Sic dicit Sēnacherim rex Assyriorum: Super quo vos

A vos confisi estis, & sedebitis in obsidione in Hierusalem? Nonne Ezecias decipit vos ad tradẽdum vos in mortem, & in famem, & in sitim, dicens: Dominus Deus noster saluabit nos de manu regis Assur? Nonne hic est Ezecias, qui circumabstulit altaria eius, & excelsa eius, & dixit ipsi Iuda, & habitantibus in Hierusalem, dicens: ante altare hoc adorabitis, & in eo adolebitis? Nonne cognoscetis, quicquid feci ego, & patres mei omnibus populis regionum? Nunquid valentes valuerunt Dij gentium omnis terræ saluare populum suum de manu mea? Quis in omnibus Dijs gentium harum, quas exterminarunt patres mei? Nunquid potuerunt saluare populum suum de manu mea, quia poterit Deus B vester saluare vos de manu mea? Nunc igitur ne decipiat vos Ezecias, & ne confidere vos faciat secundũ hæc, & ne credatis ei: quia non poterit Deus omnis gentis, & regni saluare populum suum de manu mea, & de manu patrũ meorum: quia Deus vester non saluabit vos de manu mea. Et adhuc locuti sunt pueri eius super Dominum Deum, & super Ezeciam puerum eius. Et librum scripsit ad exprobrandum Dominum Deum Israel, & dixit de eo dicens: Sicut Dij gentiũ terræ non eruerunt populos suos de manu mea; sic non eruet Deus Ezeciæ populum suum de manu mea. Et clamauit voce magna iudaice ad populũ Hierusalem, qui super murum ad auxiliandum ipsis, & deijciendum, vt ca- C piant ciuitatem. Et locutus est super Deum Hierusalem, sicut & super Deos populorum terræ opera manuũ hominum. Et deprecatus est Ezecias rex, & Esaias filius Amos propheta pro his: & clamauerunt in cælum. Et misit Dominus angelum, & attriuit omnem potentem, & bellatorem, & principem, & ducem in castris regis Assur. Et reuertit cum confusione faciei in terram suam: & venit in domum Dei sui. Et de ijs, qui exierant de ventre eius, deiecerũt eum in gladio. Et saluauit Dominus Ezeciam, & habitãtes in Hierusalem de manu Sennacherim regis Assur, & de manu omnium: & requiem dedit eis in circuitu. Et multi afferebant dona Domino in Hierusalem, & munera Ezeciæ regi Iuda. Et exalta- D tus est ad oculos omnium gentium post hæc. In diebus illis ægrotauit Ezecias vsque ad mortem, & deprecatus est ad Dominum: & exaudiuit: & signum dedit ei. Et non secundum retributionem, quam dederat ei, retribuit Ezecias: sed exaltatum est cor eius: & facta est super eum ira, & super Iudam, & Hierusalem. Et humiliatus est Ezecias ab altitudine cordis sui, ipse, & habitantes Hierusalem. Et non superuenit super eos ira Domini in diebus Ezeciæ. Et factæ sunt Ezeciæ diuitiæ, & gloria multa valde. Et thesauros fecit sibi argenti, & auri, & lapides preciosi, & ad aromata, & armamentaria, & ad vasa desiderabilia, & ciuitates ad genimina frumẽti, & vini, & olei, et pagos, & præsepia omnis pecoris, & mandras ad greges, & ciuitates, quas ædificauit sibi, & apparatũ ouiũ, E & boum in multitudine: quoniam dedit ei Dominus apparatum multum valde. Ipse Ezecias obstruxit exitum aquæ Gion supra: & direxit eas deorsum ad Africum ciuitatis Dauid. Et prosperatus est Ezecias in omnibus operibus suis. Et sic legatis principum de Babylone, qui missi fuerant ad eum ad percunctandum ab eo prodigium, quod factum fuerat super terram, dereliquit eum Dominus ad tentandum eum, ad sciendum, quæ in corde eius. Et reliqua verborum Ezeciæ, & misericordia eius, ecce scripta sunt in prophetia Esaiæ filij Amos prophetæ, & in libro regum Iuda, & Israel. Et dormiuit Ezecias cum pa-

tribus suis: & sepelierunt eum in ascensione sepulchrorum filiorum Dauid. Et A
gloriam,& honorē dederunt ei in morte eius omnis Iuda,& habitantes in Hierusalem. Et regnauit Manasses filius eius pro eo.

α Et confortetur.] *Hæc absunt ab hebræo.* β Nunquid potuerunt.] *Compl.* ὃς οὐ ἠδυνάσθη qui potuerit. γ Secundum hæc.] *Eadem,* μηδὲ ἀπατάτω ὑμᾶς ἐπὶ τοῦτο, neque incitet vos in hoc. δ Quia non poterit.] *Est hebraismus, ac significat tamen,* si nullus Deus potuit; neque vester poterit. *Compl.* ὅτι οὐ μὴ ἠδυνάσθη, quia non potuit. *Sed sequentia non videntur carere mendo,* καὶ νῦν ὅτι ὁ θεὸς ὑμῶν οὐ μὴ ῥύσεται, *&c.* ε Ad auxiliandum ipsis.] τοῦ βοηθῆσαι αὐτοῖς. *Ita in vetustis codicibus, qui collati sunt. Sed in Compl.* τοῦ φοβῆσαι αὐτούς, ad terrendos eos. ζ Armamentaria.] *In Compl. sequitur,* ἐποίησε, καὶ πᾶσι τοῖς σκεύεσι τῆς ἐπιθυμίας ἀποθήκας, fecit,& omnibus vasis desiderij apothecas. *In hebræo omnia pendent ab illo,* fecit thesauros. η Quas.] *Istud ας abest à Compl.* θ Et sic legatis.] *Ita fere hebræus. In Compl. eodem sensu,* καὶ οὕτως ἐν τοῖς πρεσβείαις, & sic in legationibus. B

CAP. XXXIII.

ERAT duodecim annorum Manasses in regnando ipsum: & quinquaginta quinque annos regnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini de omnibus abominationibus gentium, quos exterminauit Dominus à facie filiorum Israel. Et reuertit,& ædificauit excelsa, quæ diruerat Ezecias pater eius,& erexit statuas ipsis Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnem militiā cæli,& seruiuit eis. Et ædificauit altaria in domo Domini, vbi dixit Dominus, in Hierusalem erit nomen meum in seculum. Et ædificauit altaria omni C
militiæ cæli in ambobus atrijs domus Domini. Et ipse traduxit filios suos in Ge Benennom. Et obseruabat vaticinationes,& augurabatur,& inseruiebat veneficijs:& fecit ventriloquos,& incātatores:& multiplicauit ad faciendū malū ante Dominum, ad irritandum eum. Et posuit sculptile, fusile, imaginē, quam fecit in domo Dei, vbi dixit Deus ad Dauid,& ad Salomon filium eius, in domo hac,& Hierusalem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, ponam nomen meum in seculum: & non adijciam commouere pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum; tantummodo si custodierint facere omnia, quæ mandaui D
eis secundum legem,& præcepta,& iudicia in manu Moysi. Et seduxit Manasses Iudam,& habitantes in Hierusalem, ad faciendum malum super omnes gētes, quas abstulit Dominus à facie filiorū Israel. Et locutus est Dominus ad Manasse,& ad populū suū: & non exaudierunt. Et adduxit Dominus super eos principes virtutis regis Assur:& ceperunt Manasse in vinculis, & ligauerunt eum in compedibus, et adduxerunt in Babylonem. Et vt tribulatus est, exquisiuit faciē Dei Domini sui: et humiliatus est valde à facie Dei patrū suorū. Et deprecatus est ad eū: et exaudiuit eum, et exaudiuit clamorem eius, et reduxit eū in Hierusalē in regnū ipsius. Et cognouit Manasses, quia Dominus ipse est Deus. Et post hæc ædificauit murū extra ciuitatem Dauid ab Africo α ad Austrū in torrente, E
et ad introitum, qui per portam piscium β egredientibus portā in circuitu, et in Opel, et exaltauit valde: et constituit principes virtutis in omnibus ciuitatibus muratis in Iuda. Et circumabstulit Deos alienos, et sculptile è domo Domini, et omnia altaria, quæ ædificauerat in mōte domus Domini, et in Hierusalē, et γ extra ciuitatem. Et instaurauit altare Domini, et super illud sacrificauit sacrificium salutaris, et laudationis. Et dixit ad Iudā, seruire Domino Deo Israel. Verumtamen adhuc populus super excelsa sacrificabat, dūtaxat Domino Deo suo. Et

A ſuo. Et reliqua verborum Manaſſe, & deprecatio eius ad Deum, & verba videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Dei Iſrael, ecce ſuper verba [δ] deprecationis eius, & exaudiuit eum, & omnia peccata eius, & rebelliones eius, & loca, in quibus ædificauit in eis excelſa, & ſtatuit ibi lucos, & ſculptilia, antequã reuerteret, ecce ſcripta ſunt ſuper ſermones videntium. Et dormiuit Manaſſes cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in horto domus eius. Et regnauit pro eo Amon filius eius. Erat annorum viginti & duorum in regnando ipſum: & duos annos regnauit in Hieruſalem. Et fecit malum in conſpectu Domini: ſicut fecerat Manaſſes pater eius, & omnibus idolis, quæ fecerat Manaſſes pater eius,
B immolabat, & ſeruiuit eis. Et non eſt humiliatus ante Dominum, ſicut humiliatus eſt pater eius: quoniam filius eius multiplicauit delictum. Et coniurarunt in eum pueri eius, & percuſſerunt eum in domo eius. Et percuſsit populus terræ eos, qui coniurarant ſuper regem Amon: & regnare fecit populus terræ Ioſiam filium eius pro eo.

α Ad Auſtrum.] *Compl.* τοῦ γιὼν, *& vulgata*, Gion. β Egredientibus portam in circuitu, & in Opel, & exaltauit valde] *Alii quidam,* καὶ περιεκύκλωσε τὸ ἄδυτον ἐκπορευομένων τὴν πύλην τὴν κυκλόθεν, καὶ ἔθετο εἰς αὐτὴν ὅπλα, καὶ ὕψωσεν αὐτὴν σφόδρα, & circundedit adytum egredientium portam in circuitu, & poſuit in ea arma, & exaltauit eam valde: *quæ vt nonnihil perturbata fortaſſe ſint, habent tamen aliquid, quod reſpondeat hebræo: in quo illud ſignificatur, Manaſſem muro circundediſſe Ophel, id eſt locum altum, & arcem, eamque*
C *valde in altum extuliſſe.* γ Et extra.] *Compl.* καὶ ἐξέβαλεν ἔξω, & proiecit extra, *vt vulgata*. δ Deprecationis eius, & exaudiuit eum] *Alii,* καὶ ὡς ἐπήκουσεν, & quomodo exaudiuit. *Sed Compl. integrius,* βασιλέων Ἰσραὴλ, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐπήκουσεν αὐτοῦ, regum Iſrael, & deprecatio eius, & quomodo exaudiuit eum.

CAP. XXXIV.

ERAT octo annorum Ioſias in regnando ipſum: & triginta & vnum annum regnauit in Hieruſalẽ. Et fecit rectum coram Domino, & ambulauit in vijs Dauid patris ſui, & nõ declinauit dextrorſum, & ſiniſtrorſum. Et in octauo anno regni ſui (& ipſe adhuc puerulus) cœpit exquirere Dominũ
D Deum Dauid patris ſui. Et in duodecimo anno regni ſui cœpit mundare Iudam, & Hieruſalem ab excelſis, & lucis, & ab [α] aris, & a ſculptilibus. Et diruit, quæ ad faciem eius, altaria ipſorum Baalim, & excelſa, quæ ſuper ea: & excidit lucos, & ſculptilia, & fuſilia contriuit, & comminuit, & proiecit ſuper faciem monumentorum ſacrificantium eis. Et oſſa ſacerdotum combuſsit ſuper altaria: & mundauit Iudam, & Hieruſalem, & in ciuitatibus Manaſſe, & Ephræm, & Symeon, & Nephthali, & locis eorum in circuitu: & diruit altaria, & lucos, & idola concidit comminuta, & omnia excelſa excidit ab omni terra Iſrael: & reuertit in Hieruſalem. Et in anno decimo octauo regni ſui [β] mun-
E dando terram, & domum, miſit Saphan filium Eſelia, & Maaſa principem ciuitatis, & Iouach filium Ioachaz a commmentarijs ipſius ad fulciendam domum Domini Dei ſui. Et venerunt ad Chelciam ſacerdotẽ magnũ: & dederũt argentũ illatũ in domũ Dei, quod congregarunt Leuitæ cuſtodiẽtes portã de manu Manaſſe, & Ephræm, & principum, & de omni reſiduo in Iſrael, & de filijs Iuda, & Beniamin, & habitantibus in Hieruſalem. Et dederunt illud in manum faciẽtium opera, qui præfecti in domo Domini: & dederunt illud facientibus opera, qui faciebant in domo Domini ad parandam, & firmandam domum. Et de-

derunt fabris, & ædificatoribus ad emendum lapides quatuor pedum, & ligna A
in trabes ad tegendum domos, quas exterminarant reges Iuda. Et viri in γ fide
super opera: & super eos visitatores Ieth, & Abdias Leuitæ ex filijs Merari, &
Zacharias, & Mosollam ex filijs Caath δ ad visitandum, & omnis Leuita, &
omnis intelligens in organis canticorum. Et super baiulos, & super omnes fa-
cientes opera, • opificio, & opificio. Et ex Leuitis scribæ, & iudices, & ianito-
res. Et in efferendo ipsos argentum illatum in domum Domini, inuenit Chel-
cias sacerdos librum legis Domini per manũ Moysi. Et respondit Chelcias, &
dixit ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini. Et dedit Chel-
cias librum ipsi Saphan. Et intulit Saphan librum ad regem: & retulit adhuc re- B
gi ζ verbũ: Omne quod datũ est argentum in manu puerorum tuorum, qui fa-
ciunt, & fuderunt argentum inuentum in domo Domini, & dederunt in ma-
num visitatorum, & in manum facientium opificium. Et annunciauit Saphan
scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Chelcias sacerdos. Et legit illum Saphan
coram rege. Et factum est, vt audiuit rex verba legis; & discidit vestimenta sua:
& mandauit rex Chelciæ, & Achicam filio Saphan, & Abdom filio Michææ, &
ipsi Saphan scribæ, & Asaia puero regis, dicens: Ite, quærite Dominum, pro
me, & pro omni, qui remansit in Israel, & Iuda de verbis libri inuenti: quoniam
magnus furor Domini accensus est in nobis; eo quod non exaudierunt patres C
nostri verba Domini ad faciendum secundum omnia, quæ scripta sunt in libro
hoc. Et iuit Chelcias, & quibus dixit rex, ad Oldam prophetissam vxorem
Sellum filij Thecoe filij Aras, • custodientem mandata: & ipsa habitabat in
Hierusalem in Masanæ: & locuti sunt ei secundum hæc. Et dixit eis: Sic dixit
Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: Sic dicit Dominus: Ec-
ce ego induco super locum hunc mala, omnia verba scripta in libro aperto co-
ram rege Iuda; pro eo quod dereliquerunt me, & sacrificauerunt Dijs alienis,
vt irritarent me in omnibus operibus manuum suarum. Et accensus est furor
meus in locum istum, & non extinguetur. Et ad regem Iuda, qui misit vos ad ex- D
quirendum Dominum, sic dicetis ei: Sic dicit Dominus Deus Israel: Verba quæ
audisti, & confusum est cor tuum, & humiliatus es a facie mea, in audiendo te
verba mea super locum istum, & super habitantes eum, & humiliatus es ante
me, & discidisti vestimenta tua, & plorasti coram me; & ego audiui, dicit Do-
minus. Ecce appono te ad patres tuos: & apponeris ad monumenta tua in pace:
& non videbunt oculi tui in omnibus malis, quæ ego induco super locum istũ,
& super habitantes eum. Et retulerunt regi sermonem. Et misit rex, & congre-
gauit seniores Iuda, & Hierusalem. Et ascendit rex in domum Domini, & om-
nis Iuda, & habitantes Hierusalem, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis populus a
paruo vsque ad magnum: & legit in auribus eorum omnia verba libri testamen E
ti • inuenta in domo Domini. Et stetit rex super columnam, & disposuit
testamentum coram Domino, ambulandi in conspectu Domini, custodien-
di mandata eius, & testimonia, & præcepta eius in toto corde, & in tota ani-
ma, ad faciendum verba testamenti scripta in libro isto. Et fecit stare omnes
inuentos in Hierusalem, & Beniamin: & fecerunt inhabitantes Hierusalem,
testamentum in domo Domini Dei patrum suorum. Et cicumabstulit Io-
sias omnes abominationes de omni terra, quæ erat filiorum Israel: & fecit
omnes

A omnes inuentos in Hierusalem, & in Israel seruire Domino Deo ipsorum, omnibus diebus ipsius, non declinauit a post Dominum Deum patrum ipsius.

α Aris.] *Hæc visum est posse significare τῶν ἀλσῶν, quod in Compl. est τῶν βωμῶν quamuis vulgata hoc loco videatur habere* simulachris. *Sed in Compl. sequitur, καὶ τῶν γλυπτῶν, καὶ τῶν χωνευτῶν,* & sculptilibus, & fusilibus: *& redundat aliquid.* β Mundabo terram.] *Sic hebræus: ac videtur tamen idem significari, atque in vulg.* mundata iam terra, & templo Domini. *Sed in alijs est, ὅτι ἐπαύσατο τοῦ καθαρίσαι,* quando iusserat mundari *Compl. autem longius à sententia, ἐπαύσατο τοῦ καθαρίσαι τὸν οἶκον, καὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπέστειλεν,* iussit mundari domum, & terram: & misit. γ In fide super opera.] *Compl. ἐποίουν ἐν πίστει οἱ ἐπὶ τῶν ἔργων,* faciebant in fide, qui super opera. δ Ad visitandum.] *Eadem, ἐπισπουδάζειν,* ad vrgendum. ε Opificio, & opificio.] *Respondet hebræo, ac significat,* in singulo quoque opere. *Compl. εἰς ἐργασίαν,* id opificium. ζ Omne quod datum est argentum.] *Alii, λέγων, πᾶν ἀργύριον ἀποδοθὲν ἐν χειρὶ τῶν παίδων σου τῶν ποιούντων τὸ ἔργον,* omne argen-

B tum datum est in manu puerorum tuorum facientium opus, *hebræus habet,* omne quod datum est in manu puerorum tuorum ipsi faciunt. η Custodientem mandata] *Compl. τοῦ ἱματιοφύλακος,* custodis vestium, *vt etiam nostra 4. reg. 22 In aliquot autem libris hic vtrumque coniungitur, τοῦ ἱματιοφύλακος φυλάσσοντος τὰς ἐντολάς.* θ Inuenta.] *Compl. τοῦ εὑρεθέντος,* inuenti.

CAP. XXXV.

ET fecit Iosias α Phasec Domino Deo suo: & immolauit Phasec quartadecima die mensis primi. Et statuit sacerdotes super custodias ipsorum: & confortauit eos ad opera domus Domini. Et dixit Leuitis potentibus in omni Israel, vt ipsi sanctificarẽtur β Domino. Et posuerunt arcam sanctam in

C domum, quam ædificauerat Salomon filius Dauid regis Israel. Et dixit rex: Nõ est vobis super humeros tollere quicquã. Nunc igitur ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel: & paramini secundũ domos patriarum vestrarum, & secundum vices vestras, iuxta scripturam Dauid regis Israel, & per manũ Salomon filij eius. Et state in domo secundum diuisiones domorum patriarũ vestrarum fratribus vestris filijs populi, & pars domus patriæ ipsis Leuitis. Et immolate Phasec, γ & præparate fratribus vestris ad faciendum iuxta verbum Domini per manũ Moysi. Et primitias dedit Iosias filijs populi oues, & agnos, & hœdos de filijs caprarum, omnia ad Phasec, & δ omnes inuentos ad numerum, triginta millia, & vitulorum tria millia. Hæc de substantia regis. Et princi-

D pes eius dederunt primitias populo, & sacerdotibus, & Leuitis. Dedit autem Chelcias, & Zacharias, & Ieiel principes ε sacerdotibus domus Dei, & dederũt in Phasec oues, & agnos, & hœdos duo millia sexcenta, & vitulos trecentos. Et Chonenias, & Banæas, & Samæas, & Nathanael frater eius, & Asabias, & Iieiel, & Iozabad principes Leuitarum dederunt primitias Leuitis in Phasec oues quinque millia, & vitulos quingentos. Et directum est ministerium: & steterunt sacerdotes super stationem suam, & Leuitæ super diuisiones iuxta mandatum regis. Et immolauerunt Phasec, & effundebant sacerdotes sanguinem de manu eorum, & Leuitæ excoriabant. Et parauerunt holocaustosim ad traden-

E dum eis secundum diuisionem per domos familiarum filijs populi, ad offerendum Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. Et sic in mane. Et assauerunt Phasec in igni iuxta iudicium: & sancta coxerunt in æneis, & in lebetibus: & prosperatum est. & currere fecerunt ad omnes filios populi. Et ζ postquam parauerunt sibi, & sacerdotibus: quoniam sacerdotes in offerendo holocausto-mata, & adipes vsque ad noctem: & Leuitæ parauerunt eis, & fratribus ipsorum filijs Aaron. Et psalmorum cantores filij Asaph super stationem suam secundum mandata Dauid, & Asaph, & Æman, & Idithom η prophetæ regis.

Et principes,& ianitores portæ,& portæ: non erat eis moueri a ministerio san- A
ctorum: quoniam fratres eorum Leuitæ parauerant eis. Et directum est, θ &
paratum est omne ministerium Domini in die illa ad faciendum Phasec,& of-
ferendum holocaustomata super altare Domini iuxta mandatum regis Iosiæ.
Et fecerunt filij Israel, qui inuenti sunt, Phasec in tempore illo, & festiuitatem
azymorum septem diebus. Et non est factum Phasec simile ei in Israel: a diebus
Samuel prophetæ,& ι omnis regis Israel non fecerunt Phasec, quod fecit Iosias,
& sacerdotes,& Leuitæ,& omnis Iuda,& Israel, qui inuentus est, & habitantes
in Hierusalē Domino. Decimo octauo anno regni Iosiæ factum est Phasec hoc.
κ Post hæc omnia, quæ fecit Iosias in domo,& vētriloquos,& gnostas,& The B
raphim,& idola,& Caresim, quæ erant in terra Iuda,& in Hierusalem, cōbussit
rex Iosias, vt statueret verba legis scripta super librū, quē inuenit Chelcias sacer
dos in domo Domini. Similis ei non fuit ante eum, qui reuertit ad Dominum
in toto corde suo,& in tota anima sua, & in tota fortitudine sua secundum om-
nem legē Moysi: & post eum non surrexit similis. Verumtamen non est auersus
Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus erat furore Dominus in Iuda su-
per omnes irritationes eius, quibus irritauit Manasses. Et dixit Dominus: Etiā
Iudam amouebo a facie mea, sicut amoui Israel: & repuli ciuitatem, quam ele-
geram, Hierusalem,& domum, quam dixeram, erit nomen meum illic. C
Et ascendit Pharao Nechao rex Ægypti super regem Assyriorum ad flumen
λ Euphratem. Et iuit rex Iosias in occursum ei. Et misit ad eum nūcios, dicens:
Quid mihi,& tibi rex Iuda? Non super te venio hodie μ ad bellandum bellum:
& Deus dixit festinare me. ν Attende a Deo, qui mecum, ne corrumpat te. Et
non auertit Iosias faciem suam ab eo: sed ad impugnandum eum confortatus
est: & non audiuit verba Nechao per os Dei: et venit ad pugnandum in campo
Mageddò. Et sagittauerunt sagittarij super regem Iosiam. Et dixit rex pueris
suis: Educite me, quoniam laboraui valde. Et eduxerunt eum pueri eius de cur
ru: et ascendere fecerunt eum super currum secundum, qui erat ei: et adduxe- D
runt eum in Hierusalem: et mortuus est, et sepultus est cum patribus suis. Et om
nis Iuda, et Hierusalē luxerunt super Iosiā. Et lamētatus est Hieremias super Io
siā: et dixerūt omnes principes, et dominatrices lamentationē super Iosiam vs-
que hodie: et dederunt eā in præceptum super Israel et ecce scripta est super la
mentationes. Et fuerāt reliqua verba Iosiæ, & ξ spes eius scripta in lege Domi
ni: et verba eius prima, et nouissima ecce scripta in libro regum Israel, et Iuda.

α Phasec.] *Compl. addit*, in Hierusalem, *vt vulgata.* β Domino.] *In aliquot libris additur*, καὶ δοῦναι (*aut* καὶ τοῦ δοῦναι) τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν οἴκῳ κυρίου, & darent arcam sanctam in domo Domini. γ Et præparate.] *Alii*, καὶ τὰ ἅγια ἑτοιμάσατε, & sancta parate. *Vulgata ex hebræo*, præparate fratres vestros. E δ Et omnes inuentos.] *Compl.* παντὶ τῷ εὑρισκομένῳ, omni, qui inueniebatur. ε Principes sacerdotibus domus Dei,& dederunt.] *Eadem* οἱ ἄρχοντες οἴκου τοῦ θεοῦ ἔδωκαν τοῖς ἱερεῦσιν, principes domus Dei dederunt sacerdotibus. ζ Et postquam parauerunt.] *Eadem*, καὶ μετὰ τοῦτο ἡτοίμασαν & post hæc parauerunt: *quod respondet vulgatæ.* η Prophetæ.] οἱ προφῆται, *Compl.* τῶν προφητῶν, prophetarum. *Vulgata ex hebræo habet* prophetæ, *in casu generandi.* θ Et paratum est.] *Abest à Compl. & videtur duæ interpretationes* κατωρθώθη, *&* ἡτοιμάσθη. ι Et omnis regis.] *Alii*, καὶ πάντες βασιλεῖς, & omnes reges. κ Post hæc omnia.] *Pro his vsque ad illud*, Et ascendit Pharao. *Compl. habet tantum hæc*, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἃ ἡτοίμασεν Ἰωσίας τὸν οἶκον ἀνέβη Φαραώ. Et post hæc omnia, quæ præparauit Iosias domum (*idest ad instaurandam domum*) ascendit Pharao,&c. *Quæ autem adduntur in nostra, & in aliis hoc loco; habita iam sunt.* 4. *reg. cap.* 23. *quæ loca conferre operæpretium fuerit: nam ex collatione deprehendetur, siquid errati in alterutro fuerit.* λ Euphratem.] *In Compl. additur*, τοῦ πολεμῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρχαμεις, *quæ in vulgata antecedunt*, ad pugnandum in Charchamis

A iuxta Euphratem. μ Ad bellandum bellum.] *In aliquot codicibus est*, πόλεμον ποιῆσαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ πολέμου, *& Compl. addit* μου, ad faciendum bellum, sed super locum belli mei. ν Attende.] *Eadem addit* σὺ, tu. *hebraeus potius*, tibi. ξ Et spes eius scripta.] *Eadem*, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται, & spes eius, & misericordia eius, sicut scriptum est. *Hebraeus non habet*, & spes eius.

CAP. XXXVI.

ET assumpsit populus terrae Ioachaz filium Iosiae, et vnxerunt eum, et constituerũt eum pro patre eius in regẽ super Hierusalẽ. Filius viginti et triũ annorum Ioachaz in regnando ipsum: et tres menses regnauit in Hierusalem: et nomen matris eius Amital filia Hieremiae de Lobna. Et [α] fecit malum
B in conspectu Domini secundum omnia, quae fecerant patres eius. Et ligauit eum Pharao Nechao in Deblathà in terra Æmath, vt non ille regnaret in Hierusalem. Et transtulit eum rex in Ægyptum, et imposuit tributum super terram centum talenta argenti, et talentum auri. Et constituit Pharao Nechao ipsum Eliacim filium Iosiae regem super Iuda pro Iosia patre eius: et commutauit nomen eius Ioacim. Et ipsum Ioachaz fratrem eius cepit Pharao Nechao, et introduxit eum in Ægyptum, et [β] mortuus est ibi. Et argentum, et aurum dedit Pharaoni. Tunc coepit terra exigi argentum ad dandum argentum super os Pharaonis. Erat viginti et quinque annorum Ioacim in regnando ipsum, et vn-
C decim annos regnauit in Hierusalem.

Et nomen matris eius Zechorà filia Neriae de Rhamà. Et fecit malum corã Domino iuxta omnia, quaecumque fecerant patres eius. In diebus eius venit Nabuchodonosor rex Babylonis in terram: et fuit ei seruiens tres annos: et rebellauit ab eo. Et misit super eos Dominus Chaldaeos, et agmina latronum Syrorum, et agmina latronum Moabitarum, et filiorum Ammon, et Samariae: et recesserunt post verbum hoc iuxta verbum Domini in manu puerorũ eius prophetarum. Veruntamen furor Domini erat super Iudam ad remouendum eũ a facie sua propter peccata Manasse in omnibus, quae fecerat, et in sanguine in-
D nocente, quem effudit Ioacim, et impleuit Hierusalem sanguine innocente: et non voluit Dominus exterminare eos.

Et ascendit super eũ Nabuchodonosor rex Babylonis: et ligauit eũ in aereis compedibus, & abduxit eum in Babylonem. Et partem vasorum domus Domini asportauit in Babylonem, & posuit ea in templo suo in Babylone. Et reliqua verborum Ioacim, & omnia, quae fecit, nonne ecce haec scripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et [γ] dormiuit Ioacim cum patribus suis; & sepultus est in Ganozaè cum patribus suis. Et regnauit Iechonias filius eius pro eo. Octo annorum Iechonias in regnando ipsum: & tres menses, & decem dies re-
E gnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini. Et vertente anno misit rex Nabuchodonosor, & intulit eum in Babylonem cum vasis desiderabilibus domus Domini: & regnare fecit Sedeciam fratrem patris eius super Iudã, & Hierusalem. Annorum viginti filius, & vnius anni Sedecias in regnando ipsum: & vndecim annos regnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini Dei sui: non est confusus a facie Hieremiae prophetae, & ex ore Domini in faciẽdo irrita erga regem Nabuchodonosor ea, quae adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam, & cor suum confortauit ad non reuertendũ ad Dominum Deum Israel. Et omnes gloriosi Iuda, & sacerdotes, & populus

terræ multiplicarunt præuaricari præuaricationes abominationum gentium: A
& polluerunt domum Domini, quæ in Hierusalem. Et misit Dominus Deus pa-
trum eorum in manu prophetarum suorum, surgens diluculo, & mittens nun-
cios suos, quoniam erat parcens populo suo, & sanctuario suo. Et erant subsan-
nantes nuncios eius, & spernentes verba eius, & illudentes in prophetis eius; do-
nec ascendit furor Domini in populum suum; quoadusque non fuit curatio. Et
adduxit super eos regem Chaldæorum: & occidit iuuenes eorum in gladio in
domo sanctuarij eius: & non pepercit δ Sedeciæ; & virginum eorum non est
misertus: & seniores eorum abduxit: omnia tradidit in manibus eorum. Et om-
nia vasa domus Dei magna, & parua, & thesauros domus Domini, & omnes B
thesauros regis, & magnatum, omnia intulit in Babylonem. Et incēdit domum
Domini, & demolitus est murum Hierusalem, & palatia eius incendit in igni,
& omne vas speciosum in perditionem. Et transtulit residuos in Babylonem, &
fuerunt ei, & filijs eius in seruos vsque ad regnum Medorum, ad implendum
verbum Domini per os Hieremiæ; donec susciperet terra sabbata sua ad sabba-
tizandum, omnibus diebus desolationis suæ ε sabbatizare in completionem
annorum septuaginta. Anno primo Cyri regis Persarum, postquam impletum
est verbum Domini per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis
Persarum: & iussit prædicari in omni regno suo in scripto, dicens: Hæc dicit Cy- C
rus rex Persarum omnibus regnis terræ Dedit mihi Dominus Deus cæli, & ip-
se mandauit mihi ædificare domum ei in Hierusalem in Iudæa. Quis ex vobis
ex omni populo eius; erit Deus eius cum eo, & ascendat.

α Et fecit malum.] *Pro his vsque ad illud*, & imposuit tributum, *in Compl. habentur tantum hæc*. Et transtulit eum rex Ægypti, vt non regnaret ille in Hierusalem. β Et mortuus.] *Et hæc vsque ad illud*, Erat (*aut, vt ipsa*, filius) viginti, & quinque, *absunt ab eadem, sicut etiam paulo post illa*, & nomen matris, *vsque ad illud*, Et ascendit: *sicut etiam à vulgata. Habentur autem in 23. & 24 cap. libri 4. Reg. licet non iisdē omnino verbis: quare conferenda sunt loca*. γ Et dormiuit Ioacim cum patribus suis, & sepultus est in Ganozaè cum patribus suis.] *Alii*, Ganozani. *Verum à Compl. & vulgata absunt omnia ista*. δ Sedeciæ.] *Eadem* τῶν νεανίσκων, iuuenibus. ε Sabbatizare.] *Alii* ἐσαββάτισεν, sabbatizauit. D

ESDRAS

A

ESDRAS LIBER I.

B

CAP. I.

ET fecit Iosias Pascha in Hierusalem Domino suo: & immolauit Pascha quartadecima die mensis primi, statuens sacerdotes per vices dierum, stolis amictos in templo Domini. Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino, in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quã ædificauit Salomon filius Dauid rex: Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino Deo
C vestro, & curam agite gentis illius Israel, & parate secundum patrias, & tribus vestras, secundum scripturam Dauid regis, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius. Et stantes in templo secundum particulam principatus paternam vestram, Leuitarum, qui stant in conspectu fratrum vestrorum filiorum Israel, in ordine, immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite Pascha secundum præceptum Domini, quod datum est Moysi. Et donauit Iosias in plebẽ, quæ inuenta est, agnorum, & hœdorum triginta millia, vitulos tria millia. Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo, & sacerdotibus, & Leuitis. Et dedit Chelcias, & Zacharias, & [a] Syelus præsides tem-
D pli sacerdotibus in Pascha oues duo millia sexcentum, vitulos trecentos. Et Iechonias, & Samaias, & Nathanael frater, & Asabias, & Ochielus, & Ioram Chiliarchi dederunt Leuitis ad Pascha oues quinq. millia, vitulos septingentos. Et hæc cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus, & secundum partes principatus patrum in conspectu populi ad offerendum Domino secundum ea, quæ in libro Moysi scripta sunt. Et sic matutinum. Et assauerunt Pascha igni, prout oportebat, & hostias coxerũt in æneis & ollis cum beneolentia: et attulerunt omnibus, qui erant ex plebe. Et post hæc parauerunt sibi, et sacerdotibus fratribus suis filijs Aaron. Sacerdotes enim of-
E ferebant adipes, vsque dum finita esset hora. Et Leuitæ parauerunt sibi, et sacerdotibus fratribus suis filijs Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant super ordinem suum secundum præcepta Dauid, et Asaph, et Zacharias, et [b] Eddinùs, qui erat a rege: Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam vicem: fratres enim illorum Leuitæ parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini agendi Pascha, et offerendi hostias super Domini altar, e secundum præceptum regis Iosiæ. Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Pascha, et diem festum azymorum per dies se-

dies septem. Et non est celebratum Pascha tale in Israel a temporibus Samuelis A
prophetæ. Et omnes reges Israel non celebrauerunt tale Pascha, quale egit Io-
sias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuentus est in com-
moratione eorum in Hierusalem. Octauo decimo anno, regnante Iosia, celebra
tum est pascha hoc. Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu Domini sui in cor-
de pleno pietatis. Et quæ circa illum quidem; conscripta sunt in pristinis tem-
poribus: de eis, qui peccauerunt, & irreligiosi fuerunt in Dominum, præ omni
gente, & regno, & quæ contristauerunt eum, sunt: & verba Domini surrexerunt
super Israel. Et post omnem actum hunc Iosiæ ascendit Pharao rex Ægypti, ve-
niens bellum suscitare in Charcamis super Euphratem. Et exijt obuiam illi Io-
sias. Et misit ad eum rex Ægypti, dicens: Quid mihi, & tibi est rex Iudææ? Non B
ad te sum missus a Domino Deo. Super Euphratem enim bellum meum est: &
Dominus mecum festinans est. Discede, & noli aduersari Domino. Et non auer
tit se Iosias super currum suum: sed expugnare eum conabatur, non attendens
verbis Hieremiæ prophetæ ex ore Domini. Sed constituit ad eum bellum in
campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Iosiam. Et dixit rex pue
ris suis: Amouete me a prælio: infirmatus sum enim valde. Et statim amo-
uerunt eum pueri ipsius de acie: & ascendit super currum secundarium suum: &
perueniens Hierosolymam vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro. C
Et in tota Iudæa lugebant Iosiam: & lamentatus est Hieremias propheta super
Iosia: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem.
Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. Hæc autem perscripta sunt
in libro historiarum de regibus Iudææ, & singula gesta actus Iosiæ, & gloriæ
eius, & intellectus eius in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ nunc,
scripta sunt in libro regum Israel, & Iudæ. Et assumẽtes qui erant ex gente, ? Ie-
choniam filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset an-
norum viginti trium. Et regnauit in Israel, & Hierusalem mensibus tribus. Et
amouit ipse rex Aegypti, ne regnaret in Hierosolymis: & multauit gentem ar- D
genti talenta centum, & auri talentum vnum. Et constituit rex Ægypti, regem
Ioacim fratrẽ eius regem Iudææ, & Hierusalẽ. Et alligauit Ioacim magnates, &
Zaracem fratrem suum apprehẽdes reduxit ex Aegypto. Annorum autem erat
viginti quinque Ioacim, cum regnare cepisset in Iudæa, & Hierusalem. Et fecit
malum in conspectu Domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex
Babylonis, & alligãs eum in æreo vinculo perduxit in Babyloniam. Et de sacris
vasis Domini accipiens Nabuchodonosor, & auferẽs fixit in tẽplo suo in Baby
lonia. Quæ autẽ narrata sunt de eo, & immũditia illius, & irreligiositate, scripta
sunt in libro tẽporũ regũ. Et regnauit pro eo Ioacim filius eius. Cum autẽ consti E
tutus esset rex, erat annorum ♂ octo. Regnat autẽ menses tres, & dies decem in
Hierusalem: & fecit malum in conspectu Domini. Et post annũ mittens Nabu-
chodonosor transmigrauit eũ in Babyloniam simul cũ sacris vasis Domini. Et
constituit Sedeciam regem Iudææ, & Hierusalem, cum esset annorum viginti
vnius: regnat autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu Domini. &
non est veritus a verbis, quæ dicta sunt ab Hieremia propheta ex ore Domini.
Et adiuratus a rege Nabuchodonosor nomine Domini periurans discessit: &
indurata ceruice sua, & corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israel.

 Et du-

A Et duces populi, & sacerdotum multa impie egerunt etiam super omnes immunditias omnium gentium, & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Hierosolymis. Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propterea quod parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant in angelis suis, & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius: quoadusque ad iracūdiam concitatus super gentem suam, propter impietates præciperet ascendere super eos reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum: & non pepercerunt iuueni, & virgini, & seni, & adolescenti: sed omnes ε tradiderunt in manus eorum.

B Et omnia sacra vasa Domini magna, & parua, & arcas Domini, & regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam. Et incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Hierusalem: & turres eius incenderunt igne, & consummauerunt omnia honorifica eius inutilia reddere: & reliquos abduxit cum gladio in Babylonem. Et fuerunt pueri ei, & filijs eius, vsque dum regnarent Persæ, in repletionem verbi Domini in ore Hieremiæ, quousque bene ageret terra sabbata sua, omni tempore desertionis suæ sabbatizabit in completionem annorum septuaginta.

C α Et Syelus.] *Alius liber* καὶ ἡ σύνοδος, & synodus. *Alius* καὶ Ἰωὴλ, & Ioel, *lib. 2. Paral. c. 35. est* Ἰεϊὴλ, Ieiel. *Hic in vulgata desunt multa. Illud autem præfari volumus, hunc librum abesse à multis Bibliorum exemplaribus: & in quibus inuentus est, non sunt magnæ varietates. Ex vulgata multa & magni ponderis obseruari possent: sed accuratus lector eas per se facile poterit animaduertere: neque vero operam perdiderit; si hæc cum quarto regnorum & secundo Paral. vbi eadem tractantur, contulerit. In vertendo quidem, quantum maxime licuit, vulgatam retinuimus.* β Eddinus.] *Nonnulli* Ἐδδιδοὺς, Eddidus. *Vulgata* Ieddinus. *2. Paral. 35 videtur esse* Idithun. γ Iechoniam.] *Sic B. Matthæus cap. 1.* Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius. *Alij libri habent* Ἰωάχαζ, Ioachaz, *sicut etiam 2. Paral. 35. Sed primo Paralip. 3. est* Ἰωχανὰν, Iochanan. δ Octo.] *Alij,* δυοκαίδεκα, *& vulgata* decem & octo. ε Tradiderunt.] *Alij* παρέδωκε, tradidit. *Vulgata* traditi sunt.

CAP. II.

D REGNANTE Cyro Persarum anno primo in consummationem verbi Domini in ore Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarū: & prædicauit in toto regno suo, & simul per scripta dicēs: Hæc dicit rex Persarum Cyrus. Me constituit regem orbis terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus: & significauit mihi ædificare sibi domum in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Si quis est igitur vestrum de gente eius; sit Dominus ipsius cum eo, & ascendens in Hierusalem, quæ in Iudæa, ædificet domum Domini Israel. Hic Dominus, qui habitaculum fixit in Hierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant; adiuuent eum, qui in loco ipsius, in auro, & in argento,

E & in dationibus, cum equis, & in iumentis, cum alijs, quæ secundum vota apponuntur in ædem Domini, quæ est in Hierusalem. Et stantes principes tribuū patriarum Iuda, & Beniamim tribus, & sacerdotes, & Leuitæ, & de omnibus quorum suscitauit Dominus spiritum ascendere ad ædificandam domum Domini, quæ est in Hierusalem: & qui erant in circuitu eorum, adiuuerunt in omnibus, in argento, & auro, equis, iumentis, & votis compluribus, multis, quorum sensus excitatus est. Et rex Cyrus protulit sacra vasa Domini, quæ trāstulit Nabuchodonosor ex Hierusalem, & fixit ea in Idolio suo. Et proferens,

ferens ea Cyrus rex Persarum tradidit ea Mithridati, qui erat super thesauros A
ipsius. Per hunc autem tradita sunt Samanassaro præsidi Iudææ. Horum autem numerus fuit, libatoria aurea mille, libatoria argentea mille, mortariola argentea viginti nouem, phialæ aureæ triginta, argenteæ duo millia quadringentæ decem, & alia vasa mille. Omnia autem vasa reportata sunt aurea, & argentea, quinque millia quadringenta sexaginta nouem. Reportata autem sunt a Samanassaro simul cum his, qui ex captiuitate, e Babylonia in Hierusalem. In Artaxersis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his, qui habitabant in Iudæa, & Hierusalem, Belemus, & Mithridates, & Tabellius, & Rathimus, & Beeltethmus, & Samellius scriba, & cæteri his coordinati, & habitantes in Sa- B
maria, & cæteris locis, subiectam epistolã. Regi Artaxersi domino pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Samellius scriba, & reliqui curiæ suæ, & iudices in Cœlesyria, & Pœnice. Et nũc notum sit domino regi, quoniam Iudæi, qui ascenderunt a vobis ad nos, venientes in Hierusalem ciuitatem refugam, & pessimã, ædificant fora eius, & statuerunt muros, & templum suscitant. Quod si ciuitas ista ædificata fuerit, & muri consummati fuerint; tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent. Et quia aguntur, quæ circa templum; recte habere arbitrati sumus non despicere hoc ipsum, sed notum facere domino regi: vt, si videbitur tibi, quæratur in libris patrum tuorũ, & inuenies in admonitio- C
nibus scripta de his: & scies, quoniã ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens: & Iudæi refugæ, & oppressiones committentes in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus tibi domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint; descẽsus tibi vltra non erit in Cœlesyriam, & Phœnicẽ. Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidẽtia, & Beeltethmo, & Samellio scribæ, & cæteris coordinatis, & habitantibus in Samaria, & Syria, & Phœnice, ea, quæ subiecta sunt. Legi epistolã, quã misistis mihi. Præcepi ego inquiri: & inuẽtũ est quoniã ciuitas illa est ab æuo regibus resistẽs, & homines rebelliones, & prælia in ea efficientes: & D
reges fortes, & duri erant in Hierusalem, dominãtes, et tributa exigentes à Cœlesyria, et Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere illos ædificare ciuitatem, et prouidere, ne quid vltra hæc fiat: et non procedant in plus malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his, quæ a rege Artaxerse scripta fuerunt, Rathimus, et Samellius scriba, et qui cum his constituti erant, iungentes festinanter in Hierusalem cum equitatu, et turba agminis cœperũt prohibere ædificantes. Et vacabat ædificatio templi in Hierusalem vsque ad secundum annum regni Darij regis Persarum.

CAP. III. E

ET rex Darius fecit cœnam magnam omnibus, qui sub ipso, et omnibus vernaculis suis, et omnibus magistratibus Mediæ, et Persidis, et omnibus purpuratis, et ducibus, et locorum præfectis, qui sub ipso ab India vsque Æthiopiam in centum viginti septem prouincijs. Et manducauerunt, et biberunt, et saturati reuerterunt. Darius autem rex ascendit in cubiculum suũ, et dormiuit, et expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes,

A qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum vnum sermonem, qui præcellat: & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alterius; dabit illi rex Darius dona magna, & epinicia magna, & purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo freno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit a Dario, propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij regis, & dixerunt: Cum surrexerit rex; dabunt ei scriptum. Et quodcumque iudicauerit rex, & tres magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est; ipsi dabitur
B victoria, sicut scriptum est. Vnus scripsit: a Forte est vinum. Alius scripsit: Fortior est rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. Et cum surrexisset rex; accipientes scriptum, dederunt ei: & legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persidis, & Mediæ, & purpuratos, et duces et prætores, et consules: et sedit in concilio: et lectum est scriptum coram ipsis. Et dixit: Vocate adolescentes: et ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, et introierunt. Et dixerunt eis: Indicate nobis de his; quæ scripta sunt. Et cœpit prior qui dixerat de fortitudine vini, et dixit ita: Viri quàm præualet vinum? omnes homines qui bibunt illud, seducit: mentem regis, et orphani facit mentem vnã,
C item serui, ac liberi, pauperis, ac diuitis: et omnem mentem conuertit in securitatem, et iucunditatem: et nõ meminit omnem tristitiam, et omne debitum: et omnia corda facit opulenta: et non meminit regem, nec magistratum, et omnia per talenta loqui facit. Et nõ meminerunt cum biberint, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios. Et cum a vino surrexerint; non meminerunt, quæ gesserunt. O viri, nonne præcellit vinum, quia sic cogit facere? Et tacuit hoc dicto.

a Forte est vinum.] *S. August. 18. de ciuit. cap. 36.* inter iuuenes quosdam orta quæstione, quid amplius valeret in rebus, &c. *Etiam S. Athanasius in Synopsi, & Sanctus Cyprianus epistola ad Pompeium huius historia mentionem faciunt itemque S. Ambr. epist. 7.*

D

CAP. IV.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O viri, nonne præcellunt homines, qui terram, & mare obtinent, & omnia, quæ in eis sunt? Rex autem præcellit, & dominatur eorum, & imperat eis: & omne quodcumque dixerit illis; obediunt. Si dixerit eis, vt faciat bellum alter aduersus alterũ; faciunt. Et si miserit illos ad hostes bellatores; vadunt, & demoliũtur montes, & muros, & turres, iugulãt, & iugulantur: & regis verbũ non prætereũt.
E Quod si vicerint; afferunt regi omnia, & quæcumque prædati fuerint, & alia omnia. Et quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram; rursum, cũ seuerint, metentes afferunt regi: & alter alterum cogentes, afferunt tributa regi. Et ipse vnus solus est. Si dixerit, occidite; occidunt: si dixerit, remittite; remittunt. Dixerit, percutite; percutient: dixerit, exterminate; exterminant: dixerit, ædificate; ædificant: dixerit, excidite; excidunt: dixerit, plantate; plantant. Et omnis plebs eius, & virtutes eum obaudiunt. Et super hæc ipse recumbit, comedit, & bibit, & dormit: hi autem custodiunt in circuitu eum: &

non possunt vnusquisque abire,& facere opera sua: neque negligenter audiunt A
eum. Viri, quomodo non præcellit rex, cui sic obeditur? Et tacuit. Tertius, qui
dixerat de mulieribus,& veritate (hic est Zorababel) cœpit loqui : Viri, non
magnus rex, & multi homines, & vinum præcellit? Quis est ergo, qui imperat
eis? aut quis, qui dominatur eorum? Nonne mulieres? Mulieres genuerunt regẽ,
& omnem populum, qui dominatur mari, & terræ : & ex illis nati sunt : & ipsæ
educauerunt eos, qui plantauerunt vineas, ex quibus vinum fit. Et ipsæ faciunt
stolas hominum: & ipsæ faciunt gloriam hominibus: & non possunt homines si-
ne mulieribus esse. Si autem congregauerint aurum, & argentum, & omnẽ rem
speciosam,& viderint mulierẽ vnam bono habitu, & bona specie; omnia hæc B
relinquentes in eam intendunt,& aperto ore conspiciũt eam,& omnes eam eli-
gunt magis, quàm aurum,& argentum,& omnem rem speciosam. Homo patrẽ
suum relinquit, qui enutriit illum,& suam regionem,& ad propriam mulierem
se cõiungit: & cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque
matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres domi-
nantur vestri. Nonne laboratis, & doletis: & omnia mulieribus datis, & affertis?
Et accipit homo gladium suum,& egreditur insidiari vijs,& latrocinari,& fur-
ta facere, & mare nauigare, & flumina: & leonem videt, & in tenebris ingredi-
tur:&, cum furtum fecerit, & rapinas, & prædas; amicæ affert: & iterum diligit C
homo vxorem suam magis, quàm patrem, & matrem. Et multi dementes facti
sunt propter mulieres,& serui facti sunt propter illas,& multi perierunt,& ma-
le rem gesserunt,& peccauerunt propter mulieres. Et nunc non creditis mihi?
Nonne magnus est rex in potestate sua? nonne omnes regiones verentur tange-
re eum? Considerabam eum, & Apamen filiam Bartacis mirifici, concubinam
regis sedentem ad dexteram regis,& auferentem diadema de capite regis,& im
ponentem sibi: & palmis cedebat regem de sinistra manu: & super hæc rex aper-
to ore intuebatur eam: &, si arriserit ei; ridet: &, si indignata ei fuerit, blanditur
ei; donec reconcilietur ei. O viri, cur non sunt fortes mulieres, quia sic faciunt?
Et tunc rex,& purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de ve- D
ritate. Viri, nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum:
& velox cursu Sol, quoniam vertitur in gyro cæli, & rursus recurrit in locum
suum in vna die. Nonne magnus est, qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior
præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat: cælum etiam ipsam benedicit:
& omnia opera mouentur, & tremunt: & non est cum ea quicquam iniquum.
Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, &
iniqua omnia opera eorum hæc, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate
peribunt. Et veritas manet,& inualescit in æternum,& viuit & obtinet in [a] se-
culum seculi. Nec est apud eam accipere personas, neque differentia: sed quæ E
iusta sunt, facit, ab omnibus iniustis, ac [b] malignis: & omnes benignantur ope-
ribus eius: & non est in iudicio eius quicquam iniquum: & hæc, fortitudo, & re-
gnum,& potestas,& maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. Et
desiit loquendo. Et omnis populus tunc clamauit: & tunc dixerunt : Magna est
veritas,& præualet. Tunc rex ait illi: Pete, si quid vis amplius quam quæ scripta
sunt: & dabimus tibi secundum quod inuentus es sapientior: & proximus mihi
sedebis,& cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi: Memor esto voti, quod vo-
uisti,

A uisti, ædificare Hierusalem in die, qua regnum tuum accepisti, & omnia vasa, quæ accepta sunt ex Hierusalem, γ & remittere, quæ separauit Cyrus, quando vouit excidere Babyloniam, & vouit remittere illuc. Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt δ Idumæi: quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc est, quod à te postulo domine rex, & quod peto à te: & hæc est maiestas, quæ à te. Postulo igitur, vt facias votum, quod vouisti regi cæli facere ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit ei epistolas ad omnes dispensatores, & locorum præfectos, & duces, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos, qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Hierusalē. Et
B omnibus prouinciarū præfectis in Cæle Syria, & Phœnice, & qui in Libano, scripsit epistolas, vt transferrent ligna cedrina à Libano in Hierusalem: &, vt ædificarent cum eo ciuitatem. Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & præfectum, & purpuratum, & dispensatorem non superuenire ad ianuas ipsorum, & omnem regionem, quam obtinent, immunem eis esse: & vt ε Idumæi relinquant castella, quæ obtinent Iudæorum: & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dū perædificaretur: & super altare holocaustomata offerre quotidie, sicut habent præceptum, ζ septem & decem offerre alia talenta, decem per singu-
C los annos: & omnibus, qui η accedunt à Babylonia condere ciuitatem, vt esset libertas ipsis, & filijs eorum, & omnibus sacerdotibus, qui accederent. Scripsit autem & contributionem, & sacram stolam, in qua deseruiunt in ea. Et Leuitis scripsit dari contributionem, vsque in diem, qua cōsummabitur domus, & Hierusalem extruetur: & omnibus custodientibus ciuitatē scripsit dari eis sortes, & stipendia. Et dimisit omnia vasa, quæcumque separauerat Cyrus è Babylonia: & omnia, quæcumque dixit Cyrus facere; & ipse præcepit fieri, et mitti Hierusalem. Et cum processisset ille adolescens, eleuans faciem in cælum è regione Hierusalem; benedixit regem cæli, dicens: Abs te est victoria, et abs te est sapiē-
D tia, et tua est gloria: et ego tuus seruus. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiā: et tibi confitebor Domine patrum. Et accepit epistolas, et exiuit, et venit in Babyloniam: et nunciauit fratribus suis omnibus. Et benedixerunt Deum patrum suorum: quoniam dedit illis refrigerium, et remissionem; vt ascenderent, et ædificarent Hierusalem, et templum, vbi nominatum est nomen eius in ipso. Et exultauerunt cum musicis, et lætitia diebus septem.

α Seculum seculi.] *Alius liber* εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *& vulgata*, in secula seculorum: *itemque S. Cyprianus ad Pomp. contra epist. Steph. quo loco tota hæc clausula est, vt in vulgata.* β Malignis.] *In aliquo libro additur* ἀπέχεται, abstinet. *Vulgata*, sed quæ iusta sunt, facit omnibus, iniustis, ac malignis. γ Et remittere.] *Illud*, &, *abest à nonnullis, itemque à vulgata.* δ Idumæi.] *Sic etiam vulgata. Nonnulli autem*
E *codices* ἐνεπύρισεν ναβουχοδονόσορ, incendit Nabuchodonosor. ε Idumæi.] *Sic eadem quoque vulgata. In plerisque codicibus est*, οἱ χαλδαῖοι, Chaldæi. ζ Septem & decem.] *Abest à vulgata. In aliquot codicibus coniungitur cum præcedentibus; ac deinde sequitur*, προσφέρειν δὲ καὶ ἄλλα δέκα τάλαντα κατ' ἐνιαυτόν, offerre autem & alia decem talenta quolibet anno. η Qui accedunt.] *Aliqui* προσβαίνοντες, *& vulgata*, qui procedunt: *itemque paulo post, vbi vulgata*, qui præcedunt. *Sed multa huiusmodi notari possent.*

CAP. V.

POST hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes domus patriarum, per tribus suas, & vxores illorum, & filij eorum, & filiæ, & serui ipsorum, & ancillæ, & pecora eorum. Et Darius misit vnà cum eis equites mille

rio epistolæ, quam misit Thanthanai subregulus regionis trans flumen, & Sa- A
tharbuzanai, & conserui eorum Apharsachæi, qui in transfluuiali, Dario regi: β verbis miserunt ad eum. Et hæc scripta sunt in γ eo. Dario regi pax omnis: Notum sit regi, quia iuimus in Iudæam prouinciam ad domum Dei magni: & ipsa ædificatur lapidibus electis; & ligna imponuntur in parietibus, & opus illud valde dexterum fit, & bene procedit in manibus eorum. Tunc interrogauimus seniores illos, & sic diximus eis: Quis posuit vobis decretum, domum hãc ædificare, & apparatum hunc perficere? Et nomina eorum interrogauimus eos ad notificandum tibi; vt scriberemus tibi nomina virorum principum eorum. Et huiusmodi verbum responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cæ- B
li, & terræ: & ædificamus domum, quæ erat ædificata ante hunc annos multos: & rex Israel magnus ædificauit eam, & perfecit eam ipsis. Ex quo autem irritarunt patres nostri Deum cæli; dedit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: & domum hanc dissoluit, & populum transtulit in Babylonem. Sed in anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum, domum Dei hanc ædificari: & vasa domus Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor extulerat de domo, quæ in Hierusalem, & asportauerat ea in templum regis, protulit ea Cyrus rex è templo regis, & dedit Sabanasar custodi thesaurorum, qui super thesaurum, & dixit ei: Omnia vasa sume, & vade: pone ea in domo, quæ in Hie- C
rusalem, in locum eorum. Tunc Sabanasar ille venit, & dedit fundamenta domus Dei in Hierusalem: & ex tunc vsque nunc ædificata est, & non est perfecta. Et nunc, si super regem, bonum; requirat in domo Gazæ regis Babylonis, vt cognoscas, quia à rege Cyro positum est decretum, ædificare domum Dei illam, quæ in Hierusalem. Et cum nouerit rex de hoc; mittat ad nos.

α Data est.] ἀπεστάλη. Compl. δέδοται, dat. *Ac deinde initium periodi facit,* διασάφησις ἐπιστολῆς, explicatio, *vel* exemplar epistolæ: *quod etiam nihilo incommodius in nostra fieri potest.* β Verbis.] *Vnus vetustus codex habet* ῥῆμα, verbum, sermonem: *quod respondet hebræo. Compl.* ῥήματα, verba. γ Eo.] Eadem, ἐν αὐτῇ, *vt referatur ad illud,* διασάφησις ἐπιστολῆς. D

CAP. VI.

TVNC Darius rex posuit decretum, & requisiuit in bibliothecis, vbi Gaza posita est in Babylone. Et inuentum est in α ciuitate in palatio caput vnum, & hic scriptus in eo commentarius. In anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum de domo β sacra Dei, quæ in Hierusalem: Domus ædificetur, & locus, vbi sacrificant sacrificia. γ Et posuit eleuationẽ, altitudo cubiti sexaginta, latitudo eius cubitorũ sexaginta: & domus lapideæ validæ tres: E
& domus lignea vna. Et sumptus de domo regis dabitur. Et vasa domus Dei argentea, & aurea, quæ Nabuchodonosor extulit è domo, quæ in Hierusalem, & portauit in Babylonem; & dentur, & remittantur in templum, quod in Hierusalem super locum, vbi posita fuerant in domo Dei. δ Nunc dabitis subreguli trans flumen Sacharbuzanai, & conserui ipsorum Apharsachæi, qui trans flumen, ε longe existentes illinc, nunc permittite opus domus Dei. Præpositi Iudæorũ, & seniores Iudæorum domum Dei illam ædificẽt super locum ipsius. Et a me decretũ positum est, ζ ne quando quid faciatis cum senioribus Iudæorũ ad ædi-

A reth, filij Sabiè, filij Sarothì, filij Misæas, filij Gas, filij Addus, filij Subà, filij Apherrà, filij Barodis, filij Saphag, filij Allom, omnes sacro seruiẽtes, & filij puerorum Salomonis trecenti septuaginta duo. Hi sunt, qui ascenderunt à Thermeleth, & Thelersis: Dux eorum Charaa Thalan, & Aalar. Et non potuerunt edicere patrias suas, & progenies, quemadmodum sint ex Israel: Filij Dalan filij Baenan, filij Necodan, sexcenti quinquaginta duo. Et ex sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti, filij Obdia, filij Achos, filij Iaddù, qui accepit Augiam vxorem ex filiabus Phaezeldæi, & vocatus est in nomine eius. Et horum quæsita generis scriptura in computatione, & non inuenta, prohibiti

B sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Neemias, & Atthanias, ne participentur, donec exurgat Pontifex indutus ostensionem, & veritatem. Omnes autem de Israel fuerunt a duodecimo anno, & supra exceptis seruis, & ancillis, quadraginta duo millia trecenti sexaginta. Serui horum, & ancillæ, septem millia trecenti triginta septem. Cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta quinque. Cameli quadringenti quadraginta septem. Et equi septem millia triginta sex. Muli ducenti quadraginta quinque. Subiugalia quinque millia quingenta viginti septem. Et de præpositis ipsis per patrias, dum venirent in templum Dei, quod erat in Hierusalem, vouerunt suscitare templum in loco suo secundum suam virtutem, & dare in sacrum Gazophilacium operum, auri minas mille, &

C argenti minas quinque millia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui de populo eius in Hierusalem, & regione, & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in pagis suis. Instante autem septimo mense cumque essent filij Israel, vnusquisque in suis; conuenerunt vnanimes in atrium primæ portæ orientalis. Et stans Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare Dei Israel, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt. Et aggregati sunt illis ex alijs nationibus terræ, & erexerunt altare in loco * ipsorum, quoniam in inimicitia erant eis, & confortauerunt eos omnes gentes, quæ super terram, & offerebant hostias secundum tempus, & ho

D locaustomata Domino, matutinum, & vespertinum. Et egerunt scenopegiæ diẽ solennem, sicut præceptum est in lege, & sacrificia quotidie, sicut oportebat, & post hæc oblationes sacrificij iugis & hostias sabbatorum, & Neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificatorum. Et quotquot vouerant votum Deo a Neomenia septimi mensis; cœperunt hostias offerre Deo: & templum Dei nondum ædificabatur. Et dederunt pecuniam lapidarijs, & fabris, & potũ, & pabula, & carra Sidonijs, & Tyrijs, vt trascenderent illi de Libano ligna cedrina, transportando rates in Ioppe portum, secundum decretum, quod scriptũ erat eis, a Cyro Persarũ rege. Et secũdo anno veniẽtes in tẽplũ Dei in Hierusalẽ,

E mense secũdo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & fratres eorũ, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnes, qui venerãt de captiuitate in Hierusalẽ. Et fundauerũt tẽplũ Dei nouilunio secũdi mẽsis secũdi anni, cũ venissent in Iudæã, & Hierusalẽ. Et statuerũt Leuitas a viginti annis super opera Domini. Et stetit Iesus, & filij, & fratres, & Cadmiel frater, & filij Emadabũ, & filij Ioda filij Eliadud cũ filijs, & fratribus, omnes Leuitæ vnanimiter exactores operũ, faciẽtes ad opera in domo Domini. Et ædificauerũt ædificatores tẽplũ Domi-

ni. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum musicis, et tubis, et Leuitæ filij A
Asaph habẽtes cymbala, collaudãtes Dominũ, et benedicentes secundũ Dauid
regem Israel, et cantauerunt per hymnos benedicentes Dominum: quoniam
dulcedo eius, et honor in secula, super omnem Israel. Et omnis populus tuba
cecinerunt: et proclamauerunt voce magna collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini. Et venerunt ex sacerdotibus, Leuitis, et præsidẽtibus secundum patrias ipsorum, seniores, qui viderant pristinam domum, ad huius ædificationem cum planctu, et clamore magno, et multi cum tubis, et gaudio magna voce in tantum, vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnifice, ita, vt longe audiretur. Et audierunt B
inimici tribus Iudæ, et Beniamin, et venerunt scire, quæ esset vox tubarum, et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum Domino Deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, et Iesum, et præpositos patriarũ, dicũt eis. Ædificabimus vnà vobiscum. Similiter enim ac vos, audimus Dominum vestrum, et ei sacrificamus a diebus Asbacaphas regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, et Iesus, et præpositi patriarum Israel: Non est nobis et vobis ædificare domum Domino Deo nostro. Nos enim soli ædificabimus Domino Israel secundum ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terræ incumbentes ijs, qui in Iudæa, et obsidentes, prohi- C
buerunt ædificare, γ et insidias, et populos adducentes, et coitiones facientes impedierunt ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis. Et prohibiti sunt ab ædificatione per biennium vsque ad Darij regnum.

α Et reuersi sunt.] *In nonnullis libris est,* καὶ ἐπέστρεψαν εἰς ἱερουσαλήμ, καὶ τὴν λοιπὴν ἰουδαίαν, ἕκαστος εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ οὗτοι οἱ ἐλθόντες, & redire fecit in Hierusalem, & cæteram Iudæam, vnumquemque in ciuitatem suam. Et hi sunt, qui venerunt. *Vulgata ab vtraque discrepat.* β Ipsorum.] *In multis libris est* αὐτοῦ, suo. *In aliquo autem sequitur* ὅτι ἐν χαρᾷ ἦν αὐτοῖς, quoniam in gaudio erat eis. *Vulgata habet tantum,* in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant. γ Et insidias, & populos adducentes.] *Sic vulgata. Et quamuis in nostra sit* βουλάς, *visum tamen est idem significare atque* ἐπιβουλάς, *quod est in alijs, in quibus etiam plerisque sequitur,* καὶ δημαγωγίας, καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι, & populorum coitiones, & coniurationes facientes. *Varietates autem, quæ potissimum in nominibus proprijs, & in numeris, infinitum esset indicare.* D

CAP. VI.

IN secundo autẽ anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addo prophetæ super Iudæos, qui in Iudæa, & Hierusalẽ in nomine Domini Dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerũt ædificare domũ Domini, quæ est in Hierusalẽ, cũ adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarẽt eos. In ipso tempore venit ad illos Sisinnes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Sathrabuzanes, & sodales: & dixerũt eis: Quo E
præcipiente vobis domũ hanc ædificatis, & tectũ istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc perficiunt? Et habuerunt gratiã, visitatione facta super ipsam captiuitatem, a Domino seniores Iudæorũ, & nõ sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de istis, & responsum acciperetur. EXEMPLVM epistolæ, quam scripsit Dario, & miserunt. SISINNES subregulus Syriæ, & Phœnicis & Sathrabuzanes, & sodales, qui in Syria, & Phœnice præsides, regi Dario salutem. Omnia nota sint domino nostro regi, quod cum venissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Hierusalem ciuitatem, inueni-

A mus de captiuitate seniores Iudæorum in Hierusalem ciuitate ædificantes domum Domino magnam, nouam ex lapidibus politis pretiosis, lignis positis in parietibus,& opera illa instanter fieri,& prosperare opus in manibus eorum,& in omni gloria quam diligentissime perfici. Tunc interrogauimus seniores istos, dicentes: Quo præcipiente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis? Interrogauimus igitur eos, vt notum faceremus tibi, & scriberemus tibi homines præpositos: & nominum scripturam præpositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis dicentes: Serui sumus Domini, qui creauit cælum,& terram. Et ædificabatur domus ante annos multos a rege Israel magno,& forti,& consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes peccauerunt in Dominum Israel cælestem, tradidit eos in manus Nabuchodonosor
B regis Babyloniæ, regis Chaldæorum. Et domum istam demolientes incenderunt:& populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo autem anno regnante Cyro in regione Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare. Et illa sacra vasa aurea,& argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo, quæ est in Hierusalem,& consecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia. Et tradita sunt * Sabanassaro Zorobabel subregulo:& præceptum est * ei. Et extulit omnia vasa hæc, vt reponerentur in templo, quod in Hierusalem,& ipsum templum Domini ædificaretur super locum. Tunc Sabanassarus adueniens iecit fundamenta domus Do-
C mini, quæ est in Hierusalē. Et exinde vsque nunc ædificatur,& non accepit consummationem. Nunc ergo si videtur o rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri. Et, si inuentum fuerit cum consilio Cyri regis fieri structuram domus Domini, quæ in Hierusalem, & iudicatur a Domino rege nostro; scribat de his nobis. Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, quæ sunt in Babylonia. Et inuentus est in Ecbatanis, oppido, quod in Media regione, * locus vnus, in quo scripta erant ista. Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit, domum Domini, quæ est in Hierusalem, ædificare, vbi sacrificant igni assiduo, cuius altitudo cubitorum sexaginta, latitudo cubitorum sexaginta per domos
D lapideas politas tres, & * domum ligneam eius loci nouam vnam & impendia dari de domo Cyri regis:& sacra vasa domus Domini, tam aurea, quam argentea, quæ extulit Nabuchodonosor e domo, quæ in Hierusalem, & abstulit in Babyloniam, restitui in domum, quæ in Hierusalem, vbi erant posita, vt ponātur illic. Et præcepit curam agere Sisinnem subregulum Syriæ, & Phœnicis, & Sathrabuzanem, & Sodales,& qui ordinati erant in Syria, & Phœnice præsides, vt abstinerent se a loco; sinerent autem puerum Domini Zorobabel, præsidem autem Iudææ, & seniores Iudæorum, domum Domini illam ædificare super locum. Et ego quoque præcepi in totum ædificare, & attendere, vt adiu-
E uent eos, qui ex captiuitate Iudææ, donec consummētur ædes Domini:& de tributo Cœlesyriæ, & Phœnicis diligenter contributionem dari his hominibus ad sacrificium Domino, Zorobabel præfecto, ad tauros,& arietes,& agnos, similiter, autē & frumētum,& sal,& vinum,& oleum assiduè per singulos annos prout sacerdotes, qui sunt in Hierusalē, dictauerint consumi quotidie, sine vlla dilatione, vt offerantur libationes Deo summo pro rege,& pueris,& orent pro ipsorum vita: & denuntietur, vt quicumque transgressi fuerint aliquid ex his,

quæ

quæ scripta sunt, & spreuerint; accipiatu· … lignum de suis proprijs, & super il- A
lud suspendatur, & bona ipsius regi adscr… …bantur. Propterea & Dominus, cuius
nomen inuocatum est ibi, exterminet … omnem regem, & gentem; qui manum
suam extenderit prohibere, aut mal… …e tractare domum Domini illam, quæ est
in Hierusalem. Ego Darius rex dec… …reui quā diligentissime secundum hæc fieri.

α Sabanassaro.] *Alii* ζοροβάβελ, καὶ σαβανασάρῳ τῷ ἐπάρχῳ. *Vulgata*, Zorobabel, & Salmanasaro subregulo. β Ei. Et extulit.] *Aliqui*, ὡς … ἀπενέγκῃ πάντα τὰ σκεύη … ei, vt cum extulisset hæc vasa, reponeret, &c. *Vulgata*, eis, vt offerrent … hæc vasa, & reponerent. γ Locus vnus.] *Sic etiam vulgata. Alii* τόμος εἷς, tomus vnus. δ Dor… …num.] *In aliquo libro est* δῶμα, *quod in vulgata videtur esse*, mæniano, *quamuis multis modis discrepet pe…* …ca *à nostra, & ab aliis.* B

CAP. VII.

TVNC Sisinne…s subregulus Cœlesyriæ, & Phœnices, & Sathrabuzanes, & sodales ob…secuti his, quæ à Dario rege erant decreta, insistebāt sacrosanctis oper…ibus diligentius cooperantes senioribus Iudæorum, & sacris statoribus. Et pro…sperata sunt sacrosancta opera prophetantibus Aggæo, & Zacharia propheti…s. Et co nsummauerunt hæc per præceptum Domini Dei Israel: & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxersis regis Persarum α consummata est domus sanct… vsque ad tertiam, & vigesimā diem mensis Adar, sexto anno Da- C
rij regis. Et fecerunt filij Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt, secundum ea, quæ scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerunt in dedicationem templi Domini tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos pro peccato vniuersi Israel duodecim ad numerū de β principibus tribuum Israel duodecim. Et steterunt sacerdotes, & Leuitæ per tribus amicti stolis super opera Domini Dei Israel secundum librum Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. Et egerunt filij Israel ex his, qui erant ex captiuitate, Pascha in quartadecima mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes, & Leuitæ simul; & omnes filij captiuitatis, γ quoniam purificati sunt: quo- D
niam Leuitæ simul omnes sanctificati sunt. Et immolauerunt Pascha vniuersis filijs captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. Et manducauerunt filij Israel, qui ex captiuitate, omnes, qui recesserant ab execrationibus gētium terræ, quærentes Dominum. Et celebrauerūt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu Domini: quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

α Consummata est.] *In aliquo codice additur* καὶ, & consummata est: *vt hic sit initium periodi: quemadmodum etiam in vulgata.* β De principibus tribuum.] φυλάρχων. *Nonnulli habent* φυλῶν, de tribubus. *Vulgata*, secundum numerum tribuum Israel. γ Quoniam purificati sunt.] *In codicibus apparet multis modis repetitio, & coagmentatio quædam. Particula autem negans, quam habet vulgata*, non sunt simul sanctificati, *in nullo codice est inuenta.* E

CAP. VIII.

ET α posterior his est, regnante Artaxerse Persarum rege accessit Esdras filius Azariæ filij Zechriæ filij Chelciæ filij Salemi filij Sadduci filij Achitob filij Amariæ filij Oziæ filij Boccā filij Abisai filij Phinees filij Eleazari filij Aaron primi sacerdotis. Hic Esdras ascendit de Babylonia, tan-

quam

A quam ſcriba, qui eſſet ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt a Deo Iſrael. Et dedit ei rex gloriam, quod inueniſſet gratiam in conſpectu eius ſuper omnes dignitates ipſius. Et aſcenderunt [a] ſimul ex filijs Iſrael, & ſacerdotibus & Leuitis & ſacris cantoribus, & oſtiarijs, & ſeruis templi in Hieruſalem, anno ſeptimo regnante Artaxerſe in quinto menſe: hic annus ſeptimus eſt regni. Exeuntes enim de Babylonia nouilunio primi menſis, venerunt Hieroſolymam, ſecundum proſperitatem itineris datam eis a Domino in eo. Eſdras enim magnam diſciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ eſſent ex lege Domini, & ex præceptis, docendo vniuerſum Iſrael, iuſtificationes, & iudicia.

B [γ] Cum obueniſſet autem ſcriptum præceptum ab Artaxerſe rege ad Eſdram ſacerdotem, & lectorem legis Domini; cuius exemplum ſubiectum eſt. REX Artaxerſes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis Domini ſalutem. Humaniora ego iudicans, præcepi eis, qui deſiderant ex gente Iudæorum ſua ſponte, & ex ſacerdotibus, & Leuitis, & [δ] qui ſunt in noſtro regno, comitari tecum in Hieruſalē. Quicumque ergo cupiunt; tecum conueniant, & proficiſcantur; ſicut placuit mihi, & ſeptem amicis conſiliarijs, vt viſitent ea, quæ aguntur, ſecundum Iudæam, & Hieruſalem, obſeruantes, ſicut habet in lege Domini: & ferāt munera Domino Iſrael, quæ voui ego, & amici in Hieruſalē; & omne aurū, & argētum,
C quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino, in Hieruſalem cum illo quod eſt donatum ab ipſa gente in templum Domini Dei eorum, quod eſt in Hieruſalem: vt colligatur hoc aurū, & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & quæ his ſunt congruentia: vt offerant hoſtias Domino ſuper altare Domini Dei ipſorum, quod eſt in Hieruſalem. Et omnia, quæcumque volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento; perfice ſecundum voluntatem Dei tui. Et ſacroſancta vaſa Domini, quæ data ſunt tibi ad vſum templi Dei tui, dabis de regali gazophilacio. Et ego quidem rex Artaxerſes præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ, & Phœnicis, vt quæcumque ſcripſerit Eſdras ſacerdos, & lector le-
D gis Dei excelſi, diligenter dent ei vſque ad argenti talenta centum, ſimiliter autem & vſque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia ex multitudine, omnia ſecundum legē Dei fiant diligenter Deo altiſsimo; ne forte exurgat ira in regnū regis, & filiorum eius. Et vobis autem dicitur, vt omnibus ſacerdotibus, & Leuitis, & ſacris cantoribus, & oſtiarijs, & ſeruis tēpli, & [ε] pragmaticis templi huius nullum tributum, neque alia indictio irrogetur, neque habeat quiſquam poteſtatem obijcere eis quidquam. Tu autem Eſdra ſecundū ſapientiam Dei conſtitue iudices, & arbitros, vt iudicent in tota Syria, & Phœnice omnes, qui nouerunt legem Dei tui: & omnes, qui non nouerunt, doce, &
E omnes quotquot trangreſsi fuerint legem Dei tui, & regalem, diligenter plectantur, ſiue morte, ſiue cruciatu, ſiue etiam pecuniæ mulctatione, vel abductione. Et dixit Eſdras ſcriba: Benedictus ſolus Dominus Deus patrum meorū, qui dedit hæc in cor regis, clarificare domum ſuam, quæ eſt in Hieruſalem: & me honorificauit in conſpectu regis, & conſiliariorum, & omnium amicorum & purpuratorum eius. Et ego conſtans animo factus ſum ſecundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Iſrael viros, vt ſimul aſcenderent mecū. Et hi ſunt propoſiti ſecundum ſuas patrias, & principatus portionales, qui mecum aſcenderunt de Babylonia in regno Artaxerſis regis. Ex filijs Phinees, Gerſon: Ex

ſon: Ex filijs Iathamari, Gamaliel: Ex filijs Dauid Lattus filius Secheniæ: Ex fi- A
lijs Phoros, Zacharias: & cũ eo adſcripti ſunt viri cẽtum quinquaginta: Ex filijs
Phaat Moab, Eliaonias Zaræ, & cum eo viri ducenti: Ex filijs Zathoes, Seche
nias Iezeli, & cum eo viri trecenti: Ex filijs Adin, Obeth Ionathæ, & cum eo vi-
ri ducenti quinquaginta: Ex filijs Elam, Ieſias Gotholiæ, & cum eo viri ſeptua-
ginta: Ex filijs Saphatiæ, Zaraias Michaeli, & cum eo viri ſeptuaginta: Ex filijs
Ioab, Abadias Iezeli, & cum eo viri ducenti duodecim: Ex filijs Banias, Sali-
moth Ioſaphiæ, & cum eo viri centum ſexaginta: Ex filijs Babi, Zacharias Be-
bai, & cum eo viri viginti octo: Ex filijs Aſtath, Ioannes Acatan, & cum eo viri
centum decem: Ex filijs Adonicam poſtremi: & hæc nomina eorum: Eliphalà B
filius Geuel, & Samaias, & cum eis viri ſeptuaginta: Ex filijs Bagò, Vthi fi-
lius Iſtalcuri, & cum eo viri ſeptuaginta. Et congregaui eos ad fluuium, qui di-
citur Theran: & caſtrametati fuimus illic triduo: & recognoui eos. Et ex
ſacerdotibus, & ex Leuitis non inueni illic. Miſi ad Eleazarum, & Iduelum,
& Maià, & Maſman, & Alnathan, & Samæam, & Ioribon, Nathan, Ennatan, Za-
chariã, & Moſollamon, ductores, & peritos: & dixi eis, vt venirent ad Loddæũ
præpoſitũ, qui in loco Gazophilacij: & mãdaui eis, vt dicerent Loddæo, & fra-
tribus eius, & ijs, qui in loco, theſaurorum cuſtodibus, vt mitterent nobis eos,
qui ſacerdotio fungerentur in domo Domini noſtri. Et adduxerunt nobis ſe-
cundum manum validam Domini noſtri viros peritos: Ex filiis Mooli filii Le- C
ui filii Iſrael, Aſebiam, & filios eius, & fratres eius, qui erant decem, & octo, &
Aſebiam, & Ænuon, & Oſæam fratrem ex filiis Chanunæi: & filii eorum vigin-
ti viri: Et ex his, qui templo ſeruiebant (quos dedit Dauid, & ipſi principes
ad operationem Leuitarum) templo ſeruientes, ducentos & viginti. Omnium
ſignata eſt deſcriptio per nomina. Et voui illic ieiunium iuuenibus in conſpectu
Domini noſtri, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiſcum erant, fi-
liis noſtris, & pecoribus. Erubui enim petere a rege pedites, & equites, & comi
tatum tutelæ gratia contra aduerſarios noſtros. Diximus enim regi, quoniam
virtus Domini noſtri erit cum eis, qui inquirunt eum, ad omnem correctio- D
nem. Et iterum deprecati ſumus a Domino noſtro omnia hæc, & propitium
habuimus. Et ſeparaui ex ʃ Philarchis ſacerdotum viros duodecim, & Eſe-
rebiam, & Samiam, & cum eis ex fratribus eorum viros duodecim. Et appendi
eis argentum, & aurum, & ſacra vaſa domus Domini noſtri, quæ donauerat rex,
& conſiliarii eius, & principes, & omnis Iſrael. Et cum appendiſſem, tradidi
eis argenti talẽta ſexcenta quinquaginta, & vaſa argentea talentorum centum,
& aurea viginti, & vaſa ærea, de bono ære ſplendentia, auri ſpeciem reddentia,
vaſa duodecim. Et dixi eis: Et vos ſancti eſtis Domino: & vaſa ſancta, & aurum
& argenũt votũ eſt Domino, Domino patrum noſtrorũ. Vigilate, & cuſtodite E
donec tradatis ea Philarchis ſacerdotum, & Leuitarum, & præfectis patriarum
Iſrael in Hieruſalem, in paſtophoriis domus Dei noſtri. Et hi, qui ſuſceperunt
ſacerdotes, & Leuitæ argentum, & aurum, & vaſa, quæ in Hieruſalem, intule-
runt in templum Domini. Et * promouentes a fluuio Therà, die duodecima
menſis primi, vſquequo introiuimus in Hieruſalem, ſecundum manum validã
Domini noſtri, quæ in nobis. Et eruit nos ab introitu ab omni inimico: & ve-
nimus in Hieruſalem. Et cum factus fuiſſet ibi tertius dies, quarta die ponde-
ratum

A ratum argentum,& aurum, traditum eſt in domo Domini noſtri, * Marmothi Vriæ ſacerdoti: & cum ipſo erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipſo Ioſabdos Ieſù, & Moeth Sabanni: Leuitæ autem ad numerum, et pondus vniuerſa. Et ſcriptum eſt vniuerſum pondus ipſorum eadem hora. Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt ſacrificia Deo Iſrael Domino, tauros duodecim pro omni Iſrael, arietes nonaginta ſex, agnos ſeptuaginta duos, ' hircos pro ſalutari duodecim, omnia ſacrificium Domino. Et reddiderunt præcepta regis regalibus diſpenſatoribus, et ſubregulis Cœleſyriæ, et Phœnicis: et honorificauerunt gentem, et templum Domini. Et conſummatis his acceſſerunt ad me præpoſiti, dicentes: Non ſegregauerunt genus Iſrael, et principes, et ſacerdotes
B et Leuitæ, alienigenas gentes terræ, et imunditias earum ex gentibus Chananæorum, et Chettæorum, et Pherezæorum, et Iebuſæorum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, & Idumæorum. Coniuncti enim ſunt filiabus earum & ipſi, & filij eorum: & miſtum eſt ſemen ſanctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant præpoſiti, & magiſtratus iniquitatis huius ab initio rei. Et mox vt audiui iſta; conſcidi veſtimenta, & ſacram tunicam, & lacerans capillos capitis, & barbam ſedi dolens, et mœſtus. Et conuenerunt ad me, quotquot tũc mouebantur in verbo Domini Dei Iſrael, me lugente ſuper iniquitatem: & ſedebam triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et conſurgens à ieiunio, conſciſſa habens veſtimenta, & ſacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominũ,
C dicebam: Domine confuſus ſum, & reueritus ſum ante faciem tuam. Peccata enim noſtra multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & ignorantiæ noſtræ exaltatæ ſunt vſque ad cælum, etiam à temporibus patrum noſtrorũ, & ſumus in magno peccato vſque ad diem hunc. Et propter peccata noſtra, et patrum noſtrorum ſumus traditi cum fratribus noſtris, & cum regibus noſtris, & cum ſacerdotibus noſtris, regibus terræ in gladium, & captiuitatẽ, & depredationem cũ confuſione vſque in hodiernum diem. Et nunc quantum eſt hoc, quod contigit nobis miſericordia à * Domino Domino, relinquere nobis radicem, & nomẽ in loco ſanctificationis tuæ, & detegere luminare nobis in domo Domini Dei
D noſtri, dare nobis cibum in tempore ſeruitutis noſtræ? Et cum ſeruiremus; non fuimus derelicti à Domino noſtro: ſed conſtituit nos in gratia in conſpectu regum Perſarum, dare nobis cibum, & clarificare templum Domini noſtri, & ſuſcitare deſertam Sion, dare nobis ſtabilitatem in Iudæa, et Hieruſalem. Et nunc quid dicemus Domine habentes hæc? Tranſgreſſi enim ſumus præcepta tua, quæ dediſti in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens: Quoniam terra, in quam introitis poſsidere hæreditatem eius, terra polluta eſt coinquinatione alienigenarum terræ, et immunditia ſua repleuerunt eam; et nunc filias veſtras non coniungetis filijs eorum, et filias eorum non accipietis filiis veſtris, et non
E inquiretis pacem habere cum illis omni tempore; vt inualeſcentes manducetis optima terræ, et hæreditatem diſtribuatis filiis veſtris vſque in æuum. Et quæ contingunt nobis omnia, fiunt propter opera noſtra maligna, et magna peccata noſtra. Tu enim Domine, qui alleuaſti peccata noſtra, dediſti nobis talem radicem, rurſum reflexi ſumus tranſgredi legem tuam, vti commiſceremur immunditiæ gentium terræ. Nonne iraſceris nobis perdere nos, quoaduſque non relinquatur radix, et ſemen, et nomen noſtrum? Domine Iſrael verax es. Derelicti enim

A seniores, & iudices, vsquequo soluant iram Domini a nobis negocii huius: Ionathas Azaeli, & Ezecias Theocani susceperunt secundum hæc: & Mosollamus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. Et fecerunt secundum omnia hæc, qui erant ex captiuitate. Et elegit sibi Esdras sacerdos viros principes patriarum suarum: omnes per nomen: & * clausi sunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud. Et determinatum est de viris, qui habebant vxores alienigenas vsque ad neomeniam primi mensis. Et inuenti sunt ex sacerdotibus, permisti, qui habebant alienigenas vxores: Ex filijs Iesu filij Iosedec, & fratribus eius, Mathelas, & Eleazarus, & Iorebus, & Ioa-
B danus: et iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas; & ad propitiationem arietes pro ignorantia sua: Et ex filiis Emmer, Ananias, & Zabdæus, & Manes & Samæus, & Hiereel, & Azarias: Et de filiis Phæsur, Elionais, Massias, Ismaelus, & Nathanaelus, & Ocodelus, & Saloas: Et ex Leuitis, Iozabadus, & Semeis, & Couis (hic est Calitàs) & Pathæus, & Iudas, & Ionas: Ex sacris cantoribus, Eliasebus, Bacchuros: Ex ostiarijs, Salumus, & Tolbanes: Ex Israel ex filijs Phoros, Hiermas, & Iezias, & Melchias, & Maelus, & Eleazarus, & Asebias, & Banæas: Ex filiis Elà, Matthanias, Zacharias, & Iezrielus, & Ioabdius, & Ieremoth, & Aidias: Et ex filijs Zamoth, Eliadas, Eliasimus, Othonias, Iarimoth, & Saba-
C thus, & Zeralias: Et ex filijs Bebai, Ioãnes, & Ananias, & Iozabdus, & Amathias: Ex filijs Mani, Olamus, Mamuchus, Iedæus, Iasubus, & Iasaelus, & Hieremoth: Et ex filijs Addì, Naathus, & Moosias, Laccunus, & Naidus, Matthanias, & Sesthel, & Balnuus, & Manassias: Et ex filijs Anan, Elionas, & Asaias, & Melchias, & Sabbæus, & Simon Chosamæus: Et ex filijs Asom, Altanæus, & Mattathias, & Sabannæus, & Eliphalat, & Manasses, & Semei: Et ex filijs Baani, Hieremias, Momduis, Ismaerus, Iuhel, Mabdai, & Pedias, & Anos, Rabasion, & Enasibus, & Manemtanæmus, Eliasis, Bannus, Eliali, Someis, Selemias, Nathanias: Et ex filijs Ezorà, Sesis, Esril, Azaelus, Samatos, Zambre, Iosephus: Et ex filiis Ethmà,
D Mazitias, Zabadaias, Edais, Iuhel, Banæas. Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui erant ex Israel, in Hierusalem, & in regione, nouilunio mensis septimi: & filij Israel in habitationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ: & dixit Esdræ sacerdoti, & lectori. Affer legem Moysi, quæ tradita est a Domino Deo Israel. Et attulit Esdras Pontifex legem omni multitudini a viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam, a prima luce vsque ad vesperam, coram viris, & mulieribus. Et dede-
E runt omnis multitudo sensum ad legem. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat. Et steterunt apud eum Mattathias, Sammus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezecias, Baalsamus a dextris: & a sinistris Phaldæus, & Misael, Melchias, Lothasubus, Nabarias, Zacharias. Et assumens Esdras librum coram multitudine, præsidebat in gloria in conspectu omnium. Et cum absoluisset legem; omnes erecti steterunt. Et benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabbaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus, procidentes in terram, adorauerunt Dominum: Iesus, & Anniuth, & Sarabias, & Iadinos, & Iacubus, Saba-

thæus, Autæas, Mæannas, & Calitas, Azarias, & Iosabdus, & Ananias, Phalias A
Leuitæ docebant legem Domini, & ad multitudinem legebant legem Domini,
exaltantes simul lectionem. Et dixit Attharates Esdræ Pontifici, & lectori, & Le
uitis, qui docebant multitudinem super omnes: Dies hic sanctus est Domino.
Et omnes flebant, cum audissent [β] legem. Digressi ergo manducate pinguis-
sima quæque, & bibite dulcissima quæque: & mittite munera his, qui non ha-
bent; Sanctus enim est hic dies Domino: Et nolite mœsti esse. Dominus enim
clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant omni populo: Dies hic sanctus est:
nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & da-
re munera his, qui non habebant, & epulari magnifice: [γ] quoniam quidem B
sunt exaltati verbis, quibus edocti sunt; & congregati sunt.

α Clausi sunt.] *Alii libri, συνεχάθισαν, & vulgata*, consederunt. β Legem.] *Ita collati codices. Vulgata addit*, Et dixit Esdras. γ Quoniam quidem.] ὅτι γάρ. *Aliqui* ἔτι γάρ. Adhuc enim. *Vulgata alio modo, & plenius videtur hunc locum legisse*, his, qui non habebant, vt epularentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis, quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Hierusalem celebrare lætitiam secundum testamentum Domini Dei Israel.

ESDRAS

A

ESDRAS
LIBER II.

B

CAP. I.

ET in primo anno Cyri regis Persarum, vt compleretur ver-
bum Domini ex ore Hieremiæ, suscitauit Dominus spiri-
tum Cyri regis Persarum, & trãsmisit vocem in omni regno
C suo, etiam in scriptura, dicens: Sic dixit Cyrus rex Persa-
rum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæ-
li, & ipse requisiuit super me, ad ædificandum ipsi domum
in Hierusalem, quæ in Iudæa. Quis in vobis de vniuerso
populo eius? Et erit Deus illius cum eo, & ascendet in Hierusalem, quæ in Iu-
dæa, & ædificet domum Dei Israel: ipse est Deus, qui in Hierusalem. Et omnis
residuus ex omnibus locis, vbi ipse habitat ibi, & sument eum viri loci eius in
argento, & auro, & [a] apparatu, & pecoribus vnà cum voluntario in domum
Dei, quæ in Hierusalem. Et surrexerunt principes patriarum Iuda, & Benia-
D min, & sacerdotes, & Leuitæ, omnes quorum suscitauit Deus spiritum eorum
ascendere ad ædificandam domum Domini, quæ in Hierusalem. Et omnes, qui
in [b] circuitu, confortauerunt in manibus eorum in vasis argenti, in auro, in ap-
paratu, & in xenijs præter voluntaria. Et rex Cyrus protulit vasa domus Domi-
ni, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & dederat ea in domo Dei
sui. Et protulit ea Cyrus rex Persarum super manum Mithridatis Gasbareni.
Et numerauit ea ipsi Sasabasar principi Iuda. Et hic numerus eorum: Phialæ
aureæ triginta, & phialæ argenteæ mille, mutatoria nouem & viginti, [c] Ce-
phures aurei triginta, & argẽtei duplices quadringenta decem, & vasa alia mil-
le: omnia vasa auro, & argento quinque millia quadringenta: omnia [d] ascen-
E dentia cum Sasabasar à transmigratione è Babylone in Hierusalem.

[a] Apparatu.] ἀποσκευῇ. *Compl.* ὑπάρξει, substantia, *vt vulgata.* [b] Circuitu.] *Compl. addit* αὐτῶν, eorum. *Quod autem sequitur,* confortauerunt in manibus, *est hebraismus, & significat,* confortauerunt manus. [c] Cephures.] *Libri veteres partim hoc modo habent, partim* χαφουρὶ. *partim* χαφουρῆ, *partim* κεφουρὶ. *Complut.* χαφουρὶ. *Est autem vocabulum hebraicum significans cochlearia, aut scyphos, vt alibi dictũ.* [d] Ascendentia.] *Pro,* ascenderunt. *Compluten.* αὐτὰ ἀνήγαγε Σασαβασὰρ μετὰ τῆς ἀναβάσεως τῆς ἀποικίας, reduxit Sasabasar cum ascensione transmigrationis, *id est quando ascenderunt ij, qui captiui fuerant, & transmigrauerant.*

CAP. II. A

ET hi filij prouinciæ,aſcendentes de captiuitate tranſmigrationis, quam
tranſmigrare fecerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylonem;
& reuerſi ſunt in Hieruſalem,& Iuda, vir in ciuitatem ſuam. Qui vene-
runt cum Zorobabel,Ieſus, Neemias, Saraias,Reelias,Mardochæus,Balaſan,
Maſphar,Baguè,Reum,Baanà. Virorum numerus populi Iſrael: Filij Phares,
duo millia centum ſeptuaginta duo: Filij Saphatia,trecenti ſeptuaginta duo:
Filij Ares, ſeptingenti ſeptuaginta quinque: Flij Phaath Moab de filijs Ieſuè
Ioab,duo millia octingenti duodecim: Filij Ailam,mille ducenti quinquagin- B
ta quatuor: Filij Zattuà,nongenti quadraginta quinque: Filij Zacchù,ſeptingē-
ti ſexaginta: Filij Banuì, ſexcenti quadraginta duo: Filij Babai, ſexcenti viginti
tres: Filij Aſgad,mille ducenti viginti duo: Filij Adonicam,ſexcenti ſexaginta
ſex: Filij Baguè,duo millia quinquaginta ſex: Filij Addin, quadringenti quin-
quaginta quatuor: Filij Ater ex Ezecia, nonaginta octo: Filij Baſsà,trecenti vi-
ginti tres: Filij Iorà,centum duodecim: Filij Aſum,ducenti viginti tres: Filij
Gaber,nonaginta quinque: Filij Bethlaem,centum viginti tres: Filij Netophà
quinquaginta ſex: Filij Anathot,centum viginti octo: Filij Aſmoth,quadragin-
ta tres: Filij Cariathiarim,Caphirà,& Beroth,ſeptingenti quadraginta tres: Fi- C
lij Ramà,& Gabaa,ſexcenti viginti vnus: Viri Machmas,centum viginti duo:
Viri Bæthel,& Aià,quadringenti viginti tres: Filij Nabù,quinquaginta duo: Fi
lij Magebis,centum quinquaginta ſex: Filij [α] Elamar,mille ducenti quinqua-
ginta quatuor. Filij Elam,trecenti viginti: Filij Lodadì,& Onò, ſeptingenti vi-
gintiquinque: Filij Hiericho, trecenti quadraginta quinque: Filii Senaà, tria
millia ſexcenti triginta. Et ſacerdotes filij Iedua, de domo Ieſu, nongenti ſe-
ptuagintatres: Filij Emmer,mille quinquaginta duo: Filij Phaſſur,mille ducen-
ti quadraginta ſeptem: Filij Erem, [β] mille ſeptem. Et Leuitæ filii Ieſu, &
Cadmiel ex filiis Oduia,ſeptuaginta quatuor,Cantores filii Aſaph, centum vi-
ginti octo. Filii Ianitorū,filii Sellū,filii Ater,filii Telman,filii Acub, filii Atita, D
filii Sobaì,omnes centum triginta nouē. Nathinæi,filii Suthia,filii Aſuphà,filii
Tabaoth,filii Cades,filii Siaà,filii Phadon,filii Labanò,filii Agabà, filii Acub,
filii Agab, filii Selami, filii Anan,filii Geddel,filii Gaar,filii Raià,filii Raſon,fi-
lii Necodà,filii Gazem,filii Azò,filii Phasè,filii Basì,filii Aſenà,filii Mounim,
filii Nephuſim,filii Bachuc,filii Acuphà,filii Arur, filii Baſaloth, filii Maudà,
filii Arsà,filii Barios,filii Siſara,filii Thema, filii Naſthiè, filii Atupha, filii ſer-
uorum Salomon,filii Sotaì,filii Sephera, filii Phadura, filii Ieela, filii Darcon,
filii Gediel,filii Saphatia,filii Aſil,filii Phacherath,filii Aſeboim, filii Hemei: E
omnes Nathinæi, & filii [γ] Abdeſelma, trecenti nonaginta duo. Et hi, qui
aſcenderunt de Thelmelech, Thelareſa, Cherub, Hedan, Emmer, & non
potuerunt indicare domum patriæ ſuæ, & ſemen ſuum, ſi ex Iſrael ſunt, fi-
lii Dalaia, filii Bua, filii Thobiæ, filii Necoda, ſexcenti quinquaginta duo:
& de filiis ſacerdotum, filii [δ] Labia, filii Anchus, filii Berzellaì, qui accepit
de filiabus Berzellai Galaaditæ vxorem, et vocatus eſt in nomine eorum. Hi
quæſierunt ſcripturam ſuam [ε] Methoeſim,& non ſunt iuuenti,& [ζ] abdicati
ſunt a ſacerdotio. Et dixit Atherſaſthà eis, vt non comederent de ſancto ſan-

A ctorum, donec ⁿ surgeret sacerdos illuminantibus, & perfectis. Omnis autem Ecclesia simul, quasi quadraginta duo millia trecenti sexaginta, absque seruis eorum, & ancillis eorum: hi septem millia trecenti triginta septem: ᶿ & hi cantores, & cantatrices bis centum. Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum, ducenti quadraginta quinque: cameli eorum, quadringenti triginta quinque: asini eorum, sex mille septingenti viginti. Et ex principibus patriarum, in ingrediendo ipsos in domum Domini, quæ in Hierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei, ad statuendam eam super stabilitatem suam, sicut potentia eorum, dederunt in thesaurum operis, ᶥ aurum purum minæ millia sexaginta
B vnum, & argenti minas quinque millia, & ᵏ Cothoni sacerdotum centum. Et sederunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinim in ciuitatibus suis, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

α Elamar.] *Hoc potuit esse factum ex duabus dictionibus, quæ significant* ἐλὰμ ἕτερ, *quod habet Compl. & vulgata*, Helam alterius. β Mille septem.] *Absunt à multis. Compl.* χίλιοι καὶ δεκαεπτά, *& vulgata*, mille, decem & septem. *Sed sæpe admonuimus de magna in numeris varietate.* γ Abdeselmà.] *Compl.* δούλων σαλωμῶντος, seruorum Salomonis, *quod est interpretatio illius.* δ Labia.] *Aliqui* ὠβδία, Obdia. *Alii* ὠβαία, Obaia. *Vulgata* Iobia. ε Metoelim.] *Est dictio hebraica significans*, eorum, qui in genealogia connumerati sunt. *Compl.* οὗτοι, ὧν *(atque ita etiam nonnulli alii)* ἐζήτησαν τὴν γραφὴν αὐτῶν οἱ γενεαλογοῦντες, hi, quorum quæsierunt scripturam ipsorum illi, qui genealogias faciunt. *Sed prior constructio magis ad hebræum.*
C ζ Abdicati sunt.] ἠγχιστεύθησαν. *Compl.* ἐξώσθησαν, electi sunt, *vt vulgata.* η Surgeret.] ἀναστῇ. *Aliqui*, ἂν στῇ, steterit. *Quod autem sequitur*, illuminantibus, *est dandi casus pro*, de illuminantibus, *vt sæpe in hoc capite, & alibi.* θ Et hi cantores.] *Compl.* καὶ αὐτοῖς ᾄδοντες, & his cantores, *eodem hebraismo, de quo proxime dictum est. Quare vulgata*, & in ipsis. ι Aurum purum minæ.] *Alius codex, & Compl.* χρυσίου δραχμῶν auri drachmarum. *Aliqui* χρυσίου δραχμάς, auri drachmas. κ Cothoni.] *Hæc eadem dictio hebraica ponitur Neemiæ vij. propius hebræo sermoni*, χοθωνὶθ. *Hic alij libri habent* χιτῶνας, vestes: *quod est interpretatio illius.*

CAP. III.

ET aduenit mensis septimus, & filij Israel in ciuitatibus suis. Et congrega-
D gatus est populus tanquam vir vnus in Hierusalem. Et surrexit Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, ad offerendum super illud holocaustoses, secundum ea, quæ scripta sunt in lege Moysi hominis Dei. Et stabilierunt altare super stabilitatem suam: quoniam in terrore super ipsos a populis terrarum. ᵃ Et ascendit super Israel holocaustosis Domino mane, & ad vesperam. Et fecerunt solennitatem tabernaculorum, secundum quod scriptum est, diem in die in numero, sicut iudicium, verbum diei in die suo: & post hæc holocaustum iugis sacrificij, & ad Neomenias, & ad omnes festiuitates Domino sanctificatas,
E & omni sponte offerenti spontaneum Domino. In die vna mensis septimi cœperunt offerre holocaustoses Domino: & domus Domini fundata non erat. Et dederunt argentum latomis, & fabris, & cibos, & poculenta, & oleum Sydonijs, & Tyrijs, ad afferendum ligna cedrina è Libano, ad mare Ioppes, secundum ᶜ permisionem Cyri regis Persarum super eos. Et in anno secundo aduentus eorum ad domum Dei in Hierusalem, in mense secundo cœpit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & reliqui ex fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui veniebant è captiuitate in Hierusalem. Et statuerunt Leuitas a viginti annis, & ᵞ supra, super facientes opera in domo Domini. Et stetit Iesus, & filij

eius,& fratres eius, Cadmiel,& filij eius, filij ᵟ Iuda, ſuper facientes opera in A
domo Dei: filij Ennadad, filij eorum,& fratres eorum Leuitæ. Et fundamenta iecerunt ad ædificandam domum Domini. Et ſteterunt ſacerdotes amicti ſtolis in tubis,& Leuitarum filij Aſaph in cymbalis ad laudandum Dominum ſuper manus Dauid regis Iſrael. Et reſponderunt in laude, & confeſsione Domino, quoniam bonum, quoniam in ſeculum miſericordia eius ſuper Iſrael. Et omnis populus ᵋ ſignificabat voce magna laudando Dominum ſuper fundatione domus Domini. Et multi de ſacerdotibus,& Leuitis,& principes patriarum, ſeniores, qui viderant domum primam in fundatione eius, & hanc domum in
oculis ſuis, plorabant voce magna. Et turba in ſignificatione cum lætitia ad B
eleuandum ᶎ canticum. Et non erat populus agnoſcens vocem ſignificationis lætitiæ a voce fletus populi: quoniam populus vociferabatur voce magna, & vox audiebatur vſque a longe.

α Et aſcendit.] *Compl.* καὶ ἀνεβίβασαν ἐπ' αὐτῷ ὁλοκαυτώσεις,& aſcendere fecerunt ſuper illud holocauſtoſes. β Permiſsionem.] *Reſpondet hebræo. Compl.* διὰ γνώμης, per ſententiam. γ Supra.] *In plerisque additur* τῷ κωλῦσαι, *aut* τῷ ἐπείγειν, *quod vulgata*, vt vrgerent. δ Iuda.] *In Compl. additur*, ὁμοθυμαδὸν, *& vulgata*, quaſi vir vnus. ε Significabat.] *Eadem*, ἠλάλαξαν, vociferabantur, *itemque paulo poſt pro* ἐν σημασίᾳ, *habet* ἐν ἀλαλαγμῷ, *Sed tamen & ipſa in extremo habet* τὴν φωνὴν σημασίας. *Et vocabulum* σημασίας, *ſolere ſignificare vociferationem, & inſignem quendam clamorem, ac ſonum alibi notatum eſt.* ζ Canticum.]
Eadem φωνὴν, vocem. C

CAP. IV.

ET audierunt ij, qui tribulabant Iuda, & Beniamin, quia filij tranſmigrationis ædificant domum Domino Deo Iſrael. Et acceſſerunt ad Zorobabel,& ad principes patriarum,& dixerunt eis: Ædificabimus vobiſcum quoniam ſicut vos, quærimus Deum α noſtrum, & ei nos ſacrificamus a diebus Aſaradan regis Aſſur, qui adduxit nos huc. Et dixit ad eos Zorobabel,& Ieſus,& reliqui principum patriarum Iſrael: Non nobis,& vobis ædificare domũ
Deo noſtro: quoniam nos ipſi in idipſum ædificabimus Domino Deo noſtro; ſi- D
cut mandauit nobis Cyrus rex Perſarum. Et erat populus terræ diſſoluens manus populi Iuda:& impediebant eos ædificare, etiam mercede conducentes ſuper eos, β conſultantes ad diſsipandum conſilium ipſorum omnibus diebus Cyri regis Perſarũ,& vſque ad regnum Darij regis Perſarũ. Et in regno Aſſueri, & in principio regni eius ſcripſerunt epiſtolã ſuper habitantes Iuda,& Hieruſalem. Et in diebus Arthaſaſthà γ ſcripſit in pace Mithridati Tabeel,& reliquis conſeruis: ad Arthaſaſthà regem Perſarum ſcripſit tabellarius ſcripturam Syriace,& interpretatã: Rheum δ Baltam,& Sampſa ſcriba ſcripſerunt epiſtolam
vnam contra Hieruſalem Arthaſaſthà regi. Hæc iudicabat Rheum Balthan,& E
Sampſa ſcriba,& reliqui conſerui noſtri, Dinæi, Apharſathachæi, Tarphalæi, Apharſæi, Archyæi, Babylonij, Suſanachæi, Danæi,& reliqui ex gentibus, quas tranſtulit Aſſenaphar magnus,& glorioſus, & habitare fecit eos in ciuitatibus ipſius ε Somoron,& reliquum trans flumen. Hæc eſt diſpoſitio epiſtolæ, quã miſerunt ad eum. AD ARthaſaſtà regem pueri tui viri trans flumen. Notũ ſit regi, quia Iudæi, qui aſcendunt a te ad nos, venerunt in Hieruſalem, ciuitatem refugam,& malignam, quam ædificant:& mœnia eius extructa ſunt,& fun

A damenta eius exaltauerunt. Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa reædificata fuerit, & mœnia eius extructa; ζ tributa non erunt tibi, neque dabunt. Et hoc regibus η nocet, & turpitudinem regis non licet nobis videre. Propter hoc misimus, & notum fecimus regi, vt requirat in libro θ admonitionis patrum tuorum: & inuenies, & cognosces, quia ciuitas illa, ciuitas refuga, & malefaciens regibus, & prouincijs: & perfugia seruorum fiunt in medio eius a diebus seculi. Propter hæc ciuitas ista desolata est. Notum igitur facimus nos regi; quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & mœnia eius extructa, non est tibi pax. Et misit rex ad Rheum Baltam, & Sampsa scribam, & reliquos conseruos eorum,
B habitantes in Samaria, & reliquos trans fluuium, pacem: Et ait: Tabellarius, quem misistis ad nos, vocatus est coram me: & a me posita est sententia, & requisiuimus, & inuenimus, quia ciuitas illa a diebus seculi super reges eleuatur, & rebelliones, & transfugia fiunt in ea: & reges fortes fuerunt in Hierusalem, & obtinentes totam transfluuialem: & ι tributa plena, & pars dabantur eis. Et nunc ponite edictum, cessare viros illos: & ciuitas illa non ædificabitur vltra: κ vt ex edicto cauti sitis remisse agere de hoc; ne forte multiplicetur perditio in nocumentum regibus. Tunc tabellarius Arthasastà regis legit coram Rheũ Baltham, & Sampsa scriba, & conseruis eius. Et iuerunt festinanter in Hierusalé
C & in Iuda; & cessare fecerunt eos in equis, & virtute. Tunc cessauit opus domus Dei, quod in Hierusalem: & fuit cessans vsque ad secundum annum regni Darij regis Persarum.

α Nostrum.] *Compl.* ὑμῶν, vestrũ, *vt vulg.* β Consultantes ad dissipandum.] βουλόμενοι τοῦ διασκεδάσαι. *Eadem* συμβούλοις, Consiliatores, *vt vulgata.* γ Scripsit in pace.] *Vulgata,* scripsit Besellam: *quod potest optime significare,* in pace. *In vno codice est,* ἔγραψαν, scripserunt. *In quo etiam (sicut fere in Compl.) sequitur,* ἐν εἰρήνῃ μιθραδάτης, ὁ ταβεὴλ (*Compl.* καὶ ταβεὴλ) σὺν τοῖς λοιποῖς συνδούλοις αὐτοῦ, πρὸς ἀρθασασθὰ βασιλέα περσῶν, ἔγραψεν. in pace Mithradates, qui Tabeel (*al.* & Tabeel, *quemadmodum vulgata*) cum cæteris conseruis suis ad Arthasthà regem Persarum. Scripsit, &c. δ Baltam.] *Varie scribitur hæc dictio. Compl.* βεελτεέμ. *Vulgata,* Beeltheem. *Et potest significare præfectum rationum, hominem à commentariis.* ε Somoron.] *Compl. inflectit ad normam græcam,* τῆς σαμαρείας, Samariæ. ζ Tributa non erunt tibi, neque dabunt.] *Eadem*
D φόροι πράξιν, καὶ συντέλεσμα οὐ δώσουσι. tributorum exactionem, & vectigal non dabunt. η Nocet.] *In Compl. additur,* καὶ νῦν οὖν, καθὼς ἅλας τοῦ ναοῦ ἡλισάμεθα. Et nũc igitur, sicut salibus palatij saliti sumus, *quod respondet vulg.* Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus. θ Admonitionis.] *Eadem,* ὑπομνηματισμῶν monumentorum. ι Et tributa plena, & pars.] *Eadem* καὶ φόροι πράξεις, καὶ συντελέσματα, & tributa, exactionesque, & vectigalia. κ Vt ex edicto cauti sitis remisse agere de hoc.] *In eadem,* δι' ἐμοῦ ἐξετέθη γὰρ δόγμα, καὶ προσέχετε τοῦ μὴ ποιῆσαι ἀθέλεγον περὶ τούτου. Per me positum est edictum. Et attendite, ne faciatis absurdum de hoc.

CAP. V.

ET prophetauit Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo prophetiam
E super Iudæos, qui in Iuda, & Hierusalem in nomine Dei Israel super ipsos. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec: & cœperunt ædificare domum Dei, quæ in Hierusalem: & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. In ipso tempore venit super eos Thanthanai subregulus trans flumen, & Satharbuzanai, & conserui eorum: & talia dixerunt eis: Quis posuit vobis decretum ædificare domum hanc, & apparatum hunc perficere? Tunc ista dixerunt eis: Quæ sunt nomina virorum ædificantium ciuitatem hanc? Et oculi Dei ad captiuitatem Iuda: & non fecerunt cessare eos, donec sententia ad Darium delata fuit. Et tunc α data est tabellario super hoc explicatio

rio epistolæ, quam misit Thanthanai subregulus regionis trans flumen, & Sa- A
tharbuzanai, & conserui eorum Apharsachæi, qui in transfluuiali, Dario regi:
β verbis miserunt ad eum. Et hæc scripta sunt in γ eo. Dario regi pax omnis:
Notum sit regi, quia iuimus in Iudæam prouinciam ad domum Dei magni: & ipsa ædificatur lapidibus electis; & ligna imponuntur in parietibus, & opus illud valde dexterum fit, & bene procedit in manibus eorum. Tunc interrogauimus seniores illos, & sic diximus eis: Quis posuit vobis decretum, domum hāc ædificare, & apparatum hunc perficere? Et nomina eorum interrogauimus eos ad notificandum tibi; vt scriberemus tibi nomina virorum principum eorum. Et huiusmodi verbum responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cæli, & terræ: & ædificamus domum, quæ erat ædificata ante hunc annos multos: & rex Israel magnus ædificauit eam, & perfecit eam ipsis. Ex quo autem irritarunt patres nostri Deum cæli; dedit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: & domum hanc dissoluit, & populum transtulit in Babylonem. Sed in anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum, domum Dei hanc ædificari: & vasa domus Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor extulerat de domo, quæ in Hierusalem, & asportauerat ea in templum regis, protulit ea Cyrus rex è templo regis, & dedit Sabanasar custodi thesaurorum, qui super thesaurum, & dixit ei: Omnia vasa sume, & vade: pone ea in domo, quæ in Hierusalem, in locum eorum. Tunc Sabanasar ille venit, & dedit fundamenta domus Dei in Hierusalem: & ex tunc vsque nunc ædificata est, & non est perfecta. Et nunc, si super regem, bonum; requirat in domo Gazæ regis Babylonis, vt cognoscas, quia à rege Cyro positum est decretum, ædificare domum Dei illam, quæ in Hierusalem. Et cum nouerit rex de hoc; mittat ad nos.

α Data est.] ἀπέσταλκε. Compl. δίδωσι, dat. *Ac deinde initium periodi facit,* διασάφησις ἐπιστολῆς, explicatio, *vel* exemplar epistolæ: *quod etiam nihilo incommodius in nostra fieri potest.* β Verbis.] *Vnus vetustus codex habet* ῥῆσιν, verbum, sermonem: *quod respondet hebræo. Compl.* ῥήματα, verba. γ Eo.] *Eadem,* ἐν αὐτῇ, *vt referatur ad illud,* διασάφησις ἐπιστολῆς.

D

CAP. VI.

TVNC Darius rex posuit decretum, & requisiuit in bibliothecis, vbi Gaza posita est in Babylone. Et inuentum est in α ciuitate in palatio caput vnum, & hic scriptus in eo commentarius. In anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum de domo β sacra Dei, quæ in Hierusalem: Domus ædificetur, & locus, vbi sacrificant sacrificia. γ Et posuit eleuationē, altitudo cubiti sexaginta, latitudo eius cubitorū sexaginta: & domus lapideæ validæ tres: E
& domus lignea vna. Et sumptus de domo regis dabitur. Et vasa domus Dei argentea, & aurea, quæ Nabuchodonosor extulit è domo, quæ in Hierusalem, & portauit in Babylonem; & dentur, & remittantur in templum, quod in Hierusalem super locum, vbi posita fuerant in domo Dei. δ Nunc dabitis subreguli trans flumen Sacharbuzanai, & conserui ipsorum Apharsachæi, qui trans flumen, ε longe existentes illinc, nunc permittite opus domus Dei. Præpositi Iudæorū, & seniores Iudæorum domum Dei illam ædificēt super locum ipsius. Et a me decretū positum est, ζ ne quando quid faciatis cum senioribus Iudæorū

ad ædi-

A ad ædificandum domum Dei illam. Et de ſubſtantijs regis, tributis ipſis trans flumen, diligenter ſumptus ſit datus viris illis, vt non ceſſent. Et quodcumque neceſſarium, & filios boum, & arietum, & agnos in holocauſtoſes Deo cæli, frumentum, ſal, vinum, oleum iuxta verbum ſacerdotum, qui in Hieruſalem, ſit datum eis, diem in die, quodcumque petierint; vt benecolentia offerant Deo cæli, & deprecentur ad vitam regis, & filiorum eius. Et à me poſitum eſt decretum; quod omnis homo, qui mutauerit verbum hoc, tolletur lignum de domo ipſius, & erectus ⁿ percutietur ſuper illud: & domus eius ᶿ fiet id quod ad me: & Deus, cuius inhabitat nomen ibi, euertat omnem regem, & po-
B pulum, qui extendet manum ſuam ad mutandam, aut delendam domum Dei, quæ in Hieruſalem. Ego Darius poſui decretum: diligenter ι erit. Tunc Thanthanai ſubregulus trans flumen, Satharbuzanai, & cõſerui eius, ſecundum quod miſit Darius rex, ſic fecerunt diligenter. Et ſeniores Iudæorum ædificabant, & Leuitæ in prophetia Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addò. Et ædificauerũt, & perfecerunt ex decreto Dei Iſrael, & ex decreto Cyri, & Darij, & Arthaſaſthà regum Perſarum. Et perfecerunt domum iſtam vſque ad diem tertiam menſis Adar; qui eſt annus ſextus regni Darij regis. Et fecerunt filij Iſrael, ſacerdotes. & Leuitæ, & reliqui ex filijs trãſmigrationis Encænia domus Dei in lætitia: & ob-
C tulerunt in Encænia domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato pro omni Iſrael duodecim ad numerum tribuum Iſrael. Et ſtatuerunt ſacerdotes in diuiſionibus ipſorum, & Leuitas in partitionibus ipſorum, ſuper ſeruitutem Dei in Hieruſalem, ſecundũ ſcripturã libri Moyſi. Et fecerunt filij tranſmigrationis Paſcha quartadecima menſis primi: quoniam mundati fuerant ſacerdotes & Leuitæ: vſque ad vnum, omnes mundi. Et iugularunt Paſcha omnibus filijs trãſmigrationis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibi ipſis. Et comederunt filij Iſrael Paſcha, qui de trãſmigratione, & omnis ſeparans ſe ab immunditia gentium terræ ad eos, ad quærendũ Do-
D minum Deum Iſrael. Et fecerunt feſtiuitatem Azymorum ſeptem diebus in lætitia: quoniam lætificabat eos Dominus: & conuertit cor regis Aſſur ſuper eos ad confortandas manus eorum in operibus domus Dei Iſrael.

α In ciuitate in palatio.] *In aliquibus eſt,* ἐν ἀμαθὰ πόλει ἐν τῇ βάρει τῆς μήδων πόλεως, in Amathà ciuitate in palatio Medorum ciuitatis. *A nonnullis abſunt illa,* ἐν ἀμαθὰ πόλει. *In vno autem eſt,* ἐν ἐκβατάνοις τῇ πόλει ἐν τῇ βάρει τῆς μήδων χώρας, in Ecbathanis ciuitate in caſtro prouinciæ Medorum. *Et fortaſſe illa,* τῇ πόλει, *&* ἐν τῇ βάρει *ſunt duæ interpretationes. Vulgata habet,* Ecbathanis. *Sed illud,* Amathà, *videtur veſtigium dictionis hebraicæ, quæ ſignificat,* ſermo ſcripturarum. β Sacra Dei.] ἱερὰ θεοῦ. *Alii* τοῦ θεοῦ. ipſius Dei. *Et fortaſſe,* οἶκον, *&* ἱερόν, *rurſus ſunt duæ interpretationes.* γ Et poſuit eleuationem.] *Compl.* καὶ τὰ θεμέλια τεθῆναι παχέα, & fundamenta ponantur craſſa. δ Nunc dabitis ſubreguli.] *Eadem,* νῦν οὖν θανθανᾶι ἔπαρχε πέραν τοῦ ποταμοῦ, *quod vulgata,* Nunc ergo Tanthannai Dux regionis, quæ eſt trans flumen, &c. ε Longe exiſtentes.] *Poteſt poſitum eſſe participium pro uerbo,* ſitis. *Nam vulgata,* procul recedite ab illis. ζ Ne-
E quando quid faciatis.] *Eadem* τοῦ ποιῆσαι διὰ τῶν πρεσβυτέρων, faciendi per ſeniores, &c. η Percutietur.] πληγήσεται. *Alii* παγήσεται, configetur. θ Fiet id, quod ad me.] τὸ κατ᾽ ἐμὲ ποιηθήσεται. *Videtur valere,* publicetur, *vt vulgata. Compl.* ἔσται εἰς διαρπαγήν, erit in direptionem. ι Erit.] *Eadem* γενέσθω, fiat.

CAP. VII.

ET poſt verba hæc, in regno Arthaſaſthà regis Perſarum, aſcendit Eſdras filius Saræ filij Azariæ filij Chelcia filij Sellum filij Sadduc filij Achitob filij Samaria filij Eſrià filij Mareoth filij Zaraià filij Oziæ filij Boccì filij

filij Abisuè filij Phinees filij Eleazari filij Aaron sacerdotis primi. Ipse Esdras A
ascendit de Babylone,& ipse scriba velox in lege Moysi,quam dedit Dominus
Deus Israel. Et dedit ei rex: quoniam manus Domini Dei eius super ipsum in
omnibus,quæ quærebat ipse. Et ascenderunt de filijs Israel,& de sacerdotibus,
& de Leuitis,& cantores,& ostiarij, & Nathinim in Hierusalem in anno septi-
mo Arthasasthà regi. Et venerunt in Hierusalem mense quinto: hic annus septi-
mus regi: quoniam in vna mensis primi ipse fundauit ascensionem, quæ è Ba-
bylone: in prima autem mensis quinti venerunt in Hierusalem: quoniam ma-
nus Dei eius erat bona super eum: quoniam Esdras dedit in cor suum quærere
legem,& facere,& docere in Israel præcepta, & iudicia. Et [a] hæc explicatio B
constitutionis,quam dedit Arthasasthà Esdræ sacerdoti scribæ libri sermonum
mandatorum Domini,& præceptorum ipsius super Israel. Arthasasthà rex re-
gum Esdræ scribæ legis Domini Dei cæli. [b] Perficiatur sermo, & responsio.
A me positum est decretum, vt omnis sponte volens in regno meo de populo
Israel,& sacerdotibus,& Leuitis ire in Hierusalem tecum eat. A [c] facie regis,
& septem consiliariorum missum est visitare super Hierusalem, & in Iudæam,
lege Dei ipsorum,quæ in manu tua: [d] & ad domum Domini argentum,& au-
rum,quod rex,& consiliarii sponte dederunt Deo Israel, habitanti in Hierusa-
lem,& omne argentum,& aurum,quodcumque inueneris in omni regione Ba- C
bylonis cum spontanea datione populi, & sacerdotum sponte dantium, in do-
mum Dei, quæ in Hierusalem. Et omnem venientem hunc prompte ordina in
libro hoc, vitulos,arietes,agnos,& sacrificia eorum,& libamina eorum,& offe-
res ea super altare domus Dei vestri, quæ in Hierusalem. Et si quid super te,&
fratres tuos,bonum fuerit in residuo argenti,& auri facere; sicut placitum Deo
vestro,facite. Et vasa,quæ dantur tibi in ministerium domus Dei, trade in con-
spectu Dei in Hierusalem. Et reliquum necessitatis domus Dei tui,quodcum-
que visum fuerit tibi; dabis ex ædibus gazæ regis, & a me. Ego Arthasasthà rex
posui decretum omnibus gazis,quæ vltra flumen; vt omne, quodcumque pe- D
tierit a vobis Esdras sacerdos, & scriba Dei cæli, prompte fiat vsque ad argenti
talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum,& vsque ad vini batos cen-
tum,& vsque ad olei batos cētum,& sal, cuius non est scriptura. Quodcumque
est in sententia Dei cæli, fiat. Attendite,ne quis manum inijciat in domum Dei
cæli; ne forte fiat ira super regnum regis,& filiorum eius. Et vobis notificatum
est, in omnibus sacerdotibus,& Leuitis,cantoribus, ianitoribus, Nathinim,&
ministris domus Dei hoc, [e] tributum non erit tibi, non habebis potestatem
seruitute opprimendi eos. Et tu Esdra,sicut sapientia Dei in manu tua, consti-
tue scribas,& iudices, vt sint iudicātes omni populo, qui vltra flumen,omnibus E
scientibus legem Dei tui: Et non scienti notificabitis. Et omnis, quicumque non
fuerit faciens legem Dei,& legem regis prompte; iudicium factum erit de eo,
siue ad mortem, [f] siue ad castigationem, siue ad damnum vitæ, siue ad tradi-
tionem. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit in cor regis
ita, ad glorificandam domum Domini,quæ in Hierusalem: & super me inclina
uit misericordiam in oculis regis, et cōsiliariorum eius,et omnium principum
regis [g] eleuatorum. Et ego confortatus sum, sicut manus Dei bona super me:
et congregaui de Israel principes ad ascendendum mecum.

A α Hæc explicatio.] *Complut.* τοῦτο τὸ ἀντίγραφον, hoc eſt exemplum. β Perficiatur.] *Alij* τετέλεσται, perfectus eſt. γ A facie regis.] *Compl. & ex parte etiam alij,* καθ' ὅτι ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἑπτὰ συμβούλων αὐτοῦ ἀπεστάλης, ſecundum quod à facie regis, & ſeptem conſiliariorum eius miſſus es. δ Et ad domum.] *Nonnulli* καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς οἶκον, & vt feras in domum. *In Compl. tranſpoſitum eſt* ἀπενεγκεῖν καὶ εἰς τὸν οἶκον. ε Tributum non erit tibi, non habebis poteſtatem ſeruitute opprimendi eos.] *Diſcrepant nonnihil codices. Complut.* τὸ φόρον, καὶ πρᾶξιν καὶ ἀποφορὰν οὐκ ἔχειν ὑμᾶς ἐξουσίαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτούς, Tributum & exactionem, & vectigal non habere vos poteſtatem imponere ſuper eos. ζ Siue ad caſtigationem, ſiue ad damnum vitæ, ſiue ad traditionem.] *In aliquibus pro* εἰς παράδοσιν, *eſt* εἰς δεσμά, in vincula. *Compl. autem totum hunc locum ſic affert,* ἐάν τε ἐκριζῶσαι αὐτόν, ἢ παιδεῦσαι, ἢ ζημιῶσαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ εἰς φυλακὴν ἐγκλεῖσαι, ſiue ſit eradicare eum, aut caſtigare, aut mulctare ſubſtantiam, aut in cuſtodiam includere. η Eleuatorum.] *Eadem* τῶν δυνατῶν, potentum.

C A P. VIII.

B

ET hi principes familiarum ſuarum α duces aſcendentes mecum in regno Arthaſaſthà regis Babylonis. De filijs Phinees, Gerſon: De filijs Ithamar, Daniel: De filijs Dauid Attus: De filijs Sechenia, & de filijs Phoros, Zacharias, & cum eo β globus centum & quinquaginta: De filiis Phath Moab, Elianà filius Saraia, & cum eo ducenti maſculi: Et de filiis Zathoes, Sechenias filius Aziel, & cum eo treceñti maſculi: Et de filiis Adin, Obeth filius Ionathan, & cũ eo quinquaginta maſculi: Et de filiis Elã, Iſaias filius Athelia, & cũ eo ſeptuaginta maſculi: Et de filijs Saphatia, Zabadias filius Michael, & cũ eo octuaginta maſculi:

C Et de filijs Ioab, Abadia filius Ieiel, & cum eo ducenti decem octo maſculi: Et de filijs Baanì, Selimuth filius Ioſephia, & cum eo centum ſexaginta maſculi: Et de filijs Babì, Zacharias filius Babì, & cum eo viginti octo maſculi: Et de filijs Aſgad, Ioanan filius Accatan, & cum eo centum decem maſculi: Et de filijs Adonicam nouiſsimi, & hæc nomina eorum, Eliphalat, Iehel, & Samaia, & cum eis ſexaginta maſculi: Et de filiis Baguè, Vthai, & Zabud, & cum eo ſeptuaginta maſculi. Et congregaui eos ad fluuium venientem ad Eui: & caſtra metati ſumus ibi dies tres. Et conſideraui in populo, & in ſacerdotibus: & de filijs Leui non inueni ibi. Et miſi ad Eleazar, & ad Ariel, ad Semeia, & ad Alonam, & ad Iareb, & ad Elnatham, & ad Nathan, ad Zachariam, & ad Meſollam, & ad Ioarim, & ad Elnatan intelligentes.

D Et γ emiſi eos ad principes in argento loci: & poſui in ore eorum verba ad loquendum ad fratres ſuos de Athinim in argento loci, vt adducerent nobis cantores in domum Dei noſtri. Et venerunt nobis, ſicut manus Dei noſtri bona ſuper nos, vir δ Sachon de filijs Mooli filij Leui filij Iſrael. ε Et principio venerunt filij eius, & fratres eius decẽ octo, & Aſebia, & Iſaia, de filiis Merari, fratres eius, & filij eius viginti. Et de Nathinim, quos dedit Dauid, & principes in ſeruitutem Leuitarum, Nathinim ducenti viginti: omnes congregati ſunt in nominibus. Et vocaui ibi ieiunium ſuper flumen Ahuè, vt humiliaremur in conſpectu Dei noſtri, quærendo ab eo

E viam rectam nobis, & filijs noſtris, & omni poſſeſsioni noſtræ: quoniam erubui petere a rege virtutem, & equites ad ſaluandum nos ab inimico in via: quoniã dixeramus regi dicentes: Manus Dei noſtri ſuper omnes quærentes ipſum in bonum: & fortitudo eius, & furor eius ſuper omnes derelinquentes ipſum. Et ieiunauimus, & quæſiuimus a Deo noſtro de hoc. Et exaudiuit nos. Et diſtinxi de principibus ſacerdotum duodecim, Saraia, Aſabia, & cum eis de fratribus eorum decem: & appendi eis argentum, & aurum, & vaſa primitiarum domus Dei noſtri, quæ ζ exaltauit rex & conſiliarij eius, & principes eius, & omnis Iſrael

Israel, qui inueniebantur. Et appendi super manus eorum argenti talenta sex- A
centa quinquaginta, & vasa argentea centum, & talenta auri centum: & ᵃ cha-
phurè aurei viginti ad viam mille, & vasa æris fulgentis boni diuersa desidera-
bilia in auro. Et dixi ad eos: Vos sancti Domino, & vasa sancta, & argentum, &
aurum spontanea Domino Deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, do-
nec appendatis in conspectu principum sacerdotum, & Leuitarum, & principũ
patriarum in Hierusalem in ᵇ tabernaculis domus Domini. Et susceperunt sa-
cerdotes, & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum ad afferendum in Hieru-
salem in domum Dei nostri. Et promouimus à fluuio Ahuè in duodecima men-
sis primi ad veniendum in Hierusalem. Et manus Dei nostri fuit super nos, et B
eruit nos à manu inimici, et hostis in via. Et venimus in Hierusalem, et sedimus
ibi dies tres. Et factum est, die quarta appendimus argentum, et aurum, et vasa
in domo Dei nostri super manũ Merimoth filij Vria sacerdotis: et cum eo Elea-
zar filius Phinees: et cum eo Iozaba filius Iesu, et Noadia filius Banaia Leuitæ:
in numero, et in pondere omnia: et scriptum est vniuersum pondus. In tempore
illo, qui venerant ex captiuitate, filij transmigrationis, obtulerunt holocausto-
ses Deo Israel, vitulos duodecim pro omni Israel, arietes nonaginta sex, agnos
septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia holocaustomata Do-
mino. Et dederunt decretum regis procuratoribus regis, et subregulis trans flu-
men. Et exaltauerunt populum, et domum Dei. C

α Duces ascendentes.] *Compl.* καὶ ἡ γενεαλογία τῶν ἀναβάντων, *quod vulgata*, & genealogia eorum, qui ascenderunt. β Globus.] *Eadem*, ἐγενεαλογήθησαν οἱ ἄρσενες, numerati sunt masculi. γ Et emisi eos ad principes in argento loci.] *Compl.* καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς πρὸς Ἀδαὶ τὸν ἄρχοντα ἐν ἀργυρίῳ τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκα ἐν στόματι αὐτῶν λόγους λαλῆσαι πρὸς Ἀδδαὶ, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν τοὺς ναθιναίους τοὺς ἐν ἀργυρίῳ τοῦ τόπου χασφιά. Et mandaui eis ad Adai principem de Casphie loco, & posui in ore eorum verba ad loquendum ad Addai, & ad fratres eorum Nathinæos, qui in argento loci Casphie. *Quæ satis respondent hebræo, & vulgatæ. Sed, quod in postrema parte ponitur &*, argento, *&*, casphie, *satis indicatur illud esse interpretationẽ huius dictionis hebraicæ paululum immutatæ. In lib. 1. cap. 8. est*, πρὸς Λοδδαῖον τὸν ἡγούμενον τὸν ἐν τῷ τόπῳ τοῦ γαζοφυλακίου, *& rursus*, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐν τῷ τόπῳ γαζοφύλαξιν in loco gazophylacij, ijs, qui in loco custodes gazæ. δ Sachon.] *Est vestigium dictionis, quæ significare potest* συνετὸς, intelligens: *quod est in Compl.* ε Et principio venerunt filij eius.] *Eadem*, καὶ σαρουία, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, & Saruia, & filij eius. ζ Exaltauit.] *Id est*, consecrauit, obtulit. *atque eodem sensu Compl.* ἀφώρισαν, segregauit. η Et caphurè aurei viginti ad viam mille.] *Alii* χαφουρὴ χρυσοῖ εἴκοσι εἰς τὴν ὁδὸν δραχμῶν χιλίων, chaphuri aurei viginti in viam drachmarum mille: *nec multo aliter Compl. nisi quod non habet*, εἰς τὴν ὁδόν. *De ista dictione hebraica dictum est primo libro. Vulg. hoc loco*, & crateras aureas viginti, quæ habebant solidos millenos. θ Tabernaculis.] *Compl.* εἰς παστοφόρια, in Pastophorijs. D

CAP. IX.

ET postquam completa sunt hæc; accesserunt ad me principes, dicentes:
Non est separatus populus Israel, et sacerdotes, et Leuitæ à populis ter-
rarum in ᵃ elongationibus eorum, de ᵇ stirpe Chanani, Ethì, Phere- E
zì, Iebusì, Ammonì, Moabì, et Moserì, et Amonì: quoniam acceperunt de filia-
bus eorum sibi, et filiis suis: et ᶜ transmissum est semen sanctum in populos
terrarum, et manus ᵈ principum in præuaricatione hac in principio. Et vt
audiui verbum hoc; conscidi vestimenta mea, et ᵉ pauebam, et euellebam
de capillis capitis mei, et de barba mea, et sedebam tacens. Et conuenerunt ad
me omnis ᶠ sequens verbum Dei Israel super præuaricatione transmigratio-
nis. Et ego sedens, tacens vsque ad sacrificium vespertinum. Et in sacrificio
vespertino

A vespertino surrexi ab humiliatione mea. Et cum scindebam vestimenta mea, & pauebam; & inclino super genua mea, & expando manus meas ad Dominum Deum, & dixi: Domine confusus sum, & erubui eleuare Deus mi faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra magnificata sunt vsque in cælum. A diebus patrum nostrorum sumus in delicto magno vsque in diem hanc. Et in nostris iniquitatibus traditi sumus nos, & reges nostri, & filij nostri in manu regum gentium in gladio, & in captiuitate, & in direptione, & in confusione faciei nostræ, sicut dies hæc. Et ⁎ nunc mansuefactus est nobis Deus noster ad dimittendum nos in salutem, & dandum nobis firmamentum in loco sanctificationis

B suæ, ad illuminandos oculos nostros, & dandum viuificationem paruam in seruitute nostra: quoniam serui sumus. & in seruitute nostra non dereliquit nos Dominus Deus noster. Et inclinauit super nos misericordiam coram regibus Persarum ad dandam nobis viuificationem, exaltando eos domum Dei nostri, & suscitando solitudines eius, & dando nobis sepem in Iuda, & Hierusalem. Quid dicemus Deus noster post hoc? quoniam dereliquimus mandata tua, quæ dedisti nobis in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, in quam introitis ad hæreditandam eam, terra peruersa est in peruersione

C populorum gentium in elongationibus eorum, quibus impleuerunt eam ab ore ad os in suis immunditijs. Et nunc filias vestras ne dederitis filijs eorum, & de filiabus eorum ne accipiatis filijs vestris: & non quæretis pacem eorum, & bonum eorum vsque in seculum; vt inualescatis, & comedatis bona terræ, & in hæreditatem distribuatis filijs vestris vsque in seculum. Et post omne, quod venit super nos in factis nostris malignis, & in delicto nostro magno, ⁎ quoniam non est sicut Deus noster, quoniam alleuasti nostras iniquitates, & dedisti nobis salutem; quoniam reuertimus dissipare mandata tua, & contrahere affinitatem cum populis terrarum; nunquid irritatus es in nos vsque ad

D consummationem, vt non sit residuum, & superstes? Domine Deus Israel iustus tu, quoniam remansimus incolumes, sicut dies hæc. Ecce nos coram te in delictis nostris: quoniam non est stare in conspectu tuo super hoc.

α Elongationibus.] *Compl.* βδελύγμασιν, abominationibus, *vt vulgata: eadem varietas est non longe à fine capitis.* β De stirpe Chanani.] *Hoc visum est valere,* τῷ χαναναίῳ *& alibi de isto dandi casu notatum est, pro quo Compl.* τοῦ χαναναίου, eodem sensu. γ Transmissum.] *Eadem* συνεμίγη, commistum est. δ Principum.] *Eadem addit* καὶ τῶν στρατηγῶν, *quod in vulgata,* & magistratuum. ε Pauebam.] ἐπιπλόμην. *Fieri autem fortasse potest, vt sit nomen, & significet genus vestis & hic, & paulo post. Compl. quidem vtrobique habet* τὸν χιτῶνα, tunicam. *Primo quidem libro in vtroque loco est* τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, sacram vestem. *Quare verti fortasse posset,* mutatoriam. ζ Sequens.] *Compl.* ἐντρέμων, qui tremit. η Nunc.] *Compl addit,* ὡς βραχὺ, *quod vulgata,* ad parum, & momentum. θ Quoniam non est, sicut Deus noster, quoniam alleuasti.]

E *Compl.* ὅτι σὺ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκούφισας, quoniam tu Deus noster alleuasti.

CAP. X.

ET, vt deprecatus est Esdras, & vt confessus est plorans, & ⁎ orans coram domo Dei; congregati sunt ad eum de Israel ecclesia multa valde, viri, & mulieres, & iuuenes: ⁎ quoniam plorauerunt populus, & eleuauit plorans Et respōdit Sechenias filius Iehel de filijs Elam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus Deo nostro, & habitare fecimus vxores alienas de populis terræ. Et nunc est γ expectatio ipsi Israel super hoc. Et nunc disponamus testa

mentum Deo nostro, eijciendi omnes vxores, & genita ex eis: prout voluerit. Surge, & fac eos timere in mandatis Dei nostri: & sicut lex; fiat. Surge: quoniam super te verbum, & nos tecum: confortare, & fac. Et surrexit Esdras, & adiurauit principes, sacerdotes, & Leuitas, & omnem Israel, faciendi iuxta verbum hoc. Et iurarunt. Et surrexit Esdras à facie domus Dei: & iuit in gazophylacium Ioanan filii Elisub: & iuit illuc: panem non manducauit, & aquam non bibit: quoniam lugebat super præuaricatione transmigrationis. Et transmiserunt vocem in Iuda, & in Hierusalem omnibus filiis transmigrationis, & congregentur in Hierusalem. Omnis, qui non venerit ad tres dies, sicut consilium principum, & seniorum; anathemabitur omnis substantia eius, & ipse separabitur ab ecclesia transmigrationis. Et conuenerunt omnes viri Iuda, & Beniamin in Hierusalem ad tres dies. Hic est mensis nonus. In vigesima mensis sedit omnis populus in platæa domus Dei præ turbatione sua de verbo, & ab hieme. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos. Vos præuaricati estis, & habitare fecistis vxores alienas ad apponendum super delictum Israel. Et nunc date laudē Domino Deo patrum nostrorum, & facite, quod placitum in conspectu eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienis. Et responderunt omnis ecclesia, & dixerunt: Magnum hoc verbum tuum super nos ad faciendum. Sed populus multus, & tempus hybernum, & non est facultas standi foris: & opus non in die vno, neque in duobus; quoniam multiplicauimus iniuste agere in verbo hoc. Stent nunc principes nostri, & ex omnibus, qui in ciuitatibus nostris, qui habitare fecit vxores alienas, veniant ad tempora ex constitutionibus, & cum eis seniores ciuitatis, & ciuitatis, & iudices, ad auertendā iram furoris Dei nostri à nobis de verbo hoc. Verū Ionathan filius Asael, & Iazias filius Thecoè mecum de hoc: & Mesollam, & Sabbathai Leuita adiuuans eos. Et fecerunt sic filii transmigrationis. Et secesserunt Esdras sacerdos, & viri principes patriarum domui, & omnes in nominibus: quia reuerterunt in die vna mensis decimi ad exquirendum verbum. Et compleuerunt in omnibus viris, qui habitare fecerant vxores alienas vsque ad diem vnam mensis primi. Et inuēti sunt de filiis sacerdotum, qui habitare fecerant vxores alienas, de filiis Iesu filii Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Gadalia: Et dederunt manum suam ad emittendas vxores suas, & delicti arietem ex ouibus pro delicto suo: Et de filiis Emmer, Anani, & Zabdia: Et de filiis Eram, Masael, et Elia, et Samaia, & Iehel, et Ozia: Et de filiis Phasur, Elionai, Maasia, & Ismael, et Mathanael, et Iozabad, et Elasà. Et de filiis Leuitarum Iozabad, et Samù, et Colia (ipse Colita) et Phetheia, et Iudas, et Eliezer. Et de cantoribus Elisab, Et de ianitoribus, Solmen, et Telmen, et Oduth. Et de Israel, de filiis Phoros, Ramia, et Azia, et Melchia, et Meamin, et Eleazar, et Asabia, et Banæa: Et de filiis Helam, Matthania, et Zacharia, et Iaiel, et Abdia, et Iarimoth, et Elia: Et de filiis Zathua, Elionai, Elisub, Matthanai, & Armoth, et Zabad, et Oziza: Et de filiis Babei, Ioanan, Anania, et Zabù, et Thali: Et de filiis Banuì, Mosollam, Maluch, Adaias, Iasub, et Saluia, et Rhemoth: Et de filiis Phaathmoab, Ednè, et Chalel, et Banæa, Maasia, Matthania, Beseleel, et Banui, et Manasse: Et de filiis Eram, Eliezer, Iesia, Melchia, Samaias, Semeon, Beniamin, Baluch, Samaria: Et de filiis Asem, Metthania, Matthathà, Zadab,

Eliphalet,

A Eliphalet, Hierami, Manasse, Semei: Et de filijs Bani, Moodia, Amram, Vhel[ε] Banæa, Badaia, Chelcia, Vuania, Merimoth, Eliasiph, Matthania, Matthanai. Et [ο] fecerunt filij Banui, & filij Semei, & Selemia, & Nathan, & Adaia, Machadnabù, Sesei, Sariù, Ezriel, & Selemia, & Samaria, & Sellum, Amaria, Ioseph: De filijs Nabù, Iael, Matthanias, Zabad, Zebenias, Zadai, & Ioel, & Banæa. Omnes hi acceperant vxores alienas, & genuerant ex eis filios.

α Orans.] *Compl.* προπίπτων, procidens. β Quoniam plorauerunt populus, & eleuauit plorans.] *Eadem* ὅτι κλαυθμῷ μεγάλῳ ἔκλαυσεν ὁ λαός, quia fletu magno fleuit populus. γ Expectatio.] *Eadem*, ἐλπίς, spes. δ Genita.] τὰ γενήματα. *Alii* τὰ γεννώμενα, *quod est expressius*. ε Pro vt voluent.] *Eadem* ἐν βουλῇ κυρίου in consilio Domini. ζ Surge, & fac eos timere.] *Eadem adnectēs praecedentibus*, καὶ τῶν τρεμόντων & eorum, qui tremunt. η Sacerdotes] *Eadem* τῶν ἱερέων, sacerdotum, *vt vulgata*. θ Præ turbatione sua.] *Eadem* ἐν τρόμῳ in tremore. ι Magnum hoc verbum tuum super nos ad faciendum.] *Non deest aliqua imitatio hebraismi*, & magnum, *valet*, magnæ auctoritatis. *Compl. planius*, κατὰ τοὺς λόγους σου, οὓς εἶπες, οὕτως ποιήσομεν, secundum verba tua, quæ dixisti, sic faciemus. Nec *multo aliter in extremo primi libri*. κ Nostri.] *Compl. addit* τῇ πάσῃ ἐκκλησίᾳ, *quod vulgata*, in vniuersa multitudine. λ Habitare fecit.] *Idest*, duxit, *respondet enim hebraeo*. *Alii nonnulli* οἱ ἀγαγόντες, qui duxerunt. μ Mecum de hoc.] *Illud*, de hoc, *abest à Compl. sed non ab hebraeo, in quo pro*, mecum, *est*, steterunt, *vt vulgata*. ν Domui.] *Sic hebraeus, & significat*, per domum. *Alii*, τῶν οἴκων, domorum. ξ Delicti.] *Vnus codex* ἐξήνεγκαν, attulerunt, *hebraeus*, delinquentes, *ac subintelligitur*, dederunt, obtulerunt. ο Et fecerunt filii Banui.] *Pro his in vulgata est*, & Iasi, & Bani.

B

 A

NEEMIAS

B

CAP. I.

VERBA Neemiæ filij Chelcia. Et factum est in mense Chaseleu anni vigesimi, & ego eram in Susan [α] Abirà. Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse, & viri Iudæ. Et interrogaui eos de [β] superstitibus, qui remanserant ex captiuitate, & de Hierusalem. Et dixerunt ad me: Residui qui remã- C
serunt de captiuitate ibi in prouincia, in malo magno, & in opprobrio: & mœnia Hierusalẽ deiecta: & portæ eius incensæ sunt in igne. Et factum est in audiendo me verba hæc, sedi, & ploraui, & luxi dies, & fui ieiunans, & orans in conspectu Dei cæli. Et dixi: [γ] Ne, quæso, Domine, Deus cæli, fortis, magnus, & terribilis, custodiens testamentum, & misericordiam tuam diligentibus [δ] ipsum, & custodientibus mandata ipsius. Sit, quæso, auris tua attendens, & oculi tui aperti ad audiendam deprecationem serui tui; quã ego deprecor in conspectu tuo hodie die, ac nocte pro filijs Israel ser-
uis tuis. Et cõfiteor super peccatis filiorũ Israel, quæ peccauimus tibi. Et ego, & D
domus patris mei peccauimus: dissolutione dissoluimus erga te, & non custodiuimus mandata, & præcepta, & iudicia, quæ mãdasti Moysi puero tuo. Memento nunc verbi tui, quod mãdasti Moysi puero tuo, dicẽs: Vos, si præuaricati eritis; ego dispergã vos in populis. Et, si reuerteritis ad me, & seruaueritis mandata mea, & feceritis ea; si fuerit dispersio vestra à summo cæli; inde congregabo ipsos, & introducam ipsos in locum, quem elegi ad habitãdum nomen meum ibi. Et ipsi pueri tui, & populus tuus; quos redemisti in virtute tua magna, & in manu tua valida. [ε] Ne, quæso, Domine. Sed sit auris tua attendens in deprecatio-
nem serui tui, & ad deprecationem puerorum tuorum volentium timere nomẽ E
tuum. Et prospera, quæso, seruum tuum hodie; & da eũ in miserationes in conspectu viri huius. Et ego eram pincerna regi.

[α] Abira.] *Vulgata interpretatur*, castro: *alii*, Metropoli. [β] De superstitibus.] *Compl.* περὶ τῶν Ἰουδαίων τῶν διασωθέντων, de Iudæis saluatis. [γ] Ne, quæso, Domine.] μὴ δὴ κύριε. *Istud* μὴ, *hoc loco non tam videtur negationem significare, quàm affectum quendam orantis, sicut etiam paulo inferius in hoc eodem capite. Quare Compl. hic habet* ὦ δὴ, Hem, quæso. [δ] Ipsum.] *Eodem modo hebræus: sed significat*, teipsum, *vt alibi etiam notatum est. Sic paulo inferius*, congregabo ipsos. *Quare vulgata*, te, tua, uos. [ε] Ne, quæso, Domine: sed sit. *Illud*, Domine, *abest à nonnullis: Compl. autem habet*, δὴ κύριε ἔστω. Obsecro Domine sit, *vt vulgata. Sed paulo superius diximus de isto* μὴ.

CAP.

A CAP. II.

ET factum est in mense Nisan anni vigesimi Arthasasthà regi, & erat vi-
num coram [a] me: & leuaui vinum, & dedi regi: & non erat alius coram
eo. Et dixit mihi rex: Quare facies tua mala, & non [b] es infirmus? Et non
est hoc: nisi malum cordis. Et timui multum valde, & dixi regi: Rex in æternum
viuat. Cur non fiat mala facies mea; quandoquidem ciuitas, domus monumen-
torum patrum meorum desolata est, & portæ eius exesæ sunt in igne? Et dixit
mihi rex: Pro quo hoc tu quæris? Et deprecatus sum ad Deum cæli, & dixi regi:
Si super regem, bonum, & si bonus erit puer tuus in conspectu tuo, vt mittat ip-
B sum in Iuda, in ciuitatem monumentorum patrum meorum; & reædificabo eã.
Et dixit mihi rex, & concubina sedens iuxta eum: Vsque ad quod tempus erit
iter tuum, & quando reuerteris? Et bonum fuit coram rege, & misit me, & dedi
ei terminum. Et dixi regi: Si super regem, bonum; det mihi epistolas ad subregu
los trans flumen; vt deducant me, donec venero in Iudam; & epistolã ad Asaph
custodem paradisi, qui est regi, vt det mihi ligna ad tegendum [γ] portas, & ad
murum ciuitatis, & ad domum, quam ingrediar in eam. Et dedit mihi rex, sicut
manus Dei bona. Et veni ad subregulos trans flumen, & dedi eis epistolas regis.
Et miserat mecum rex principes virtutis, & equites. Et audiuit Sanaballat Aro-
C ni, & Tobia seruus Ammoni: & malum eis factum [δ] est; quia venit homo quæ-
rere bonum filijs Israel. Et veni in Hierusalem, & fui ibi dies tres. Et surrexi no-
cte ego, & viri pauci mecum, & non annunciaui homini, quid Deus dat in cor
meum facere cum Israel: & iumentum non est mecum, nisi iumentum, quem
ego inscendo super illud. Et egressus sum in [ε] porta Golilà, & ad os fontis fi-
cuum, & ad portam stercoris. Et eram [ζ] conuersans in muro Hierusalem, quod
ipsi diruunt, & portæ eius exesæ erant igne. Et transiui ad portam [η] Ain, & ad
piscinã regis, & non erat locus iumento trãsire sub me: & fui ascendes in [θ] muro
torrentis nocte, & fui conuersans in muro, & fui in porta vallis, & reuerti. Et cu-
D stodes nõ cognouerunt, quid ibã, & quid ego facio. Et Iudæis, & sacerdotibus,
& optimatibus, & ducibus, et reliquis facientibus opera vsque tunc nõ indica-
uerã. Et dixi ad eos: Vos videtis malũ hoc, in quo sumus in eo, quomodo Hieru
salẽ deserta, et portæ eius datæ sunt igni. Venite, et exædificemus murũ Hieru-
salẽ: et non erimus vltra opprobriũ. Et annunciaui eis manũ Dei, quæ est bona
super me, et [ι] præterea verba regis, quæ dixit mihi. Et dixi: Surgamus, et ædifi
cemus. Et confortatæ sunt manus eorũ in bonũ. Et audiuit Sanaballat Aronì, et
Tobia seruus Ammoni, et Gesam Arabi, et subsannauerũt nos, & venerũt super
nos, et dixerũt: Quid verbũ hoc, quod vos facitis? An super regẽ vos rebellatis?
Et retuli eis verbũ, et dixi eis: Deus cæli ipse prosperabit nos: et nos serui eius
E puri, et ædificabimus. Et vobis nõ est pars, et iustitia, et memoria in Hierusalẽ.

[a] Me.] *Compl. αὐτοῦ, & vulgata*, ante eum. [b] Es infirmus.] *Hac notione interdum apud alios etiam auctores accipitur verbum* [illegible]. *Compl.* [illegible], *quod est vsitatius.* [γ] Portas.] *In eadẽ additur* τοῦ [illegible] τοῦ *οἴκου* palatii domus. [δ] Factum est.] *Nec plura hebraus. In Compl. additur*, καὶ ἐλυπήθησαν, & tristati sunt: *quæ videtur altera interpretatio præcedentis sententiæ.* [ε] In porta Golili, & ad os fontis ficuum.] *Eadẽ*, διὰ τῆς πύλης [illegible] τῶν δρακόντων, per portam uallis nocte ad os fontis Draconis. *Vulg. tamẽ habet* & ante torrentem. [ζ] Conuersans.] [illegible]. *Compl.* [illegible] τοῖς τείχεσιν ἱερουσαλὴμ τοῖς κατασπασμένοις, καὶ τὰς πύλας αὐτῆς [illegible] considerans muros Hierusalẽ dirutos, & portas eius absumptas igni. [η] Ain.] *Eadem* [illegible], *quod est altera interpretatio illius.* [θ] In muro torrentis.] *Eadem* διὰ τοῦ χειμάρρου, per torrentem, *vt vulgata.* [ι] Præterea.] [illegible] *respondet hebræo. Ab aliis abest.*

CAP. III. A

ET surrexit Eliasub sacerdos magnus,& fratres eius sacerdotes & ædifica-
uerunt portam gregis:ipsi sanctificauerunt eam,& statuerunt valuas eius
& vsque ad turrim [a] centum sanctificauerunt vsque ad turrim Ana-
meel. [b] Et ad manus virorum filiorum Hiericho, & super manus filiorum
Zacchur filij Amarì.Et portam piscium ædificauerunt filij Asanà:ipsi texerunt
eam,& texerunt valuas eius,& seras eius,& vectes eius.Et ad manum eorum te-
nuit [c] super Ramoth filium Vria filij Accos.Et ad manum eorum tenuit Mo-
sollam filius Barachiæ filij Mazebel.Et ad manum eorum tenuerunt Thecoim: B
& [d] Adorim non intulerunt collum suum in seruitutem [e] ipsorum. Et por-
tam [f] Iasanai tenuerunt Ioidà filius Phasec,& Mesulam filius Basodia: ipsi te-
xerunt eam,& statuerunt valuas eius,& seras eius, & vectes eius. Et ad manum
eorum tenuerunt Maltias Gabaonites,& Euaron Meronothithes, viri Gabaon,
& Masphà vsque ad thronum principis, qui trans flumen. Et iuxta eum muni-
uit Oziel filius Arachiæ ex aurificibus. Et ad manum eorum tenuit Ananias fi-
lius [g] Roceim.Et [h] reliquerunt Hierusalem vsque ad murum latum. Et ad
manum eorum tenuit Raphaia filius Sur, princeps dimidiæ regionis Hierusa-
lem.Et ad manum eorum tenuit Iedaia filius Eromaph & è regione domus suæ. C
Et ad manũ eius tenuit Attuth filius Asabania. Et [i] secundus tenuit Melchias
filius Heram, & Asub filius Phaathmoab,& vsque ad turrim [k] Thanurim.Et
ad manum eius tenuit Sallum filius Aloes,princeps dimidiæ regionis Hierusa-
lem,ipse,& filiæ eius. Portam vallis tenuerunt Anun, & habitantes Zanno: ipsi
ædificarunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius,& mille
cubitos in muro vsque ad portam stercoris. Et portã stercoris tenuit Melchia,
filius Recab princeps regionis Bæthaccharim,ipse,& filij eius,& texerunt eam,
& statuerunt valuas eius,& seras eius,& vectes eius.Portam autem fontis muni
uit Salomon filius Cholezè,princeps partis Masphà:ipse exædificauit eã,& te-
xit eã,et statuit valuas eius,& vectes eius,& murum piscinæ [l] codiorũ cæsariei D
regis,et vsque ad scalas descendentes è ciuitate Dauid. Post eum tenuit Nee-
mias filius Azabuch, princeps dimidiæ regionis Bethsur vsque ad hortum se-
pulchri Dauid,et vsque ad piscinam factam, et vsque [m] Bethangarim. Post
eum tenuerunt Leuitæ,Raum filius Bani. Ad manum eius tenuit Asabia prin-
ceps dimidiæ regionis Ceilà regione sua. Et post eum tenuerunt fratres eorum
Benei filius Enadad,princeps dimidiæ regionis Ceilà.Et tenuit ad manum eius
Azur filius Iesu princeps Masphà mensurã secundã turris ascensionis cõtingen-
tis angulum. Post eum tenuit Baruch filius Zabù,mensuram secundam ab an-
gulo vsque ad ianuam [n] Beth Eliasub sacerdotis magni.Post eum tenuit Mera- E
moth filius Vria filij Accos mensuram secundam à ianua Beth Eliasub vsque ad
[o] finem Beth Eliasub.Et post eum tenuerunt sacerdotes, viri Echechar. Et post
eum tenuit Beniamin, et Asub è regione domus ipsorum. Et post eum tenuit
Azarias filius Maasiæ filij Anania iuxta domum suam. Post eum tenuit Bani fi-
lius Adad,mensuram secundam à Beth Azaria vsque ad angulum, et vsque ad
flexuram Phalach filij Euzaì ex aduerso anguli,et [p] turris eminens è domo re-
gis superior, quæ atrij custodiæ.Et post eum Phadaia filius Phoros. Et Nathi-

A nim erant habitantes in Ophal vſque ad hortum portæ aquæ ad orientem, et turris eminens. Et poſt eum tenuerunt Thecoim menſuram ſecundam ex aduerſo turris magnæ eminentis, et vſque ad murum Ophla. Supra portam equorũ tenuerunt ſacerdotes, vir è regione domus ſuæ. Et poſt eum tenuit Sadduc filius Emmer ex aduerſo domus ſuæ. Et poſt eum tenuit Samaia filius Sechenia cuſtos portæ Orientis. Poſt eum tenuit Anania filius Selemia, et Anom filius Seleph ſextus, menſuram ſecundam. Poſt eum tenuit Meſulam filius Barachia ex aduerſo gazophylacij ſui. Poſt eum tenuit Melchia filius Sarephi vſque ad π Bæthan Nathinim. ρ Et ſcruta vendentes è regione portæ Maphecad, et vſ-
B que ad aſcenſionem flexuræ. Et intermedium σ portæ gregis tenuerunt fabri, et τ ſcruta vendentes.

α Centum.] τῶν ἑκατὸν. *Vulgata ſupplet*, cubitorum. β Et ad manus virorum filiorum.] *Dictio* υἱῶν *abeſt à multis. Complut. autem,* καὶ ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ᾠκοδόμησαν ἄνδρες ἱεριχώ, καὶ ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ᾠκοδόμησεν ζακχοὺρ υἱὸς ἀμαρί, *quod vulgata*, & iuxta eum ædificauerunt viri Hiericho, & iuxta eos (*hebræus tamen habet*, eum, *vt Compl.*) ædificauit Zacchur filius Amri. γ Tenuit ſuper Ramoth filium.] *Eſt aliqua varietas in codicibus. Compl.* κατέσχεν μαριμώθ υἱὸς οὐρία, *quod in vulgata*, ædificauit Marimuth filius Vriæ. *Et ſæpe in hoc ipſo nomine occurrit varietas: & huius ipſius viri fit iterum mentio paulo inferius, & vocatur Meramoth etiam in Compl.* δ Adorim.] *Compl.* ἰσχυροὶ αὐτῶν, fortes eorum. *Vulgata*, optimates, *quod eſt interpretatio illius dictionis hebraicæ.* ε Ipſorum.] *Eadem* τοῦ κυρίου αὐτῶν, Domini ſui, *vt vulgata.* ζ Iaſanai.] *Interpretantur*, veterem. η Roceim.] τῶν ῥωκεὶμ. *Vulgata*, pigmentarij, *alij*, pigmentariorum. *Compl.* τῶν μυρεψῶν, vnguentariorum. θ Reliquerunt.] *Eadem eſt propria notio verbi hebraici: quare vulgata*, dimiſerunt.
C *Putant tamen quidam hoc loco ſignificare*, inſtaurarunt. *Compl.* ἔθηκαν, ſtatuerunt. ι Et ſecundus.] *Eadem* καὶ μέτρον δεύτερον, & menſuram ſecundam: *pro quo in vulgata eſt*, mediam partem vici. κ Thanurim.] *Vulgata interpretatur*, furnorum. λ Codiorum cæſariei regis.] τῶν κῳδίων τῆς κουρᾶς τοῦ βασιλέως. *Solet ſignificare capita papauerum, bulborum, ſtragula è lana, vellera veruecum. Compl.* τῆς σιλωὰμ εἰς τὸν κῆπον τοῦ βασιλέως, *quod vulgata*, Siloe in hortum regis. *Et pro*, Siloe, *multi interpretantur*, pomarij. μ Beth Angarim.] *Alij* ἀγαβαρίμ, *quod propius ad hebræum. Significant autem iſtæ duæ dictiones*, domum fortium, *vt vulgata, & Compl.* οἴκου τῶν δυνατῶν. ν Beth.] *Rurſus Compl* οἴκου, domus, *quod eſt interpretatio illius: itemque in ſequentibus.* ξ Finem.] *Hoc viſum eſt ſignificare* ἀναλήψεως. *Compl.* συντελείας, conſummationem. *Vulgata*, donec extenderetur. ο Et turris eminens.] *Compl* καὶ τοῦ πύργου τοῦ ἐξέχοντος, & turris eminentis. *Sed caſum poni pro caſu non eſt inuſitatum: quare etiam Compl. habet* ἀνώτερος, ſuperior, *quod non videtur ſatis apte conſtrui cum* τοῦ πύργου, *& paulo poſt etiam ipſa habet*, & turris eminens, *vbi vulgata*, & turrim, quæ prominebat. π Bethan Nathinim.] *In aliquo eſt*, Betha, *& ſignificat*, domum Nathinæorum, *quod habet*
D *Compl.* οἴκου τῶν ναθιναίων. ρ Et ſcruta vendentes.] *Vulgata*, & ſcruta vendentium, *vt coniungatur cum ſuperioribus Compl.* καὶ τῶν μεταβόλων, & negociatorum. σ Intermedium portæ.] *Eadem* ἀναμέσον τῆς ἀναβάσεως τῆς πύλης, & inter aſcenſum portæ. τ Scruta vendentes.] *Eadem* οἱ μεταβόλοι, negociatores, *quomodo etiam hic vulgata: licet idem ſit vocabulum hebræum, quod paulo ante dixit*, ſcruta vendentium.

CAP. IV.

ET factum eſt, quando audiuit Sanaballat, quia nos ædificamus murum; et malum ipſi viſum eſt: et iratus eſt valde, et ſubſannabat ſuper Iudæos. Et dixit in conſpectu fratrum ſuorum, hæc α eſt virtus Samariæ: Quia Iudæi iſti ædificant ſuam ciuitatem? Nunquid ſacrificant? nunquid poterunt? Et
E hodie ſanabunt lapides; poſtquam facti ſunt tumulus terræ combuſti? Et Tobias Ammanites iuxta eum venit, et dixit ad eos: β Nunquid ſacrificant, aut comedent ſuper locum ſuum? Nonne aſcendet vulpes, et diruet murum lapidũ eorum? Audi Deus noſter, quia facti ſumus in ſubſannationem, et conuerte opprobrium eorum in caput eorum: et da eos in ſubſannationem in terra captiuitatis: et ne operias ſuper γ iniquitatem. Et factum eſt, vt audiuit Sanaballat, et Tobia, et Arabes, et Ammanitæ, quia aſcẽdit germen muris Hieruſalem, quia cœperunt fracturæ obſtrui; et malum eis viſum eſt valde. Et congregati ſunt omnes

omnes in idipſum venire *δ* ad prælíandum in Hieruſalem,& faciendum eam A
ε exterminatam. Et deprecati ſumus ad Deum noſtrum,& conſtituimus cuſto
des ſuper eos die,ac nocte a facie eorum. Et dixit Iudas: Contrita eſt fortitudo
ζ inimicorum,& humus multa,& nos non poterimus ædificare in muro. Et di
xerunt ij,qui tribulabant nos: Non cognoſcent,& non videbunt,quoadusque
venerimus in medium eorum,& occidamus eos,& ceſſare faciamus opus. Et
factum eſt, vt venerunt Iudæi habitantes prope eos;& dixerunt nobis: Aſcen-
dunt ex omnibus *η* locis ſuper nos. Et ſtatui in infimis loci poſt murum in ab-
ſconditis,& ſtatui populum per familias cum gladijs ſuis, *θ* lanceas ſuas,& ar
cus ſuos. Et vidi:& ſurrexi,& dixi ad optimates, & ad duces,& ad reliquos po- B
puli: Ne timeatis a facie eorum: mementote Dei noſtri magni,& terribilis:&
prælíamini pro fratribus veſtris, filijs veſtris, filiabus veſtris, vxoribus veſtris,
& domibus veſtris. Et factum eſt, quando audierunt inimici noſtri,quia cogni
tum eſt nobis;& diſsipauit Deus conſilium eorum. Et reuerſi ſumus omnes nos
ad murum, vir ad opus ſuum. Et factum eſt a die illa, dimidium *ι* excuſſorũ
faciebant opus, & dimidium eorum reſiſtebant, & lanceæ,& clypei,& arcus,
& thoraces,& principes poſt omnem domum Iuda,ædificantes in muro:& tol-
lentes in humeris,in *κ* armis:in vna manu faciebat ſuum opus, & in vna tene-
bat iaculum: & ædificatores, vir gladio ſuo accinctus ſuper lumbum ſuum, & C
ædificabant:& clangens in cornea iuxta eum. Et dixi ad optimates,& ad prin-
cipes,& ad reliquos populi: Opus latum,& multum, & nos diſpergimur ſuper
murum longe vir à fratre ſuo. In loco, quocumque audieritis vocem corneæ,
illuc congregabimini ad nos:& Deus noſter bellabit pro nobis. Et *λ* nos faciẽ-
tes opus, & dimidium noſtri tenentes lanceas ab aſcenſu auroræ vſque ad exi-
tum ſyderum. Et in tempore illo dixi populo: Vnuſquiſque cum iuuene ſuo cõ-
moramini in medio Hieruſalem:& ſit nobis nox cuſtodia,& dies opus. Et eram
μ ego, & viri cuſtodiæ poſt me:& non fuit ex nobis exuẽs uir veſtimenta, *ν* ſua.

α Hæc eſt virtus Samariæ.] *In aliquo additur,* καὶ εἶπε,& dixit. *Compl.* καὶ τῆς δυνάμεως σαμαρείας,καὶ εἶπε, & exercitus Samariæ,& dixit. *In qua etiã ſequitur,* τί οἱ ἀδύνατοι οὗτοι ποιοῦσιν οἱ ἰουδαῖοι,μὴ καταλείψομεν αὐτούς; Quid imbecilles iſti faciunt Iudæi? nunquid dimittemus eos? *Vulgata hanc poſteriorem partem,* num dimittent eos gentes? *β* Nunquid ſacrificant,aut comedent ſuper locum ſuum?] *Eadem,* καὶ γε αὐτοὶ οἰκοδομοῦσιν, etiã iſti ædificant. *γ* Iniquitatem.] *Eadem addit,* αὐτῶν, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτῶν ἐκ προσώπου σου μὴ ἐξαλειφθείη,ὅτι παρώργισαν ἐναντίον τῶν οἰκοδομούντων.καὶ ᾠκοδομήσαμεν τὸ τεῖχος,καὶ συνήφθη πᾶν τὸ τεῖχος ἕως τοῦ ἡμίσεος αὐτοῦ,καὶ ἐγένετο ἡ καρδία τοῦ λαοῦ,ὥστε οἰκοδομῆσαι, *quod vulgata,* eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur,quia irriſerunt ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vſque ad partem dimidiam:& prouocatum eſt cor populi ad operandum. *δ* Ad prælíandum.] *Alii addunt* ἐν, *& Compl.* καὶ πατάξαι, & percutere. *ε* Exterminatam.] ἀφανῆ. *Hæc pars abeſt à nonnullis. Compl. autem habet,ſed pro* ἀφανῆ, *habet* πλάνην, errorem. *ζ* Inimicorum.] *Ita etiam Compl. licet vulgata ex hebræo,* portantis. *η* Locis ſuper nos.] *Nonnulli pro* τῶν τόπων, *habent* τῶν ἐθνῶν, gentium. *Sed Complut.* τῶν τόπων,ὅτι ἐπεστρέψατε ἐφ' ἡμᾶς, locis,quoniam conuertiſtis ſuper nos. *θ* Lanceas ſuas, & arcus ſuos.] *Multi habent* λόγχαι, lanceæ. *Sed Compl.* καὶ τῶν δοράτων αὐτῶν,καὶ τῶν τόξων αὐτῶν, & lanceis ſuis,& arcubus ſuis. *ι* Excuſſorum.] ἐκτετιναγμένων, *vt pſ. 126. & cap. ſequenti, & ſignificat,* iuuenum, *vt vulgata. Compl. autem* ἐκτεταγμένων, ordinatorum. *κ* In armis.] *Alii* ἐνόπλοις, armati. *λ* Et nos facientes.] *Sic hebræus. Compl.* ἐποιοῦμεν, faciebamus. *Alii* καὶ ἥμισυ ποιοῦντες, *aut* καὶ ἥμισυ αὐτῶν ποιοῦντες, & dimidium ipſorum facientes. *μ* Ego.] *Compl. addit* καὶ τὰ παιδάρια, *vulgata,* & pueri mei. *ν* Sua.] *In eadem ſequitur,* ἀνὴρ,καὶ ὅπλον αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ, vir, & arma eius ad aquam, *quod vulgata,* vnuſquiſque nudabatur tantum ad baptiſmum.

C A P. V.

ET *α* clamor populi,& mulierum eorum magnus ad fratres ſuos Iudæos.
Et erant quidam dicẽtes: In filijs noſtris,& in filiabus noſtris nos multi:
& accipiemus frumentum,& comedemus,& viuemus. Et ſunt quidam
dicentes:

A dicétes: Agri nostri, & vineæ nostræ & domus nostræ: nos oppignoramus, & ac
cipiemus frumentũ, & comedemus. Et sunt quidã dicentes: Mutuo sumpsimus
argẽtum in tributa regis: agri nostri, & vineæ nostræ, & domus nostræ. Et nunc,
sicut caro fratrum nostrorũ; caro nostra: sicut filij eorum; filij nostri. Et ecce nos
subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruos: & sunt de filiabus nostris
subiectæ: & non est potestas manuum nostrarum: & agri nostri, & vineæ nostræ
optimatibus. Et tristatus sum valde, sicut audiui clamorem eorum, & sermones
hos. Et consultauit cor meum in me: & concertaui aduersus optimates, & prin-
cipes, & dixi eis: β Exiget vir fratrem suum, quem vos exigitis? Et dedi super
B eos ecclesiam magnam, & dixi eis: Nos acquisiuimus fratres nostros Iudæos vẽ
ditos gentibus in spontaneo nostro: & vos vendite fratres vestros, & γ traden
tur nobis. Et siluerunt, & non inuenerunt verbum. Et dixi: Non bonum verbũ,
quod vos facitis: non sic in timore Dei nostri abibitis ab opprobrio gentium
inimicorum nostrorum. Etiam fratres mei, & noti mei, & ego posuimus eis ar-
gẽtum, & frumentum: relinquamus, obsecro, exactionem hanc. Reddite, quæ-
so, eis, sicut hodie, agros eorũ, & vineas eorum, & olíueta eorum, & domos eo-
rum: & de argento, frumentum, & vinum, & oleum promite eis. Et dixerunt:
Reddemus, & ab eis non quæremus: sic faciemus, sicut tu dixisti. Et vocaui sa-
C cerdotes, & adiuraui eos facere, sicut verbum hoc. Et vestimentum meum ex-
cussi, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non statuet verbum hoc, è
domo eius, & è labore eius: & erit sic excussus, & inanis. Et dixit omnis Eccle-
sia: Amen. Et laudauerunt Dominum. Et fecit populus verbum hoc. δ A die,
qua mandauit mihi esse in principem eorum in terra Iuda, ab anno vigesi-
mo, & vsque ad annum trigesimum & secundum ε Arthasasthà, annos duode-
cim ego, & fratres mei ζ extorsionem eorũ non comedi, & etiam extorsiones
primas, quas ante me aggrauauerant super eos, & acceperant ab eis in panibus,
& in vino, vltimum argentum η didrachma quadraginta. Et θ excussi eorum
exercebant potestatem super populum. Et ego non feci sic a facie timoris Dei:
D & in opere muri ι hæc non tenui, & agrum non κ acquisiui, & omnes congre-
gati ibi ad opus. Et Iudæi centum, & quinquaginta viri, & venientes ad nos ex
gentibus, quæ in circuitu nostro, ad mensam meam. Et erat factum in diem vnũ,
vitulus vnus, & oues sex electæ, & hircus vnus fiebãt mihi: & inter medium de-
cem λ dierum, in omnibus vinum multitudine. Et cum his panes μ extorsionis
non quæsiui, quoniam grauis seruitus super populum hunc. Memento mei
Deus in bonum, omnia quæcumque feci populo huic.

α Et clamor.] *καὶ ἡ κραυγή. Nonnulli, καὶ ἦν κραυγή,* & fuit clamor. *Compl. καὶ ἐγένετο.* β Exiget uir
fratrem suum, quæ uos exigitis.] *In aliquo est, ἀπαιτεῖτε ἀνὴρ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὑμεῖς ἀπαιτεῖτε,* exactione uir fra-
E trem suum uos exigitis? *quod respondet hebræo. Eodem fere modo Compl. Sed addit, ἃ ὑμεῖς ποιεῖτε,* quæ uos fa-
citis, *quæ etiam sunt in aliis quibusdam, sed absunt ab hebræo.* γ Tradentur.] *Compl. πραθήσονται,* uenden-
tur: *hebræus habet interrogationem,* uos uenditis? *&* sunt uenditi nobis? δ A die.] *Compl. καί γε ἀπὸ τῆς
ἡμέρας,* Etiam a die, *vt hebræus.* ε Arthasasthà.] *Eadem addit τῷ Σαμλῶν* regi, *de quo dandi casu alibi no-
tatum est.* ζ Extorsionem.] *βίαν. Sed Compl. ἄρτον τῆς ἡγεμονίας μου οὐκ ἐφάγομεν, οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ ἔμπροσθέν μου. quod
vulgata,* annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerunt ante me.
η Didrachma.] *Eadem σίκλους, & vulgata,* siclos. θ Et excussi.] *Eadem, καί γε τὰ παιδάρια αὐτῶν ἐξου-
σίαζον,* etiam pueri eorum dominati sunt. ι Hæc non tenui.] *A Compl. abest negatio, & significat,* ædi-
ficaui, *vt vulgata.* κ Acquisiui.] *Eadem addit καὶ τὰ παιδάριά μου,* & pueri mei. λ Decem.] *Ita etiam
hebræus, & vulgata. Compl. autem & alii δώδεκα,* duodecim. μ Extorsionis.] *Rursus Compl. τῆς ἡγεμονίας μου,*
ducatus mei, *vt vulgata.*

C A P.

CAP. VI.

A

ET factum est, sicut auditum fuit ipsi Sanaballat, & Thobia, & Gesam Ara-
bi, & reliquis inimicorum nostrorum, quia ædificaui murum; & non re-
mansit in eis α spiratio: vsque ad tempus illud valuas non posueram
in portis. Et misit Sanaballat, & Gesam ad me, dicens: Veni, & congregemur in
idipsum in pagis in campo Onò. Et ipsi cogitantes facere mihi malum. Et misi
nuncios ad eos dicens: Opus magnum ego facio, & non potero descendere, ne
forte cesset opus. Cum perfecero illud; descendam ad vos. Et miserunt ad me,
sicut verbum β hoc. Et misi eis secundum hæc. Et misit ad me Sanaballat γ pue-
rum suum, & epistolam apertam in manu eius. Et erat scriptum in ea: In genti- B
bus auditum δ est, quia tu, & Iudæi cogitatis rebellare: propter hoc tu ædifi-
cas murum: & tu eris eis in regem: & ad hæc prophetas statuisti tibi; ε vt se-
deas in Hierusalem in regem super Iuda. Et nunc annunciabuntur regi verba
hæc. Et nunc veni, consultemus in idipsum. Et misi ad eum, dicens: Non fuit, si-
cut sermones hi, sicut tu dicis: quoniam de corde tuo fingis eos. Quoniam om-
nes terrent nos, dicentes: Dissoluentur manus eorum ab opere hoc, & non fiet.
Et nunc confortaui manus meas: & ego ingressus sum in domum Semei filij Da
laia filij Metabeel: & ipse clausus, & dixit: Congregemur in domum Dei in me-
dio eius, & claudamus ianuas eius: ζ quoniam veniunt nocte ad occidendum C
te. Et dixi: η Quis est vir, qui ingredietur in domum, & viuet? Et cognoui, &
ecce Deus non miserat eum: quoniam prophetia, sermo contra me. Et Tobias,
& Sanaballat mercede conduxerunt aduersus me ι turbam, vt timeam, & fa-
ciam sic, & peccem, & fiam eis in nomen malum, vt exprobrarent mihi. Me-
mento κ Deus Tobia, & Sanaballat, sicut facta eius hæc, & Noadia prophe-
tæ, & reliquis prophetarum, qui erant terrētes me. Et perfectus est murus quin-
ta & vigesima Elul mensis in quinquaginta & duobus diebus. Et factum est,
quando audierunt omnes inimici nostri, & timuerunt omnes gentes, quæ in cir
cuitu nostro: & incidit timor λ valde in oculis eorū: & cognouerunt, quia à Deo D
nostro factum est, vt perficeretur opus hoc. Et in diebus illis à multis optima-
tibus Iuda epistolæ ibant ad Tobiam, & Tobiæ veniebāt ad eos: quoniam mul-
ti in Iuda iuramento coniuncti erant ei; quoniam gener erat Secheniæ filij He-
raè: & Ionan filius eius acceperat filiam Mesulam filij Barachiæ in vxorem: &
μ sermones eius erant dicentes ad me, & verba mea erant afferentes eis. Et epi-
stolas misit Tobias ad terrendum me.

α In eis spiratio.] *Compl. ἐν αὐτοῖς διακοπή, quod vulgata*, & non esset in ipso residua interruptio. β Hoc.]
In multis additur τέταρτον, aut τέτραχα ὡσαύτως, & vulgata, per quatuor vices. γ Puerum.] *Alii τὸν πέμπτον
παῖδα*, quintum puerum. δ Est.] *Alii addunt, καὶ Γοσὲμ εἶπε, quod vulgata*, & Gosem dixit. ε Vt E
sedeas in Hierusalem in regem super Iuda.] *Compl. κηρύσσειν περὶ σοῦ ἐν ἱερουσαλὴμ, λέγοντας, ὅτι βασιλεύει ἐν τῇ
ἰουδαίᾳ, quod vulgata*, qui prædicent de te in Hierusalem, dicentes: rex in Iudæa est. ζ Quoniam veniunt
nocte.] *Eadem, ὅτι ἔρχονται φονεῦσαί σε, καὶ ἔρχονται νυκτός*, quoniam veniunt ad occidendum te, veniunt nocte, &c.
quæ repetitio est etiam in vulgata. η Quis est vir, qui ingredietur in domum.] *Alii τίς ἐστιν ἀνὴρ οἷος ἐγὼ
φεύξεται, ἢ τίς οἷος ἐγὼ, εἰσελεύσεται (aut ὃς εἰσελεύσεται) εἰς τὸν οἶκον; quod vulgata*, Num quisquam similis mei fu-
git? & quis, vt ego, ingredietur templum? θ Viuet.] *In Compl. additur, οὐκ εἰσελεύσομαι*, non ingrediar, *vt
vulgata.* ι Turbam.] *Eadem αὐτὸν* eum. κ Deus Tobia.] *Eadem ὁ θεός μου τῷ τωβίᾳ, quod vulgata*,
mei Deus pro Tobia. *Alii tamen vertunt*, Deus meus Tobiæ, *vt sit casus pro casu.* λ Valde.] *Alii
μέγας σφόδρα*, magnus valde: *hebræus sic habet*, & conciderunt valde in oculis suis. μ Et sermones eius.]
Si, sermones, id est λόγους accipiamus, ac si diceretur, laudes; *respondet hebræo, & vulgata. Compl. καί γε τὰ συμ-
φέροντα αὐτῷ ἔλεγον ἐνώπιόν μου.* Etiam, quæ erant ei vtilia, dicebat coram me.

CAP.

A CAP. VII.

ET factum est quando ædificatus est murus; & statui valuas; & recensiti sunt ianitores, & cantores, & Leuitæ. Et mandaui Anania fratri meo, & Anania principi * Bira in Hierusalem; quoniam ipse tanquam vir verax, & timens Deum præ multis. Et dixi eis: Non aperientur portæ Hierusalem, vsque ad simul cum Sole: & adhuc ipsis vigilantibus claudantur valuæ, & opilentur: & statue custodes ex habitantibus in Hierusalem: vir in custodia sua, & vir e regione domus suæ. Et ciuitas lata, & magna, & populus paucus in ea: &
B non erant domus ædificatæ. Et dedit Deus in cor meum, & cógregaui optimates, & principes, & populum ad * conuentus. Et inueni librum conuentus, qui ascenderant in primis. Et inueni scriptum in eo. Et hi filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quam transmigrauit Nabuchodonosor rex Babylonis: & reuertit in Hierusalem, & in Iuda, vir in ciuitatem suam cũ Zorobabel, & Iesu, & Neemia, Azaria, & Reelmà, Naermani, Mardochæus, Balsan, Maspharat, Esdra, Boguia, Inaũ, Baaria, Maspharat, viri populi Israel. Filij Phoros, duo millia cẽtum septuaginta duo: Filij Saphatia, trecenti septuaginta duo: Filij Erà, sexcẽti quinquaginta duo: Filij Phaathmoab de filijs Iesu, & Ioab
C duo millia sexcenti decem octo: Filij Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor: Filij Zathiua, octingenti quadraginta quinque: Filij Zacchũ, septingenti sexaginta: Filij Banuì, sexcenti quadraginta octo: Filij Bebì, sexcenti viginti octo: Filij Asgad, duo millia trecenti viginti duo: Filij Adonicam, sexcenti sexaginta septem: Filij Bagoì, duo millia sexaginta septem: Filij Edin, sexcenti quinquaginta quinque: Filij Ater Ezeciæ, nonaginta octo: Filij Esam, trecẽti viginti octo: Filij Besei, trecenti viginti quatuor: Filij Ariph, centum duodecim: Filij Asen, ducenti viginti tres: Filij Gabaon, nonaginta quinque: Filij Bæthalem, cẽtum viginti tres: Filij Atophà, quinquaginta sex: Filij Anathoth, centum vigin
D ti octo: Viri Bethsamoth, quadraginta duo: Viri Cariathiarim, Caphirà, & Beroth, septingenti quadraginta tres. Viri Aramà, & Gabaa, sexcenti viginti: Viri Machemias, centum viginti duo: Viri Bæthel, & Aì, centum viginti tres: Viri Nabia, centum quinquaginta duo: Viri Elamaar, mille ducenti quinquaginta duo: Filij Eram, trecenti viginti: Filij Hiericho, trecenti quadraginta quinque: Filij Lodadid, & Onò, septingenti viginti vnus: Filij Sanana, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes filij Iodae in domo Iesu, nongenti septuaginta tres: Filij Emmer, mille quinquaginta duo: Filij Phaseur, mille ducenti quadraginta septem: Filij Eram, mille decem septem. Leuitæ filij Iesu, ipsius Cadmiel de filijs Vduia, septuaginta quatuor. Cantores filij Asaph centum quadraginta
E octo. Ianitores filij Salum, filij Aser, filij Telmon, filij Acub, filij Atità, filij Sabì, centum triginta octo. Nathinim, filij Seà, filij Asphà, filij Tabaoth, filij Ciras, filij Aluia, filij Phadon, filij Labanà, filij Agabà, filij Selemei, filij Anan, filij Gadel, filij Gaar, filii Raaia, filii Rasson, filii Necodà, filii Gezam, filii Ozi, filii Phese, filii Besì, filii Meinon, filii Nephosasi, filii Bacbuc, filii Achiphà, filii Arur, filii Basaloth, filii Midà, filii Adasan, filii Barcuè, filii Sisarath, filii Themà, filii Nisia, filii Asephà, filii seruorum Salomon, filii Sutel, filii Sapharat, filii Iheridà, filii Ielel, filii Dorcon, filii Gadael, filii Saphatia, filii Ettel, filii Phacarath,

rath, filii Sabaim, filii Emim, omnes Nathinim, & filii seruorum Salomon, tre- A
centi nonaginta duo. Et hi ascenderunt è Thelmeleth, Thelaresà, Charub, Eró,
Iemer, & non potuerunt annunciare domos patriarum suarum, & semen suum,
si de Israel sunt: filii Dalaia, filii Tobia, filii Necodà, sexcenti quadraginta duo.
Et de sacerdotibus, filii Ebia, filii Acos, filii Berzellì, quoniam γ acceperunt
de filiabus Berzellì Galaaditæ vxores, & vocati sunt in nomine earum. Hi quæ-
sierunt scripturam suam conuentus: & non est inuenta: & δ abdicati sunt a sa-
cerdotio. Et dixit ε Athersasthà, vt non comedant de sancto sanctorum; quo-
adusque surgat sacerdos ζ illuminans. Et fuit omnis Ecclesia η quasi quadra
ginta duo millia θ trecenti sexaginta, absque seruis eorum, & ancillis eorum. B
Hi septem millia trecenti triginta septem. Et cantores, & cantatrices, ducenti
quadraginta, ι quinque. Asini, duo millia septingenti. Et de parte principum
patriarum dederunt ad opus κ Neemiæ in thesaurum λ aureos mille, phialas
quinquaginta, & μ Chothonoth sacerdotum triginta. Et de principibus pa-
triarum dederunt in thesauros operis, ν auri numismatis viginti millia, & ar-
genti minas, bis mille quadringentas. Et dederunt reliqui de populo auri
viginti millia, & argenti minas bis mille ducentas, & Chothonoth sacerdotū,
sexaginta septem. Et sederunt sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, &
qui de populo, & Nathinim, & omnis Israel in ciuitatibus suis. C

α Birà.] *βιρά. Alii βειρά, aut βηρά. Significat autem,* palatij, *aut,* domus, *vt vulgata.* β Conuentus.] *συνοδίας. Alii συνοδίας. Compl. συνοδίαν. Significat autem censum, idest recognitionem genealogiæ. Quare vulgata,* vt recenserem eos. Et inueni librum census. γ Acceperunt.] *Compl.* ὃς ἔλαβεν, *&* ἐκλήθη, qui accepit, *&* vocatus est: *& sic supra Esdræ. 2. cap. 2.* δ Abdicati sunt.] *Ita eodem loco Esdræ. Sed Compl. rursus* ἀπεώσθησαν, eiecti sunt. ε Athersasthà.] *Alii addunt* αὐτοῖς, eis, *vt eodem loco Esdræ.* ζ Illuminans.] *Compl.* τοῖς φωτισμοῖς, καὶ τοῖς τελείοις, illustrationibus, & perfectionibus: *quod satis respondet hebræo. Conferatur cum eodem loco Esdræ.* η Quasi.] *ὡς. Compl.* ὁμοθυμαδὸν ὡς, vnanimiter quasi, *nec multo aliter apud Esdram* ὁμοῦ ὡσεί. *Vulgata ex hebræo,* quasi vir vnus. θ Trecenti.] *Ita hebraice, & apud Esdram etiam vulgata; quamuis ea hic habeat,* sexcenti. ι Quinque.] *In Complutensi, & ex parte in aliis sequitur,* ἵπποι ἑπτακόσιοι τριακονταέξ, ἡμίονοι διακόσιοι τεσσαρακονταπέντε, κάμηλοι τετρακόσιοι τριακονταπέντε, ὄνοι ἑξακισχίλιοι ἑπτακόσιοι εἴκοσι, equi septingenti triginta sex, muli ducenti quadraginta quinque, cameli quadringenti triginta quinque, asini sex mille septingenti viginti: *vt eodem loco Esdræ.* κ Neemiæ.] *In aliis* ἀρταθασθά. *Et videtur idem, qui paulo ante dictus est,* Athersasthà, *& in vulgata,* Athersathà: *& in capite sequenti dicitur esse idem, ac Neemias.* λ Aureos mille.] *Complut.* χρυσοῦ δραχμὰς χιλίας, auri drachmas mille, *vt vulgata.* μ Chothonoth.] *De hoc notatum est in Esdra. Compl.* στολάς, stolas. ν Auri.] *Eadem* χρυσοῦ δραχμάς, auri drachmas.

CAP. VIII.

ET aduenit mensis septimus, & filii Israel in ciuitatibus suis. Et congregati
sunt omnis populus tanquam vir vnus in plateam, quæ ante portā aquæ.
Et dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quam manda-
uit Dominus Israel. Et attulit Esdras sacerdos legem coram Ecclesia à viro vs-
que ad mulierem, et omnis intelligens, ad audiendum in die vna mensis septi- E
mi. Et legit in α eo ab hora illuminationis Solis vsque ad dimidium diei, co-
ram viris, et mulieribus: et ipsi intelligentes: et aures omnis populi ad librum
legis. Et stetit Esdras scriba super gradum β ligneum: et steterunt iuxta eum
Matthathias, et Samaias, et Ananias, et Vrias, et Chelcia, et Maasia à dextris
eius, et a sinistris Thadaias, et Misael, et Melchias, et Asom, et Asabadma, et
Zacharias, et Mesollam. Et aperuit Esdras librū in conspectu omnis populi: quo
niam ipse erat supra populum. Et factum est, quando aperuit illum; stetit
omnis

A omnis populus. Et benedixit Esdras Dominum Deum magnum. Et respondit omnis populus, & dixerunt, γ Amen, eleuantes manus suas. Et inclinarunt, & adorauerunt Dominum in faciem super terram. Et Iesus, & Banaias, & δ Saradias ε erant instruentes populum in lege. Et populus in statione sua. Et legerũt in libro legis Dei: & docuit Esdras, & distinxit in scientia Domini, & intellexit populus in lectione. Et dixit ζ Neemias, & Esdras sacerdos, & scriba, & Leuitæ, & η qui instruebant populum: & dixerunt omni populo: Dies sancta est Domino Deo nostro: ne lugeatis, neque ploretis: quoniam plorabat omnis populus, vt audiuerunt verba legis. Et dixit eis: Ite, comedite pinguedines, & bibite
B dulcedines, & mittite partes non habentibus: quia sancta est dies Domino nostro: & ne concidatis: θ quoniam est Dominus fortitudo nostra. Et leuitæ silere faciebant omnem populum, dicentes: Silete, quoniam dies sancta: & ne cõcidatis. Et abijt omnis populus comedere, & bibere, & mittere partes, & facere lætitiam magnam; quoniam intellexerant in verbis, quæ notificauerat eis. Et in die secunda congregati sunt principes patriarum cum omni populo, sacerdotes, & Leuitæ ad Esdram scribam ad intelligendum ad omnia verba legis. Et inuenerunt scriptum in lege, quam mandauit Dominus Moysi; vt habitent filij Israel in tabernaculis in festiuitate in mense septimo, & vt significent tubis in
C omnibus ciuitatibus ipsorum, & in Hierusalem. Et dixit Esdras: Exite in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes lignorum cupressinorum, & frondes myrti, & frondes palmarum, & frondes ligni densi ad faciendum tabernacula iuxta id, quod scriptum est. Et exiuit populus, & attulerunt, & fecerunt sibi tabernacula, vir in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platæis ι ciuitatis, & vsque ad portam Ephræm. Et fecerunt omnis Ecclesia, qui reuerterant è captiuitate, tabernacula, & sederũt in tabernaculis: quoniam non fecerunt a diebus Iesu filij Naue sic filij Israel vsque in diem illam. Et facta est lætitia κ magna. Et legit in libro legis Dei, diem in die a die prima vsque ad
D diem vltimam. Et fecerunt festiuitatem septem diebus, & die octaua Exodium iuxta iudicium.

α In eo.] *Compl. addit* ἀπέναντι τῆς πλατείας τῆς ἔμπροσθεν τῆς πύλης τοῦ ὕδατος. *Vulgata*, in platea, quæ erat ante portam aquarum. β Ligneum.] *In eadem additur*, ὃ ἐποίησεν εἰς τὸ δημηγορῆσαι, quem fecerat ad concionandum. γ Amen.] *In eadem repetitur, vt in vulgata*, δ Sarabias.] *In Compl. & magna ex parte in aliis hæc adduntur*, Tamin, & Acub, & Sabatthæus, & Oduias, & Maasias, & Callitas, & Alarias, & Iosabed, & Anan, & Phalaias, & Leuitæ. ε Erant instruentes.] *In multis est*, συνετίζοντες, subdocebant. ζ Neemias.] *In Compl. additur* (ὅς ἐστιν Ἀθερσαθά) *& vulgata ex hebræo* (ipse est Athersathà.) η Et qui.] *Illud*, &, *abest à Compl. & vulgata.* θ Quoniam est Dominus.] *Alii*, ὅτι ἡ χαρὰ κυρίου αὕτη ἐστὶν ἰσχὺς ὑμῶν, quoniam lætitia Domini hæc est fortitudo nostra. *Vulgata habet*, vestra. ι Ciuitatis, & vsque ad portam Ephræm.] *Compl.* τῆς πύλης τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πύλης Ἐφραΐμ, portæ aquarum, & in platæis portæ Ephraim: *quomodo fere vulgata.* κ Magna.] *Eadem addit* σφόδρα *& vulgata*, nimis.

E

CAP. IX.

ET in die vigesima & quarta mensis huius congregati sunt filij Israel in ieiunio, & in saccis & cinere super caput suum. Et separati sunt filij Israel ab omni filio alieno: & steterunt, & confessi sunt peccata sua, & iniquitates patrum suorum. Et steterunt in statione sua: & legerunt in libro legis Domini Dei α sui: & fuerunt confitentes Domino, & adorantes Dominũ Deum suũ. Et

A ſtetit ſuper aſcenſum Leuitarum Ieſus, et filij Cadmiel, Sechenia filius Sarabia, filij Choneni: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum. Et dixerunt Leuitæ, Ieſus, & Cadmiel: Surgite, benedicite Dominum Deum noſtrum à ſeculo, & vſque in ſeculum: & benedicent nomen gloriæ tuæ: & exaltabunt in omni benedictione, & laude. Et dixit Eſdras: Tu es ipſe Dominus ſolus: tu feciſti cælum et cælum cæli, & [b] omnem ſtationem eorum, terram, & omnia, quæcũque ſunt in ea, maria, & omnia, quæ in eis: & tu viuificas omnia, & te adorant exercitus cælorum. Tu es Dominus Deus: tu elegiſti in Abram, & eduxiſti eum de regione Chaldæorũ: & impoſuiſti ei nomen Abraham: & inueniſti cor eius fidele coram te, & diſpoſuiſti ad eum teſtamentum dare ei terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorræorũ, & Pherezæorũ, & Iebuſæorum, & Gergeſæorum, & ſemini eius. Et ſtatuiſti verba tua, quoniam iuſtus tu: & vidiſti humiliationem patrum noſtrorum in Ægypto: & clamorem eorum audiſti ſuper mare rubrum: & dediſti ſigna, & prodigia in Ægypto in Pharaonem, & in omnes pueros eius, & in omnem populum terræ eius: quoniam nouiſti, quia ſuperbe egerunt ſuper eos: & [γ] feciſti tibi nomen, ſicut dies hæc. Et mare ſcidiſti coram eis: & tranſierunt in medio maris in ſicco: & perſequentes eos proieciſti in profundum, tanquam lapidem in aqua valida. Et in columna nubis deduxiſti eos die, & in columna ignis nocte ad illuminandam eis viam, in qua ibunt in ea. Et ſuper montem Sina deſcendiſti, & locutus es ad eos de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & leges veritatis, præcepta, & mandata bona. Et ſabbatum tuũ ſanctum notificaſti eis: mandata, & præcepta, & legem mandaſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Et panem de cælo dediſti eis [δ] in cibum eorum: & aquam de petra protuliſti eis in ſiti eorum. Et dixiſti eis ingredi ad hæreditandam terram, ſuper quam extendiſti manum tuam ad dandam eis. Et ipſi, & patres noſtri ſuperbe egerunt, & indurauerunt ceruicem ſuam, & non audierunt mandata tua: & abnuerunt exaudire, & non ſunt recordati mirabilium tuorum, quæ feciſti cum eis. Et indurauerunt ceruicem ſuam, & dederunt principium reuertendi ad ſeruitutem ſuam in Ægypto. Et tu [ε] Deus miſericors, & miſerator, longanimis, & multum miſericors, & non dereliquiſti eos. Adhuc autem & fecerunt ſibi vitulum fuſilem, & dixerunt: Hi ſunt Dij, qui eduxerunt nos de Ægypto. Et fecerunt irritationes magnas: & tu in miſerationibus tuis multis non dereliquiſti eos in deſerto: columnam nubis non declinaſti ab eis die ad deducendum eos in via, & columnam ignis nocte, ad illuminandam eis viam, in qua ibunt in ea. Et ſpiritum tuum bonum dediſti ad inſtruendos eos. Et Manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum, et aquam dediſti eis in ſiti eorum. Et quadraginta annis enutriuiſti eos in deſerto: non [ζ] feciſti eis deeſſe quicquã: veſtimenta eorum non inueterauerunt, [η] et pedes eorum ſunt diſrupti. Et dediſti eis regna, & populos diſtribuiſti eis. Et hæreditauerunt terram Seon regis Eſebõ, et terrã Og regis Baſan. Et filios eorũ multiplicaſti tanquã aſtra cæli, et introduxiſti eos in terrã, quã dixiſti patribus [θ] eorũ: et hæreditarũt eã. Et extriuiſti corã eis habitãtes terrã Chananæorũ, et dediſti illos in manus ipſorũ, et reges illorũ et populos terræ ad faciendũ eis, ſicut placitũ corã ipſis. Et ceperunt ciuitates [ι] excelſas, et hæreditarũt domos plenas omniũ bonorum, ciſternas exciſas, vineas, et olīueta, et omne lignũ e ſui aptũ in multitudine. Et comederũt, et repleti ſunt,

A ſunt,& impinguati ſunt,& deliciati ſunt in bonitate tua magna. Et mutauerunt
& receſſerunt à te, & proiecerunt legem tuam poſt corpus ſuum. Et prophetas
tuos occiderunt, qui conteſtabantur in eis, vt reuerterent ipſi ad te. Et fecerunt
irritationes magnas: & dediſti eos in manu tribulantium eos: & tribulauerunt
eos. Et clamauerunt ad te in tempore tribulationis ſuæ: & tu de cælo tuo au-
diſti, & in miſerationibus tuis magnis dediſti eis ſaluatores: & ſaluaſti eos de
manu tribulantium eos. Et vt requieuerunt, reuerterunt facere malum in con-
ſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manus inimicorum eorum: & dominati ſunt in
eis. Et rurſus exclamauerunt ad te: & tu de cælo exaudiſti, & eruiſti eos in mi-
B ſerationibus tuis ᵏ multis: & conteſtatus es eis, vt ipſi reuerterentur in legem
tuam. ᵏ Et non audierunt, ſed in mandatis tuis, & iudicijs tuis peccauerunt,
quæ faciens ea homo viuet in eis. Et dederunt dorſum rebelle, & ceruicem ſuã
indurauerunt: & non audierunt. ᵘ Et protraxiſti ſuper eos, annos multos, &
conteſtatus es eis in ſpiritu tuo in manu prophetarum tuorum: & non percepe
runt auribus: & dediſti eos in manu populorum terræ. Et tu in miſerationibus
tuis multis non feciſti eos in conſummationem, & non dereliquiſti eos, quoniã
fortis es, & miſericors, & miſerator. Et nunc Deus noſter fortis, magnus, vali-
dus, & terribilis cuſtodiens teſtamentum tuum, & miſericordiam tuam; ne pau
C cus ſit coram te omnis labor, qui inuenit nos, & reges noſtros, & principes no-
ſtros, & ſacerdotes noſtros, et prophetas noſtros, et patres noſtros, et in omni
populo tuo à diebus regum Aſſur, & vſque ad diem hanc. Et tu iuſtus in omni-
bus, quæ veniunt ſuper nos: quoniam veritatem feciſti. Et nos peccauimus, &
reges noſtri, & principes noſtri, et ſacerdotes noſtri, & patres noſtri nõ fecerunt
legem tuam; & non attenderunt ᵛ mandata tua, & teſtimonia tua, quæ conte-
ſtatus es eis. Et ipſi in regno tuo, & in bonitate tua multa, quam dediſti eis, & in
terra lata, & pingui, quam dediſti coram eis, non ſeruierunt tibi, & non auerte-
runt ſe a ſtudijs ſuis malis. Ecce hodie ſumus ſerui, & terra, quam dediſti pa-
D tribus noſtris ad comedendum fructum eius, & bona eius, ecce ſumus ſerui ſu-
per eã, & fructus eius multi regibus, quos dediſti ſuper nos in peccatis noſtris,
& ſuper corpora noſtra poteſtatem habent, & in pecoribus noſtris, ſicut pla-
citum eis, & in tribulatione magna ſumus. Et in omnibus his nos diſponimus fi
dem, & ſcribimus, & ſignant principes noſtri, Leuitæ noſtri, ſacerdotes noſtri.

α Sui.] *In Compl additur,* τετάρτον τῆς ἡμέρας *(quod vulgata,* quater in die *) & ſimiliter in eo quod ſequitur,* & erant confitentes Domino quater in die. β Omnem ſtationem.] *Eadem,* πάντας *(in quo videtur mendum)* τὰς δυνάμεις, omnes virtutes. *Vulgata,* omnem exercitum. γ Feciſti.] *Sic etiam vulgata. Complutenſis autem* ἐποίησαν. fecerunt. δ Cibum.] σιτοδείαν, *& alii* σιτοδοσίας. *Nonnulli tamen habent* σιτοδείας, *& vulgata,* in fame. ε Deus.] *In aliis additur* ἀφίων ἁμαρτίας, dimittens peccata, *quod vulgata,* pro-
E pitius. ζ Feciſti eis deeſſe.] ὑστέρησας. *Sic pſal. 83. in bonis codicibus* οὐχ ὑστερήσει τὰ ἀγαθὰ, non faciet deeſſe bona. *Alii vero libri hic habent* ὑστέρησαν, non defuit eis quicquam. η Pedes.] *Sic etiam vulgata. Alii* ὑποδήματα, calceamenta. *Similis varietas alibi eſt obſeruata.* θ Eorum.] *In Compl. additur* τοῦ εἰσελθεῖν καὶ κληρονομῆσαι καὶ εἰσῆλθον υἱοὶ αὐτῶν, *quod vulgata,* vt ingrederentur, & poſsiderent eam. Et venerunt filij. ι Excelſas.] *In ijſdem additur,* καὶ γῆν πίονα, & humum pinguem. κ Multis, & conteſtatus es.] *Complutenſis* πολλοῖς, καὶ ἐν καιροῖς ἐπεμαρτύρω, multis, & in temporibus conteſtatus es: *ſed vulgata,* multis temporibus, & conteſtatus es. λ Et non audierunt.] *In Compl. antecedit,* αὐτοὶ δὲ ὑπερηφανεύσαντο, ipſi vero ſuperbe egerunt, *vt vulgata.* μ Protraxiſti.] *Sic etiam vulgata. Complut. autem* ἐμακροθύμησας, longanimis fuiſti. ν Mandata tua.] τῆς ἐντολῆς, *& ſic eſt etiam in nonnullis aliis libris, in pleriſque tamen* τὰς ἐντολάς.

CAP. X. A

ET super obsignantes Neemias Artasasthà filius Achabia, & Sedecias filius Aræa, & Azaria, & Hieremia, Phasur, Amaria, Melchia, Attias, Sebani, Maluch, Iram, Meramoth, Abdia, Daniel, Gaunathon, Baruch, Mesulam, Abia, Miamin, Maazia, Belgai, Samaia: hi sacerdotes. Et Leuitæ, Iesus filius Azania, Banæu de filijs Enadad, Cadmiel, & fratres eius, Sabania, Oduia, Calitan, Phelia, Anan, Michà, Roob, Asebias, Zacchor, Sarabia, Sebania, Odū.
ᵃ Filij Banuè. Principes populi Phoros, Phaathmoab, Elam, Zathuia, filij Banì,
Asgad, Bebaì, Adama, Bagoì, Edìn, Ater, Ezecia, Azur, Oduia, Esam, Besì, B
Ariph, Anathoth, Nabai, Megaphes, Mesullam, Ezir, Mesozebel, Saduc, Ieddua, Phaltia, Anan, Anaia, Osee, Anania, Asub, Aloes, Phalai, Sobee, Reum, Essabana, Maasia, & Aia, Ænan, Henam, Maluch, Eram, Baana, & reliqui de populo: Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, cantores, Nathinim, & ᵝ accedens de populis terræ ad legem Dei, vxores eorum, filiæ eorum: Omnis sciens, & intelligens ᵞ inualescebant super fratribus suis, & execratione adstringebant eos. Et ingressi sunt in execratione, & in iuramēto ambulandi in lege Dei, quæ data est in manu Moysi serui Dei custodiendi, & faciendi omnia mandata Domini, &
judicia eius, & præcepta eius, & non dandi filias nostras populis terræ, & filias C
eorum non accipiemus filijs nostris, & populi terræ afferentes venalia, & omnem venditionem in die sabbati ad vendendum, non ememus ab eis in sabbato & in die sancta: ᵟ & dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus: & statuemus super nos mandata ad dandum super nos tertiam partem didrachmatis per annum in seruitutem domus Dei nostri, in panes faciei, & sacrificium continuationis, & in holocaustum continuationis sabbatorum, Neomeniarum, in festiuitates, & in sancta, & quæ pro peccato, ad depropitiandum pro Israel, & ad opera domus Dei nostri. Et sortes iecimus ᵋ de sorte portationis lignorum, sacerdotes, & Leuitæ, & populus, ad afferendum in domum
Dei nostri, in domum patriarum nostrarum, in tempora a temporibus, annum D
per annum, ad accendendum super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege, & ad afferendum primitiua terræ nostræ, & primitiua fructus omnis ligni annum per annum in domum Domini, & primogenita filiorum nostrorū, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primogenita boum nostrorum, & gregum nostrorum, ad afferendum in domum Dei nostri, sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri: & primitias frumentorum nostrorum, & fructum omnis ligni, vini, & olei afferemus sacerdotibus in gazophilacium domus Dei, & decimam terræ nostræ Leuitis: & ipsi Leuitæ decimas accipientes
in omnibus ciuitatibus seruitutis nostræ. Et erit sacerdos filius Aaron cum Le- E
uita in decima Leuitæ. & Leuitæ offerent decimam decimæ in domum Dei nostri, in gazophilacia in domum Dei. Quoniam in thesauros inferent filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, & vini, & olei, & ibi vasa sancta, & sacerdotes, & ministri, & ianitores, & cantores: & non derelinquemus domum Dei nostri.

ᵃ Filij Banue.] *Alii Banune.* Ex *quadam autem vocum hebraicarum similitudine videri potest positum pro eo, quod est in vulg.* Bani Baninu: *itemque paulo post,* filii Bani, *pro,* Bani Bonni. ᵝ Omnis accedens.] *Compl. πάντες διαχωρισθέντες, & vulgata,* omnes, qui se separauerunt. ᵞ Inualescebant.] *ἐνίσχυον, propria notio verbi hebraici est,* apprehendebant, *quāuis significare possit,* respondebāt pro fratribus suis, *sicut habet vulg.*

A *vulg.* ϑ Et dimittemus.] *Sic etiam vulg. Compl. autem & alij,* καὶ ἀναβιβάσομεν τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον, καὶ ἀπαίτησιν, & ascendere faciemus annum septimum, & exactio. ι De sorte.] *Compl.* ἐπὶ τῶν δώρων, *quod vulgata,* super oblationem.

CAP. XI.

ET sederunt principes populi in Hierusalem. Et reliqui de populo miserunt sortes ad adducendum vnum è decem ad sedendum in Hierusalem ciuitate sancta, & nouem partes in ciuitatibus. Et benedixit populus omnes viros sponte se offerentes ad sedendum in Hierusalem. Et hi principes pro-
B uinciæ, qui sederunt in Hierusalem, & in ciuitatibus Iuda: sederunt vir in possessione sua in ciuitatibus suis Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi, & filij seruorum Salomon. Et in Hierusalem sederunt de filijs Iuda, & de filijs Beniamin: de filijs Iuda, Athaia α filius Azia, filius Zacharia, filius Samaria, filius Saphatia, filius Maleleel, β Et de filijs Phares, & Maasia filius Baruch, filius Chalazà filius Ozia, filius Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Seloni: omnes filij Phares sedẽtes in Hierusalẽ, quadringenti sexaginta octo viri virtutis. Et hi filii Beniamin, Selo filius Mesulam, filius Ioad, filius Phadaia, filius Coleia, filius Maasiæ, filius Ethiel, filius Iesia, & post eum, Gebè, Selì, nongenti viginti octo.
C Et Ioel filius Zechri visitator super eos. Et Iuda filius Asaria γ de ciuitate secundus de sacerdotibus: & Iadia, filius Ioarib, Iachin, Saræa filius Elchia, filius Mesulã, filius Sadduc, filius Marioth, filius δ Æloth ante domum Dei. & fratres eorum facientes opus domus, octingenti viginti duo. Et Adaia filius Hieorã filij Phalalia, filij Amasi, filius Zacharia, filius Phassur, filius Melchia, & fratres eius principes patriarũ, ducẽti quadraginta duo. Et Amasia filius Esdriel filij Mesarimith filij Emmor, & fratres eius, potentes aciei, centũ viginti octo: & visitator ε Badiel filius magnorum. Et de Leuitis, ζ Samaia filius Esricam, Matthanias filius Michà, & Iobeb filius Samiu, ducenti octuaginta quatuor. Et
D ianitores Acub, Telamin, & fratres η eorum, centum septuaginta duo. Et θ visitator Leuitarũ filius Banì filius Ozì filius Asabia filius Micha. De filijs Asaph cantorum ante opus domus Dei: quoniam mandatum regis ad ι eos. Et Phathaia filius Basezà ad manum regis ad omnem κ vsum populo, & ad pagos in agro suo. Et de filijs Iuda sederunt in λ Cariatharboc, & in Iesu, & in Bersabee: & pagi eorum Lachis, & agri eius: & castrametati sunt in Bersabee. Et filij Beniamin de Gabaa Machmas. Et de Leuitis partes Iuda, Beniamin.

α Filius.] *Rectus pro casu generandi, idest,* filij, *vt alibi sæpe, & in hoc potissimum capite.* β Et de filijs Phares, & Maasia.] *Compl.* & de filijs Phares Masia. *Vulgata,* De filijs Phares Hisimaasia: *hebræus vi-*
E *detur coniungere illa,* de filijs Phares, *cum præcedentibus, & postea subnectere,* & Maasia. γ De ciuitate secundus de sacerdotibus: & Iadia.] *Compl.* ἐπὶ τῆς πόλεως δεύτερος. ἀπὸ τῶν ἱερέων, καὶ ἰαδία, super ciuitatem secundus. De sacerdotibus, & Iadia. *Vulgata autem,* super ciuitatem secundus. Et de sacerdotibus Idaia. δ Æthoth è regione.] *Alii,* Ætob. *Compl* ἀχιτὼβ ἡγούμενος. Achitob, princeps, *quod respondet hebræo.* ε Badiel.] *Nonnulli* ζεχριὴλ. Zechriel. *Vulgata,* Zabdihel. ζ Samaia filius.] *In Complutensi sequitur,* ἀσοὺθ υἱὸς ἐσρικὰμ υἱὸς ἀσαβιὰ υἱὸς βοννᾶ, καὶ σαββαθαῖος, καὶ ἰωζαβὰδ ἐπὶ τὰ ἔργα τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ τοῦ ἐξωτάτου, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τῶν λευιτῶν· καὶ ματθανίας υἱὸς μιχὰ υἱὸς ζεχρὶ υἱὸς ἀσὰφ ἄρχων τοῦ αἴνου, καὶ ἰούδας τῆς προσευχῆς, καὶ βοκχίας δεύτερος ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἀβδίας υἱὸς σαμαίου υἱοῦ γαλὰλ υἱοῦ ἰδιθοὺμ, πάντες οἱ λευῖται ἐν τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ διακόσιοι. Asuo filij Esricam filij Asabia filij Bonna, & Sabbathæus, & Iosabad super opera domus Dei extimæ, & de principibus (*illud, & abest à vulg & hebræo. coniungitur enim cum præcedentibus*) Leuitarum, & Mathanias filius *Micha* filius Zechri filij Asab, princeps laudationis, & Iudas orationis, & Bocchias secundus ex fratribus suis, & Abdias filius Samææ filij Galel filij Idithũ, omnes Leuitæ in ciuitate sancta ducẽti, &c.

 η Eorum.]

ɣ Eorũ.] *In eadẽ additur*, οἱ φυλάσσοντες ἐν ταῖς πύλαις, custodientes in portis. δ Et visitator Leuitarũ filius Bani.] Σαδὲ, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἰσραὴλ, καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ λευῖται ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι τῆς ἰουδαίας, ἀνὴρ ἐν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ, καὶ οἱ ναθιναῖοι, οἱ κατοικοῦντες ἐν ὠφλά, καὶ σιαὰ, καὶ γεσφὰς ἀπὸ τῶν ναθιναίων, καὶ ἐπίσκοπος λευιτῶν ἐν ἱερουσαλὴμ ὀζὶ υἱὸς Βανὶ, *quæ in vulg.* Et reliqui ex Israel, sacerdotes, & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisq. in possessione sua. Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel (*idest*, alto loco) & Syaha, & Gaspha de Nathinæis (*Alii autẽ interpretantur*, super Nathinæos.) Et episcopus Leuitarum in Hierusalem, Azi filius Baani. ε Ad eos.] *Alii* ἐπ' αὐτοῖς, super eos, *Et in Complut. sequitur* καὶ διέμενε ἐν πίστει ἐπὶ τοῖς ᾠδοῖς, λόγος ἑκάστης ἡμέρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ, & permanebat in fide super cantores, verbum cuiusque diei in die eius. ζ Visum.] χρῆμα. *Compl.* εἰς πάντα λόγον, ad omne verbum. λ Cariatharboc.] *In Compl. sequuntur vsque in finem capitis ea, quæ habentur in vulgata, atque ijsdem pene verbis. Quare accuratus lector inde poterit petere: nec sunt magni ponderis.* A

CAP. XII.

ET hi sacerdotes, & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iesu, Saraia, Hieremia, Esdra, Amaria, Maluc, α Sechenia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iesoi. Et Leuitæ, Iesu, Banui, Cadmiel, Sarabia, Iodae, Matthania, β super manus ipse, & fratres eorum in vices. Et Iesus genuit Ioacim: & Ioacim genuit Eliasib: & Eliasib Iodae: & Iodae genuit Ionathan: & Ionathan genuit Iadù. Et in diebus Ioacim γ fratres eius sacerdotes, & principes patriarum, ipsi Saraia Amaria, ipsi Hieremia Anania, ipsi Esdræ Mesulam, ipsi Amaria Ioanan, ipsi Amaluch Ionathan, ipsi Sechenia Ioseph, ipsi Are Maunas, ipsi Marioth Elcai, ipsi Adadai Zacharia, ipsi Ganathoth Mesolam, ipsi Abia Zechri, ipsi Miamin δ Maadai, ipsi Phelet i, ipsi Balgas Samuè, ipsi Semia Ionathan, ipsi Ioarib Matthanai, ipsi Edio Ozì ipsi Salai Callai, ipsi Amec Abed, ipsi Elcia Asabias, ipsi Iedeihù Nathanael. Leuitæ in diebus Eliasib, Ioadà, & Ioà, & Ioanan, & Idua, scripti principes patriarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ: Filii autem Leui principes patriarum scripti in libro verborum dierum, & vsque ad dies Ioanan filii Elisue. Et principes Leuitarum Asabia, & Sarabia, & Iesu: & filii Cadmiel, & fratres eorũ ante eos ε ad hymnum ad laudandum in mandato Dauid hominis Dei, vicẽ ad vicẽ. ζ In congregando me ianitores in diebus Ioacim filii Iesu, filij Iosedec, & in diebus Neemia, & Esdras η sacerdos, & scriba. Et in Encænijs muri Hierusalẽ quæsierunt Leuitas in locis eorum ad adducendum eos in Hierusalem ad faciendum Encænia, & lætitiam in θ Thodathà, & in canticis, pulsantes cymbala, & psalteria, & ι citharæ. Et congregati sunt filij cantorum, & de adiacente regione in circuitu in Hierusalem, & κ de villis, & de agris: quoniam villas ædificauerant sibi cantores in Hierusalem. Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & λ ianitores, & murum. Et μ ascendere fecerunt principes Iuda super murum: & statuerunt duos pro laudatione magnos, & transierunt a dextris super murum ν stercoris. Et fuerunt post eos Osaia, & dimidium principum Iuda, & Azarias, & Esdras, & Mesollam, & Iuda, & Beniamin, & Samarias, & Hieremia, & de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Ionathan, filius Samaia, filius Matthania, filius Michæa, filius Zacchur, filius Asaph. Et fratres eius, Samaia, et Oziel, Gelol, Iamà, Aia, Nathanael, et Iuda, Anani, ad laudandum in ξ canticis Dauid hominis Dei. Et Esdras scriba ante eos ο super portam ad laudandum ante eos. Et ascenderunt super scalas ciuitatis Dauid in ascensione muri desuper domo Dauid, vsque ad portam aquæ π Ephraim, et super portam pisciũ, et turri Arameel, et vsque ad portam

portam

A portam gregis. Et auditi sunt cantores, et visitati sunt. Et sacrificauerunt in die illa victimas magnas, et lætati sunt: quoniam Deus lætificauit eos ρ magnifice. Et vxores eorum, et filii eorum læti sunt: et audita est lætitia in Hierusalem a longe. Et constituerunt in die illa viros super gazophilacia, thesauris, primitiis, et decimis, σ et congregatis in ipsis principibus ciuitatum partes sacerdotibus & Leuitis: quoniam lætitia in Iuda super sacerdotes, & super Leuitas stantes. Et custodierunt custodias Dei sui, & custodias mundationis, & cantores, & ianitores; sicut mandata Dauid, et Salomon filii eius. Quoniam in diebus Dauid Asaph ab initio primus cantorum, τ et hymnum, et laudem Deo. Et omnis
B Israel in diebus Zorobabel, et in diebus Neemiæ dantes partes cantorum, et ianitorum, verbum diei in die eius, et sanctificantes Leuitis, et Leuitæ sanctificantes filiis Aaron.

α Sechenia.] *In Compl. adduntur*, Reum, Marimoth, Adaias, Genathon, Abias, Miamin, Maadias, Belgas, Semeias, Ioiarib, Ideias, Salu, Amuc, Chelcias, Oduias: *quæ satis respondent vulgatæ.* β Super manus ipse, & fratres eorum in vices.] *Compl.* ἐπὶ τῶν ἐξομολογήσεων αὐτὸς, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ βακβακίας, καὶ [illegible], οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν ἀπέναντι αὐτῶν εἰς τὰς ἐφημερίας, super confessiones (*vulgata* hymnos) ipse, & fratres eius, & Bacbacias, & Anai, fratres eorum ante eos ad vices. γ Fratres eius.] *Pro his Compl. habet tantum* ἦσαν, erant, *vt vulgata.* δ Maadai, ipsi Phelеti.] μααδαΐ, τῷ φελετί. *Ita etiam Compl. Sed magis responderet hebræo, si esset,* τῷ μααδαΐ, φελετί, *vt intelligatur Pheleti fuisse principem stirpis Miamin, & stirpi Maadai. Hoc enim valere hunc dandi casum alibi notatum est.* ε Ad hymnum, ad laudandum.] *Alii* εἰς αἴνεσιν, καὶ ὑμνεῖν, *aut* ἐξομολογεῖσθαι, ad laudandum, & hymnum dicendum, *aut* confitendum. ζ In congregando.] *Compl.* [illegible], Matthanias, & Bacbacias, Abdias, Mosolam, Telmon, Accub, custodientes, ianitores custodiæ, in congregando me ianitores. *Pro his postremis verbis*, in congregando me ianitores, *in hebræo est*, in liminibus portarum, *in vulgata*, & vestibulorum ante portas. η Sacerdos, & Scriba.] *Rursus rectus pro generandi casu. Alii* καὶ ἔσδρα (*melius quam* ἔσδρας, *quod in Compl.*) ἱερέως, καὶ γραμματέως, & Esdræ sacerdotis, & scribæ. θ Thodatha] *Compl.* καὶ ἐν αἰνέσει, & in laude, *quod est interpretatio illius.* ι Et citharæ.] *Eadem* καὶ ἐν κινύραις, & in citharis, *in quo casu vulgata habet etiam præcedentia*, & in cymbalis, psalterijs, & citharis. κ Et de villis, & de agris.] *Compl.* [illegible], *quod in vulgata*, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba, & Asmaueth. λ Ianitores.] *Eadem* τὰς πύλας, portas. μ Ascendere fecerunt.] *Vulgata*, feci, *& paulo post*, statui, *pro*, statuerunt. ν Stercoris.] *Eædem*, τῆς πύλης τῆς κοπρίας, portæ sterquilinij. ξ Canticis.] *Eadem* ἐν σκεύεσιν ᾠδῆς, in vasis cantici. ο Super portam ad laudandum ante eos: & ascenderunt.] *Compl.* ἐπὶ πύλης τῆς πηγῆς κατέναντι αὐτῶν, ἀνέβησαν, super portam fontis ante eos, ascenderunt. *Vulgata*, in porta fontis, & contra eos ascenderunt. π Ephræm.] *In aliis, cum aliqua tamen varietate*, κατ' ἀνατολάς. [illegible] ad orientem. Et pro laudatione chorus secundus procedebat occurrens eis, & ego post illum, & dimidium populi super murum, super turrim furnorum, & vsque ad murum latum: Et super portam Ephræm: & super portam antiquam, & super portam piscium, & turrim Anameel, & à turri Meà, & vsque ad portam gregis. Et steterunt super portam custodiæ: & steterunt duo chori laudationis in domo Dei: & ego, & dimidium magistratuum mecum. Et sacerdotes Eliacim, Maasias, Miamin, Michæas, Elionai, Zacharias, Ananias in tubis, & Maasias, & Semeias, Eleazar, Ozi, Ioanan, Melchias, & Elam, & Iezur: & auditi sunt cātores. *Pro eo autem, quod sequitur*, & visitati sunt, *in Compl. est*, καὶ ἰεζρίας ἐπίσκοπος, *& vulgata*, & Iezraia præpositus. *In aliis est coagmentatio quædam*, καὶ ἰεζρίας, καὶ ἐπισκέψονται, καὶ [illegible]. ρ Magnifice.] *Compl.* εὐφροσύνην μεγάλην, lætitia magna, *vt vulgata.* σ Et congregatis in ipsis principibus ciuitatum.] *Compl.* τοῦ συναγαγεῖν ἐν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἀγρῶν τῶν πόλεων, ad congregandum in eis ex agris ciuitatum. *In vulgata videtur vtrumque esse coniunctum.* τ Et hymnum.] *Compl.* εἰς ὕμνον, ad hymnum.

CAP. XIII.

IN illa die lectum in libro Moysi in auribus populi. E inuentum est scriptū in eo, vt non ingrediantur Ammanitæ, & Moabitæ in ecclesiam Dei vsque in seculum: quoniam non occurrerunt filijs Israel in pane, & aqua, & conduxerunt

duxerunt ſuper eum Balaam ad * maledicendum:& conuertit Deus noſter ma- A
ledictionem in benedictionem. Et factum eſt, vt audierunt legem; & ſeparati
ſunt omnis admiſtus in Iſrael. Et ſuper hoc Eliaſib ſacerdos habitans in gazo-
philacio domus Dei noſtri propinquus Tobiæ. Et * fecit ſibi gazophilacium
magnum. Et ibi fuerant antea dantes * manaa,& thus,& vaſa,& decimam fru-
menti,& vini,& olei, mandatum Leuitarum,& cantorum,& ianitorum,& pri-
mitias ſacerdotum. Et in omni hoc non fui in Hieruſalem: quoniam in anno
trigeſimo & ſecundo Arthaſaſthà regis Babylonis veni ad regem, & poſt finem
dierum petij a rege,& veni in Hieruſalem; & intellexi in malo, quod fecerat
Eliaſib Tobiæ, faciendo ei gazophilacium in atrio domus Dei. Et malum mihi B
viſum eſt valde:& proieci omnia vaſa domus Tobiæ foras de gazophilacio. Et
dixi,& mundauerunt gazophilacia. Et retuli illuc vaſa domus Dei, manaa,&
thus. Et cognoui, quia partes Leuitarum non fuerant datæ: & fugerant vir in
agrum ſuum, Leuitæ,& cantores, facientes opus. Et concertaui cum magiſtrati-
bus,& dixi: Cur derelicta eſt domus Dei? Et congregaui eos,& ſtatui eos in ſta-
tione ipſorum. Et omnis Iuda attulerunt decimam tritici,& vini,& olei in the-
ſauros * ſuper manum Selemia ſacerdotis,& Sadoc ſcribæ,& Phadaia ex Le-
uitis. Et ad manum eorum Anan filius Zahur filius Matthania, quoniam fideles
putati ſunt: ſuper eos diſtribuere fratribus ſuis. Memento mei Deus in hac: &
nõ deleatur miſericordia mea, quã feci in domo Domini * Dei. In diebus illis vi C
di in Iuda calcãtes torcularia in ſabbato,& ferentes manipulos,& onerantes ſu-
per aſinos,& vinum,& vuam,& ficus, & omne onus, & ferentes in Hieruſalem
in die ſabbati. Et conteſtatus ſum in die venditionis eorum. * Et ſederunt in
ea ferentes piſcem,& omnem venditionem vendentes ſabbato filijs Iuda, & in
Hieruſalem. Et concertaui cum filijs Iuda ingenuis,& dixi eis: Quod verbum
hoc malum, quod vos facitis? & polluitis diem ſabbati? Nonne ſic fecerunt pa
tres veſtri; & adduxit ſuper eos Deus noſter,& ſuper nos omnia mala hæc,& ſu-
per ciuitatem hanc? Et vos additis iram ſuper Iſrael polluendo ſabbatum. Et fa-
ctum eſt, quando conſtiterunt portæ in Hieruſalem ante ſabbatum,& dixi,& D
clauſerunt portas:& dixi, vt illæ non aperirentur vſque poſt ſabbatum. Et de
pueris meis ſtatui ſuper portas, vt non tollerent onera in die ſabbati. Et com-
morati ſunt * omnes,& fecerunt venditionem extra Hieruſalem ſemel,& bis:
& conteſtatus ſum in eis,& dixi ad eos: Cur vos commoramini ante murum? ſi
iteraueritis; extendam manum meam in vos. A tempore illo non venerunt in
ſabbato. Et dixi Leuitis, qui erant mundati,& venientes cuſtodiẽtes portas ſan-
ctificare diẽ ſabbati. Ad hæc memento mei Deus,& parce mihi ſecundũ multitu
dinem miſericordiæ tuæ. Et in diebus illis vidi Iudæos, qui habitare fecerant
vxores Azotias, Ammanitidas, Moabitidas: & filij eorum dimidium loquen- E
tes Azotice:& non ſunt ſcientes loqui * iudaice. Et concertaui cum eis,& exe
cratus ſum eos:& percuſsi in eis viros,& decaluaui eos,& adiuraui eos in Deo:
Si dederitis filias veſtras filijs eorum, & ſi acceperitis de filiabus eorum filijs
* veſtris. Nonne ſic peccauit Salomon rex Iſrael? Et in gentibus multis non erat
rex ſimilis ei, & dilectus Deo erat, & dederat eum Deus in regem ſuper omnẽ
Iſrael: & hunc declinare fecerunt mulieres alienæ. Et vos nunquid audiemus
facere omne malum hoc, præuaricari in Deum noſtrum, ducendo vxores
alienas?

A alienas? Et de filijs Ioada filij Elisub sacerdotis magni, κ generi Sanaballat Vranitæ, & expuli eum à me. Memor esto eis Deus super λ abdicatione sacerdotis, & testamento sacerdotij, & Leuitas. Et mūdaui eos ab omni alienatione, & statui vices sacerdotibus, & Leuitis, vir, sicut opus eius. Et μ donum portantium ligna in temporibus a temporibus, & in ν Bacchurijs. Memento mei Deus in bonitatem.

α Maledicendum.] *Compl. addit* αὐτοῖς, eis, *vt vulgata.* β Sibi.] ἑαυτῷ. *In aliquibus* αὐτῷ, *& fortasse significatur,* ipsi Tobiæ. γ Manaa.] *Compl.* τὴν θυσίαν, sacrificium, *quod est interpretatio illius, vt alibi notatum est: eadem varietas est paulo post, licet in nostra sit* μάννα, *quod in aliis est* μαναά. δ Super manum.] *Compl.* καὶ ἐνετειλάμην ἐπὶ χεῖρα, & mandaui ad manum: *hebræus habet,* & statui thesaurarios super thesauros Seleiniah sacerdotem. ε Dei.] *In Compl. additur,* μου, καὶ ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτοῦ. mei, & in obseruationibus eius. ζ Eorum. Et sederunt.] *Alii,* αὐτῶν, ἐν ᾗ ἐπώλουν ἐπισιτισμόν. καὶ οἱ τύριοι καὶ ἐκάθηντο, eorum, quia vendebant cibaria. Et Tyrij etiam sedebant, &c. *Et fortasse superiora ita essent interpungenda, & construenda,* & contestatus sum, vt in die venditionis ipsorum venderent cibos, *id est, die qua vendere liceret, venderent: vt vulgata.* η Omnes.] *Complut. addit* οἱ μετάβολοι. *Vulgata,* negociatores, *sed non habet,* omnes. θ Iudaice.] *In Compl. additur,* ἀλλὰ κατὰ γλῶσσαν λαοῦ, καὶ λαοῦ, sed iuxta linguam populi, & populi, *vt vulgata.* ι Vestris.] *In eadem adiungitur,* καὶ ἑαυτοῖς, & vobis ipsis. κ Generi.] *Eadem* γαμβρὸς, *& vulgata,* gener erat. λ Abdicatione.] ἐπὶ ἀγχιστείᾳ. *Supra cap. vij. & alibi* ἠγχιστεύθησαν, *dictum est pro,* abdicati sunt, eiecti sunt. *Quare potest etiam hoc loco significare simile quiddam, id est pollutionem, & violationem sacerdotis, & iuris sacerdotalis, ac Leuitici: & aliquot libri pro,* Leuitas, *habent* λευιτῶν, Leuitarum. μ Donum portantium ligna.] *Complut.* εἰς τὸ δῶρον τῶν ξύλων ad oblationem lignorum. ν Bacchurijs.] *Est dictio hebraica inflexa ad formam græcam significans,* primitiuis. *Quare Compl. habet* ἐν τοῖς πρωτογεννήμασι.

TOBIT

A

TOBIT.

B

CAP. I.

LIBER verborum Tobit filij Tobiel filij Ananiel filij Aduel
filij Gabael de semine Asiel, de tribu Nephthali; qui capti-
uus ductus est in diebus Enemessari regis Assyriorum, è
Thisbes, quæ est à dextris * Cydios Nephthali in Galilæa
super Aser. Ego Thobit vijs veritatis ambulabam, & iusti- C
tiæ, omnibus diebus vitæ meæ: & eleemosynas multas fe-
ci fratribus meis, & genti, profectis mecum in regionē Assy
riorum in Nineue. Et quando eram in regione mea in terra Israel, cum ego es-
sem iunior; vniuersa tribus Nephthali patris mei recessit a domo Hierosoly-
morum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, vt omnes tribus sacrifi-
carent: & sanctificatum fuerat templum habitationis altissimi, et ædificatum
fuerat in omnes generationes seculi. Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sa-
crificabant ᶜ ipsi Baal ipsi vitulæ, et domus Nephthali patris mei. Et ego so-
lus ibam sæpe in Hierosolyma in festiuitatibus, sicut scriptum est omni Israel
in præcepto æterno, primitias, et decimas geniminum, et primas tonsuras ha- D
bens: et dabam eas sacerdotibus filijs Aaron ad altare omnium geniminum:
ᵞ decimam dabam filijs Leui ministrantibus in Hierusalem; & secundam de-
cimam diuendebam, et ibam et expendebam ea in Hierosolymis per singu-
los annos: et tertiam dabam, quibus conueniebat; sicut mandauerat Deb-
bora mater patris mei: propterea, quod orphanus relictus sum a patre meo.
Et, quando factus sum vir; accepi Annam vxorem de semine patriæ meæ: et
genui ex ea Tobiam. Et quando ᵈ captiui ducti sumus in Nineue; omnes
fratres mei, et qui de genere meo, comedebant de panibus gentium: ego au-
tem conseruaui animam meam, vt non manducarem; sicut memineram Dei in E
tota anima mea. Et dedit altissimus gratiam, et formam in conspectu Enemes-
sari: et fui eius emptor. Et iui in Mediam, et deposui Gabaelo fratri Gabriæ in
Ragis Mediæ, argenti talenta decem. Et quando mortuus est Emenessar; re-
gnauit Sennacherim filius eius pro eo: et viæ eius infirmatæ sunt: et non vltra
potui ire in Mediam. Et in diebus * Emenessari eleemosynas multas facie-
bam fratribus meis: panes meos dabam esurientibus, et vestimenta nudis: et si
quem de genere meo aspiciebam mortuū, et proiectum ᶜ post murū Nineue; se-

A peliebam eum: & ſi quem interfecerat Sennecherim rex, quando venit fugiens
è Iudæa, ſepeliebam eos furatus: multos enim interfecit in furore ſuo. Et quæſi-
ta ſunt à rege corpora, et non ſunt inuenta. Profectus autem vnus eorum, qui de
Nineue, indicauit regi de me, quia ſepelio eos: et occultatus ſum. Cognoſcens
autem, quia quæror, vt moriar; timore perculſus ſeceſsi. Et direptæ ſunt om-
nes ſubſtantiæ meæ: et non remanſit mihi quicquam præter Annam vxorem
meam, et Tobiam filium meum. Et non tranſierunt [η] dies quinquaginta; do-
nec interfecerunt eum duo filij eius. Et fugerunt in montes Ararath. Et regnauit
[θ] Sacherdonus filius eius pro eo: et conſtituit Achiacharum Anael filium fra-
B tris mei ſuper omnem computationem [ι] regni ſui, et ſuper omnem adminiſtra-
tionem: et poſtulauit Achiacharus pro me: et veni in Nineue. Achiacharus au-
tem erat pincerna, et [κ] ſuper annulum, et adminiſtrator, et computator. Et
conſtituit eum Sacherdonus ſecundo: erat autem filius fratris mei.

α Cydios.] *Non ſatis liquet, quid ſignificet. Compl. habet* κυρίως, proprie. β Ipſi Baal, ipſi vitulæ.] τῇ βάαλ τῇ δαμάλει. *Compl.* τῷ βάαλ τῇ δυνάμει, virtuti Baal. γ Decimam.] *Alii* τὴν πρώτην δεκάτην, primam decimam. δ Captiui] *In aliis* ᾐχμαλωτίσθην, captiuus ductus ſum. ε Enemeſſari.] *Ita collati codices, & etiam Compl. quamuis vulgata omnia hæc accommodare videatur diebus Sennacherim.* ζ Poſt murum.] *Alii* ἐπὶ τοῦ τείχους, ſuper murum. η Dies quinquaginta.] *Plerique* ἡμέραι πεντήκοντα πέντε, dies quinquaginta quinque *Vulgata*, poſt dies vero quadraginta quinque. θ Sacherdonus.] *Alii* Σαρχηδόνος, Sarchedonus. *Compl.* Ἀχερδόνος, Acherdonos. ι Regni.] *In aliis* τοῦ πατρὸς, patris. κ Et ſuper annulum.] *Compl.* καὶ ἀπὸ τοῦ δακτυλίου, & ab annulo.

C

CAP. II.

QVANDO autem deueni in domum meam; et reſtituta eſt mihi Anna vxor mea, et Tobias filius meus. In Pentecoſte feſtiuitate, quæ eſt ſancta ſeptem hebdomadarum, factum eſt prandium bonum mihi: et accubui ad manducandum. Et aſpexi obſonia multa, et dixi filio meo: Vade, et
D adduc, quemcunque inueneris fratrum noſtrorum egentem, qui meminerit Domini: et ecce expecto te. Et veniens dixit: Vnus de genere noſtro ſtrangulatus proiectus eſt in platæa. Et ego, antequam ego guſtarem, exiliens tuli in domũ quandam, donec occidit Sol. Et reuerſus, laui me, et comedebam panem meum in triſtitia: et recordatus ſum prophetiæ Amos, quomodo dixit: Conuertentur dies feſti veſtri in luctum, et omnes lætitiæ veſtræ in lamentationem. Et ploraui: et quando occiderat Sol; abij, et fodiens ſepeliui eum. Et proximi irridebãt, dicentes: Non adhuc [α] timet interfici pro re hac: et aufugit, et ecce rurſus ſepelit mortuos. Et in ipſa nocte, [β] redij, cum ſepeliiſſem, et cubui pollutus iuxta murum atrij: et facies mea diſcoperta erat: et non vidi, quia [γ] paſſeres in mu-
E ro erant: et oculis meis apertis immiſerunt paſſeres calidum in oculos meos: et factæ ſunt albugines in oculis meis: et iui ad medicos: et non profuerunt mihi. Achiacharus autem nutriebat me; quoaduſque profectus ſum in Elymaida. Et vxor mea Anna ſeruiebat in Gynecæis, et mittebat dominis: et reddiderunt ei etiam ipſi mercedem, addẽtes etiam hœdum. Quando autem venit ad me; cœpit clamare. Et dixi ad eam: Vnde hœdus? nunquid furtiuus eſt? redde illum dominis: non enim licitum eſt manducare furtiuum. At illa dixit: Donum mihi datum eſt ſuper mercedem. Et nõ credebam ei: et dicebam reddere illũ domi-

nis, et

nis,& erubescebam aduersus eam. At illa respondens dixit mihi: Vbi sunt elee- A
mosynæ tuæ,& iustitiæ tuæ? Ecce cognita omnia tecum.

a Timet.] *Alii addunt* ἐγὼ, hic. c Redij cum sepelijssem,&c.] *Absunt à Compl.* y Passeres.] *Ita etiam S. Ambrosius de Tobia cap. 2. Vulgata id tribuit hirundinibus.*

CAP. III.

ET tristatus ploraui:& deprecatus sum cum dolore, dicens: Iustus es Do-
mine: & omnia opera tua,& omnes viæ tuæ, a misericordiæ,& veritas:
& iudicium verum,& iustum tu iudicas in seculum. Memento mei,& re- B
spice super me. Ne de me vindictam sumas propter peccata mea,& ignorantias
meas,& patrum meorum, quæ peccauerunt in conspectu tuo. Non enim obe-
dierunt mandatis tuis:& dedisti nos in direptionem, & captiuitatem,& mortẽ,
& parabolam improperij omnibus gentibus, in quibus dispersi sumus. Et nunc
multa sunt iudicia tua, & vera b ex me ad faciendum pro peccatis meis, &
patrum meorum: quoniam non fecimus mandata tua: non enim ambulauimus
in veritate coram te. Et nunc secundum id, quod placet coram te, fac mecum:
præcipe recipere spiritum meum; vt dissoluar, & fiam terra: quoniam expedit
mihi mori, quàm viuere; quoniam improperia falsa audiui: & tristitia multa C
est in me. Præcipe absolui me de necessitate iam in æternum locum: ne auertas
faciem tuam a me. In eadem die contigit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis Me-
diæ & ipsam improperari ab y ancilla patris sui: quoniam data fuerat viris
septem: & Asmodæus malum dæmonium interfecerat eos; antequam illi fuis-
sent cum ea, vt in vxoribus. Et d dixerunt ad eam: Non intelligis suffocans tu
viros? Ecce septem habuisti:& vnius eorum non es nominata. Quid nos flagel-
las? Si mortui sunt; vade cum eis: non videamus tuum filium, vel filiam in secu-
lum. Hæc audiens tristata est valde, vt suffocaretur, & dixit: Vna quidem sum
patri meo: si fecero hoc; opprobrium ei erit, & senectutem eius deducam cum
dolore ad infernum. Et orauit ad fenestram,& dixit: Benedictus es Domine D
Deus meus,& benedictum nomen tuum sanctum,& honoratum in secula. Be-
nedicant te omnia opera tua in seculum. Et nunc Domine oculos meos,& fa-
ciem meam in te dedi: dixi vt absoluas me de terra,& non facias me audire vl-
tra improperium. Tu cognoscis Domine, quia munda sum ab omni peccato vi
ri, neque pollui nomen meum, neque nomen patris mei in terra captiuitatis
meæ. Vnigenita sum patri meo:& non adest ei puer, qui hæreditabit eum, ne-
que frater propinquus, neque existens ei filius, vt conseruem me ei vxorem: iã
perierunt mihi septem. Vt quid mihi viuere? Et si non videtur tibi interficere
me; præcipe respicere in me, & e non vltra miserabilem me facere,& audire E
improperium. Et exaudita est deprecatio vtrorũque coram gloria magni ζ Ra-
phael: & missus est ad sanandum, ipsius Tobit desquamare albugines, & Sarrã
filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobit vxorem, & ligare Asmodæum malum
dæmonium: quoniam ad Tobiam pertinet hæreditare eam. In eodem tempo-
re reuertens Tobit introiuit in domum suam: & Sarra filia Raguel descendit
de superiore cubiculo suo.

a Miseri-

A α Misericordiæ.] *Alii* ἐλεημόνως, misericordia. β Ex me ad faciendum pro peccatis meis.] ἐξ ἐμοῦ, ποιῆσαι τι (*aut* ὑπὲρ, *vt alii*) τῶν ἁμαρτιῶν μου. *Et visum est illud*, ex me, *positum esse, quemadmodum ps.* 138, mirabilis facta est scientia tua ex me. *Compluten. habet*, ἐξ ἐμοῦ ποιῆσαι ὑπὲρ τῶν, de me fac pro peccatis, &c. γ Ancilla.] *Alii* ὑπὸ παιδισκῶν, ab ancillis: *vulgata*, ab vna ex ancillis. δ Dixerunt.] *Aliqui* εἶπε, dixit. ε Et non vltra miserabilem me facere, & audire improperium.] *Hoc visum est hoc loco posse significare*, καὶ μηκέτι ἐλεῆσαί με, καὶ ἀκοῦσαί με ὀνειδισμόν, *vt sint verba accepta transitiue, vt inquiunt. Sed in aliis est*, καὶ ἐλεῆσαί με, καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν, & misereri mei, & non vltra audire me improperium. ζ Raphael.] *Alii* θεοῦ, & *vulgata*, summi Dei.

CAP. IV.

IN illa die recordatus est Tobit de argento, quod deposuerat apud Gabael in Ragis Mediæ: & dixit in seipso: Ego petij mortem: cur non voco Tobiã B filium meum, vt ei indicem, priusquam ego moriar? Et vocans eum dixit: Fili, si mortuus fuero, sepeli me, et ne despicias matrem tuam. honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, et fac quod placitum ei: et ne contristes eã: memento fili; quia multa pericula vidit propter te in ventre. Cum mortua fuerit; sepeli eã iuxta me in vno sepulchro. Omnibus diebus fili Domini Dei nostri recordare, et noli peccare, et transgredi mandata eius. Iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et ne ambulaueris vijs iniustitiæ; quoniam α faciente te veritatem, prosperitates erunt in operibus tuis, et omnibus facientibus iustitiam. Ex substantia C tua fac eleemosynam; et non videat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Ne auertas faciem tuã ab omni mendico: et a te non auertetur facies Dei. Quomodo tibi fuerit secundum multitudinem; facito ex eis eleemosynam. Si paucum tibi fuerit; iuxta paucum ne timeas facere eleemosynam. Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis: quoniam eleemosyna a morte liberat, et non permittit introire in tenebras. Munus enim bonũ est eleemosyna omnibus facientibus eã in conspectu altissimi. Attende tibi fili ab omni fornicatione: et vxorem primum accipe de semine patrũ tuorum: non accipias vxorem alienam, quæ nõ est de tribu patris tui, quoniam filij prophetarum sumus: Noe, Abraham, Isaac, Iacob, isti patres nostri à seculo. Memento fili, quia ipsi D omnes acceperunt vxores de fratribus suis, & benedicti sunt in filijs suis, & semen eorum hæreditabit terram. Et nunc fili dilige fratres tuos: & noli superbire corde tuo, præ fratribus tuis, & filijs, & filiabus populi tui, accipere tibi ex eis vxorem: quoniam in superbia perditio, & perturbatio multa, & in nequitia diminutio, & egestas magna: nequitia enim mater est famis. Merces omnis hominis, quicumque operatus fuerit, apud te non moretur: sed redde ei statim. Si seruieris Deo; reddetur tibi. Attende tibi fili in omnibus operibus tuis, & esto eruditus in omni conuersatione tua. Et quod odio habes; nemini feceris. Vinum ad ebrietatem ne bibas: & non eat tecũ ebrietas in via tua. De pane tuo E da esurienti, & de vestibus tuis, nudis. Omne quodcumque superfuerit tibi; fac eleemosynam, & non inuideat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Effunde panes tuos super sepulturam iustorum: & ne dederis peccatoribus. Consilium ab omni prudente quære: & ne contemnas β super omne consilium vtile. Et in omni tempore benedic Dominum Deum: & ab eo pete, & viæ tuæ rectæ sint, & omnes semitæ tuæ, & consilia tua prosperentur: eo quod omnis gẽs non habet consiliũ: sed ipse Dominus dat omnia bona: & quemcũque voluerit humiliat, sicut vult. Et nũc fili recordare mandatorũ meorũ, & nõ delẽatur

de corde tuo. Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum filium Gabriæ in Ragis Mediæ. Et ne timeas fili, quia mendici facti sumus. Sunt tibi multa; si timueris Deum, & recesseris ab omni peccato, & feceris, quod placitum coram eo. A

α Faciente te veritatem.] *S. Cyprianus in lib. de opere, & eleem.* quoniam agente te ex (*al. in*) veritate, erit respectus operum tuorum: *ac totus iste locus diligenter cum eo conferendus est.* β Super omni.] *Compl.* ἐπὶ πάντων, omnino.

CAP. V.

ET respondens Tobias dixit ei: Pater faciam omnia, quæcumque mandasti mihi: sed quomodo potero accipere argentum, & non cognosco eum? Et dedit ei Chirographum, & dixit ei: Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, & dabo ei mercedem, dum viuo: & accipe vadens argentum. Et iuit quærere hominem, & inuenit Raphael, qui erat angelus, & nesciebat. Et dixit ei: Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, & si peritus es locorum? Et dixit ei angelus: Ibo tecum, α & viæ peritus sum, & apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum. Et dixit ei Tobias: Substine me, & dicam patri. Et dixit ei: Vade, & ne tardaueris. Et ingressus dixit patri: Ecce inueni, qui simul ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, vt agnoscam, cuius tribus est, ac, si fidelis ad eundum tecum. Et vocauit eum, & introiuit: & salutarunt se inuicem. Et dixit ei Tobit: Frater, ex qua tribu, & ex qua patria es tu? indica mihi. Et dixit ei: Tribum, & patriam tu quæris; an mercennarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobit: Volo frater agnoscere genus tuum, & nomen. At ille dixit: β Ego Azarias Ananiæ magni de fratribus tuis. Et dixit ei: Sanus venias frater: & ne mihi irascaris, quia quæsiui tribum tuam, & patriam tuam agnoscere: & tu es frater meus ex pulchra, & bona progenie. Cognoui enim ego Ananiam, & Ionathan filios Semei magni; quomodo ibamus vnà in Hierosolyma ad adorandum, offerentes primogenita, & decimas geniminum: & non errauerunt in errore fratrum nostrorum. De bona radice es frater. Sed dicito mihi, quam tibi ero mercedem daturus? drachmā die, & necessaria tibi, sicut & filio meo, & adhuc adijciam tibi super mercedem, si sani reuerteritis. Et bene senserunt sic. Et dixit ad Tobiam: Paratus esto ad viam, & prosperemini. Et parauit filius eius, quæ ad viam. Et dixit ei pater eius: Vade cum homine hoc. Qui autem in cælo habitat Deus, prosperabit viam vestram: & angelus eius ibit vobiscum. Et exierunt vtrique ad abeundum, & canis pueri cum eis. Plorauit autem Anna mater eius, & dixit ad Tobit: Quid emisisti filium nostrum? An non virga manus nostræ est in ingrediendo ipsum, & egrediendo coram nobis? Argentum argento non anteuertat, sed peripsema filij nostri sit. Quomodo enim datum est nobis viuere à Domino, hoc satis multum nobis est. Et dixit ei Tobit: Ne solicitudinem habeas soror: sanus veniet, & oculi tui videbunt eum. Angelus enim bonus ibit cum eo: & prosperabitur iter eius, & redibit sanus.

B C D E

α Et viæ peritus sum.] *Hæc absunt ab aliis.* β Ego Azarias Ananiæ.] *Ita fere vulgata. Alii autem,* ἐγὼ τὸ γένος ἀζαρίου, καὶ ἀνανίου τοῦ μεγάλου, καὶ ἀδελφῶν σου, Ego genus Azariæ, & Ananiæ magni, & fratris tui.

CAP.

A

CAP. VI.

ET cessauit plorans. Illi vero euntes viam, venerunt vesperi ad Tigrim flumen, & manserunt ibi. Puer autem descendit ad lauandum se: & prosilijt piscis è flumine, & voluit deuorare puerum. Angelus autem dixit ei: Apprehende piscem. Et tenuit piscem puer, & proiecit eum super terram. Et dixit ei angelus: Incide piscē, & sumens cor, & iecur, & fel, repone tuto. Et fecit puer, sicut dixit ei angelus. Piscem autem assantes comederunt. Et pergebant vtrique, donec appropinquauerunt in Ecbatana. Et dixit puer angelo: Azaria frater, quid est cor, & iecur, & fel piscis? Et dixit ei: Cor, & iecur, si quem turbauerit dæmonium, vel spiritus malignus, hæc ᵃ oportet suffire coram homine, vel muliere: & non vltra turbabitur. ᵝ Fel autem, vnge hominem, qui habet albugines in oculo, & sanabitur. Vt autem appropinquauerunt Rage; dixit angelus puero: Frater, hodie manebimus apud Raguel, & ipse cognatus tuus est, & est ei filia nomine Sarra. Loquar de ea, vt ipsa detur tibi in vxorem, ᵞ & quoniam ad te pertinet hæreditas eius, & tu solus es de genere eius, & puella pulchra, & prudens est. Et nunc audi me, & loquar patri eius: &, quando reuertemus è Ragis; faciemus nuptias: quoniá nouit Raguel, quia non dabit eam viro alteri iuxta legem Moysi, vel reus erit mortis: quoniam hæreditatem tibi conuenit accipere, quàm omnem hominem. Tunc dixit puer angelo: Azaria frater, audiui ego puellam datam esse septem viris, & omnes in nuptiali thalamo perijsse. Et nunc ego solus sum patri: & timeo, ne ingressus moriar, sicut & priores: quoniá dæmonium diligit eam; quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam. Et nunc ego timeo, ne moriar, & deducam vitam patris mei, & matris meæ cum dolore super me in sepulturam ipsorum: & filius alius non est eis, qui sepeliet eos. Dixit autem ei angelus: Non meministi verborum, quæ mandauit tibi pater tuus, super accipiendo te vxorem de genere tuo? Et nunc audi me frater: quoniam tibi erit in vxorem: & dæmonij nullam rationem habe: quoniam nocte hac dabitur tibi hæc ipsa in vxorem. Et, si ingressus fueris in thalamum; sumes cinerem thymiamatum, & superpones de corde, & iecore piscis, & facies fumigare: & olfaciet dæmonium, & fugiet, & non redibit iterum in seculum seculi. Quando autem accedes ad eam; surgite vtrique, & clamate ad misericordem Deum, & saluabit vos, & miserebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit à seculo: & tu ipsam saluabis, & ibit tecum: & existimo, quia tibi erunt ex ea filij. Et, vt audiuit Tobias hæc; dilexit eam, et anima ipsius adhæsit valde ei. Et ᵟ venit in Ecbatana.

(B, C, D in the margin beside the lines beginning "ter, quid est cor", "ta legem Moysi", "quoniam tibi erit in vxorem")

E

ᵃ Hæc oportet suffire.] *Alii* ταῦτα δὴ κάπνισον, hæc vtique fac fumigare. *A Compl. abest illud* δή. ᵝ Fel autem, vnge] ἡ δὲ χολὴ ἐγχρῖσαι. *Alii* ἐγχρῖσαι ad vngendum. *Compl.* τῇ χολῇ ἔγχρισον, felle vnge. ᵞ Et quoniam.] *Illud, &, abest ab aliis.* ᵟ Venit.] *Alii* ἦλθον, venerunt: *itemque initio sequentis capitis* παραγίνονται.

CAP. VII.

ET aduenit in domum Raguel. Et Sarra vero occurrit ᵃ ei, et salutauit eum, et ipse eos. Et introduxit eos in domum. Et dixit Raguel Ednæ vxori suæ: Quàm similis adolescens Tobit consobrino meo? Et interrogauit

rogauit eos Raguel: Vnde estis fratres? Et dixerunt ei[a]: De filijs Nephtha- A
li captiuorum in Nineue. Et dixit eis: Noscitis Tobit fratrem nostrum? At
illi dixerunt: Noscimus. Et dixit eis: Valet? At illi dixerunt: Et viuit, & va-
let. Et dixit Tobias: Pater meus est. Et prosilijt Raguel: & deosculatus
est eum, & plorauit, & benedixit eum, & dixit ei: Honesti, & boni hominis fi-
lius. Et audiens, quia Tobit amisit oculos suos; tristatus est, & plorauit. Et
Edna vxor eius, & Sarra filia eius plorauerunt: & susceperunt eos prompte: &
immolauerunt arietem ouium, & apposuerunt obsonia plura. Dixit autem
Tobias ad Raguel: Azarias frater loquere, de quibus dicebas in itinere, & per-
ficiatur negocium. Et communicauit verbum ipsi Raguel. Et dixit Raguel B
ad Tobiam: Comede, & bibe, & iucunde esto: tibi enim conuenit filiolam meā
accipere: verumtamen indicabo tibi veritatem. Dedi filiolam meam septem
viris; & simulatque ingrediebantur ad eam; moriebantur sub noctem. Sed
in præsentia iucunde esto. Et dixit Tobias: Non gustabo quicquam hic; quo-
adusque stetis, & statuatis ante me. Et dixit Raguel: Duc illam ex nunc iuxta iu-
dicium: tu vero frater es illius, & ipsa tui est. Misericors autem Deus prospera-
bit vobis optima. Et vocauit Sarram filiam suam, & sumens manum eius tradi-
dit eam Tobiæ vxorem: & dixit: Ecce iuxta legem Moysi duc eam, & adduc ad
patrem tuum. Et benedixit eos. Et vocauit Ednam vxorem suam: & sumens li- C
brum, scripsit syngrapham, & obsignauit. Et cœperūt comedere. Et vocauit Ra
guel Ednam vxorem suam, & dixit ei: Soror para alterum thalamum, & intro-
duc eam. Et fecit, sicut dixit: & introduxit eam illuc, & plorauit: & suscepit la-
chrymas filiæ suæ, & dixit ei: Confide filia, Dominus cæli & terræ det tibi [b] gra
tiam pro tristitia tua hac. Confide filia.

a Ei.] *Alius liber manuscriptus, & impressi αὐτοῖς, καὶ ἐχαιρέτισεν αὐτούς, καὶ αὐτοὶ αὐτόν, eis*, & salutauit eos, & ipsi ipsam, *quæ varietas pendet ex ea, quæ notata est ad finem præcedentis capitis.* b Gratiam.] *χάριν. Alij χαράν*, gaudium, *vt vulgata.*

CAP. VIII. D

POST quam vero consummauerunt cænantes; introduxerunt Tobiam
ad eam. Ille autem vadens recordatus est verborum Raphael, & sumpsit
cinerem thymiamatum, & superposuit cor piscis, & iecur, & fecit fumi-
gare. Quando autem olfecit dæmonium odorem; fugit in superiora Ægypti: &
ligauit ipsum angelus. Vt autē clausi sunt vtrique; surrexit Tobias de lecto, &
dixit: Surge soror, & deprecemur, vt misereatur nostri Dominus. Et cœpit To-
bias dicere: Benedictus es Deus patrum nostrorum, & benedictum nomen tuū
sanctū, & honoratū in secula. Benedicāt te cæli, & omnes creaturæ eius. Tu feci
sti Adam, & dedisti ei adiutricem Euam firmamentū vxorē eius. Ex his natū est E
hominū semen. Tu dixisti non bonū esse hominem solum, faciamus ei adiutri-
cem similem ei. Et nunc Domine non propter fornicationem ego accipio soro
rem meam hanc, sed super veritatem. Præcipe misereri mei, & ei consenescere.
Et dixit secum, Amen. Et dormierunt vtrique nocte. Et surgens Raguel iuit,
et effodit sepulchrum, dicens: Nonne, et hic morietur? Et venit Raguel in do-
mum suam, et dixit Ednæ vxori suæ: Mitte vnā ancillarum, et videant, si viuit:
si autem nō, vt sepeliamus eū, & nemo sciat. Et intrauit ancilla aperiens ianuā,
& inuenit

A & inuenit ambos dormientes:& egressa annunciauit eis,quia viuit. Et benedixit Raguel Deum,dicens:Benedictus es tu Deus in omni benedictione munda, & sancta: & benedicant te sancti tui, & omnes creaturæ tuæ, & omnes angeli tui,& electi tui:benedicant te in secula.Benedictus es,quoniam lætificasti me, & non factum est mihi,sicut suspicabar,sed secundum multam misericordiam tuam fecisti nobiscum.Benedictus es,quoniam misertus es duorum vnigenitorum:fac eis Domine misericordiam,consumma vitam eorum in sanitate cum lætitia,& misericordia. Iussit autem famulos exaggerare sepulchrum, & fecit eis nuptias diebus quatuordecim.Et dixit ei Raguel, antequam consummarentur
B dies nuptiarum, cum iuramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum,& tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius ire cum sanitate ad patrem,& reliqua,cum mortuus fuero,& vxor mea.

CAP. IX.

ET vocauit Tobias Raphael,& dixit ei: Azaria frater: Sume tecum puerum, & duos camelos, & vade in Ragis Mediæ ad Gabael, & affer mihi argentum, & ipsum adduc mihi ad nuptias; quoniam iurauit Raguel non
C exire me:& pater meus numerat dies: ac si tardauero valde; tristabitur nimis. Et iuit Raphael,& mansit apud Gabael,& dedit ei Chirographum. Ille autem protulit arculas in sigillis,& dedit ei. Et diluculo surrexerunt vnà,et venerunt ad nuptias.Et benedixit Tobias vxorem suam.

CAP. X.

ET Tobit pater eius computabat vnumquemque diem. Et postquam completi sunt dies itineris,et non veniebat;dixit: Nunquid forte confusi fuerunt? aut,nunquid forte mortuus est Gabael,et nemo ei dat argē-
D tum? Et tristabatur nimis. Dixit autem ei vxor: Perijt puer; quandoquidem tardauit.Et cœpit flere eum,et dixit: Non mihi curæ est fili,quia dimisi te lumen oculorum meorum.Et Tobit dicit ad eam:Tace,ne solicit[us] sis,valet. Et dixit ei:Tace,ne decipias me,perijt puer meus.Et ibat per diem [in] viam foras, qua abierat.Ac diebus panem non comedebat,et noctibus non intermittebat flens Tobiam filium suum, quoadusque consummati sunt quatuordecim dies nuptiarum, quas iurauerat Raguel facere eum ibi. Dixit autem Tobias Raguel: Dimitte me, quoniam pater meus, et mater mea non vltra sperant aspicere me.Dixit autem ei socer:Mane apud me:et ego mittam ad patrem tuum,et in-
E dicabunt ei,quæ circa te. Et Tobias dicit: Dimitte me ad patrem meum. Surgens autem Raguel dedit ei Sarram vxorem eius,et dimidium substantiæ, corpora,et pecora,et argentum,et benedicens eos dimisit,dicens: Prosperabit vos filij,Deus cæli,priusquam ego moriar. Et dixit filiæ suæ:Honora soceros tuos:ipsi nunc parentes tui sunt: audiam de te auditionem bonam. Et osculatus est eā.Et Edna dixit ad Tobiam:Frater dilecte,restituat te Dominus cæli,et det mihi videre tuos filios ex Sarra filia mea; vt læter in conspectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meā in deposito:et ne contristes eā.Post hæc ibat,et

Tobias benedicẽs Deũ, quia prosperauerat viã ipsius:& benedicebat Raguel, A
& Ednam vxorem eius. Et ibat, quoadusque appropinquarunt ipsi in Nineue.

CAP. XI.

ET dixit Raphael ad Tobiam: a Non cognoscis frater, quomodo dimisisti patrem tuum? Præcurramus ante vxorem tuam, & paremus domum. Sume autem ad manum fel piscis. Et iuerunt,& simul venit canis post eos. Et Anna sedebat circumspectans in viam puerum suum: & prospexit eum veniẽtem,& dixit patri eius: Ecce filius tuus venit,& homo, qui iuit cũ eo. Et Raphael dixit. Scio ego, quia aperiet oculos pater tuus: tu vnge fel in oculos eius:& erosus deteret,& abijciet albugines,& videbit te. Et accurrens Anna irruit super collum filij sui,& dixit ei: Vidi te fili:ex nunc moriar. Et plorauerunt vtrique. Et Tobit exibat ad ianuam,& prolapsus est. Filius autem eius B
accurrens ei & apprehendit patrem suum, & inspersit fel super oculos patris sui, dicens: Confide pater. Vt autem erosi sunt; detriuit oculos suos, & desquamatæ sunt ab angulis oculorum eius albugines. Et videns filium suum procidit super collum eius,& plorauit,& dixit: Benedictus es Deus, & benedictum nomen tuum in secula, & benedicti omnes sancti tui angeli; quoniam flagellasti, & misertus es mei: Ecce video Tobiam filium meum. Et intrauit filius eius gaudens, & annunciauit patri suo magnalia facta sibi in Media. Et exiuit Tobit in
obuiam nurui suæ gaudens, & benedicens Deum, ad portam Nineue. Et mirabantur spectantes eum euntem, quia vidit. Et Tobit confitebatur b coram eo, quia misertus est ipsorũ Deus. Et vt appropinquauit Tobit nurui suæ; benedixit eam, dicens: Venias Sarra filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos,& pater tuus,& mater tua. Et factum est gaudium omnibus, qui in Nineue, fratribus eius. Et aduenit Achiacharus,& Nasbas filius fratris ipsius:& factæ sunt nuptiæ Tobiæ cum lætitia diebus septem. C

a Non cognoscis.] *Ab aliis abest illud*, non, *& nota interrogationis sequens.* b Coram eo, quia
misertus est ipsorum Deus.] *Alii* ἐνώπιον αὐτῶν, ὅτι ἠλέησεν αὐτὸν ὁ θεός, corã eis, quia misertus est ipsius Deus. D

CAP. XII.

ET vocauit Tobit Tobiam filium suum, & dixit ei: Vide fili mercedem homini, qui venit vnà tecum:& adijcere ei oportet. Et dixit: Pater nõ lædor dans ei dimidium eorum, quæ attuli: quoniam me tibi reduxit sanũ, & vxorem meam curauit:& argentum meum attulit, & te similiter curauit. Et dixit senex: Iuste fit ei. Et vocauit angelum, & dixit ei: Accipe dimidium omnium, quæ attulistis,& abduc sanus. Tunc vocans ambos clam, dixit eis: Benedicite Deum, & ei confitemini, & magnificentiam date ei: & confitemi-
ni ei coram omnibus viuentibus, pro ijs, quæ fecit vobiscum. Bonum est be- E
nedicere Deum,& exaltare nomen eius, verba operum Dei honorifice demonstrãtes:& ne pigri sitis confiteri ei. Mysteriũ regis bonũ est occultare, opera autẽ Dei reuelare honorifice. Bonum facite:& malum non inueniet vos. Bonũ oratio cum ieiunio,& eleemosyna, & iustitia. Bonum est paucum cum iustitia, quàm multum cũ iniustitia. Bonum facere eleemosynam, quàm thesaurizare aurum. Eleemosyna enim à morte liberat:& ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas,& iustitias implebuntur vita: peccantes autem, sunt hostes suæ ipsorum

A sorum vitæ. Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi iam: mysterium regis
occultare bonum, opera autem Dei reuelare honorifice. Et nunc, quando orasti
tu, & nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ coram sancto: &
quando sepeliebas mortuos; similiter aderam tibi: &, quando non piger eras
surgere, & relinquere prandium tuum, vt abiens operires mortuum; non latui-
sti me benefaciens, sed tecum fui. Et nunc misit me Deus sanare te, & nurum
tuam Sarram. Ego sum Raphael vnus ex septem sanctis angelis, qui offerut ora-
tiones sanctorum, & ingrediuntur in conspectu gloriæ sancti. Et turbati sunt am
bo, & ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt. Et dixit eis: Ne timeatis: pax
B vobis erit. Deum autem benedicite in secula: quoniam non mea ipsius gratia,
sed voluntate Dei nostri veni: vnde benedicite eum in secula: Omnibus diebus
apparebam vobis, & non manducabam, neque bibebam: sed visionem vos spe-
ctabatis. Et nunc confitemini Deo; quoniam ascendo ad eum, qui misit me: &
scribite omnia, quæ consummata sunt, in libro. Et surrexerunt, & non vltra vi-
derunt eum. Et confitebantur opera magna, & mirabilia [a] eius, quomodo ap-
paruerat eis angelus Domini.

[a] Eius, quomodo.] *In aliis Bibl. & al.* Dei, & quomodo.

C CAP. XIII.

ET Tobit scripsit orationem in exultationem, & dixit: Benedictus Deus
viuens in secula, & regnum eius: quoniam ipse flagellat, & miseretur, de-
ducit ad infernum, & reducit: & non est, qui effugiet manum eius. Confi-
temini ei filij Israel in conspectu gentium, quoniam ipse disseminauit nos in eis.
Ibi demonstrate magnificentiam eius: exaltate eum coram omni viuente, sicut
ipse Dominus noster, & Deus ipse pater noster in omnia secula. Et flagellabit
nos in iniustitijs nostris: & rursus miserebitur, & congregabit nos ex omnibus
gentibus, vbicumque dispersi fueritis in eis. Si reuerteritis ad eum in toto cor-
D de vestro, & in tota anima vestra ad faciendum coram eo veritatem; tunc redi-
bit ad vos, & non occultabit faciem suam à vobis: & [a] videte, quæ faciet vo-
biscum, & confitemini ei in toto ore vestro, & benedicite Dominum iustitiæ, &
exaltate regem seculorum. Ego in terra captiuitatis meæ confiteor ei, & osten-
do fortitudinem, & magnificentiam eius genti [b] peccatorum. Reuertite pec-
catores, et facite iustitiā coram eo. Quis scit, si volet vos, & faciet misericordiā
vobis? Deum meum exalto, & anima mea [c] regi cæli, & exultabit magnificen-
tiam eius. Dicant omnes, & confiteantur ei in [d] Hierosolymis. Hierosolyma
ciuitas sancti, [e] flagellabit super opera filiorum tuorum: & rursus miserebitur
filiorum iustorum. Confitere Domino [f] bene, & benedic regem seculorum;
E vt rursus tabernaculum eius ædificetur in te cum gaudio, & lætificet in te capti-
uos, & diligat in te miseros in omnes generationes seculi. Gentes multæ de lon-
ge venient ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes, [g] & mune-
ra regi cæli. Generationes generationum [h] dabunt tibi exultationem. Male-
dicti omnes, qui odio habent te: benedicti erunt omnes diligentes te in secu-
lum. Gaude, & exulta super filijs iustorum; quoniam congregabuntur, & bene-
dicent Dominum iustorum. O beati, qui diligūt te, gaudebunt in pace tua. Bea-
ti, quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis: quoniam in te gaude-
bunt,

bunt, videntes omnem gloriam tuam, & lætabuntur in secula. Anima mea be- A
nedicat Deum regem magnum: quoniam ædificabitur Hierusalem Saphiro, &
Smaragdo, & lapide pretioso muri tui, & turres, & propugnacula in auro mun-
do, & platææ Hierusalem in beryllo, & carbunculo, & lapide de Suphir sternẽ-
tur. Et dicent omnes viri eius Alleluia, & ι laudem, dicentes: Benedictus Deus,
qui exaltauit omnia secula.

α Videte.] *Compl. θεάσεσθε*, videbitis. β Peccatorum.] *Eadem ἁμαρτωλῷ*, peccatrici. γ Regi.] *Alii τὸν βασιλέα*, regem. δ Hierosolymis. Hierosolyma.] *Plerique ἐν δικαιοσύνῃ. ἱερουσαλὴμ* in iustitia. Hierusalem. ε Flagellabit.] *Compl. addit σε*, te. ζ Bene.] *Eadem ὅτι ἀγαθός*, quoniam bonus. η Et munera.] *Illud, &, abest à multis.* θ Dabunt tibi.] *Alii αἰνέσουσί σε, καὶ δώσουσι*, laudabunt te, & dabunt. ι Laudem.] *In aliis est αἰνέσουσι* laudabunt. B

CAP. XIV.

ET cessauit confitens Tobit. Et erat annorum quinquaginta octo, quando
amisit visum: & post annos octo recuperauit visum. Et faciebat eleemosy
nas: & adiecit timere Dominum Deũ, & confitebatur ei. Magnopere autẽ
senuit: & vocauit filium suum, & filios eius, & dixit ei: Fili accipe filios tuos: ec-
ce senui, & ad exeundũ è vita sum. Abi in Mediã fili, quoniã credidi, quæcũque
locutus est Ionas propheta de Nineue, quia subuertetur: in Media autẽ erit pax
magis vsque ad tẽpus: et quia fratres nostri in terra dispergentur à bona terra: et
Hierosolyma erit deserta, et domus Dei in ea comburetur, et deserta erit vsque C
ad tẽpus. Et rursus miserebitur eorũ Deus, et reducet eos in terrã, et ædificabunt
domũ, non qualis prior, donec impleti fuerint tẽpora seculi. Et post hæc reuer-
tent de captiuitatibus, et ædificabunt Hierusalem honorifice: et domus Dei in
ea ædificabitur gloriose, sicut locuti sunt de ea prophetæ. Et omnes gentes con-
uertentur veraciter ad timendũ Dominum Deum, et defodient idola sua: et be-
nedicent omnes gentes Dominũ. Et populus eius confitebitur Deo: & exaltabit
Dominus populũ suũ: et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominũ Deũ in verita-
te, et iustitia, facientes misericordiã fratribus nostris. Et nunc fili discede à Ni-
neue; quoniã omnino erunt, quæ locutus est propheta Ionas. Tu autẽ serua legẽ,
et præcepta, et esto amator misericordiæ, et iustus; vt tibi bene sit. Et sepeli me D
honeste, et matrẽ tuã mecũ, et nõ vltra maneatis in Nineue. Fili vide, quid fecit
Amã Achiacharo, qui nutriuerat eũ, quomodo è luce adduxit eũ in tenebras, et
quæcũque retribuit ei. Et α Achiacharũ quidẽ saluauit: illi autẽ retributio retri
buta est, et ipse descendit in tenebras. Manasses fecit misericordiã, et saluatus est
de laqueo mortis, quem β fixerat ei. Aman autẽ incidit in laqueum, et perijt.
Et nunc filij videte, quid eleemosyna facit, γ et iustitia liberat. Et hæc ipso di
cente, defecit anima eius super lectũ. Erat autẽ annorũ centũ quinquaginta octo:
et sepelierunt eũ gloriose. Et quando mortua est Anna, sepeliuit eã cũ patre suo.
Discessit autẽ Tobias cũ vxore sua, et filijs suis in Ecbatana ad Raguel socerum E
suũ. Et senuit honorifice. Et sepeliuit soceros suos gloriose, et hæreditauit sub-
stantiã eorũ, et Tobit patris sui. Et mortuus est annorũ centũ vigintiseptẽ in Ec-
batanis Mediæ. Et audiuit, priusquã ipse moreretur, perditionẽ Nineue, quã ca
ptiuauit Nabucodonosor, et Asyeros: et gauisus est, antequam moreretur, super
Nineue.

α Et Achiacharum quidem saluauit.] Alij, *καὶ ἀχιάχαρος μὲν ἐσώθη*, & Achiacharus quidem saluatus est. β Fixerat.] *In aliis, ἔπηξαν*, fixerant. γ Et iustitia.] *Alius liber, καὶ ἡ δικαιοσύνη, Cõpl. καὶ πῶς*, & quomodo iustitia.

IVDITH.

CAP. I.

ANNO duodecimo regni Nabuchodonoſor, qui regnauit
ᵃ ſuper Aſſyrios in Nineue, ciuitate magna, in diebus Ar-
phaxad, qui regnauit ſuper Medos in Ecbatanis, & ædifica-
uit ſuper Ecbatana, ᶜ & in circuitu muros ex lapidibus ſe-
C ctis, in latitudine, cubitorum trium, & in longitudine, cubi
torum ſex: & fecit altitudinem muri, cubitorum ſeptuagin-
ta, & latitudinem eius, cubitorum quinquaginta: & turres
eius ſtatuit ſuper portas illius cubitorum centum: & latitudinem eius fundauit
in cubitis ſexaginta: & fecit portas eius portas ſuſcitatas in altitudinem cubito-
rum ſeptuaginta, & latitudinem earum cubitos quadraginta ad exitus exerci-
tuum potentium ipſius, & ordines peditum ipſius. Et fecit bellum in diebus il-
lis rex Nabucodonoſor aduerſus regem Arphaxad in campo magno: hic eſt in
finibus Ragay. Et concurrerunt ad eum omnes habitantes montanam, & om-
nes habitantes Euphratem, & Tigrim, & Aydaſpem, & ᵇ campo Irioch rex
D Elymæorum. Et conuenerunt gentes multæ valde in aciem filiorum Cheleul.
Et miſit Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum ad omnes habitantes Perſidem, &
ad omnes habitantes ad occidentem, habitantes Ciliciam, & Damaſcum, Li-
banum, & Antilibanum, & omnes qui habitabant ad faciem maritimæ, & qui
in gentibus Carmeli, & Galaad, & ſuperiorem Galilæam, & magnum campum
Eſdrelom, & omnes, qui in Samaria, & ciuitatibus eius, & trans Iordanem vſ-
que Hieruſalē, & Betane, & Chellus, & Cades, & fluminis Ægypti, & Taphnas,
& Rameſſe, & omnem terram Geſem, vſque ad veniendum ᵈ ſupra Tanim, &
Memphim, & omnes habitantes Ægyptum vſque ad veniendum ſuper fines
E Æthiopiæ. Et vilipenderunt omnes habitantes ᵉ vniuerſam terram verbum
Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum: & non conuenerunt ei ad bellum; quoniā
non timuerunt eum: ſed erat coram eis tanquam vir ᶠ æqualis. Et remiſerunt
nuncios eius vacuos in ignominia ᵍ ante faciem ſuam. Et indignatus eſt Na-
buchodonoſor ſuper omnem terram hanc valde, & iurauit per thronum, & re-
gnum ſuum; nimirum ʰ vlturum ſe omnes fines Ciliciæ, & Damaſcenæ, & Sy-
riæ, ⁱ interempturum gladio ſuo & omnes habitantes in terra Moab, & filios
Ammon, & omnem Iudæam, & omnes, qui in Ægypto vſque ad veniendum
ſuper

super fines duorum marium. Et aciem struxit in virtute sua aduersus Arphaxad A
regem in anno septimo & decimo: & præualuit in prælio suo, & [κ] euertit om
nem virtutem Arphaxad, & omnem equitatum eius, & omnes currus eius, &
dominatus est ciuitatibus eius. Et peruenit vsque Ecbatana, & obtinuit turres,
& prædatus est platæas eius, & ornatum eius posuit in opprobrium eius. Et ce-
pit Arphaxad in montibus Ragai, & confixit eum in iaculis suis, & extermina-
uit eum vsque in diem illam. Et reuertit cum [λ] eis ipse, & omnis commistus
eius, multitudo virorum bellatorum plurima valde. Et erat ibi torpens, & epu
lans, ipse, & virtus eius per dies centum viginti.

[α] Super Assyrios.] *Abest a multis.* [β] Et in circuitu.] *Item istud, &.* [γ] Campo Irioch rex.] B
Plerique, πεδίον Ἀριὼχ βασιλέως, campum Arioch regis. [δ] Supra Tanim.] *Compl.* ἐπὶ νῶτα, super tergora Tancos, & Mempheos. [ε] Vniuersam.] *Abest a multis.* [ζ] Æqualis.] *Alii* εἷς, vnus. [η] Ante faciem.] *Alii* ἀπὸ προσώπου, a facie sua. [θ] Vlturum.] *In multis additur* αὐτὸν, se. [ι] Interempturum gladio suo, & omnes.] *Complut.* & interempturum gladio suo omnes. [κ] Et euertit omnem virtutem Arphaxad, & omnem equitatum eius.] *Desunt in Complut.* [λ] Cum eis.] *In Compl. est* μετ᾽ αὐτοῦ, post eum. *In ipsa autem, & in aliis additur* εἰς Νινευὴ, *aut* Νινευὶ, *in Niueue.*

CAP. II.

ET in anno octauo & decimo, secunda & vigesima primi mensis, factum
est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vlcisci omnẽ
terram, sicut locutus erat. Et conuocauit omnes ministros suos, & om- C
nes magnates suos, & posuit cum eis mysterium consilij sui. Et [α] consumma-
uit omne malum terræ de ore suo: & ipsi iudicauerunt exterminare omnem
carnem, qui non obsequuti fuerant sermoni oris eius. Et factum est, vt consum-
mauit consilium suum; vocauit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernẽ
principem virtutis suæ, qui secundus erat ab ipso, & dixit ad eum: Hæc dicit
rex magnus, dominus vniuersæ terræ. Ecce tu egredieris à facie mea, & sumes
tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditum ad millia centum viginti,
& multitudinem equorum cum ascensoribus [β] myriadum duodecim: & egre
dieris in occursum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obedierunt ver- D
bo oris mei: & annunciabis eis parare terram, & aquam: quoniam egrediar in
furore meo super eos; & operiam omnem faciẽ terræ in pedibus virtutis meæ:
et dabo illos in direptionem eis: & cæsi istorũ implebunt valles, & torrentes ip-
sorum: & fluuius inundans mortuis eorum implebitur: & ducam captiuitatem
eorum, ad summitates vniuersæ terræ. Tu vero egressus præocupabis mihi om-
nem terminum eorum: & dedent se tibi, & conseruabis mihi eos in diẽ argutio-
nis eorum: super inobedientes autem non parcet oculus tuus dare eos in cædẽ
& direptionem in omni terra tua: quoniam viuẽs ego, & imperium regni mei:
locutus sum, & faciam hæc in manu mea. Et tu autem non transgredieris vnum E
quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi: & non cũ-
ctaberis facere hæc. Et exiuit Olophernes a facie domini sui, & vocauit omnes
Dynastas, & duces, & præsides virtutis Assur, & numerauit electos viros in aciẽ
sicut iusserat ei dominus eius ad myriadas duodecim, & equites sagittarios duo
decim millia: & ordinauit eos, quemadmodum belli multitudo coordinatur.
Et sumpsit camelos, & asinos ad impedimenta ipsorum, multitudinem pluri-
mam valde, & oues, & boues, & capras ad apparatum ipsorum, quorũ non erat
numerus,

A numerus,& rem frumentariam omni viro in multitudine, & aurum, & argentumq́ę domo regis multum valde. Et exijt ipse,& vniuersa virtus eius ad iter ad præcedendum regem Nabuchodonosor,& operiendum omnem faciem terræ ad Occidentem in currubus,& equitibus, & peditibus electis ipsorum. Et multus admistus, tanquam locusta exierunt cum eis, & tanquam arena terræ. Non enim erat numerus præ multitudine eorum. Et abierunt de Nineue viam trium dierum super faciem campi Bæctilæth: et castra fecit a Bæctilæth prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciæ. Et sumpsit omnem virtutem suã pedites, et equites, et currus suos: et abijt inde in montanã: et excidit Phud, et
B Lud: et prædati sunt omnes filios Rasis, et filios Ismael, qui super faciem deserti ad Austrum Chellæon. Et transiuit Euphratem, et pertransiit Mesopotamiã, & diruit omnes ciuitates excelsas, quæ super torrentem Abronà vsque ad veniendum super mare. Et cepit fines Ciliciæ, & concidit omnes resistentes sibi. Et venit vsque ad fines Iapheth, qui ad Austrum super faciem Arabiæ. Et circuiuit omnes filios Madian, & incendit tabernacula eorum, & diripuit mandras eorum. Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, & incendit omnes agros eorum: & greges, & armenta boum dedit in perditionem: & ciuitates eorum spoliauit, & campos eorum ventilauit, & percussit om
C nes iuuenes eorum in ore gladij. Et incidit timor, & tremor eius super omnes habitantes maritimam, eos qui erant in Sydone, & Tyro, & habitantes Sur, & Ocinà, et omnes habitantes Hiemnaan. Et habitantes in Azoto, & Ascalone timuerunt eum valde.

a Consummauit.] *Quasi deliberaturum, ac certum habuit consummare. Alii* συνεκάλεσε, conuocauit.
b Myriadum.] *In aliis* χιλιάδας, millia: *& sic paulo post etiam in nostra*, μυρίους δισχιλίους, *vbi vulgata* duodecim millia.

CAP. III.

D ET miserunt ad eum nuncios verbis pacificis, dicentes: Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te: vtere nos, sicut placitum est faciei tuæ. Ecce villæ nostræ, & omnis campus triticorum, & greges, & armenta, & omnes mandræ tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam: vtere, quomodo placuerit tibi. Ecce & ciuitates nostræ, & habitãtes in eis serui tui sunt. Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. Et aduenerunt viri ad Olophernem, & annunciauerunt ei secundũ verba hæc. Et descendit super maritimam ipse, & virtus eius, et præsidia posuit in ciuitatibus excelsis: et assumpsit ex eis in belli societatem viros electos, et susceperunt eum
E ipsi, et omnis regio adiacens eorum cum coronis, et choris, et tympanis. Et demolitus omnes fines eorum, et lucos eorum excidit. Et erat decretum ei exterminare omnes Deos terræ: vt ipsi soli Nabuchodonosor seruirent omnes gentes: et omnes linguæ, et omnes tribus eorum inuocarent eum in Deum. Et venit super faciem Esdrelon prope Dotæam, quæ est contra Serram magnam Iudææ. Et castrametatus est inter Gæbæ, et Scytharum ciuitatem: et fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

CAP. IV. A

ET audierunt filij Israel habitantes in Iudæa omnia, quæcumque fecerat
Olophernes gentibus, princeps militiæ Nabuchodonosor regis Assy-
riorum, & quomodo spoliauerat omnia templa earum, & dederat ea in
perditionem: & timuerunt valde valde à facie eius; & pro Hierusalem, & tem-
plo Domini Dei sui turbati sunt: quoniam recenter ascenderant è captiuitate, &
nuper omnis populus collectus fuerat Iudææ: & vasa, & altare, & domus ex pol
lutione fuerant sanctificata. Et miserunt in omnem terminum Samariæ, & Co-
nàs, & Bæthoron, & Belmen, & Hiericho, & in Chobà, & Asorà, & vallem Salē:
& præoccupauerunt omnia cacumina montium excelsorum, & muris circun- B
dederunt pagos, qui in eis: & reposuerunt in rem frumentariam ad apparatum
belli: quoniam recenter fuerant campi ipsorum demessi. Et scripsit Ioacim sa-
cerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hierusalem, habitantibus Betylua, &
Betomesthæm, quæ est è regione Esdrelon super faciem campi, qui prope Do-
thaim, dicens obtinere ascensiones ipsius montanæ: quoniam per eas erat in-
troitus in Iudæam: & erat facile prohibere eos accedentes, quod angustus [α] ac-
cessus erat, [β] duos super omnes viros. Et fecerunt filij Israel, sicut constituit
eis Ioacim sacerdos magnus, & senatus vniuersi populi Israel, qui sedebant in
Hierusalem. Et exclamauerunt omnis vir Israel ad Deum in instantia magna, & C
humiliauerunt animas suas in instantia magna, ipsi, & vxores ipsorum, & infan
tes ipsorum, & iumenta ipsorum: & omnis incola, vel mercennarius, vel argen-
to emptus ipsorum imposuerunt saccos super lumbos suos. Et omnis vir Israel,
& mulier, pueri, & habitantes in Hierusalem ceciderunt ad faciem templi, & ci
nere consperserunt capita sua, & extenderunt saccos suos ad faciem Domini. Et
altare sacco circumtexerunt, & clamauerunt ad Deum Israel vnanimiter assi-
due, vt non daret in direptionem infantes ipsorum, & vxores in prædam, & ci-
uitates hæreditatis ipsorum in perditionem, & sancta in pollutionem, & oppro
brium, gaudium gentibus. Et exaudiuit Dominus vocem eorum, & inspexit tri-
bulationem eorum. Et fuit populus ieiunans dies plures in omni Iudæa, & Hie- D
rusalem ad faciem sanctorum Dei omnipotentis. Et Ioacim sacerdos magnus,
& omnes assistentes ante Dominum, sacerdotes, & ministrantes Domino, sac-
cis accincti lumbos suos, offerebant holocaustoma iugis sacrificij, & vota, &
spontanea dona populi: & erat cinis super cidaras eorum. Et clamabant ad Do-
minum ex omni virtute in bonum visitare omnem domum Israel.

[α] Accessus.] *Alii* διάβασις, transitus. [β] Duos super omnes viros.] ἐπ' ἄνδρας τοὺς πάντας δύο. *Hæc visa est esse sententia, ob angustiam loci facile fuisse, vt vel duo tantum viri prohiberent omnes viros ab ingressu. Compl. autem habet* τοὺς πάντας, *& interpretatur*, ad viros ad summum duos.

CAP. V. E

ET nunciatum est Olopherni principi virtutis Assur, quia filij Israel para-
ti erant ad prælium, & transitus montanæ concluserant, & muris circun-
dederant omne cacumen montis excelsi, & posuerant in campis scanda-
la. Et iratus est furore valde, & vocauit omnes principes Moab, & duces Am-
mon, & omnes satrapas maritimæ, & dixit eis: Annunciate nunc mihi filij Cha-
naan, quis populus hic habitans in montana, & quænam, quas habitant, ciuita-
tes, & quæ multitudo virtutis eorum, & in quo potestas eorum, et fortitudo
eorum,

A eorum, & quis surrexit super eos rex, dux exercitus eorum, & cur erexerunt dorsum, vt non venirent in occursum mihi præter omnes habitantes in Occidente. Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audiat, quæso, dominus meus verbum ex ore serui sui, & annunciabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanam hanc prope te habitantem: & nõ exibit mendacium ex ore serui tui. Populus hic sunt prognati ex Chaldæis, & incoluerunt antea in Mesopotamia: quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum: & digressi sunt è via parẽtum suorum, & adorauerunt Deum cæli, Deum, quem cognouerunt. Et eiecerunt eos à facie deorum suorum. Et fuge

B runt in Mesopotamiam, & incoluerunt ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, vt exirent de incolatu suo, & irent in terrã Chanaan Et habitauerunt ibi, & multiplicati sunt auro, & argento, & in pecoribus multis valde. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) & incoluerunt ibi, quoadusque [a] aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, & nõ erat numerus generis eorum. Et insurrexit eis rex Ægypti; & circumuenerunt eos in labore, & latere, & humiliauerunt eos, & posuerunt eos in seruos. Et exclamauerunt ad Deum suum: & percusit vniuersam terram Ægypti plagis, in quibus nõ erat curatio. Et eiecerunt eos Ægyptij à facie sua. Et exiccauit Deus rubum ma

C re ante eos, & duxit eos in viam Sina, & Cades Barne. Et eiecerunt omnes habitantes in deserto: & habitauerunt in terra Amorræorum: & omnes Esebonitas exterminarunt in fortitudine sua. Et transeuntes Iordanem hæreditarunt vniuersam montanam: & eiecerunt à facie sua Chananæum, & Pherezæum, & Iebusæũ, & ipsum Sychem, & omnes Gergesæos: & inhabitarũt in ea dies multos. Et quoadusque non peccauerunt in conspectu Dei sui; fuerunt bona cum eis: quoniam Deus odio habens iniustitiam cum eis est. Quando autem recesserunt à via, quã disposuit eis; exterminati sunt in multis bellis plurimum valde: & captiui ducti sunt in terrã non propriam: & templum Dei ipsorum factum est in pauimen

D tum: & ciuitates eorum captæ sunt ab aduersarijs. Et nunc reuertentes ad Deum suum, ascẽderunt è dispersione, vbi dispersi fuerunt illic, & tenuerunt Hierusalẽ, vbi sanctuariũ eorũ: & habitarunt in mõtana, quoniã erat deserta. Et nunc dominator domine, siquidẽ est ignorãtia in populo hoc, & peccãt in Deum suũ, [β] & videbimus, quia est in eis scandalũ hoc; & ascẽdemus, & debellabimus eos. Si autẽ non est iniquitas in gente ipsorum; prætereat, quæso, dominus meus; ne forte protegat Dominus eorum, & Deus eorum pro ipsis, & erimus in opprobriũ corã omni terra. Et factũ est, vt cessauit Achior loquẽs sermones hos; & murmurauit omnis populus circundãs tabernaculũ, & adstãs. Et dixerunt magnates Olophernis, & oẽs habitãtes maritimã, & Moab cõcidere eũ: nõ.n.timebimus à filijs

E Israel. Ecce enim populus, in quo nõ est virtus, neque potẽtia ad aciẽ fortẽ. Quare nunc ascẽdamus: & erunt in escã vniuersi exercitus tui domine Olophernes.

a Aucti sunt.] ἐνεπλήθησαν. *Compl.* ἀνεφάνησαν, *& interpretatur*, reuersi sunt. β Et videbimus.] *Alii sine*, &, ἐπιγνῶμεν. *& sic deinceps*, ἀναβησόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, consideremus, ascendamus, bello adoriamur.

CAP. VI.

ET, vt cessauit tumultus virorum, qui in circuitu consessus; & dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, & ante omnes filios Moab. Et quis es tu Achior, & mercennarij

Ephræm, quia prophetasti in nobis, sicut hodie, & dixisti genus Israel nō oppu- A
gnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est Deus, nisi Nabuchodono
sor? Hic mittet potentiā suam, & exterminabit eos à facie terræ: & non libera-
bit eos Deus eorum: sed nos serui eius percutiemus eos, tanquam virum vnum:
& non sustinebunt potentiam equorum nostrorū. [a] Comburemus enim eos in
ipsis, & montes eorum inclinabuntur in sanguine ipsorum, & campi eorum im-
plebūtur mortuis ipsorum: & non resistet vestigiū pedum eorum ad faciem no-
stram, sed perditione perdentur, dicit rex Nabuchodonosor dominus vniuersæ
terræ. Dixit enim: non euanescent verba sermonū [b] eius. Tu autem Achior mer-
cennarie Ammon, qui locutus es verba hæc in die iniustitiæ tuæ, non videbis B
amplius faciē meā à die hac: quoadusque vltus fuero genus eorum, qui ex Ægy-
pto. Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei, & populus ministrorum meorū
costas tuas: & cades in cæsis eorum, quando reuertero: & reducēt te serui mei in
montanam, & ponent te in vna ciuitatū ascensionum: & non peribis, donec ex-
terminatus fueris cum illis. Et, siquidem speras corde tuo, quia non capientur,
ne concidat tuus vultus. Locutus sum, & nihil decidet de verbis meis. Et iussit
Olophernes seruos suos, qui erant assistentes in tabernaculo eius, comprehen-
dere Achior, & reducere eum in Betylua, & tradere in manus filiorum Israel. Et
comprehenderunt eum serui eius, & duxerunt eum extra castra in campum. Et
promouerunt è medio campestris in montanam, & aduenerunt super fontes, C
quæ erant sub Betylua. Et, vt viderunt eos viri ciuitatis super cacumen montis;
sumpserunt arma sua, & abierunt extra ciuitatem ad cacumen mōtis: & omnis
vir fundibularius tenuit ascensum ipsorū, & iaculati sunt in lapidibus super eos.
Et subeuntes subter montem, ligauerunt Achior, & reliquerunt proiectum sub-
ter radicem montis, & abierunt ad dominum suum. Descendentes autem filij
Israel de ciuitate sua, steterunt super eum, & soluentes eum abduxerunt in Be-
tylua, & constituerunt eum super principes ciuitatis suæ, qui erant in tempori-
bus illis Ozias filius Michà de tribu Symeon, & Abris filius Gothoniel, & Char
mis filius Melchiel. Et conuocauerunt omnes seniores ciuitatis: & concurrerūt D
omnis iuuenis eorum, & mulieres in ecclesiam: et statuerunt Achior in medio
populi sui. Et interrogauit eum Ozias, quod acciderat. Et respondens annun-
ciauit eis verba cōsessus Olophernis, et omnia verba, quæcumque locutus erat
in medio principum filiorum Assur, et quæcumque magniloque locutus erat
Olophernes in domum Israel. Et procidentes populus adorauerunt Deum, et
clamauerunt, dicentes: Domine Deus cæli respice super superbias eorum, et mi
serere humiliationis generis nostri, et respice in faciem sanctificatorum tibi in
die hac. Et consolati sunt Achior, et laudauerunt eum valde. Et assumpsit eum
Ozias de ecclesia in domum suam: et fecit conuiuium senioribus. Et aduocaue- E
runt Deum Israel in adiutorium tota nocte illa.

[a] Comburemus.] *Nonnulli, κατακλύσομεν,* demergemus. *Plerique, καὶ καταπατήσομεν,* & conculcabimus.
[b] Eius.] *Multi μου,* meorum.

CAP. VII.

POSTRIDIE autem annunciauit Olophernes vniuerso exercitui suo, et omni populo suo, qui venerant in auxiliū ipsius, mouere castra super Betylua, et ascensiones montanæ præoccupare, et facere bellū aduersus fi-

lios

A lios Israel. Et mouit castra in die illa omnis vir potens eorũ: et virtus eorũ, viro-
rũ bellatorũ, millia virorũ peditum centum septuaginta, & equitũ millia duo-
decim, præter apparatũ, & viros, qui erãt pedites in eis, multitudo plurima val-
de. Et castrametati sunt in valle prope Betylua super fontẽ: & extenderunt in la-
titudinẽ super Dothaim, & vsque Belthem, & in longitudinẽ à Betylua vsque ad
Cyamonẽ, quæ est contra Esdrelom. Filij autem Israel, vt viderunt eorũ multi-
tudinẽ: turbati sunt valde: & dixit vnusquisque ad proximũ suum. ᵃ Nunc exsor-
bebunt hi faciẽ terræ vniuersæ: & neque mõtes excelsi, neque valles, neque col-
les sustinebunt grauitatẽ eorũ. Et assumentes vnusquisque vasa bellica sua, & ac-
B cẽdentes pyras super turres suas manebant custodientes totã noctẽ illã. Die au-
tem secũda eduxit Olophernes vniuersum equitatũ suũ ad faciẽ filiorum Israel,
qui erant in Betylua, & considerauit ascensiones ciuitatis eorũ: & fontes aquarũ
eorũ aggressus est, & occupauit eos: & imposuit eis castra virorũ bellatorũ: & ip-
se redijt ad populum suum. Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, &
omnes duces populi Moab, & duces maritimæ dicebant: Audiat nunc verbum
dominus noster: vt non fiat quassatio in virtute tua. Populus enim hic filiorum
Israel nõ confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorũ, in qui-
bus ipsi inhabitant in eis. Non enim est facile accedere cacuminibus montium
C eorũ. Et nunc domine ne belles aduersus eos, sicut fit bellũ prælij: & nõ cadet de
populo tuo vir vnus. Mane in castris tuis, custodiens omnem virum de virtute
tua: & obtineant pueri tui fontẽ aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniã in-
de aquantur omnes habitantes Betulua: & perdet eos sitis, & dedent ciuitatẽ suã.
Et nos, & populus noster ascendemus super vicina cacumina montiũ, & castra-
metabimur in eis ad custodiam, vt non exeat è ciuitate vir vnus. Et tabefient in
fame ipsi, & vxores eorum, & filij eorũ: & priusquam veniat gladius super eos;
ᵝ sternentur in platæis habitationis suæ: & retribues eis retributionem malã, pro
eo, quod rebellarunt, & ᵞ non occurrerunt faciei tuæ in pace. Et placuerunt
D verba eorum in conspectu Olophernis, & in conspectu omnium ministrorum
eius, & constituerunt facere, sicut locuti fuerant. Et promouerunt castra filiorũ
Ammon, & cum eis millia quinque filiorũ Assur: & castrametati sunt in valle, &
præoccupauerunt aquas, & fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filij
Esau, & filij Ammon, & castrametati sunt in montana contra Dothaim: & mise-
runt ex ipsis ad Austrum, & subsolanum è regione Ecrebel, quæ est prope Chus,
quæ est super torrentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castra-
metati sunt in campo, & operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, &
impedimenta eorum castrametata sunt in turba multa, & fuerunt in multitudi-
E ne plurima valde. Et filij Israel exclamauerũt ad Dominum Deum suum; quo-
niam pusillanimis factus est spiritus eorum; quoniam in circuitu erant inimici
ipsorum, & non erat effugere è medio eorum. Et manserunt in circuitu eorũ ca-
stra Assur, pedites, & currus, & equites eorum diebus trigintaquatuor. Et defe-
cerunt omnibus habitantibus Betulua omnia receptacula sua aquarum: & cister
næ euacuabantur, & non habebãt bibere ad satietatem aquam diem vnum:
quoniam in mensura dabant eis bibere. Et consternati sunt infantes eorum, &
mulieres eorũ, & iuuenes defecerũt præ siti, & cadebant in platæis ciuitatis, & in
trãsitibus portarũ: & nõ erat robur vltra in eis. Et cõgregati sunt omnis populus

 ad Oziam,

ad Oziam, & principes ciuitatis, iuuenes, & mulieres, & pueri, & exclamauerunt voce magna, & dixerunt coram omnibus senioribus: Iudicet Deus inter nos & vos: quoniam fecistis in nobis iniustitiam magnam, non loquentes pacifica cum filijs Assur. Et nunc non est adiutor noster, sed vendidit nos Deus in manus eorum, vt prosternamur coram eis in siti, & perditione magna. Et nunc inuocate eos, & date ciuitatem omnem in direptionem populo Olophernis, & omni virtuti eius. Melius enim nobis fieri eis in direptioné. Erimus enim in seruos, & viuet anima nostra: & non videbimus mortem infantium nostrorum in oculis nostris, & vxores, & filios nostros, deficientes animas eorum. Contestamur vobis cælum, & terram, & Deum nostrum, & Dominum patrú nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, & secundum peccata patrum nostrorum; vt non faciat iuxta verba hæc in die hodierna. Et facta est ploratio magna in medio ecclesiæ omnium vnanimiter: & clamauerunt ad Dominum Deum voce magna. Et dixit ad eos Ozias: Confidite fratres: obduremus adhuc quinque dies, in quibus conuertet Dominus Deus noster misericordiam suam super nos. Non enim derelinquet nos in finem. Si autem transierint hi, & non veneneritsuper nos auxilium; faciam secundum verba vestra. Et dispersit populus in castra ipsius, & ad muros, & turres ciuitatis suæ abierunt: & mulieres, & filios in domos suas dimisit. Et fuerunt in humiliatione multa in ciuitate.

α Exorbebunt.] ἐκλείξουσι. *Complut.* ἐκκλείσουσι, occupabunt. β Sternentur.] ὑποστρωθήσονται, *quod verbum est etiam paulo inferius in omnibus libris. Hic autem in alijs est* ὑποστραφήσονται, subuertentur. γ Nó occurrerunt.] *Alii* οὐχ ὑπήκουσαν, non obedierunt.

CAP. VIII.

ET audiuit in illis diebus Iudith filia Merari filij Ox filij Ioseph filij Oziel filij Elcia filij Eliu filij Chelciæ filij Eliab filij Nathanael filij Salamiel filij Sarasadai filij Israel. Et vir eius Manasses de tribu eius, & de patria eius, & mortuus est in diebus messis ordeorum. Instabat enim super ligantem manipulum in campo, & æstus venit super caput eius, & procidit * in lectum, & obijt in Betulua ciuitate sua: & sepelierunt eum cum patribus eius in agro, qui inter Dothaim, & Belamon. Et fuit Iudith in domo sua viduitatem seruans annos tres, & menses quatuor. Et fecit sibi tabernaculum super solariú domus suæ, & imposuit super lumbum suum cilicium: & erant super eam vestimenta viduitatis eius: & ieiunabat omnibus diebus viduitatis suæ præter antesabbata, & sabbata, & anteneomœnias, & Neomœnias, & festiuitates, & lætas solennitates domus Israel. Et erat pulchra specie, & decora aspectu valde: & reliquerat ei Manasses vir eius aurum, & argentum, & pueros, & ancillas, & pecora, et agros: & manebat super ea. Et non erat, qui inferret ei verbum malum; quoniam timebat Deum valde. Et audiuit verba populi mala in principem, quia animo defecerunt super raritate aquarum. Et audiuit omnia verba Iudith, quæ locutus erat ad eos Ozias, quomodo iurauerat eis traditurum ciuitatem post dies quinque Assyrijs. Et mittens ancillam suam, quæ præerat omnibus substantijs suis, vocauit Oziam, & Chabrin, et Charmin seniores ciuitatis suæ. Et venerunt ad eam. Et dixit ad eos: Audite nunc me

principes

A principes habitantium in Betulua: quoniam non rectum est verbum vestrum,
quod locuti estis coram populo in die hac, & statuistis iuramentum, quod locuti
estis, inter Deum, & vos, et dixistis dedituros ciuitatem inimicis nostris,
nisi in illis diebus conuersus fuerit Dominus ad adiuuandum nos. Et nunc qui
estis vos, qui tentastis Deum in die hodierna, & statuistis pro Deo in medio filiorum
hominum? Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, & nihil cognoscetis
vsque in seculum: quoniam profundum cordis hominis non inuenietis,
& verba cogitationis eius non percipietis: & quomodo Deum qui fecit
omnia hæc, inuestigabitis, & mentem eius cognoscetis, & cogitationem eius
B contemplabimini? Nequaquam fratres: nolite ad iracundiam prouocare Dominum
Deum nostrum: quoniã si noluerit in istis quinque diebus auxiliari nobis,
ipse habet potestatem, in quibus velit, tegere diebus, vel etiã exterminare
nos ante faciem inimicorum nostrorum. Vos autem ne * extorqueatis consilia
Domini Dei nostri, quoniam non tanquam homo Deus, vt minis terreatur, neque
tanquam filius hominis, * vt iudicetur. Quamobrem expectantes eam,
quæ ab ipso, salutem, inuocemus eum in adiutoriũ nostrum: & exaudiet vocẽ
nostram, si fuerit ipsi placitum: quoniam non surrexit in generationibus nostris,
neque est in hodierna die neque tribus, neque patria, neque oppidum ne-
C que ciuitas ex nobis, qui adorent Deos manufactos, sicut factum est in prioribus
diebus, quorum gratia dati sunt in gladium, & in direptionem patres nostri,
& ceciderunt ruina magna coram inimicis nostris. Nos autem alium Deum
non agnouimus præter eum: vnde speramus, quia non despiciet nos, neque a
* genere nostro: quoniam cum capti fuerimus nos; sic sedebit omnis Iudæa, &
diripientur sancta nostra, & quæret pollutionem eorum de * ore nostro, &
cædem fratrum nostrorum, & captiuitatem terræ, & desolationem hæreditatis
nostræ conuertet in caput nostrum in gentibus, vbicumque seruierimus ibi, &
erimus in offendiculum, & in opprobrium coram possidentibus nos: quoniam
D non dirigetur seruitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus
Deus noster. Et nunc fratres ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pẽdet
anima eorum, & sancta, & domus, & altare innituntur super nos. Præter hæc
omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut et patres nostros.
Recordamini, quæcumque fecit cum Abraham, & quæcumque tentauit
Isaac, & quæcumque euenerunt Iacob in Mesopotamia Syriæ, pascenti pecora
Laban fratris matris suæ: quoniam non sicut illos examinauit in examen cordis
eorum, etiam nos non est vltus, sed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantes
sibi. Et dixit ad eam Ozias: omnia, quæcumque dixisti, bono
corde locuta es, & non est qui resistat verbis tuis: quoniam non hodie sapientia
E tua manifesta est, sed a principio dierum tuorum nouit omnis populus intellectum
tuum, quomodo bona est formatio cordis tui. Sed populus sitiuit vehementer,
& coegerunt facere nos secundum ea, quæ locuti sumus eis, & inducere
iuramentum super nos, quod non transgrediemur. Et nunc ora pro nobis,
quoniam mulier pia es: & mittet Dominus pluuiam ad impletionem cisternarum
nostrarum, & non deficiemus vltra. Et dixit ad eos Iudith: Audite me, & faciam
rem, quæ perueniet in generationes generationum filijs generis nostri.
Vos stabitis super portam nocte hac, & exibo ego cum ancilla mea, & in die-

bus post quos dixistis traditu ros ciuitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu mea. Vos autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicam vobis, donec perfecta fuerint, quæ ego facio. Et dixit Ozias, & principes ad eam: Vade in pace: & Dominus Deus ante te in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes è tabernaculo, iuerunt ad ordines suos. A

α Lectum.] *Alii addunt* αὐτοῦ, suum. β Extorqueatis.] ἐνεχυράζετε, *quasi qui pignus extorquent. Alii nonnulli* ἐνεχυριάζετε, *quod idem significare potest. Complutenses vertunt* alienetis. γ Vt iudicetur.] *Legantur quæ Num. 23, notata sunt.* δ A genere nostro quoniam.] *Videtur supplendum, neque auertet oculos a genere nostro, quandoquidem ex ruina nostra pendet ruina totius gentis, aut huiusmodi quiddam. In aliis tamen pro* ὅτι, *est* ὅτι, *& sequitur* ἐν τῷ ληφθῆναι ἡμᾶς, οὕτως κληθήσεται, (*aut* καυθήσεται) ἡ Ἰουδαία, neque dum capti fuerimus nos, sic vocabitur (*aut* comburetur) Iudæa. ε Orc.] *Nonnulli* αἵματος, sanguine. B

CAP. IX.

IVDITH autem procidit in faciem, & imposuit cinerem super caput suum. Et nudauit quem induerat saccum: (& erat nuper oblatum in Hierusalem in domo Dei thymiama vesperæ illius) & clamauit voce magna Iudith, & dixit: Domine Deus patris mei Symeon, cui dedisti in manu gladium in vltionem alienigenarum, qui soluerant vuluã virginis in pollutionẽ, & nudauerunt fœmur in confusionẽ, & polluerunt vuluã in opprobrium: dixisti enim non sic erit. Et α pro ijs, quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædẽ, & stratũ eorum, quod β nouerat deceptionẽ eorum, in sanguinẽ, & percussisti seruos super dynastas, & dynastas super thronos eorũ: & dedisti vxores eorũ in direptionem, & filias in captiuitatẽ, & omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum a te, qui etiam zelauerant zelum tuum, & abominati erant contaminationem sanguinis sui, & inuocauerant te in audiutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. Tu enim fecisti, quæ ante illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, & superuenientia δ cogitasti: & facta sunt quæ in mẽte habuisti, & affuerunt quæ deliberasti, & dixerunt, ecce adsumus: omnes enim viæ tuæ paratæ, & iudicium tuum in præcognitione. Ecce enim Assyrij multiplicati sunt in virtute sua, exaltati sunt super equo, & ascensore, gloriati sunt in brachio peditum, sperauerunt in clypeo, & in γ gæso, & arcu, & fundibula, & non cognouerunt quia tu es Dominus conterens bella. Dominus nomen tibi: tu frange eorum fortitudinem in virtute tua, & prosterne ε robur eorum in furore tuo. Deliberauerunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere ferro cornu altaris tui. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu mea viduæ, quod cogitaui, robur: percute seruum è labijs ζ deceptionis meæ super principem, & principem super ministrum eius: frange eorum celsitudinem in manu fœminæ. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: sed humilium es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum saluator. Næ, næ, Deus patris mei, & Deus hæreditatis Israel, Domine cælorũ, & terræ, creator aquarũ, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam, & da η verbum meum, & deceptionem, in vulnus, & liuorem eorum: qui contra testamentum tuum, & domum sanctificatam tuam, & verticem Sion, & domum possessionis filiorum tuorum deliberauerunt dura: &

C D E

A ra: & fac super omnem gentem tuam, ᶿ et omnem tribum cognitionem ad
sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentiæ, et non est alius prote-
gens genus Israel, nisi tu.

α Et pro ijs, quæ fecerunt.] *Hoc videtur significare, τοὶ ὁ πλοῦτος, αὐτῶν. Sed Lucifer lib de non parcendo in Deum delinq.* & fecisti, propter (*fortasse legendum*, propterea) dedisti, &c. β Quod nouerat] *ὃ ἐγίνωσκε τὴν ἀπάτην, & optimam habet sententiam. Alii ὃ ὑφάνθησαν (In Compl. deest illud ὃ) τὴν ἀπατηθεῖσαν*, quod ligauit deceptam. *Lucifer ibid.* thorum eorum, qui accepit dilectam. γ Gæso.] *De hac dictione alibi dictum est: pro qua apud Luciferum corrupte videtur legi*, tenso. δ Cogitasti.] *Hæc vsque ad illud*, omnes enim, *non referuntur à Lucifero.* ε Robur.] *κράτος, quod Lucifer dixit*, tenacitatem. ζ Deceptionis] *Idem*, persuasionis. η Verbum.] *Idem*, versutiam, & suasionem in vulnere, & in liuorem eorum. *Alii autem, λόγον μου καὶ ἀπάτην, καὶ τραῦμα, καὶ μώλωπα αὐτοῖς*, verbum meum, & deceptionem, & vulnus, & liuorem
B eis. ᶿ Et omnem tribum cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus] *Hæc desunt in Compl. Apud Luciferum hic locus sic habet*, cogitauerunt dura facta super omnem gentem, & tribum omnem. Sciant, quia tu es Deus vniuersæ potestatis, & virtutis, &c.

CAP. X.

ET factum est, vt cessauit clamans ad Deum Israel, & consummauit omnia
verba hæc; & surrexit à deiectione, & vocauit ancillam suam, & descen-
dit in domum, in qua versabatur in ea in diebus Sabbatorum, & in festiui-
tatibus suis, & circumabstulit saccum, quem induerat, & exuit vestimenta vi-
C duitatis suæ, & circumlauit ᵃ corpus aqua, & vnxit vnguento pingui, & discri-
minauit capillos capitis sui, & imposuit mitram super illud, & induit vestimen-
ta lætitiæ suæ, in quibus amiciebatur in diebus vitæ viri sui Manasse: & sumpsit
sandalia in pedes suos, & circumposuit monilia, & armillas, & annulos, & inau-
res, & omnem ornatum suum. Et ornata est valde in occursum oculorum ho-
minum, quicumque viderint eam. Et dedit ancillæ suæ ascoperam vini, & cam
psacem olei, & peram impleuit farinis, & palathas, & panibus mūdis, & circum-
duplicauit omnia vasa sua, & imposuit super eam. Et ᵝ exiuerunt ad portam
ciuitatis Betulua, & inuenerunt insistentes super eam Oziam, & seniores ciuita-
D tis, Chabrin, & Charmin. Vt autem viderunt eam (& erat mutata facies eius) &
stolam mutatam eius; & mirati sunt super pulchritudine eius quamplurimum
valde. Et dixerunt ei: Deus, Deus patrum nostrorum det te in gratiam, & ᵞ per-
ficere adinuentiones tuas in gloriationem filiorum Israel, & exaltationem Hie-
rusalem. Et adorauit Deum, & dixit ad eos: Præcipite aperire mihi portam ci-
uitatis, & exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum. Et præce-
perunt iuuenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic. Et exijt Iudith,
ipsa, & ancilla eius cum ea. Prospectabant autem eam viri ciuitatis, quoadusque
descendit mōtem, donec transijt vallem, & non vltra aspiciebant eam. Et ibant
E in valle in rectum: & occurrerunt ei exploratores Assyriorum: & cœperunt eā,
et interrogauerunt: Quorum es, et vnde venis, et quo vadis? Et dixit: Filia sum
ᵟ hebræorum, et aufugio à facie eorum; quoniam dandi sunt vobis in deuoratio-
nem. Et ego venio ad faciē Olophernis principis virtutis vestræ ad annuncian-
dum verba veritatis: et ostendam ante faciem eius viam, per quam ibit, et do-
minabitur vniuersæ montanæ, et non dissonabit de viris eius caro vna, neque
spiritus vitæ. Vt autem audiuerunt viri verba eius, et contemplati sunt faciem
eius, et erat ante eos admirabilis pulchritudine valde; et dixerunt ad eam: Sal-
uasti animam tuam, festinans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc ac-
cede

cede ad tabernaculum eius; et ex nobis præmittent te, donec tradent te in manus eius. Si autem steteris coram eo; ne timeas corde tuo, sed annuncia secundũ verba tua, & bene tibi faciet. Et elegerunt è seipsis viros centum, & adiunxerũt ei, & ancillæ eius, & duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. Et factus est cõcursus in omnibus castris. Personuerat enim in tabernaculis præsentia eius. Et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annunciauerunt ei de ea: & mirabantur super pulchritudine eius: & mirabantur filios Israel ex ea. Et dixit vnusquisque ad proximum suum. Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniam non bonum est remanere ex eis virum vnum: qui dimissi poterunt decipere omnem terram. Et exierunt, qui dormiebant iuxta Olophernem, & omnes ministri eius: & introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus preciosis [δ] intextis. Et annunciauerunt ei de ea: & exiuit in proscenium, & lampades argenteæ præcedentes eum. Vt autem venit ad faciem eius Iudith, & ministrorum eius; mirati sunt omnes super pulchritudine faciei eius. Et procidens in faciem adorauit eum: & erexerunt eam serui eius. A B

α Corpus.] *Ita etiam vulgata. Compl autem σῶμα, os.* β Exiuerunt.] *In nonnullis additur ἅμα, simul.* γ Perficere.] πληρῶσαι. *Quidam* πληρώσῃ, perficiat. δ Intextis.] *Alii* ἐνδιεφασμένον, intextum. C

CAP. XI.

ET dixit ad eam Olophernes: Confide mulier: ne timeas corde tuo: quoniam ego non malefaciam homini, quisquis elegerit seruire α regi Nabuchodonosor omnis terræ. Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non eleuassem hastam meam super eos: sed ipsi sibi fecerunt hæc. Et nunc dic mihi, cuius gratia aufugisti ab eis, & venisti ad nos. Venis enim ad salutem: Confide: in nocte hac viues & in reliquum. Non enim est, qui tibi iniuriã illaturus sit, sed bene tibi faciet, sicut fit seruis domini mei regis Nabuchodonosor. Et dixit ad eum Iudith: Suscipe verba seruæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tuam, & non annunciabo mendacium domino meo in nocte hac. Et, si secutus fueris verba ancillæ tuæ; perfecte negocium faciet tecum Deus: & non decidet dominus meis à studijs suis. Viuit enim rex Nabuchodonosor vniuersæ terræ, & viuit imperium eius, qui misit te ad correctionem omnis animæ; quia non solum homines propter te seruiẽt ei, sed etiam bestiæ agri, & pecora, & volatilia cæli propter fortitudinem tuam viuent super Nabuchodonosor, & omnem domum eius. Audiuimus enim sapientiam tuam, & calliditates animæ tuæ: & annunciatum est omni terræ: quia tu solus bonus in omni regno, & potens in scientia, & mirabilis in β expeditionibus belli. Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu tuo, audiuimus verba eius, quoniam seruauerunt eum viri Betulua, & annunciauit eis omnia, quæcumque elocutus erat apud te. Quare dominator Domine ne transgrediaris verbum eius, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non præualet gladius aduersus eos; nisi peccauerint in Deum suum. Et nũc, vt non fiat dominus meus eiectus, & re infecta desistens; & γ cadet mors super D E

A faciem eorum, & occupauit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quã-
documque fecerint absurditatem. Quoniam enim defecerunt eos escæ, & rare
facta est omnis aqua; deliberauerunt inijcere manum iumentis suis, & omnia
quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreuerunt in-
sumere, & primitias frumenti, & decimas vini, & olei, quæ seruauerant sancti-
ficantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decre
uerunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum,
qui de populo. Et miserunt in Hierusalem (quoniam, & qui ibi habitant, fece-
runt hæc) eos, δ qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit, simul
B ac renunciatum ipsis fuerit, & fecerint; dabuntur tibi in perditionem in die illa.
Vnde ego serua tua cognoscens hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me
Deus facere tecum negocia, super quibus stupebit vniuersa terra, quicumque
audiuerint ea: quoniam serua tua Dei cultrix est, & ministrans nocte, & die Deo
cæli. Et nunc manebo apud te domine mi: & exibit serua tua per noctem in val-
lem, & deprecabor ad Deum. Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua: & ve
niens deferam tibi, ε egredieris cum omni virtute tua, & non est, qui resistet
tibi ex eis. Et ducam te per medium Iudææ vsque ad veniendum contra Hieru-
salem. Et ponam sedem tuam in medio eius, & ages eos tanquam oues, quibus
C non est pastor: & non latrabit canis lingua sua coram te: quoniam hæc dicta sunt
mihi secundum præcognitionem meam, & annunciata sunt mihi, & missa sum
annunciare tibi. Et placuerunt verba eius coram Olopherne, & coram omnibus
ministris eius: & mirati sunt super sapientia eius, & dixerunt: Non est talis mu-
lier à summo vsque ad summum terræ, pulchra specie, & intellectu verborum.
Et dixit ad eam Olophernes: Bene fecit Deus mittens te ante populum, vt fiat
in manibus nostris potentia: in ijs autem, qui vilipenderunt dominum meum,
perditio. Et nunc venusta es tu in specie tua, & bona in verbis tuis. Quare, si fe-
ceris, sicut locuta es; Deus tuus erit meus Deus: & tu in domo regis Nabucho-
D donosor sedebis, & eris nominata apud omnem terram.

α Regi Nabuchodonosor.] *Nonnulli*, Nabuchodonosor regi: *sed eadem constructio est etiam paulo post in verbis Olophernis.* β Expeditionibus.] *φαρδιμαν. Aliqui φαρδίμαν,* expeditione. γ Cadet.] *Nonnulli ἐμπεσεῖν,* incidit. δ Qui transportarent.] *μετοικήσοντας. Alii μετακομίσοντας,* qui referant: *quod planius est. Complutensis non sine mendo, vt videtur, habet τοῖς μετακομίσουσι.* ε Egrediens.] *Alii nonnulli,* & egrediens.

CAP. XII.

ET iussit introducere eam, vbi posita erat supellex argentea sua: & præ-
E cepit parari ei de opsonijs suis, & de vino suo bibere. Et dixit Iudith: Nõ
comedam ex eis: vt non fiat scandalum: sed de ijs, quæ secuta sunt me,
præbebitur. Et dixit ad eam Olophernes: Si autem defecerint, quæ sunt tecum;
vnde α proferemus tibi ad dandum similia eis? Non enim est nobiscum de gẽ-
te tua. Et dixit Iudith ad eum: Viuit anima tua domine mi, quia non insumet
serua tua ea, quæ sunt mecum; donec fecerit Dominus in manu mea, quæ deli-
berauit. Et duxerunt eam ministri Olophernis in tabernaculum: & dormiuit
vsque ad mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigiliam: & misit ad Olo
phernem, dicens: Præcipiat, quæso, Dominus meus, permittere seruam tuam
ad depre-

ad deprecationem exire. Et præcepit Olophernes custodibus corporis nó prohibere eam. Et mansit in castris dies tres: & exibat per noctem in vallem Betulua, & baptizabatur in castris super fontem aquæ. Et, vt ascenderat, orabat Dominum Deum Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorum populi sui. Et ingrediens munda manebat in tabernaculo, quoadusque attulisset alimentũ suum ad vesperam. Et factum est in die quarta, fecit Olophernes conuiuium seruis suis solis, & non vocauit ad ^β^ ministerium, quemquam ex ijs, qui ad vsus. Et dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia, quæ ipsius: Persuade nunc vadens mulieri illi hebrææ, quæ est apud te, venire ad nos, & comedere, & bibere nobiscum. Ecce enim fœdum faciei nostræ; si mulierem talẽ omittamus non conuersantes cum ea: quoniã si hanc non allexerimus; irridebit nos. Et exiuit Bagoas à facie Olophernis, & intrauit ad eam, & dixit: Ne cunctetur, quæso, puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glorificari ad faciẽ eius, & bibere nobiscum in lætitia vinum, & fieri in die hac, sicut filia vna filiorũ Assur, quæ asistũt in domo Nabuchodonosor. Et dixit ad eum Iudith: Et quæ sum ego contradicens domino meo? quia omne, quod erit in oculis eius placitum, festinans faciam: & erit ^γ^ hoc exultatio vsque ad diem mortis meæ. Et exurgens ornauit se veste, & omni ornatu muliebri. Et accessit serua eius, & strauit ei ante Olophernem humi pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianũ vsum suum, vt manducaret accumbens super eas. Et ingressa recubuit Iudith: & stupuit cor Olophernis super eam, & commota est anima eius: & erat cupidus val de congrediendi cum ea: & obseruabat tempus decipiendi eam, ex qua die vidit eam. Et dixit ad eam Olophernes: Bibe, quæso, & esto nobiscum in lætitia. Et dixit Iudith: Bibam nunc domine: quoniam magnificata est vita mea in me hodie præ omnibus diebus generationis meæ. Et sumens comedit, & bibit corã eo, quæ parauerat serua ipsius. Et lætatus est Olophernes ex ea, & bibit vinum multum valde, quantum non biberat vnquam in die vna, ex quo natus erat.

α Proferemus tibi ad dandum.] *Alii, ἕξομέν σοι δοῦναι*, poterimus tibi dare. β Ministerium.] χρῆσιν, *Alii* κλῆσιν inuitationem. γ Hoc exultatio.] *In aliis εἰς ἀγαλλίαμα*, in exultationem.

CAP. XIII.

VT autem serò factum est, festinauerunt serui illius diuertere: & Bagoas conclusit ^α^ tabernaculum deforis: & exclusit asistentes à facie domini sui: & abierunt ad cubilia sua. Erant enim omnes defatigati: eo quod plurimum productum esset conuiuium. Remansit autem Iudith sola in tabernaculo, & Olophernes iacens super lectum suum: erat enim circumfusum ei vinum. Et dixit Iudith seruæ suæ stare extra cubiculum ipsius, & obseruare exitum eius, sicut quotidie. Exire enim dixit ad orationem suam. Et Bagoæ locuta est iuxta verba hæc. Et abierunt omnes à ^c^ facie: & nemo remansit in cubiculo à paruo vsque ad magnum. Et stans Iudith apud lectum illius, dixit in corde suo: Domine Deus omnis virtutis, respice in hora hac super opera manuum mearum in exaltationem Hierusalem; quoniam nunc tempus suscipere hæreditatem tuam, & facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. Et accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput

Olophernis,

A Olophernis, deposuit acinacem eius ab eo. Et appropinquans lecto apprehen-
dit comam capitis eius, & dixit: Confirma me Deus Israel in die hac. Et percus-
sit in ceruicem eius bis in fortitudine sua, & abstulit caput eius ab eo, & reuoluit
corpus eius a strato, & abstulit conopæum a columnis. Et post paucum exiuit,
& tradidit ancillæ suæ caput Olophernis, & iniecit illud in peram ciborũ suo-
rum: & exierunt ambæ simul secundum consuetudinem suam. Et transeuntes
castra circumierunt vallem illam, & ascenderunt montem Betulua, & venerũt
ad portas eius. Et dixit Iudith a longe ijs, qui custodiebant super portas: Aperi-
te, aperite nunc portam nobiscum Deus, Deus noster ad faciendam adhuc forti
B tudinem in Israel, & potentiam contra inimicos; sicut etiam hodie fecit. Et fa-
ctum est, vt audierunt viri ciuitatis eius vocẽ eius; festinauerunt descendere ad
portam ciuitatis suæ: & conuocauerunt seniores ciuitatis: & concurrerunt om-
nes a paruo vsque ad magnum: quoniam præter opinionem erat eis venire ip-
sam: & aperuerunt portam, & susceperunt eas. Et accendentes ignem ad illumi
nationem, circũdederunt eas. At illa dixit ad eos voce magna: Laudate Deum,
laudate, laudate Deum, qui non amouit misericordiam suam a domo Israel,
sed fregit inimicos nostros per manum meam in nocte hac. Et proferens caput
è pera ostẽdit, & dixit eis: Ecce caput Olophernis principis virtutis Assur, & ec
C ce conopæum, in quo recumbebat in ebrietatibus suis: & percussit eum Domi-
nus in manu fœminæ. Et viuit Dominus, qui custodiuit me in via mea, qua iuit
quoniam decepit eum facies mea in perditionem ipsius, & non fecit peccatum
mecum in pollutionem, & confusionem. Et obstupuit omnis populus valde:
& procumbentes adorauerunt Deum, & dixerunt vnanimiter: Benedictus es
Deus noster, qui ad nihilum redegisti in die hodierna inimicos populi tui. Et
dixit ei Ozias: Benedicta tu filia Deo altissimo præ omnibus mulieribus, quæ
super terram, & benedictus Dominus Deus, qui creauit cælos, & terram, qui di-
rexit te in fractionem capitis principis inimicorum nostrorum: quoniam non
D remouebitur spes tua a corde hominum commemorantium fortitudinem Dei
vsque in seculum. Et faciat ea tibi Deus in sublimitatem æternam visitando
te in bonis, eo quod non pepercisti animæ tuæ propter humiliationem generis
nostri, sed subuenisti ruinæ nostræ, in rectum vadens coram Deo nostro. Et di-
xerunt omnis populus: Fiat, fiat.

a Tabernaculum deforis, & exclusit.] *Alii vbi* [illegible], *qui dimisit*, tabernaculum eius de foris, & dimisit. b Facie.] *In aliis additur*, [illegible] eius.

CAP. XIV.

E ET dixit ad eos Iudith: Audite nunc me fratres: & tollentes caput hoc,
suspẽdite illud super pinnaculum muri vestri. Et erit, cum illuxerit au-
rora, & exiuerit Sol super terram; sumetis vnusquisque vasa bellica ve-
stra, & exibitis omnis vir fortis extra ciuitatem, & dabitis principem in eos,
tanquam descendentes in campum ad excubias filiorum Assur: & non descen-
detis. Et sumentes isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, & excitabunt duces
virtutis Assur, & concurrent ad tabernaculum Olophernis, & non inuenient eũ,
& irruet super eos timor, & fugient a facie vestra. Et insequuti vos, & omnes ha-
bitantes omnem terminum Israel, prosternite eos in vijs eorum. Priusquã vero
faciatis

faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammanitem, vt videns agnoſcat eum, qui vi- A
lipendebat domum Iſrael, & ipſum tanquam ad mortem miſerat ad nos. Et
vocauerunt Achior è domo Oziæ. Vt autem venit, & vidit caput Olopher-
nis in manu viri vnius de eccleſia populi; cecidit in faciem, & exolutus eſt ſpiri
tus eius. Vt autem recrearunt eũ; procidit ad pedes Iudith, & adorauit faciem
eius, & dixit: Benedicta tu in omni tabernaculo Iuda, & in omni gente, qui qui-
dem audientes nomen tuum turbabuntur. Et nunc annuncia mihi, quæcumque
feciſti in diebus his. Et annunciauit ei Iudith in medio populi omnia, quæcum-
que fuerat faciens, ex qua die exijt, vſque dum loquebatur eis. Vt autem ceſſa-
uit loquens; iubilauit populus voce magna, & dedit vocem lætam in ciuitate B
ſua. Videns autem Achior omnia, quæcumque fecerat Deus Iſrael, credidit
Deo valde, & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad domũ Iſrael
vſque in diem hanc. Poſtquam vero aurora aſcendit; & ſuſpenderunt caput
Olophernis è muro. Et ſumpſit omnis vir Iſrael arma ſua, & exiuerunt per
ſpiras ad aſcenſiones montis. Filij autem Aſſur, vt viderunt eos, miſerunt ad
præfectos ſuos. Illi autem venerunt ad duces, & ad Chiliarchos, & ad omnem
principem ſuum. Et aduenerunt ad tabernaculum Olophernis, & dixerunt ei,
qui ſuper omnia illius: Excita nunc Dominum noſtrum, quoniam auſi ſunt ſer-
ui deſcendere ſuper nos ad prælium, vt exterminentur in finem. Et intrauit Ba C
goas, & pulſauit aulam tabernaculi: ſuſpicabatur enim dormire illum cum Iu-
dith. Vt autem nemo exaudiuit, disiungens, intrauit in cubiculum, & inuenit eũ
ſuper ſtratum proiectum mortuum, & caput eius ablatũ erat ab eo. Et clamauit
voce magna cum ploratu, & fletu, & clamore forti, & diſcidit veſtimenta ſua. Et
intrauit in tabernaculum, vbi fuit Iudith diuertens, & non inuenit eam. Et pro-
ſilijt ad populum vociferans. Præuaricati ſunt ſerui: fecit confuſionem vna mu
lier hebræorum in domum regis Nabuchodonoſor, quoniam ecce Olopher-
nes humi, & caput non eſt ſuper eum. Vt autem adiuerunt verba hæc principes
virtutis Aſſur; tunicas ſuas diſciderunt, & turbata eſt anima eorum valde: & fa-
cta eſt eorum vociferatio, & clamor magnus valde in medio caſtrorum. D

CAP. XV.

ET vt audiuerunt, qui erant in tabernaculis; obſtupuerunt ſuper factum:
& irruit ſuper eos timor, & tremor: & non fuit homo manens ad faciem
proximi vltra: ſed effuſi vnanimiter fugiebant ſuper omnem viam cam-
pi, & montanæ. Et qui caſtrametati erant in montana in circuitu Betulua; & ver
ſi ſunt in fugam. Et tunc filij Iſrael, omnis vir bellator ex eis, effuderunt ſe ſuper
eos. Et miſit Ozias in Bæthomaſthæm, & Chobai, & Chola, & ad omnem ter- E
minum Iſrael, qui annunciarent ſuper his, quæ confecta fuerant, & vt omnes ſu-
perfunderẽtur hoſtibus ad perditionem eorum. Vt autem audierũt filij Iſrael;
omnes vnanimiter irruerunt ſuper eos, & cædebant eos vſque Chobà. Similiter
autem & qui de Hieruſalem aduenerãt, & ex omni montana. Annunciauerant
enim eis, quæ facta erant caſtris inimicorum ſuorum. Et qui in Galaad, & qui in
Galilæa, diſsipauerunt eos plaga magna, quoaduſque præterierũt Damaſcum,
& fines eius. Cæteri autem, qui habitabant Betulua, irruerunt in caſtra Aſſur, &

prædati

A prædati ſunt eos,& ditati ſunt valde. Filij autem Iſrael reuertentes à cæde, dominati ſunt reliquorum:& pagi,& villæ in montana, & campeſtri obtinuerunt multa ſpolia: erat enim multitudo plurima valde. Et Ioacim ſacerdos magnus, & ſeniores filiorum Iſrael habitantes in Hieruſalem venerunt ad ſpectandum bona, quæ fecerat Dominus Iſraeli, & ad videndam Iudith, & loquendum cum ea pacem. Vt autem intrarunt ad eam; benedixerunt eam omnes vnanimiter,& dixerunt ad eam: Tu ſublimitas Iſrael, tu exultatio magna Iſrael, tu gloriatio magna generis noſtri. Feciſti omnia hæc in manu tua, feciſti bona cum Iſrael:& bene ſentiat ſuper eis Deus. Benedicta eſto apud omnipotentem Dominum in

B æternum tempus. Et dixit omnis populus: Fiat. Et ſpoliauit omnis populus caſtra per dies triginta:& dederunt Iudith tabernaculum Olophernis,& omnem argenteam ſupellectilem,& lectos,& peluem,& omne vaſarium eius. Et accipiens ipſa impoſuit ſuper mulam ſuam,& iunxit plauſtra ſua,& coaceruauit ea ſuper illa. Et concurrit omnis mulier Iſrael ad videndam eam, & benedixerunt eam:& fecerunt ei chorum ex ſe:& ſumpſit thyrſos in manibus ſuis,& dedit mulieribus, quæ ſecum,& ª coronatæ ſunt oliua, ipſa,& quæ cum ipſa. Et præiuit omnem populum in choræa, ducens omnes mulieres: & ſequebatur omnis vir Iſrael armati cum coronis, & hymnis in ore ſuo. Et inchoauit Iudith

C confeſsionem hanc in omni Iſrael, & ſubcinebat omnis populus laudem hanc.

ª Coronatæ ſunt.] *Eſt hoc loco aliqua varietas in exemplaribus. Compl. autem καὶ ἐστεφάνωσαν τὴν ἐλαίαν αὐτῇ, καὶ τῇ μετ' αὐτῆς*,& impoſuerunt coronam oliuæ ei,& illi, quæ cum ea.

CAP. XVI.

ET dixit Iudith: Incipite Deo meo in tympanis: cantate Domino ᵃmeo in cymbalis: modulamini ei pſalmum nouum: exaltate,& inuocate nomen eius: quoniam Deus conterens bella Dominus: quoniam in caſtris eius in medio populi eripuit me de manu perſequentium me. Venit Aſſur è mō

D tibus ab Aquilone: venit in myriadibus virtutis ſuæ, quarum multitudo earum obſtruxerat torrentes,& equitatus eorum operuerat colles. Dixit combuſturum fines meos,& iuuenes meos perempturum in gladio,& lactentes meos poſiturum in pauimentum,& infantes meos daturum in direptionem, & virgines meas ſpoliaturum. Dominus omnipotens fruſtratus eſt eos in manu fœminæ. Non enim cecidit potens eorum a iuuenibus, neque filij Titanum percuſſerunt eum, neque excelſi gigantes inuaſerunt eum, ſed Iudith filia Merari in pulchritudine faciei ſuæ diſſoluit eum. Exuit enim ſtolā viduitatis ſuæ in ſublimitate laborantium in Iſrael, vnxit faciem ſuam in vnguento,& ligauit capillos ſuos in mitra,& ſumpſit ſtolam lineam in deceptionem illius: ſandalium ipſius rapuit

E oculum eius,& pulchritudo ipſius captiuauit animam eius. Pertranſijt acinaces ceruicē eius: horruerunt Perſæ audaciā ipſius,& Medi cōfidentia ipſius ª diſrupti ſunt. Tūc vociferati ſunt humiles mei,& timuerūt infirmi mei,& expauerūt: exaltauerunt vocē ſuā,& reuerſi ſunt. Filii puellarū cōpunxerunt eos,& tāquam pueros transfugarū vulnerabant eos. Perierunt ab acie Domini mei. Hymnum dicā Deo meo, hymnū dicā. Domine magnus es,& glorioſus, mirabilis in fortitudine, inſuperabilis. Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quoniā dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritū tuū,& ædificauit:& nō eſt qui reſiſtet voci tuæ. Mōtes enim à

fundamentis cum aquis commouebuntur: petræ autē à facie tua tanquam cera, A
liquescent: super timentes autem te tu bene propitiaris eis: quoniam paruum
omne sacrificium in odorem suauitatis; & minimus omnis adeps in holocau-
stoma tibi: timens autem Dominum magnus semper. Væ gentibus insultanti-
bus generi meo. Dominus omnipotens vlciscetur eos in die iudicij, dando ignē,
& vermes in carnes eorum: & plorabūt in sensu vsque in seculum. Vt autem ve-
nerunt in Hierusalem; adorauerunt Deum. Et postquam mundatus est populus;
obtulerunt holocaustomata sua, & spontanea sua, & dona. Et posuit Iudith om-
nia vasa Olophernis, quæ dederat populus ipsi, & conopæum, quod sumpserat
ipsa è cubili eius, in anathema Deo dedit. Et fuit populus lætans in Hierusalem B
ad faciem sanctorum per menses tres: & Iudith cum eis mansit. Post dies autem
hos discessit vnusquisque ad hæreditatem suam. Et Iudith abijt in Betulua, &
mansit super substantiam suam. Et facta est per tempus suum gloriosa in vniuer-
sa terra. Et multi concupierunt eam: & non cognouit vir eam omnibus diebus
vitæ eius; ex qua die mortuus est Manasses vir eius, & appositus est ad populum
suum. Et erat procedens magna valde. Et senuit in domo viri sui annos centum
quinque, & dimisit ancillam suam liberam: & mortua est in Betulua. Et sepelie-
runt eam in spelunca viri eius Manasse: & luxit eam domus Israel dies septem.
Et distribuit substātiam suam, antequam ipsa moreretur, omnibus propinquis C
Manasse viri sui, & propinquis generis sui. Et non fuit amplius, qui terreret fi-
lios Israel in diebus Iudith, & postquam ipsa mortua est, dies multos.

• Disrupti sunt.] *Alii ἐταράχθησαν, turbati sunt.*

ESTHER.

ESTHER.

CAP. I.

ANNO secundo regnante Artaxerse magno, prima die mē-
ſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Iairi filij Se-
mei æ filij Ciſæi de tribu Beniamin homo Iudæus qui ha-
bitabat in vrbe Suſis, homo magnus, miniſtrans in aula re-
gis. Erat autem ex captiuitate, quam captiuam duxerat Na-
C buchodonoſor rex Babylonis è Hieruſalem cum Iecho-
nia rege Iudææ. Et hoc eius ſomnium. Et ecce voces, & tu-
multus, tonitrua, & terræmotus, conturbatio ſuper terram. Et ecce duo draco-
nes magni parati proceſſerunt vtrique ad colluctādum. Et facta eſt eorum vox
magna: & voce eorum parata eſt omnis gens ad bellum, vt impugnarent iuſto-
rum gentem. Et ecce dies tenebrarum, & caliginis, tribulatio, & anguſtia, affli-
ctio, & turbatio magna ſuper terram. Et turbata eſt vniuerſa gens iuſta timentes
ſua mala: & parati erant perire, & clamauerunt ad Deum. A clamore autem eo-
rum factum eſt tanquam à paruo fonte flumen magnum, aqua multa. Et lumen,
D & Sol exortus eſt: & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos. Et excita-
tus Mardochæus, qui viderat ſomnium hoc, & quid Deus deliberauerat face-
re, habuit illud in corde; & in omni verbo volebat cognoſcere illud vſque ad
noctem. Et quieuit Mardochæus in aula cum Gabatha, & Tharra duobus eunu
chis regis, qui cuſtodiebant aulam, & audiuit eorum ſermocinationes, & curas
eorum perſcrutatus eſt. Et didicit, quia parant manus inferre Artaxerſi regi. Et
indicauit regi de his. Et examinauit rex vtroſque eunuchos, & confeſſi ſtrangu-
lati ſunt. Et ſcripſit rex verba hæc in commentario. Et Mardochæus ſcripſit de
verbis his. Et præcepit rex Mardochæo miniſtrare in aula, & dedit ei munera
pro his. Et erat Aman Amadathi Bugæus inclytus coram rege: & quæſiuit noce-
E re Mardochæo, & populo eius propter duos eunuchos regis. Et factum eſt poſt
verba hæc in diebus Artaxerſis: hic Artaxerſes ab Indica centum viginti ſeptem
regiones obtinuit. In iſtis diebus, quando ſedit in throno rex Artaxerſes in
Suſis ciuitate, in anno tertio, regnante ipſo, conuiuium fecit amicis, & reliquis
gentibus, & Perſarum, & Medorum inclytis, & principibus Satraparum. Et poſt
hæc, poſtquā oſtēdit eis diuitias regni ſui, & gloriā lætitiæ [a] opulētiæ ſuæ in die-
bus centū octoginta. Quando autē impleti ſunt dies nuptiarū, fecit rex conuiuiū
gētibus inuentis in ciuitate per dies ſex in atrio domus regis ornato byſſinis, &

carpaſinis extentis ſuper funibus byſsinis, & purpureis, ſuper cubos aureos, & A
argenteos, ſuper columnas parias, & lapideas: lecti aurei, & argentei ſuper paui
mentum ſmaragdini lapidis, & pinnini, & parij lapidis: & ſtrata pellucida varie
ornata floribus; ᵝ in circuitu roſæ ſparſæ: pocula aurea, & argentea, & gemma-
tus calix propoſitus è talentis triginta millibus: vinum multum, & ſuaue, quod
ipſe rex bibebat. Potus autem hic non ſecundum propoſitam legem fiebat. Sic
enim voluit rex, & præcepit œconomis facere voluntatem ipſius, & hominum.
Et Aſtin regina fecit conuiuium mulieribus in regijs, vbi rex Artaxerſes. In
die autem ſeptima exhilaratus rex dixit ad Aman, & Bazan, & Tharra, & Bara-
zi, et Zatholthà, & Abataza, & Tharaba ſeptem eunuchos miniſtros regis Arta B
xerſis, vt introducerent reginam ad ipſum, ad faciendum eam regnare, & circū-
ponendum ei diadema, & oſtendendam eam principibus, & gentib. pulchritu-
dinem eius, quoniam pulchra erat. Et non exaudiuit eum Aſtin regina, vt veni-
ret cum eunuchis. Et triſtatus eſt rex, & iratus eſt, & dixit amicis ſuis: Secundū
hæc loquuta eſt Aſtin. Facite igitur de hoc legem, & iudicium. Et acceſsit ad eū
Arceſæus, & Sarſathæus, & Maliſear principes Perſarum, & Medorum, qui pro-
pe regem, qui primi aſsidentes regi, & annunciauerunt ei, ſecundum leges quo-
modo oportet facere Aſtin reginæ, quia non fecit ea, quæ à rege ſunt conſtitu-
ta per eunuchos. Et dixit Muchæus ad regem, & principes: Non regem ſolum C
iniuria affecit Aſtin regina, ſed etiam omnes principes, & duces regis: (Etenim
narrauit eis verba reginæ, & quomodo contradixit regi:) Sicut igitur contradi-
xit regi Artaxerſi; ſic hodie reliquæ dominæ principum Perſarum, & Medorū
audientes, quæ regi dicta ſunt ab ea, audebunt ſimiliter vilipendere viros ſuos.
Si igitur videtur regi, ſtatuat edictum regium, & ſcribatur ſecundum leges Me
dorum, & Perſarum, & non aliter vtatur, neque ingrediatur vltra regina ad eū,
& regnum illius det rex mulieri meliori ea. Et audiatur lex, quæ à rege; quam-
cumque fecerit in regno ſuo. Et ita omnes mulieres deferent honorē viris ſuis
à medico vſque ad diuitem. Et placuit verbum regi, & principibus. Et fecit rex,
ſicut loquutus eſt Muchæus, & miſit in omne regnum per regionem iuxta ſer- D
monem eorum; vt eſſet timor eis in domibus ſuis.

ᵅ Opulentiæ.] *Abeſt à multis.* ᵝ In circuitu roſæ ſparſæ.] Et *hæc à Compl. quemadmodum & non-nulla alia, licet ſint in pleriſque: præcipue autem illa quæ paulo poſt ſequuntur,* & gemmatus calix propoſitus è talentis triginta millibus.

CAP. II.

ET poſt verba hæc ceſſauit rex à furore: & ᵅ nō vltra recordatus eſt ipſius
Aſtin, in memoria habens, qualia loquuta erat, & quomodo condemna-
uerat eā. Et dixerunt miniſtri regis: Quærātur regi puellæ incorruptæ pul E
chræ ſpecie: & conſtituet rex præfectos in omnib. regionib. regni ſui: & deligant
puellas virgines pulchras ſpecie in Suſam ciuitatem in Gynæcæum; & tradātur
eunucho regis cuſtodi mulierum: & detur vnguentum abſtergens, & reliquus
cultus. Et mulier, quæ placuerit regi, regnabit pro Aſtin. Et placuit regi res, & fe
cit ſic. Et homo erat in Suſis ciuitate, & nomen eius Mardochæus filius Iairi filii
Semeiæ filij Ciſæi de tribu Beniamin, qui fuerat ductus captiuus è Hieruſalē, quā
captiuauerat Nabuchodonoſor rex Babylonis. Et erat huic puella nutrita filia
Aminadab fratris patris ipſius, & nomē ei, Eſther. In tranſmigrādo autē parētes
eius, eiu-

A eius, erudiuit eam sibi in mulierem. Et erat puella pulchra specie. Et quando auditum est edictum regis; congregatæ sunt multæ puellæ in Susam ciuitatem sub manum Gai. Et ducta est Esther ad Gai custodem mulierum: & placuit ei puella, & inuenit gratiam in conspectu eius. Et festinauit dare ei vnguentum, & partem, & septem puellas assignatas ei è domo regia. Et vsus est illa bene, & ancillis eius in Gynæcæo. Et non indicauit Esther genus suum, neque patriam. Mardochæus enim mandauerat ei non annunciare. Per singulos autem dies deambulabat Mardochæus per atriũ Gynæcæi, speculans, quid Esther accideret. Hoc autem erat tempus puellæ intrandi ad regem, cum impleuerit mẽses duo-
B decim. Sic enim implentur dies cultus, menses sex vnctis in [β] oleo myrrhino, & menses sex in aromatibus, & in vnguentis mulierum: & tunc [γ] ingreditur ad regem: & cuicumque dixerit [δ], tradet eã, vt simul ingrediatur ad se de Gynæcæo vsque ad regias; vespere ingreditur, & [ε] versus diem recurrit in Gynæcæum secundum, vbi Gai eunuchus regis, custos mulierum: & non vltra ingreditur ad regem, nisi vocata fuerit nomine. Dum autem impleretur tempus Esther filiæ Aminadab fratris patris Mardochæi intrandi ad regem; nihil præuaricata est eorum, quæ mandauit eunuchus custos mulierum. Erat enim Esther inueniens gratiam apud omnes aspicientes eam. Et intrauit Esther ad Artaxersem regem
C duodecimo mense, qui est Adar, septimo anno regni eius. Et amauit rex Esther: & inuenit gratiam præ omnib. virginibus: & imposuit ei diadema muliebre. Et fecit rex conuiuium omnib. amicis suis, & virtutibus per dies septẽ: & exaltauit nuptias Esther, & remissionem fecit ijs, qui sub regno ipsius. Mardochæus autem seruiebat in aula. Esther autem non indicauit patriam suam. Sic enim mandauerat ei Mardochæus, timere Deum, & facere præcepta eius, sicut erat cum eo. Et Esther non mutauit educationem suam. Et tristati sunt duo eunuchi regis principes custodum corporis; quoniam prouectus fuerat Mardochæus: & quærebãt occidere Artarxersem regem. Et manifestum fuit Mardochæo verbũ, & significauit Esther, & ipsa patefecit regi insidias. Rex autem examinauit
D duos illos eunuchos, & suspendit eos. Et præcepit rex [ζ] seponere in commentario in regia bibliotheca pro beneuolentia Mardochæi in encomio.

[α] Non vltra.] *Absunt ista a Compl. Et vulgata*, recordatus est. [β] Oleo myrrhino.] *Idem ordo in vulg. itaslicet præposterus in alus.* [γ] Ingreditur.] *Plerique εἰσπορεύονται*, ingrediuntur. [δ] Tardet.] *Alii παραδῶναι*, vt tradat. [ε] Versus diem.] *Et vulgata*, mane, *Compl. autem πρὸς ἑσπέραν*, ad vesperam. [ζ] Seponere.] *Compl. καταχωρίσαι*, describere.

CAP. III.

E POST hæc autem glorificauit rex Artarxerses Aman Amadathi Bugæũ, & exaltauit eum: & prior sedebat omnibus inimicis suis: & omnes, qui in aula, adorabant eũ. Ita enim præcepit rex facere. Mardochæus autẽ non adorabat eum. Et loquuti sunt, qui in aula regis, Mardochæo: Mardochæe, quid non obseruas ea, quæ à rege dicuntur? Per singulos dies loquebantur ei: & nõ obediebat eis. Et indicarunt Amman, Mardochæũ verbis regis repugnantẽ: & indicarat eis Mardochæus, quia Iudæus est. Et cognoscẽs Aman, quia nõ adorat eũ Mardochæus; indignatus est valde, & decreuit delere omnes, qui sub Artarxersis regno, Iudæos. Et fecit decretũ in anno duodecimo regni Artaxersis, & misit sortes, diẽ ex die, & mensem ex mẽse, vt perderet in vna die genus Mardochæi.

Et cecidit sors in quartam & decimam mensis, qui est Adar. Et locutus est ad re- A
gem Artaxersem, dicens: Est gens disseminata in gentibus in omni regno tuo: le
ges autem eorum diuersæ præter omnes gentes: legibus autem regis sunt ino-
bedientes: & non confert regi permittere eos. Si videtur regi, decernat perdere
eos: & ego describam in gazophylacio regis argenti talenta decem millia. Et
tollens rex annulum, dedit in manus Aman ad obsignandum [a] super ijs, quæ
scripta contra Iudæos. Et dixit rex ad Aman. Argentum quidem habe: gēte au-
tem vtere, sicut vis. Et vocati sunt scribæ regis mense primo tertiadecima die:
& scripserunt, sicut præcepit Aman, ducibus, & principibus per omnem regio-
nem ab Indica vsque ad Æthiopiam, centum viginti septem prouincijs, & prin B
cipibus gentium secundum eorum linguam, per Artaxersem regem. Et missum
est per [b] tabellarios in Artaxersis regnum, delere genus Iudæorum in die vna
mensis duodecimi, qui est Adar, & diripere substantias eorum. Epistolæ autem
exemplar est hoc. Rex magnus Artaxerses ijs, qui ab India vsque ad Æthiopicā
centum viginti septem prouinciarum principibus, & locorum præfectis subie-
ctis hæc scribit. Multis cum imperarem gentibus, & vniuersum obtinuissem or-
bem; volui confidentia potestatis non elatus, sed mitius, & cum mansuetudine
semper gubernans, subiectorum tranquillas perpetuo reddere vitas, & [c] regnū
placidum, & peruium vsque ad fines præbens, renouare etiam optatam omni-
bus hominibus pacem. Percunctante autem me consiliarios, quomodo perdu- C
catur hoc ad finem, is, qui moderatione apud nos [d] præcellit, & in beneuolen-
tia immutabilis, & stabili fide probatus, & secundum à rege honorem adeptus
Aman indicauit nobis in omnibus, quæ per orbē, tribubus admistum esse odio-
sum populum quendam, legibus oppositum aduersus omnes gentes, & regum
prætermittētes assidue constitutiones; vt non cōponatur is, quià nobis dirigi-
tur, sine vitio concors principatus. Cum igitur acceperimus hanc ipsam gētem
solam ex aduerso omni semper homini positam, commutantem institutionem
legum peregrinam, & dissentientem nostris rebus pessima consummare mala,
& ad id, vt regnum bonum statum non consequatur; præcipimus igitur ijs, qui D
significantur vobis in scriptis ab Aman præposito super negocia, & [e] secundo
patre nostro, omnes cum vxoribus, & filijs [f] perdere radicitus ipsis inimicorū
gladijs, sine vlla misericordia, & clementia, die quartadecima duodecimi men
sis Adar præsentis anni: vt qui olim, & nunc inimici, in die vna violente ad infer
num descendentes, in posterum tēpus bene constitutas, & tranquillas præbeant
nobis perfecte res. Exemplaria autem epistolarum edita sunt per regionem,
& imperatum fuit omnibus gentibus, paratos esse in diem istam. Vrgebatur au-
tem negocium & in Susa. Rex autem, & Aman epulabantur: turbabatur autem
ciuitas. E

a Super ijs, quæ scripta.] *κατὰ τῶν γεγραμμένων. Nonnullis κατὰ τὸ γεγραμμένον* secundū quod scriptum erat. *Aliquot etiam, πάντα τὰ γεγραμμένα,* omnia, quæ scripta. b Tabellarios.] *βιβλιαφόρων, aut βιβλιοφόρων, & vulgata,* cursores. *Alii autem βιβλιογράφων,* scriptores litterarum. c Regnum placidum.] *Plerique βασιλείαν ἥρεμον,* regnum quietum. d Præcellit.] *διαφέρων, longe melius, quàm quod in aliis, διενέγκας.* e Secundo patre nostro.] *Compl. καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν,* & secundo à nobis. *In vulgata videtur vtrumque coniungi, & secundus à rege, & quem patris loco colimus.* f Perdere.] *Alii ἀπολέσθαι,* perdi.

CAP.

A CAP. IV.

MARDOCHÆVS autem cognoscens id, quod consummatũ fuerat; discidit vestimenta sua, & indutus est sacco, & conspersit se cinere: & exiliẽs per plateã ciuitatis, clamabat voce magna: Tollitur gens, quæ nihil iniuste egit. Et venit vsque ad portam regis, & stetit. Non enim erat ei licitum ingredi in aulam, saccum habẽti, & cinerem. Et in omni regione, vbi editæ fuerant litteræ, clamor, & planctus, & luctus magnus Iudæis: saccum, & cinerem strauerant sibi. Et intrauerunt ancillæ, & eunuchi reginæ, & annunciarunt

B ei. Et turbata est audiens factum. Et misit ad induendum stola Mardochæum, & auferendum eius saccum. Ille autem persuasus non est. Esther autem aduocauit Achrathæum eunuchum suũ, qui assistebat ei, & misit, vt disceret ipsa à Mardochæo rem ipsam exquisite. Mardochæus autem indicauit ei factum, & promissionem, quam promiserat Aman regi in gazam talentorum decem milliũ, vt perdat Iudæos. Et exemplar in Susis editum de ipsis perdendis dedit ei ad ostendendum ipsi Esther, & dixit ei, vt mandaret illi ingredienti deprecari regem, & orare eum pro populo, memor dierum humiliationis tuæ, quomodo nutrita es in manu mea: quoniam Aman secundus à rege locutus est contra

C nos ad mortem. Inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, libera nos à morte. Ingressus autem Achrathæus locutus est ei omnia verba hæc. Dixit autem Esther ad Achrathæum: Vade ad Mardochæum, & dic, quia gentes omnes regni sciunt, quia omnis homo, vel mulier, qui ingredietur ad regem in aulam interiorem non vocatus, non est ei salus: tantum, cui extenderit rex auream virgam, hic saluabitur. Et ego non sum vocata ingredi ad regem, sunt ipsi dies triginta. Et annunciauit Achrathæus Mardochæo omnia verba Esther. Et dixit Mardochæus ad Achrathæum: Vade, & dic ei: Esther, ne dixeris tibi, quia saluaberis sola in regno præter omnes Iudæos: quoniam, nisi audieris in tempore

D hoc; aliunde auxilium, & protectio erit Iudæis: tu autem, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, si ad tempus hoc facta es regina? Et misit Esther eum, qui veniebat ad se, ad Mardochæum, dicens: Vadens conuoca Iudæos, qui in Susis, & ieiunate super me, & non comedatis, neque bibatis per dies tres, nocte & die: & ego vero, & ancillæ meæ abstinebimus à cibo: & tunc ingrediar ad regem præter legem, etiam si perire me oporteat. Et pergens Mardochæus fecit, quæcumque mandarat ei Esther. Et deprecatus est Dominum, memor omniũ operum Domini, & dixit: Domine Domine rex omnipotens, quia in potestate tua sunt omnia, & non est, qui dissentiat à te, cum tu volueris saluare Israel: quo-

E niam tu fecisti cælum, & terram, & omne, quod suspicitur in subcælesti: & Dominus es omnium, & non est, qui resistat tibi Domino. Tu omnia cognoscis: tu nosti Domine, quia non in contumelia, neque in superbia, neque in cupiditate gloriæ feci hoc, vt non adorarem superbum Aman: quoniam bene affectus erã osculari vestigia pedum eius ad salutem Israel: sed feci hoc, vt nõ ponerem gloriam hominis super gloriam Dei: & non adorabo quemquam præter te Dominum meum, & non faciam hæc in superbia. Et nunc Domine Deus rex Deus Abraam parce populo tuo: quoniam intuentur nos ad perditionem, & concupierunt perdere eam, quæ à principio, hæreditatem tuam. Ne despicias partẽ, tuam,

tuam, quam tibi redemisti è terra Ægypti. Exaudi deprecationem meam, & A
propitiare sorti tuæ, & verte luctum nostrum in delectationē: vt viuentes hymnis celebremus nomen tuum Domine: & ne deleas os laudantium te Domine. Et omnis Israel vociferatus est ex fortitudine sua; quoniam mors sua in oculis ipsorum. Et Esther regina confugit ad Dominum in agone mortis comprehensa: & auferens vestimenta gloriæ suæ, induit vestimenta angustiæ, & luctus: & pro superbis suauitatibus, cinere, & fimo impleuit caput suum: & corpus suum humiliauit valde: & omnem locum γ ornatus exultationis suæ repleuit laceratis capillis suis: & deprecata est Dominum Deum Israel, & dixit: Domine mi rex noster tu es solus: adiuua me solam, & non habentem adiutorem, nisi te: quo B
niam periculum meum in manu mea. Ego audiebam à natiuitate mea in tribu patriæ meæ, quia tu Domine assumpsisti Israel ex omnibus gentibus, & patres nostros ex omnibus maioribus eorum in hæreditatem æternā, & fecisti eis, quæcumque locutus es. Et nunc peccauimus coram te: & tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum, eo quod glorificauimus Deos eorū. Iustus es Domine. Et nunc nō satis habuerunt in amaritudine seruitutis nostræ: sed δ posuerunt manus suas super manus idolorum suorum ad tollendam determinationem oris tui, & delendam hæreditatem tuam, & obturandum os laudantium te, & extinguendam gloriam domus tuæ, & altaris tui, & aperiendum os gentium ad vir-
tutes vanorum, & admirationi habendum regem carneum in seculum. Ne tra- C
das Domine sceptrum tuum ijs, qui non sunt: & non irrideant in ruina nostra: sed verte consilium eorum super eos: & in eum, qui cœpit super nos, exempla statue. Memento Domine, ostende te in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam rex Deorum, & omni principatui imperans. Da sermonem bene cōpositum in os meum coram leone, & transfer cor illius in odium impugnantis nos, in consummationem eius, & consentientium ei. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me solam, & non habentem, nisi te Domine. Omnium scientiam habes, & nosti, quia odi gloriam iniquorum, & abominor cubile incircunciso-
rum, & omnis alieni. Tu nosti necessitatem meam; quia abominor signum su- D
perbiæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ: abominor illud, sicut pannum ε menstruorum: & non porto illud in diebus silentij mei. Et non comedit serua tua mensam Aman: & non glorificaui conuiuium regis, neque bibi vinum libaminum: & non est lætata serua tua à die translationis meæ vsque nunc, nisi in te Domine Deus Abraam: Deus fortis super omnes, exaudi vocem desperatorum, & erue nos de manu malignantium, & libera me à timore meo.

α Achrathæum.] *Compl.* ἀδὰχ, *& vulgata,* Athach. β Vt mandaret illi.] *Hæc paululum immuta-* E
ta videtur S. Hieronymus habuisse post ea, quæ sunt in extremo huius capitis. γ Ornatus.] *Abest a multis.* δ Posuerunt.] *Huic lectioni videtur etiam conuenire cum vulgata. Alii* ἔθηκας, posuisti. ε Menstruorum.] *S. Aug. epist. 199. ad Ediciam videtur habuisse,* menstruatæ, *vt vulgata.*

CAP. V.

ET factum est in die tertia vt cessauit orans, exuit vestimenta α seruitutis, & circundata est gloria sua: & facta splendens, inuocans omnium inspectorem Deum & saluatorem, assumpsit duas famulas, & vni quidem innite-

A innitebatur, tanquam delicijs diffluens, altera autem subsequebatur alleuans vestem eius. Et ipsa rubens vigore pulchritudinis suæ: & facies eius hilaris, tanquã iucunda: cor autem eius arctatum præ timore. Et ingressa omnes ianuas stetit in conspectu regis. Et ipse sedebat super thronum regni sui, & omnem stolã splendoris sui induerat, totus in auro, & lapidibus preciosis, & erat terribilis valde. Et eleuans faciem suam inflammatam gloria, in vigore furoris aspexit. Et cecidit regina, & mutauit colorem suum in dissolutione, & procubuit super caput ancillæ præeuntis. Et immutauit Deus spiritum regis ad mansuetudinem: & factus in agonia prosilijt è throno suo, & assumpsit eam super vlnas suas, donec restituta est.
B Et consolabatur eam verbis pacificis, & dixit ei: Quid est Esther? Ego frater tuus: Confide, nõ morieris: quoniam commune præceptum nostrum est: accede. Et eleuans auream virgam imposuit super ceruicem eius, & amplexus est eam: & dixit, loquere mihi. Et dixit ad eum: Vidi te Domine tanquam angelum Dei, & turbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ: quoniam mirabilis es Domine, & facies tua gratiarum plena. Dum autem ipsa loqueretur, cecidit præ dissolutione. Et rex turbatus est: & omne famulitium eius consolabatur eã. Et dixit rex: Quid vis Esther? Et quod tuum est postulatum? Vsque ad dimidium regni mei, [β] & erit tibi. Dixit autem Esther: Dies mea insignis hodie est. Si
C igitur videtur regi; veniat & ipse, & Aman ad conuiuium, quod faciam hodie. Et dixit rex: Vocate cito Aman, vt faciamus verbum Esther. Et aduenìunt vtrique ad conuiuium, quod dixit Esther. In potatione autem dixit rex ad Esther: Quid est regina Esther? & erunt, quæcunque postulaueris. Et dixit: Petitio mea, & [γ] postulatum: si inueni gratiam in conspectu regis; veniat rex, & Aman adhuc cras ad conuiuium, quod faciam eis, & cras faciam ea. Et exijt Aman à rege alacer [δ] lætus. In videndo autem Aman Mardochæum Iudæum in aula, indignatus est valde. Et ingressus in propria, vocauit amicos, & Zosaram vxorem suam, & demõstrauit eis diuitias suas, & gloriam, quam rex ei circumposuerat, & quomodo fecerat eum tenere primum locũ, & præesse regno. Et dixit Aman:
D Non vocauit regina cum rege quemquam ad conuiuium, nisi me: etiam in crastinam vocatus sum. Et hæc mihi non placent; quandiu videro Mardochæum Iudæum in aula. Et dixit ad eum Zosara vxor eius, & amici: Cædatur tibi lignũ cubitorum quinquaginta: mane autem dic regi, & suspendatur Mardochæus super lignum. Tu autem intra ad conuiuium cum rege, & lætare. Et placuit verbum ipsi Aman, & paratum fuit lignum.

α Seruitutis.] *Compl.* τὸ πένθος. luctus. *Vulgata*, ornatus. β Et erit.] *Illud, &, abest à Compl. sed non ab hebræo, neque a collatis codicibus.* γ Postulatum.] *In aliis additur* μου, meum. δ Lætus.] *Compl.* & lætus.

E

CAP. VI.

DOMINVS autem amouit somnum à rege nocte illa: & dixit ministro suo afferre litteras memoriales dierum ad legendum ei. Inuenit autem litteras scriptas de Mardochæo, quomodo annunciarat regi de duobus eunuchis regis, dum illi custodias agerent, & quærerent inferre manum Artaxersi. Dixit autem rex: Quam gloriam, vel gratiam fecimus Mardochæo? Et dixerunt ministri regis: Non fecisti ei quicquam. Dum autem percunctaretur

rex de

rex de beneuolentia Mardochæi, ecce Aman in aula. Dixit autem rex: Quis in aula? Aman autem intrauerat ad dicendum regi, vt suspenderet Mardochæum in ligno, quod parauerat. Et dixerunt ministri regis: Ecce Aman stat in aula. Et dixit rex: Vocate eum. Dixit autem rex ad Aman: Quid faciam homini, quẽ ego volo glorificare? Dixit autem in seipso Aman: Quem vult rex glorificare, nisi me? Dixit autem ad regem: Hominem quem vult rex glorificare, afferant pueri regis stolam byssinam, qua rex circundatur, & equum, super quem rex inscendit, & det vni amicorum regis honoratorum, & induat stola hominem, quẽ rex diligit: & ascendere faciat eum super equum, & prædicet per platæam ciuitatis, dicens: Sic erit omni homini, quem rex glorificat. Dixit autem rex ad Aman: Probe locutus es. Sic facito Mardochæo Iudæo seruienti in aula: & non decidat à te verbum ex ijs, quæ locutus es. Sumpsit autem Aman stolam, & equum, & stola induit Mardochæum, & imposuit super equum, & transiuit per platæam ciuitatis, & prædicabat dicens: Sic erit omni homini, quem rex vult glorificare. Redijt autem Mardochæus in aulam. Aman autem reuersus est in propria tristans demisso capite. Et narrauit Aman quæ sibi acciderant, Zosaræ vxori suæ, & amicis. Et dixerunt ad eum amici, & vxor: Si de genere Iudæorum Mardochæus, cœpisti humiliari coram eo: cadens cades, & non poteris eum vlcisci: quoniam Deus viuens cum eo. Adhuc ipsis loquentibus, adueniunt eunuchi vrgentes Aman ad conuiuium, quod parauerat Esther.

A B C

CAP. VII.

INTRAVIT autem rex, & Aman, vt biberent cum regina. Dixit autem rex ad Esther secunda die in potatione: Quid est Esther regina? & quæ petitio tua, & quod postulatum tuum? Et esto tibi vsque ad dimidium regni mei. Et respondens dixit: Si inueni gratiam in conspectu regis; detur anima petitioni meæ, & populus meus postulationi meæ. Venditi enim sumus, & ego, & populus meus in perditionẽ, & direptionẽ, & seruitutẽ nos & filij nostri in pueros, & ancillas: & non audiui: nõ enim dignus criminator aula regis. Dixit autẽ rex: Quis iste, qui ausus est facere rẽ hanc? Dixit autem Esther: Homo inimicus Aman malignus iste. Aman autem turbatus est ex rege, & regina. Rex autem surrexit à symposio in hortum. Aman autẽ deprecabatur reginam. Viderat enim se in malis esse. Reuertit autem rex de horto. Aman autem procubuerat super lectum orãs reginam. Dixit autem rex: Vt etiam vxori vim afferat in domo mea? Aman autem audiens confusus est facie. Dixit autem a Bugathan vnus eunuchorum ad regem: Ecce & lignum parauit Aman Mardochæo, qui locutus est pro rege: & erectum est in proprijs Aman lignum cubitorum quinquaginta. Dixit autem rex: Crucifigatur in eo. Et suspensus est Aman super lignum, quod paratum fuerat Mardochæo. Et tunc rex cessauit à furore.

D E

a Bugathan vnus eunuchorum.] *Compl χαρβωνα, & vulgata, Arbona. Verum post ista verba in Compl. & multis aliis sequuntur nonnulla: quæ quoniam à vetustioribus, & hebræo, & vulgata absunt; nihil causæ esse diximus, cur referrentur.*

CAP. VIII.

A ET in eadem die rex Artaxerses largitus est Esther, quæcumque fuerant Aman calumniatori. Et Mardochæus accersitus est a rege. Indicauit enim Esther, quia sibi propinquus erat. Sumpsit autẽ rex annulum, quem abstulerat ab Aman, & dedit eum Mardochæo. Et Esther constituit Mardochæũ super omnia, quæ fuerant Aman: & adijciens locuta est ad regem, & procidit ad pedes eius, & postulauit auferre malum ipsius Aman, & quæcumque fecerat Iudæis. Extendit autem rex ad Esther virgam auream. Surrexit autẽ Esther

B ad adstandum regi. Et dixit Esther. Si videtur tibi, & inueni gratiam; mittatur, vt reuertantur litteræ missæ ab Aman, scriptæ vt perderentur Iudæi, qui sunt in regno tuo. Quomodo enim potero videre afflictionem populi mei, & quomodo potero saluari in perditione patriæ meæ? Et dixit rex ad Esther: Si omnem substantiam Aman dedi, & gratificatus sum tibi, & ipsum suspendi super lignũ, quoniam manus intulerat Iudæis; quid adhuc quæris? Scribite etiam vos ex nomine meo, sicut videtur vobis, & obsignate annulo meo. Quæcumque enim scribuntur rege præcipiente, & obsignata fuerint annulo meo; non est eis contradicere. Vocati autem sunt Scribæ in * primo mense, qui est Nisan, tertia & vige

C sima eiusdem anni, & scriptum est Iudæis, quæcumque mandauit Oeconomis, & principibus Satraparum ab India vsque ad Æthiopiam centum viginti septem Satrapis per prouinciam, & prouinciam, secundum eorum linguam. Scriptum est autem per regem, & obsignatum annulo eius. Et miserunt litteras per tabellarios, quomodo præcepit eis vti legibus suis in omni ciuitate, & auxiliari illis, & vti inimicis ipsorum, & aduersarijs ipsorum, sicut volunt, in die vna in omni regno Artaxersis tertia decima die duodecimi mensis, qui est Adar. Quarum est exemplar epistolæ, quæ subscripta sunt. Rex magnus Artaxerses ab India vsque Æthiopiam centũ viginti septem c prouincijs, regionum prin-

D cipibus, & ijs qui nostra curant, valere. Multi plurima bene facientium bonitate frequentius honorati, maiora sapuerunt, & non solum subiectos nobis quærunt malis afficere, & satietatem non valentes ferre, etiam in suos ipsorum benefactores aggrediuntur machinari: & gratitudinem non solum ex hominibus auferentes, sed etiam insolitorum bonorum pompis elati, illius omnia inspicientis semper Dei inimicam malignis sententiam existimant se vitaturos. Sæpe autem & multos eorum, qui in potestatibus sunt constituti, qui persuasi sunt suscipere amicorum negotia, r blanditia participes sanguinũ innocentũ eos reddẽs, circũdedit calamitatibus incurabilibus, fallaci malignitatis deceptio-

E ne decipientibus imperãtium simplicem probitatem. Contemplari autẽ licet (non tam ex veteribus vt tradidimus historijs) exquirẽtes vos quæcumque ad pedes impie sunt cõsummata eorũ, qui indigna dominatione premunt, pestifera corruptela, & attendere ad ea, quæ post hæc; quomodo regnum tranquillũ omnibus hominibus cum pace præbebimus vtentes mutationibus, & quæ ad conspectum veniunt, dijudicantes semper cum æquiore occursu. Etenim Amã Amadathi Macedo re uera, alienus a Persarum sanguine, & multum distans a nostra benignitate, peregrinus a nobis susceptus, consequutus est, quam habemus erga omnẽ gentem, humanitatem, eo vsque, vt appellaretur noster pater,

& adoratus ab omnibus secundam regalis throni personam gereret. Non ferens autem superbiam studuit principatu priuare nos, & spiritu, & nostrum saluatorem, ac per omnia benefactorem Mardochæum, & inculpatam regni consortẽ Esther cum vniuersa horum gente multiplicibus artificiorum deceptionibus petens ad perditionem. Per hos enim modos putauit nactus nos desolatos, Persarum imperium ad Macedonas transferre. Nos autem traditos à ter exitiali illo ad perditionem Iudæos inuenimus non esse maleficos, sed iustissimis gubernari legibus, esse autem filios altissimi maximi viuentis Dei, qui direxit et nobis, & maioribus nostris regnum in pulcherrima dispositione. Recte igitur facietis non vtentes missis ab Aman Amadathi litteris; eo quod ipse, qui hæc mo- A
litus est, apud Susarum portas crucifixus est cum tota familia, dignum eo, qui omnia tenet, Deo velociter reddente ei iudicium. Exemplar autem epistolæ huius edentes in omni loco cum libertate permittatis Iudæos vti suis legitimis, & adminiculo sitis eis, vt illos, qui in se in tempore tribulationis insurrexerant, vlciscantur die tertiadecima duodecimi mensis Adar eadem die. Hanc enim omnium dominator Deus pro perditione electi generis fecit eis lætitiam. Et vos igitur in inclytis vestris festiuitatibus insignem diem cum omni lætitia agite; vt & nunc, & post hæc salus sit nobis, & ijs, qui beneuoli sunt Persis, ijs autem, qui nobis insidiantur, memoriale perditionis. Omnis autem ciuitas, vel prouin- B
cia omnino, quæ secundum hæc non fecerit, hasta, & igni consumetur cum ira, ᵟ non solum hominibus inuia, sed etiam bestijs, & volatilibus in omne tempus odiosissima reddetur. Exemplaria autem proponantur visibiliter in omni regno, paratique sint omnes Iudæi in hanc diem, debellare suos aduersarios. C

α Primo.] *Vulgata*, tertij mensis, qui appellatur Siban. *Sed multa sunt huiusmodi varietates.* β Prouinciis.] *σατραπείαις. Alii σατράπαις*, Satrapis. γ Blanditia.] *Sic visum est vertendum ψυχαγωγία, licet alii* solatium. δ Non solum.] *Compl.* & non solum.

CAP. IX. D

IGITVR ipsi quidem equites exiuerunt festinantes ea, quæ à rege dicta erant, perficere. Propositum est autem edictum etiã in Susis. Mardochæus autem processit ornatus regali stola, & coronam habens auream, & diadema byssinum purpureum. Videntes autem, qui in Susis, gauisi sunt. Iudæis autẽ facta est lux, & lætitia per ciuitatem, & prouinciam, vbicumque propositum fuerat edictum, gaudiũ & lætitia Iudæis, epulatio, & lætitia. Et multi ex gẽtibus circũcidebantur, & iudaizabãt propter timorem Iudæorũ. In duodecimo enim mense, tertiadecima mensis, qui est Adar, aderant litteræ scriptæ à rege. In eadem die perierunt, qui aduersabantur Iudæis. Nullus enim contra stetit, timens E
eos. Principes enim satraparum, & tyranni, & regij Scribæ honorabant Iudæos. Timor enim Mardochæi incubuerat eis. Aduenerat enim edictum regis, vt nominatus esset in omni regno. Et in Susis ciuitate interfecerunt Iudæi viros quingentos, & Pharsannes, & Delphon, & Phasga, & Pharadatha, & Barea, & Sarbara, & Marmasima, & Ruphæum, & Arsæum, & Zabuthæum, decem filios α Amã Amadathi Bugæi inimici Iudæorum, & β diripuerunt in eadem die. Et datus est numerus regi eorum, qui perierant in Susis. Dixit autem rex ad Esther:

Peremerunt

A Peremerunt Iudæi in Susis ciuitate viros quingentos: in adiacente autem quomodo, putas, vsi sunt? Quid igitur postulas amplius, & erit tibi? Et dixit Esther regi. Detur Iudæis, vt vtantur similiter cras, vt decem filios Aman suspendant. Et permisit rex sic fieri, & permisit Iudæis ciuitatis, corpora filiorum Aman suspendere. Et congregati sunt Iudæi in Susis quartadecima Adar, & occiderũt viros trecentos, & nihil diripuerunt. Cæteri autem ex Iudæis, qui in regno, congregati sunt, & seipsos adiuuabant, & requieuerunt ab hostibus. Peremerunt enim ex eis ᵞ quindecim millia die tertiadecima Adar, & nihil diripuerunt. Et requieuerunt quartadecima eiusdem mensis, & egerunt diem illum requietis
B cum gaudio, & lætitia. Iudæi autem, qui in Susis ciuitate, congregati sunt etiam quartadecima; & requieuerunt. Egerunt autẽ & quintãdecimã cũ gaudio & lætitia. Propter hoc igitur Iudæi, qui disseminati sunt in omni regione, quæ extra muros, agũt quartãdecimam Adar diem bonam cum lætitia, mittentes partes vnusquisque ᵟ proximo. Scripsit autem Mardochæus verba hæc in libro, & misit Iudæis, quicumque erant in regno Artaxersis, ijs qui prope, & ijs qui longe, vt statuerent dies hos bonos, & celebrarent quartamdecimam, & quintãdecimam Adar (In his enim diebus requieuerunt Iudæi ab inimicis suis) & mẽsem in quo facta est eis conuersio, qui erat Adar, ex luctu in gaudium, & ex dolore
C in bonam diem, celebrarent totum, bonos dies nuptiarũ, & lætitiæ, mittentes partes amicis, & mẽdicis. Et susceperunt Iudæi, sicut scripsit eis Mardochæus, quomodo Aman Amadathi Macedo impugnabat eos, sicut posuerat decretũ sortẽ delendi eos, & vt intrauit ad regem dicens, suspenderet Mardochæum: quæcũque vero aggressus est inducere super Iudæos mala, super ipsum euenerunt, & suspensus est ipse, & filii eius. Propter hoc vocati sunt dies illi ᵋ Phruræ propter sortes: quoniam lingua eorũ vocantur Phruræ. Per verba epistolæ huius quæcumque passi sunt propter hæc, & quæcumque euenerunt ipsis. ᶎ Et statuit, & susceperunt Iudæi super se, & super semen suum, & super appositos ad ipsos:
D nec sane aliter vtentur. ᵑ Dies autem hi memoriale perfectum per progeniem & progeniem, & ciuitatem, & patriam, & regionem. Dies autem hi ipsorum Phruræ celebrabuntur in omne tempus: & memoria eorum non deficiet a generationibus. Et scripsit Esther regina filia Aminadab, & Mardochæus Iudæus, quæcumque fecerunt, & firmamentum epistolæ ipsorum Phruræ. Et Mardochæus, & Esther regina statuerunt sibi per se: & tunc statuentes per ᶿ sanitatem suam ipsorum, & consilium ipsorum. Et Esther verbo statuit in seculum: & scriptum est in memoriali.

E ᵅ Amadathi.] *Compl. habet, καὶ τοὺς δέκα υἱοὺς Ἀμάν, quod quidem & redundat.* ᵝ Diripuerunt.] *Compl.* οὐ διήρπασαν, non diripuerunt: *quod respondet vulgata, & ita etiam paulo post in similibus locis est in nostro, & alii codicibus græcis.* ᵞ Quindecim millia.] *Eadem.* μυριάδας ἑπτὰ πεντακισχιλίους, septuaginta quinque millia, *vt vulgata.* ᵟ Proximo.] *In plerisque hæc adduntur,* οἱ δὲ κατοικοῦντες ἐν ταῖς μητροπόλεσι, καὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ Ἀδὰρ εὐφροσύνην ἀγαθὴν, *(istud* ἀγαθὴν, *abest à nonnullis: Compl. autem* ἐν εὐφροσύνῃ) ἄγουσιν ἐξαποστέλλοντες μερίδας τοῖς πλησίον, qui vero habitant in metropolibus, etiam quintamdecimam diem Adar lætitiam bonã agunt mittentes partes proximis: *quæ non sunt in hebræo, neque in vulgata.* ᵋ Phruræ.] *Compl.* φουρίμ, *& vulgata,* Phurim. ᶎ Et statuit.] *Hebræus habet,* & statuerunt, *& coniungit cum sequentibus.* ᵑ Dies autem.] *Hæc vsque ad alterum,* dies autem, *absunt a Compl. In hebræo autem, & vulgata multo plura interijciuntur, & explicatiora.* ᶿ Sanitatem.] *Compl.* κατὰ τὴν νηστείαν αὐτῶν, secundum ieiunium ipsorum.

CAP. X. A

SCRIPSIT autem rex ad regnum terræ, & maris. Et fortitudinem eius, & magnificentiam eius, & diuitias, & gloriam regni eius, ecce scripta sunt in libro regum Persarum, & Medorum in memoriam. Mardochæus autem secũdus erat à rege Artaxerse, & magnus erat in regno, & glorificatus à Iudæis, & amatus narrabat educationẽ omni genti suæ. Et dixit Mardochæus: A Deo facta sunt ista. Recordatus enim sum somnij, quod videram de verbis his. Neque enim præterijt de eis verbum. Paruus fons, ᵃ qui factus est flumen, & erat lux & Sol, & aqua multa. Esther est flumen, quam matrimonio iunxit rex, & fecit B reginam. Duo vero dracones ego sum, & Aman. Gentes autem, quæ conuenerànt ad perdendum nomen Iudæorum. Gens autem mea, hic est Israel, qui clamantes ad Deum, & saluati. Et saluauit Dominus populum suum: & eruit Dominus nos ex omnibus malis his. Et fecit Deus signa, & prodigia magna, quæ non sunt facta in gentibus. Propter hoc fecit sortes duas, vnam populo Dei, & vnam omnibus gentibus. Et venerunt duæ sortes hæ ad horam, & tempus, & ad diem iudicij coram Deo, & omnibus gentibus. Et recordatus est Deus populi sui, & iustificauit hæreditatem suam. Et erunt eis dies hi, in mense Adar die quartadecima, & quintadecima mensis, cum synagoga, & gaudio, & lætitia co- C ram Deo per progeniem in seculum in populo eius Israel. Anno quarto regnante Ptolemæo, & Cleopatra, attulit Dositħæus (qui dicebat se esse sacerdotem, & Leuitam) & Ptolemæus filius eius propositam epistolam ipsorum Phruræ: quam dixerunt esse, & interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi, qui in Hierusalem.

ᵃ Qui.] *Abest istud, à, d Compl. Auctor tamen vulgata videtur habuisse.*

400.106

6

Digitized by Google

Digitized by Google